

R. M. M. O

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII


BAVARI, PROFESSIONE CARTHVS-
SIANI, VIRI ERVDITISSIMI IVXTA AC
religiosissimi, in omnes Epistolas & Euangelia quæ quidem in festiuita-
tibus Sanctorum per totius anni decursum in Ecclesijs recitatur,
Paraphrases & Exegeles singulis sermonibus vnicuilibet fe-
stiuitati adhibitis: hactenus quidem nō modo a Con-
cionatoribus orthodoxis, verum etiam omnibus
germane vereq; Catholicis summe deside-
ratae, & nunc primum exhibitæ.

Cum verum præcipuarum Indice locupletissimo & perpetuo.



COLONIAE,

Excudebat Ioannes Nouessianus, suis ac Materni
Cholini sumptibus, Anno ab orbe redempto,
M▷ D▷ LIII▷



2 400 40 Safira MADE IN SPAIN


plor
re cunctis erat
lib: ex

R. MMo

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII

BAVARI. PROFESSIONE CARTHU-
SIANI, VIRI ERVDTISSIMI IVXTA AC
religiosissimi, in omnes Epistolas & Euangelia quæ quidem in festiuita-
tibus Sanctorum per totius anni decursum in Ecclesijs recitatur,
Paraphrases & Exegefes singulis sermonibus vnicuilibet fe-
stiuitati adhibitis: hactenus quidem nō modo a Con-
cionatoribus orthodoxis, verum etiam omnibus
germane vereq; Catholicis summe deside-
ratæ, & nunc primum exhibitæ.

Cum rerum præcipuarum Indice locupletissimo & perpetuo.



COLONIAE,

Excudebat Ioannes Nouesianus, suis ac Materni
Cholini sumptibus, Anno ab orbe redempto,
M▷ D▷ LIII▷

REVERENDO IN
 CHRISTO PATRI D^o DAMIANO MAIO,
 RIS CARTHUSIAE PRIORI DIGNISSIMO, AC
 totius ordinis Carthusiani moderatori vigilantissimo, F. Bruno Loher Carthusiae Colonienſis Vicarius, Salutem,
 & cum Reuerentia Obedientiam.



Vamuis monachi officium, vt ait D. Hieronymus, potius sit plāgere, quam docere, multoq; tutius sit fugere, tacere, & nesciri, quam omnibus innotescere, & ab oībus celebrari: tamen quia charitas nō quærit quæ sua sunt, sed quæ aliorum, veraq; virtus cupit non vni sibi, sed multis prodesse: merito quidem mihi non solum non reprehendendi, sed etiam plurimum laudandi videntur, Reuerende & obseruāde Pater, quotq; licet monachi, zelo domus Dei & honoris diuini, salutisq; animarū succensū student prodesse Reip. cōscribendis libris, aut scriptis diuinis interpretandis, aut alio id genus pietatis studio operam nauando. Quid enim refert monachus quis sit, an ab omī monastica professione alienus, modo Dei spectet gloriā & cōmodum non suū, sed aliorū, nec inanis gloriolæ cupiditate feratur, sed cupiat pximos ad Deū reducere, errantes ad viā reuocare, iacētes erigere, torpentes excitare, currentibus calcar addere, deniq; omniū saluti pro sua virili parte cōsulere? Esto, monachus plangere potius debeat, q̄ docere: sed si alios docendo possit itidē ad plangendū prouocare, iam sane nō solum nihil ipse a suo recedit officio, sed plurimū etiam lucratur. Quod nimirū non ignorantes multi diuersorū ordinū patres sancti & eruditi, non putarunt satis esse, si sibi solis prospicerent, sed modis omībus conati sunt proximis verbo, scripto, exemplo prodesse, vt plurimos, aut certe vel aliquos secū ad cœlestē patriam perducerent. Inter quos non postremo loco mihi numerāndus videtur sacri nostri ordinis decus & ornamentū dñs Ioannes Iustus Lanspergius, qui p̄ suo in Deū & proximum sincero & ardenti amore in vinea dñi laborauit quantum potuit, ne dicā plus q̄ potuit, quādoquidē duris & acerrimis afflictus morbis, laborare nō destitit, nō sane eo nomine vt sese hominibus vēditaret (q̄d est lōge vanissimū) sed vt plures Christo lucrifaceret. Atq; inter alia multa ingenij sui haud contēnenda monumenta, quæ posteris dereliquit, scripsit Paraphrases in oēs Epistolas, Exegesesq; in oīa Euāgelia, adhibitis Sermonibus pijs & eruditis ad singulas dominicas per totum annum, & iam quoq; de Sāctis scribere cœperat, consimili modo ac ordine aliquotq; solennitates sanctorum absoluerat,

sed morte praeventus non potuit operi inchoato extremam manum imponere. Quod quam sit dolendum vel inde satis liquet, quod Sermones quos de tempore edidit, saepius excusi, semper facillime distracti sunt. Habent enim scripta eius literatam pietatem, siue scientiam cum pietate coniunctam, & lectori non solum eruditum, sed & religiosum efficiunt: quod paucis hodie conringit. Quare nos plurimum dolentes partem illam, quam de Sanctis, ut diximus, scribere instituerat, imperfectam ac mutilam remansisse, ne quid pio lectori deesset, multo labore conati sumus ex diuersis sancti patris libellis & schedis quas inuenimus, atque etiam nostra industria, ubi nobis auctoris scripta defuere, quicquid ille omiserat ex authenticis auctoribus veterumque patrum monimentis supplere, idque adeo ut per totum annum omnes festi dies suum habeant sermonem cum Epistole Paraphrasi & Euangelij Exegesi. Quod quantum sit commodi allaturus pijs omnibus, maxime diuini ubi praconibus, res ipsa testari potest. Materia copiosa suggeritur, ut si quis non omnino obtusi sit ingenij, possit habere abunde, quod non sine fructu audientium dicat. Quicquid autem id est operis, tibi Reuerende Pater nuncupatum esse volumus, hoc ipso quasi congratulari cupientes nouae huic dignitati tuae, quae tibi diuinitus oblata est, non ad vnus duntaxat maioris Carthusiae, cui non ita pridem prior praefectus es, qui est in nostro instituto Carthusiano praecipuus honos, sed etiam communem, neque vulgarem totius ordinis nostri salutem ac utilitatem. Satis enim quadrare videtur, ut nouum hoc nostri quondam commilitonis in sacra Carthusia Colonienfis, domini Ioannis Lanspergij, diuque expectatum opus nouo totius ordinis nostri monarchae deditur, exeatque sub tuo nomine in omnium manus, quod ab omnibus desideratur. Obsecramus autem, ut R. P. T. candidè accipiat, quod candidè offerimus, & domum nostram nosque omnes quotquot hic domino Iesu militamus, velit habere commendatos. Possem equidem multis hic laudibus vehere R. P. T. nunquam pro dignitate satis laudandam, possem commemorare eximias animi tui virtutes, egregiaque decora, quibus te insignite ornauit pater luminum, a quo bona cuncta proficiscuntur, possem referre praecelaram ac multijugem eruditionem & variam experientiam summamque prudentiam tuam, multaque id genus alia, sed vereor ne eiusmodi encomijs non tam honoratum, quam oneratum te putes.

Vera namque virtus non appetit humanas laudes, vento similis, sed vni Deo placere cupit, cui R. P. T. cum tota domo sua in multos annos felicissime commendatam opto. Datum ex Carthusia almæ civitatis Colonienfis, Calendas XIX.

Septembris, Anno ab orbe redempto. M. D. LIII.

IN.

INDEX SENTENTiarum MAXIME memorabilium, eorum scilicet, quae in hocce altero de Festiuitatibus Sanctorum per totum annum, libro, per D. Ioannem Lansbergium tractantur.

Habet autem hic liber duas partes, Hyemalem videlicet, & Aestiuam. Quamobrem numerus prior adsignatus in hoc Indice designat eiusmodi siue priorum, siue alteram partem. Alter autem numerus indicat quotationem Festorum per Alphabeti elementa seu literas distinctorum. Litera autem quae sequitur numerum huiusmodi insinuat id, quod quaeritur fore reperiendum sub eodem elemento siue litera.



Abigail quid interpretetur. 2.12.c
 Abisac seruiens David uti Mariam designet 2.9.k
 abnegare seipsum quomodo sit. 1.15.c
 Abram & Isaac quo ritu fuerint sacerdotes 1.4.c
 absentia Christi quid fidelibus profuerit. 1.3.g
 abstinencia quorundam philosophorum qualis fuerit 1.20.l
 abstinere a delectabilibus quando fiat meritorium ibidem k
 Acta sanctorum quomodo imitari debeamus. 2.16.f
 actus quosnam Christus suos nobis imitabiles proposuit 1.8.k
 Aduersa hic potius esse appetenda quam prospera 2.11.f
 aduersa quae quomodo leuia & iucunda fiant Dei amicis 1.9.f
 aduersa quanta per aeternis bonis toleranda sint. 2.3.f
 aduersarius noster cum quo in uia concordare debeamus quis sit 2.4.m
 aduersitates huius mundi quanta bona secum adferant 1.9.p
 aduersitates uti sint munuscula quaedam ac indicia Dei erga suos amicos amoris 1.15.i
 Aedificia preciosa & curiosa diuitum quam execranda sint 1.5.l
 aegritudo corporis quomodo sit utilis animae 2.11.e
 agros curare spiritualiter quid sit 2.3.l
 Aegyptus, Aethiopia & Saba quid mystice signent 1.15.b
 Afflictiones quomodo ratione Deus homini permittat. 1.1.b

afflictionum fructus multiplex quis 1.9.r
 afflictionum multiplex utilitas quomodo ibi. 1.15.m
 Ager mysticus quis sit 1.2.e
 ager qui mystice comparatur ibidem
 agnos mitti inter lupos quid sit 2.22.c
 agilitatem quam Christus habuerit 1.25.i
 agricolam uti patrem caelestem uocet Christus. 2.1.e
 agnoscenti plus ignosci 2.10.q
 Albertus Pighius quid de Colloquijs sentiat Erasmi 1.12.i
 alieni ut uocentur haeretici 2.5.e
 Amabilis quantum fuerit puer Iesus 1.24.m
 amandum minus non esse proximum ob culpam suam 1.19.l
 amare ac odisse in proximo quomodo debeamus ibidem
 amare immodice temporalia unde contingat. 1.17.g
 amare male animam suam quid sit 2.14.e
 amari a Deo quid sit 2.4.d
 ambitio in qua mala hominem praecipitet 1.9.i
 ambitio mala quomodo generet 2.11.d
 ambitio quomodo contingat ibidem k
 amici Dei ueri qui sint 1.19.f
 amicos suos Deum affligere multis flagellis & pressuris 1.9.q
 amicitia Dei quomodo obtineatur, quomodo dissoluitur 1.19.e
 amicum esse Dei quantum sit praestantia. ibidem
 Aminadab fidelitas & magnanimitas 1.4.e
 amor B. Andreae erga crucem quomodo fuerit. 1.1.m
 amor bonus qui obtineatur 1.25.p
 amor carnalis quis 2.17.i
 amor Christi quantum in sanctis martyribus fecerit tormentorum contemptum 1.13.e
 amor cuncta aspera leuia reddit ac suauia 1.1.f
 amoris Dei erga nos magnitudinem ex quatuor considerari 2.4.d. 1.1.m
 amor diuinus & carnalis quomodo contra se pugnent 1.16.i
 amor diuinitatis quomodo commodius uincatur 1.16.i
 amor communicatiuus quis dicatur 2.17.n
 amorem mouisse Deum ad assumendam humanam naturam 1.21.y
 amorem Dei uerum augeri per sacram communionem 2.17.m
 amorem Dei quomodo extinguat amor temporalium 1.12.g
 amorem suum immensum quibusnam argumentis Deus ad nos testatus sit 1.21.z
 amorem temporalium rerum extinguere Dei & proximi charitatem 1.19.n
 amore nihil esse ualidius 2.4.c

¶ in amor

I N D E X.

amor infatigabilis quis sit 2.17.k
 amor inter beatam Mariam & diuum Ioseph
 quam fuerit castissimus 1.9.c
 amor proprium quid sit 1.23.o.2.17.i
 amoris Dei fructus qui sint 2.17.l
 amoris insani paradigma ibidem i
 amoris proximorum fructus quis 1.19.c
 amoris seculi quanam sint signa 2.17.l
 amor noster uti sit Deo ceu primitia offeren-
 dus 2.22.k
 amor parentum & cognatorum quomodo uincendus. 1.16.k
 amor parentum quid mali ingerat ibidem
 amor peccatus quod quisque ipsius sint fructus 2.17.b
 amor priuatus quam sit periculosus 1.19.k
 amor rerum temporalium quantum spiritum im-
 pediat 2.23.e
 amor sancti Petri erga sanctum Ioannem qua-
 tus fuerit 1.8.f
 amor sanctorum erga Deum quantum fuerit 1.2.t
 amor uehemens quis, quaque ipsius opera 2.17.i
 amor uerus quales sui possessores efficiat. ibidem
 amor unitiuus quis ibidem m
 amor ut amatum honore affici cupiat ibidem n
 Andreas in quibus fuerit magnus 1.1.i
 Andreas in quibus nobis sit imitandus, ibidem o
 Andreas uti Christum sequutus sit imitatio-
 ne uirtutum & passione ibidem f
 angelica saluationis precellentia quomodo. 1.21.z
 angeli cur Christo nato apparuerint 1.6.i
 angeli in quibus uiam imitandi sint 2.21.g
 angeli quidam cur pre ceteris uirtutes dican-
 tur ibidem o
 angeli quomodo uocentur filij Dei 1.6.b
 angeli sancti quanta sint deuotione uenerandi. 2.21.k
 angeli ut animas deferant in caelum uel purga-
 torium ibidem x
 angeli ut consolentur homines afflictos ibidem u
 angeli ut demonum malignitatem nocendi re-
 frangent ibidem r
 angeli ut opera nostra bona Deo offerant. ibidem x
 angeli ut seruiant hominibus in bonis operibus. ibidem u
 angelorum apparitionem in nouo ueterique testa-
 mento dissimilem fuisse 1.6.b
 angelorum circa cunas Christi frequentia & re-
 uerentia ibidem o
 angelorum creatio qualis fuerit 1.22.b
 angelorum custodiam Dei nobis insinuare cha-
 ritatem 2.21.i
 angelorum ministerium erga homines cuiusmodi. ibi. q
 angelorum quisnam diuo Ioanni Apocalypsin

reuelauerit 2.21.d
 angelos Deo offerre preces hominum ibidem b
 angelos in tentationibus constitutos adesse. ibi. r
 angelus cuique homini deputatus uti honorandus
 sit & uenerandus ibidem q
 angelus cur fuerit creatus 1.22.b
 angelus cur missus sit ad uirginem ibidem g
 angelus in qua specie ac forma beata Maria
 apparuerit ibidem o
 angelus post lapsum cur non debuerit redimi. ib. d
 angelus quinam definiatur, quidue sit angeli-
 cus spiritus 2.21.k
 angelus tam bonus quam malus quae hominibus
 ingerant ibidem f
 angelus ut dictus sit Ioannes Baptista 1.16.r
 anima amans quomodo spolio suo obuia peccat 1.14.l
 anima beata Maria quomodo magnificauerit
 dominum 2.9.g
 anima periculosa quanto peius relinquenda sint. 1.12.g
 anima que moriatur, & quando gratia peccat. 2.5.n o
 anima rationalis quomodo solo satiari possit 2.2.g
 animarum praesentia & pulchritudo quanta. 1.19.l
 animas proximorum pluris esse faciendas, quam
 corpora nostra 1.5.o
 anima sine gratia ut sit sicut carbo extinctus. 2.5.l
 anima uti sapienter sit perdenda 1.15.d
 anima ut comparetur carboni ignito 2.5.l
 animus hominis quando a Deo sit remotior 2.15.f
 animus humanus quomodo sit in uisita procliuus 1.12
 Anna uidua & prophetissa commendatio. 1.17.f
 Anna mater Mariae ut omnes ceteras An-
 nas precellat 1.12.b
 Annam beatam tres genuisse Marias. ibidem
 Anna quid interpretetur ibidem
 Anna ut cunctis mulieribus praeferatur. ibidem
 Anna ut genuerit reginam caeli ibidem
 Anna beata quanto laudum preconio sit extol-
 lenda ibidem e
 anni Christi non defecturi qui sint 1.6.c
 Aperire confestim domino redeunti mystice
 quinam dicantur 1.20.b
 Apocalypsin quis uere scripserit 2.21.a
 apostoli cur omnibus ueteris testamenti sanctis
 praeferantur 1.19.n
 apostoli omnes quomodo nominentur fundamen-
 ta Ecclesiae catholicae 2.8.h
 apostoli omnes ut fuerint sapientes 1.7.c
 apostoli quanam omnia reliquerint Christum se-
 cuti 1.12.d f
 apostoli quomodo dicantur baptizati spiritu sancto 2.3.e

aposto

I N D E X.

apostoli quomodo iudicabunt cum Christo in ex-
 tremo iudicio 1.12.d
 apostolis ante spiritus sancti aduentum nonni-
 bilimperfectio inbasisse 1.16.g
 apostolorum amor erga Deum & proximos
 quantus fuerit 2.20.n
 apostolorum Christi precellentia quanta. 2.8.p
 apostolorum perfectio quanta fuerit post spiri-
 tus sancti receptionem 2.20.b
 apostolorum quosdam tribus uicibus fuisse a do-
 mino uocatos 1.1.c
 apostolorum uestigijs uti omnibus Christianis
 inhaerere conueniat 2.8.q
 apostolos quos quandoque Christus uocauerit ad
 sui familiaritatem 1.1.c
 apostolus ut sit Ioannes Baptista 2.7.f
 apparitiones bonorum uel malorum spirituum
 quinam inter noscenda 1.21.b
 apparuisse Christum primo suae matri 1.25.e
 arbitrium hominis quam sit liberum 1.7.f
 arbitrium liberum hominis uti adhibendum sit
 Dei gratia 2.8.d
 arbitrium uti unicuique maneat liberum 2.5.n
 arca Dei ut sit beata Maria 2.15.t
 arca diluuij cur uocetur beata Maria 2.18.c
 ardere sed non lucere qui dicantur 2.7.n
 ardere simul & lucere qui dicantur ibidem o
 ardor Ioannis Baptistae triplex quomodo no-
 bis luceat ibidem
 arrogantia alios docere gestientium quam sit re-
 prehensibilis 2.3.a
 Ascendere aliunde in ouile ouium quid 2.5.c
 ascensione sua quanam Christus homini contu-
 lerit charismata 2.3.n
 ascensione sua quanam Christus suos docuerit. ib. o
 ascensum hominis post Christum in caelum quae-
 nam impediunt ibidem
 ascensum mentis in caelum quanam promoueat. ibi.
 ascensum motus quid Christus significauerit. 2.23.e
 Ablematarum uanorum studia laboresque quam
 sint sine fructu 2.3.f
 Auari & immisericordes quam sint reprehens-
 sibilis 2.14.k
 auari quantis laboribus comparent sibi damna-
 tionem aeternam 2.15.n
 auaritia genus pessimum quodnam sit 2.14.m
 auaritia pro parentum que fuerit enormis. 1.21.x
 auaritia uti dicatur idolorum seruitus. 2.14.k
 auaritia ut sit infatigabilis 2.11.i
 auarus quisnam reuera dicatur 2.14.m

auae conuersum quid sonet 1.22.
 Augustini uita & mores cuiusmodi 2.16.d
 aureolam deberi martyribus, doctoribus & uir-
 ginibus 1.3.b
 aureola quando uirginitas coronanda 1.2.f
 aurum trium Magorum in pauperes fuisse ex-
 pensum 1.17.d
 auctoritas Ecclesiae quanta sit 2.13.b
 auctoritatem quantam Ecclesia habeat in scri-
 pturam sacram ibidem
 Aylum omnium periculorum, tentationum, et
 morum & necessitatum nostrarum uti De-
 um constituamus 1.3.n
Baptismum Ioannis cur Christus susce-
 perit 2.7.u
 Baptismus Ioannis ad quid ualuerit. 2.3.b.7.u
 baptisimus Ioannis Baptistae ut non fuerit sacra-
 mentum 2.7.u
 baptisimus quae bona conferat 1.4.m
 baptizatio mentis quanam dicatur 2.3.c
 baptizati quinam fuerint in nomine Christi. 2.4.b
 baptizatis uti caelum aperiatur 1.7.k
 Barachias quid interpretetur ibidem d
 Barbara a quo quomodoque fuerit baptizata. 1.2.k
 Barbara historia quomodo non possit nisi uera habe-
 ri 1.2.t
 Barbara oratio pro alijs qui intelligenda 1.2.g
 Barbara oratio pro sibi deuotis quae 1.2.o
 Barbaram orasse pro sui memoriam facientibus
 eamque inuocantibus 1.2.n
 Barbara quomodo in poenis constituta a sponso
 suo Iesu confortetur ac sanctetur 1.2.l
 Beatitudine aeterna priuari hominem per pec-
 catum 2.19.m
 beatitudinem caelestem fore perpetuam 2.2.n
 beatitudinem desiderare quando debeamus 2.23.p
 beatitudinem post hanc uitam nulli sperandam,
 qui eam hic neglexerit 1.14.i
 beatitudines octo quales sint uirtutes 2.23.e
 beatitudinis supernae immensitatis causa que 2.23.f
 beatitudo sanctorum quam sit perfecta 2.23.e
 beatitudo sanctorum quando perficietur 1.9.c
 beatitudo patriarcharum & prophetarum in
 caelis quanta sit 2.23.y
 beatitudo quibus medijs obtineatur 2.11.e
 Bella & seditiones unde oriantur 1.13.c
 benedicta inter omnes mulieres quomodo praef-
 dicetur Beata Maria 1.21.g 22.n
 benedicta uti fuerit B. Maria multifaria 2.9.g
 benedicti abbatis ortus quis 1.20.n

et iij bene

I N D E X.

benedictio conjugatarum quae sit 2.9.i
benedictio uiduarum quae sit ibidem
benedictio uirginum quae sit ibidem
benedicti sancti iustitia quanta fuerit 1.20.g
benedictus cur Mosi & Eliae fuerit aequalis. 1.16.n
beneficia Christus quanta nobis exhibuerit. 2.13.e
*beneficia septem quoniam beata Maria suis ex-
 hibeat deuotarijs* 2.9.t
*beneficia quoniam homines angelico famulatu cō-
 sequantur* 2.21.k
beneficia quanta Deus mortalibus cōtulit. 1.16.r
beneficiorum Dei quorundam catalogus. ibidem
*beneficium ac eleemosyna quoniam animo pra-
 standi* 2.14.a
*beneficium conferenti circumstantiae quae atten-
 denda sint* ibidem l
*beneficium Dei quale ut quis sanctorum uene-
 rationi deditus sit* 1.8.q
*beneficium innocentiae semper seruata esse no-
 bilius quam restituta* 2.10.y
beneplacito Dei cōformandū quicquid agimus. 2.22.i
Beniamin tribus unde ortum habuerit 1.9.l
*benignitate quanta usus fuerit Christus erga
 Iudaos* 1.7.g
Bethleem duplex quae 1.6.e
Bethleem quō cū pastoribus eundem sit. ibidē p
*Binos quur Christus apostolos miserit praedi-
 catum* 2.22.a
*binos discipulos quur Christus miserit ante fa-
 ciem suam* ibidem
*blasphemia contra inuocationē & merita san-
 ctorum unde originem sumpserint* 1.2.f
*blasphemia quanta sit inuare per Christi mor-
 tem & uulnera* 2.17.e
*blasphemi in sanctos Dei que amicos reprehen-
 duntur* 1.2.r
*bona in malis hominibus quomodo Deus remune-
 ret* 1.15.b
bona quoniam possint fieri mala intentione. 1.20.k
bona quoniam suis seruis Deus tradiderit 1.3.e
*bona quae proueniant ex ueneratione sancto-
 rum* 2.23.a
*bona quanta homo amiserit per peccatum origi-
 nale* 1.4.m
*bona quae quantaque electis praeparata sint in
 caelis* 2.2.0
bona si quae habentur ut sint occultanda 2.16.c
*bona temporaria ut Deus diuitibus tantum mu-
 tuauerit* 2.14.n
boni quicquid habent creaturae à Deo solo eas

id habere 1.21.x. 2.2.a
boni quicquid facit homo quo referre debeat. 2.13.i
boni quoniam fieri possimus 2.16.e
bonis tēporalibus quatenus utendum sit 2.20.i
bonis triplicibus ornata fuisse B. Mariā. 2.15.p
bonitas Dei erga nos quanta ibidem q
bono summo priuari hominem p peccatū 2.19.l
*bonorum hominum quam sit hodie numerus par-
 uus* 2.22.b
Brigittae librorum autoritas quanta 1.8.p
C *Adere rarius quoniam contingat in coe-
 nobijs* 1.12.m
Cacitas hominum huius seculi quanta sit. 2.19.i
caecitas conscientiae unde contingat 2.5.q
calciamentorum usus quoniam sit prohibitus 2.22.d
*calix domini quam sit omnibus hoc seculo inui-
 sus* 2.11.e
calliditas animum quorundam quanta naturalis 2.2.q
candela ut significet Christum 1.17.y
*carni molesta Christum sanctosque omnes elegit
 se ac docuisse* 1.3.0
carni hosti qui resistendum sit 1.8.m
carnis desideria qui mortificentur 2.1.n
*carnis humanae deformatio uti per Christi re-
 surrectionem sit reformati* 1.25.g
*caro Christi quomodo dicatur descendisse de
 caelo* 2.6.i
Carthusianorum afflictiones quo spectēt. 1.7.m
*Carthusianorum professio & institutum quam
 sit sublime & nobile* ibidem
caste sese gerere quid sit 1.18.e
castitas B. Rogerij singularis 2.7.0
castitas in coenobijs qui seruetur 1.12.l
castitatem semper Deo placuisse 1.22.b
castitati seruanda exercitia congrua quae sint 1.7.m
castitatis pars optima quae 2.15.0
*catholicorum falsorum omnium qualis uita, qua-
 lisque mors* 2.8.m
*catholicorum uerorum uita ac mors quam felix
 ibidem*
causa creationis rerū omnium quae fuerit. 1.22.b
Cedro cur comparetur beata Maria ibidē m
*celebrandi festos dies consuetudo uetustissima
 quoniam olim fuerit* 2.24.a
*celebrare eos male festum diui Martini, qui in
 profesto eius atque festo student calicibus ex-
 bauriendis* ibidem

Chari

I N D E X.

*Charitas beata Magdalena erga Christum ut
 de perfidici possit* 2.10.q
*charitas quom una sit uirtus quur duplex dica-
 tur* 1.20.f
charitas erga proximum quomodo exercēda. 1.1.i
charitas Iesu quanta 1.24.p
charitas quanta sit efficacia uirtus 2.10.k
charitas quorundā sanctorū quanta fuerit. 2.23.p
charitas quid in nobis efficiat 2.1.k
charitas S. Andreae quanta fuerit 1.1.i
charitas sanctorum quanta sit in caelo 2.23.u
charitas uera quomodo à falsa discernatur. 1.1.k
charitas uera ut nunquam possit esse ociosa 2.13.d
*charitas uti mouerit beatam Mariam ascende-
 re montana.* 2.9.u
*charitatem sua natiuitate quantam ostenderit
 nobis Christus* 1.6.l
charitati fraternae quoniam aduersentur 1.19.m
charitatis Christi commendatio 1.3.d
charitatis encomium quantum 1.19.k
charitatis uerae opus quod ibidem c
charitatis sinū apit B. Maria uniuersis. 2.15.l
Cherubim quis ordo, quodque eorū officium 2.21.p
*chorea quam sint hoc tempore communes & im-
 pura ac obscena* 2.17.c
*Christiani cur adeo desides sint ad communi-
 nem sacramenti* 2.6.k
*Christianos redigi sub Turcorum iugum pro-
 pter peccata eorum* 2.19.b
Christianus primus quis 1.1.i
Christianus uerus quis sit 1.3.f
*Christo adueniente in limbo quoniam contige-
 rint* 1.25.d
*Christum à conceptu in matris utero usque ad
 crucis mortem semper doluisse ac passum fu-
 isse* 1.13.k
Christū docere uoluntatem suam p hoies. 1.16.c
Christū nos seq dū sanctos eius imitamur. 1.1.n
Christum nos sequi quomodo oporteat 2.3.y
Christum spoliasse limbū & purgatorium. 1.25.d
*Christum sumere in sacramento quomodo ipsi-
 us sit mandatum* 2.6.g
Christus an plus dilexerit Ioānē an Petrū. 1.8.d
*Christus cur ex sua glorificatione exultare me-
 rito debeat* 1.25.b
Christus cur in Aegyptū delatus fuerit. 1.9.g
Christus cur in mundum uenerit 1.8.k
*Christus cur matrem suam fecerit dispensari-
 cem super regnum misericordiae* 1.17.u
*Christus cur post resurrectionem suam come-
 derit* 1.25.b
*Christus cur quadragesimo die à natali suo uo-
 luerit offerri in templo* 1.17.0
*Christus cur se nobis reliquerit in sacramento
 sub specie panis & uini* 2.6.n
Christus cur sese uocet hoiem in euāgelio. 1.3.d
*Christus cur suos electos sinac multifariam bic
 affligi* 2.1.g
Christus in qua aetate sua pati coeperit 1.9.g
*Christus in quanta claritate & gloria patri-
 suae apparuit* 1.25.i
Christus quandiu manserit in limbo ibidem d
Christus quoniam nos dilexerit 1.19.c
*Christus quomodo catholicae & uerae credatur
 esse in sacramento* 2.6.0
Christus quomodo dicatur pegeri pfectus 1.3.d
Christus quomodo quibusque sit lux 2.4.k
Christus quō sedere dicitur à dextris Dei. 2.3.l
*Christus ut cum caelesti curia animae sanctae
 Annae occurreret* 2.12.b
*Christus uti ab instanti conceptionis pati coe-
 perit* 1.21.p
*Christus uti habitus fuerit pene ab omnibus fi-
 lius David* 1.4.c
Christus uti in membris suis patiatur 1.16.b
Christus uti nobis lux sit multis modis 2.4.l
Christus uti nos instruat p homines ibidem o
*Christus uti passus sit in pueris pro eo neci da-
 tis* 1.9.k
Christus uti seipsum redemerit 1.17.0
Christus uti sit uia ueritas & uita 2.2.f
*Christus ut supbiam Aedae sua humilitate sa-
 nauit* 1.21.u
*Cibum potumque conuerti in substantiam su-
 mentis* 2.6.n
cibus corporeus ut falso uocetur cibus hois. ibi.e
cibus hominis quoniam iure uocetur ibidem
cicatrices uulnerū cur Chrūs seruauerit. 1.24.e
cingulū tradere Obanano quid sit 2.10.d
*circuncisio quid ualuerit, cuiusque rei fuerit fa-
 gura* 2.7.g
*circumspectio Ioannis Baptistae prouida quo-
 modo nobis luceat* ibidem o
*circuncisio legis ut fuerit contra peccatum ori-
 ginale, sicut in lege naturae fides & sacrifi-
 cia* 1.4.n
ciues regni Christi mystici quoniam simus. 1.21.l
claritas pastores circūfulgēs qualis fuerit. 1.6.b
*Coenobita quoniam cito purgentur à maculis cul-
 parum* 1.12.p

Cogni

I N D E X.

Cognitiōem quam lucidam habuerit beata Maria de Deo & de seipsa 1.17.i
 colloquia Erasmi plus continere quam Lutheri quaedam scripta impietatis 1.12.i
 colloquia & scripta Erasmi quantum damni atulerint monasticae religioni ibidem b
 comedere & bibere cum publicanis & peccatoribus cur Christus uoluerit 2.20.e
 comites paupertatis quinam sint 2.11.e
 communicandum cur sit frequentius Christi sacramento 2.6.l
 communicare quid interpretetur ibidem p
 communicare rarius sacramento cuius rei sit indicium ibidem k
 communionis frequentioris damna quae quis incurrat ibidem l
 coionis sacrae frequentioris fructus qui ibidem
 compassio beatae Mariae mixta cum gaudio. 1.17.t
 compatiendum quur sit beatae Mariae puerperae 1.5.f
 compatiendum quatenus sit Christo eiusque matri 2.23.k
 cōpēdiū doctrinae Christianae quodnā sit. 2.20.n
 conceptionis Mariae festum celebrandi ratio quonam sit 1.4.l
 concionatores qui quur paruum aut nullum referant fructum 2.7.b.14.d
 cōcordia B. Mariae & Ioseph quāta fuerit. 2.9.n
 concupiscētia carnis ex pēto originali 1.4.o
 concupiscētia insatiabilis ut faciat homines uere pauperes 2.14.n
 cōditiōes natiuitatis Christi ad qd ualeāt. 1.6.n
 confessio diui Thomae cur fuerit pra aliorum apostolorum confessione gloriosior 1.5.f
 cōfessionarius qualis cuiq; sit eligendus 1.16.r
 cōfessionem quantū desuadeāt daemones. 2.21.f
 confessio quid signet 1.1.a
 confessio triplex quae sit ibidem
 confessor ut sit Ioannes Baptista 2.7.f
 confirmatio angelorum quae 2.21.m
 confirmatos fuisse in gratia apostolos 2.20.i
 confusio Mariae Magdal. publica qualis. 2.10.f
 congratulandum quantum sit patrum liberationi ex limbo 1.25.c
 conscientias suas bonos & malos diuersimode examinatos in extremo iudicio. 1.14.f
 consilium sanctissimae Trinitatis super saluatione generis humani quale 1.22.a
 consolatio magna poenitentibus quae 2.10.u
 consortia boim quantopere fugienda sint. 2.7.b

cōsortia prauorū quātū nocēat incautis. 1.12.f
 consuetudinē malā emendandi modus quis. 2.5.g
 contemnendum fore neminem 2.21.i
 contemnendus quanto studio sit mundus 2.20.i
 contemptum mundi uti nos docuerit Christus cruci affixus ibidem m
 continētia in matrimonio qui seruanda. 1.20.a
 contemplanda quonam sint in uulneribus Christi 1.24.i
 contēplatio B. Mariae q̄ fuerit altissima. 2.15.a
 contritio uera q̄ sit praecellens donū Dei. 1.16.g
 contritio uera quantum habeat efficaciam. ibidē
 conuersantibus nobiscū quonā debeamus. 1.20.m
 conuersatio pueri Iesu cum Ioseph qualis fuerit 1.9.f
 conuersionis initiū Mariae Magdalenae quale fuerit 2.10.f
 conuersionis uerae forma quae sit. 1.16.b.2.20.d
 conuersio quibusnam difficilis sit 1.16.p
 cōuersio S. Pauli q̄ utilis fuerit Ecclesiae. ibidē l
 conuersio sancti Pauli ut fuerit potens, miraculosa ac diuina ibidem
 conuersio S. Stephani quō contigerit 1.7.b
 conuersio uera cuiusnam necessaria sit 1.16.p
 cōuertenti se ad Deū quae septē seruanda. ibi. q
 cōuertere se uolēs ad Deū qd facere debeat. ibi. p
 conuiuia celebrandi qualis hodie mos seruetur 2.24.b
 cōuiuia luxuriosa quāto studio caueda 2.17.d
 cōuiuū Matthaeus quale Cbrō exhibuerit. 2.20.e
 cor nostrum quō Deo tradendum sit 1.6.m
 coronā premiūq; quonā praecedere debēt. 2.16.a
 coronari neminem in caelis nisi fuerit tribulatus in terris 1.15.l
 corpori proprio quonam quisq; debeat. 1.20.m
 corpus & sanguis Christi quid in sumēte digne efficiant 2.6.d
 corpus quale Christus discipulis dedit. ibidē p
 corpus suum cur Christus post resurrectionem suam palpabile praebuerit 1.24.d
 cor quibusnam maculetur 2.23.m
 correptio fraterna quanti sit meriti 2.17.a
 correptio fraterna quō fieri debeat & p quos. ib.
 correptionis fraterna incitamenta quae. ibidē b
 correptionem delinquentis quandoque differendam certa ratione 1.5.e
 correptiones libenter gratanterque esse suscipiendas 2.4.o
 cor suum cur Christus pfodi pmiserit. 1.24.p
 Crapulosos boies suam abbreviare uitā. 2.24.e

Cra-

I N D E X.

Cratis philosophi opū contēptus quantus 1.20.l
 creationis beneficium quantum exigit gratuitum 2.6.m
 creaturae omni cur Euāgelii praedicandū. 2.3.f
 creaturam nullam potuisse satisfacere pro omnibus hominibus. 1.22.c
 creaturae omnis uti merito subijciatur beatae Mariae 1.17.k
 creaturas oēs factas propter hominem 1.22.b
 creaturis quam sit caute utendum 2.2.g
 credere in Christum quid 2.19.i
 credere in Deum quid sit 2.4.e
 credere quonā qlibet Christianus teneatur. 1.5.o
 credere tantum non sufficere ad salutē 2.13.c
 crucē ferre q̄ sit necessarium saluando 1.15.c
 crucem suam quomodo quisque post Christum portare debeat 1.1.g
 crucem tollere quotidie quid sit 1.15.c
 cruces cuiusmodi ex quanto amore Deus mittat homini 1.1.h
 crucis mysterium uti uocetur arbor 2.19.r
 crucis sanctae merito quosdam angelorum confirmatos ibidem o
 crudeles in pauperes quur peccent mortaliter 2.14.l
 crudelitas quorundam in pauperes unde. ibid. l
 crudelitas Iudaeorum in pios quosque quanta fuerit tempore Christi 1.7.c
 crux quonam sint cuius homini, quoue per eam perducatur 1.1.b
 crux sua cuiq; qui ferenda 1.9.f
 crux ut sit gaudium commune hominum & angelorum 2.19.p
 Culpam dimitti absq; poena peccatorum 2.10.l
 cupiditas quibus fomentis crescat 1.19.n
 curam animarum sollicitam quonam impediunt 2.22.d
 curiosi huius seculi scioli que Euangelici quam sint reprehensibiles 2.21.d
 curiositas quibus quantum imponat ibidem
 Cypresso cur comparatur beata Maria. 1.22.m

DAemones quinam & cur in hominibus extinguant charitatem. 1.19.m
 Demon hostis quinam superandus 1.8.m
 Daemonia ei qui mystice contingat 2.3.i
 daemonia quomodo dicantur ex Magdalena eiecta 2.10.m
 demon quam sit deformis & turpis 2.5.l
 Dauid regem Euangelica fuisse perfectione insignem 1.4.g

Debitorem se Deo agnoscere debet homo non solum pro commissis peccatis, sed etiam a quibus praeseruat est 2.10.y
 decipi quosdam citius a demonibus eo quod pigri sint ad implorandū diuinū auxilium 2.25.b
 delectatio diuinae fruicionis quanta sit. ibidem f
 delectatio quae sentitur comedendo, &c. quando sit bona uel mala 1.20.k
 deliciae quonam mala producant 2.11.i
 denarius Deo soluendus qd signet mystice. 1.6.e
 Descensus Christi ad inferos quomodo, quando ue acciderit 1.25.c
 descriptio facta in Christi natiuitate mystice quid 1.6.d
 desertionis monasticae uitae quonam quibusdam occasionem praebuerint 1.12.m
 desideria carnis quāto sint studio fugienda. 2.17.a
 desideria etiam licita quando sint mortificanda 1.7.l
 desiderijs uitijs & superfluis renanciare, quā sit Deo gratum 1.3.o
 desiderium patrum antiquorum pro Christi aduentum quantum fuerit 1.6.k
 desiderium quale fuerit antiquorū patrum pro aduentu Christi 1.17.e
 desolatio Hierusalem a Christo praedicta quando contigerit 1.7.f
 desponsata quare fuerit B. Maria uiro 1.21.e
 detractionem libenter audire quam sit periculosum 2.3.k
 detractionis species sex quonam sint ibidem l
 detractio ut sit furto grauius peccatum ibidē k
 detractores ut sint filij diaboli 2.25.p
 detractoribus quid fere semp propriū sit. 2.20.e
 Deo quidnam debeamus 1.1.a
 deuotio apostolorū Christi sequentiū quāta, ibi. e
 deuotio & gaudium beatae Mariae in filij oblatione quanta 1.17.r
 deuotio Ioannis Baptistae ad Christum quanta fuerit 2.7.g
 deuotio Simeonis ad Christum infantem quanta 1.17.f
 Deum multifariam malorum Christianorum reprehendere uitam 2.3.e
 Deus cur subinde uocetur Deus Israel 2.7.l
 Deus quonam in nobis coronet 2.1.e
 Deus quam fuerit mirabilis in conuersione, uita & morte Barbarae 1.2.i.k.l.n
 Deus quātum se se naturae humanae communicauerit in eiusdem assumptione 1.21.y

Deus

I N D E X.

deus quinam predestinat uocatur ad gloriam 1.5.a
 deus quomodo seipsum prebeat in afflictionibus 1.9.r
 Diabolus quam fallaciter decipiat temporis promissione longioris 2.2.p
 diabolus ut promittat longiorem uitam fallaciter 2.2.p
 didimus cur fuerit uocatus S. Thomas apóstolus 1.5.c
 dies quam fecit dominus quæ sit 1.25.a
 dignitas B. Mariæ quanta 2.18.b
 dilectione quali S. Ioannes præ alijs sit amatus a Christo 1.8.d
 dilectione Christus quanta nos dignatus sit 2.6.o
 dilectionis Dei erga nos argumentum quod 1.5.b
 dilectionis Dei & proximi pars optima quæ sit 2.15.o
 dilectionis differentia triplex quæ 1.8.e
 dilectionis fraternæ incitamenta quæ 1.19.b
 dilectionis fraternæ indicia quæ 1.19.d
 diligentibus Deum quomodo omnia cooperentur in bonum 1.5.a
 diligere eum plus cui plus remittitur, ut sit intelligendum 2.10.p
 diligere proximos uiciose multifariam 1.19.b
 diligere sese quosdam peruersè 1.1.k
 diligere a magno domino quæ sit gaudiosum 1.6.l
 dimitti plus agnoscendi & dolenti 2.10.p
 dionysij S. cupido uidendi B. Mariam unde 2.18.i
 discere quænam debeamus in sanctorum celebritate 2.20.n
 discipuli qui olim omnes dicti fuerint Christiani 1.7.a
 discipulos septuaginta duos cur Christus elegerit 2.22.a
 discumbere quidnam mystice sit 1.20.c
 discussionem sui proficere uolenti necessariam esse 1.3.n
 displicentiam sui status cur diabolus quibusdam infundat 2.5.p
 diuina & spiritalia cur multis adeo desipiant 2.19.m
 diuites aut pauperes cur Deus quosdam esse sinat 2.14.m
 diuitiæ & dilitiæ ubinam uere reperiatur 2.11.g
 diuitiæ ueræ ut sint sola uirtutes 2.14.o
 diuitiæ ut sint dulce uenenum 1.12.c
 diuitiæ ut sint sentatio periculosa 2.14.o

diuitias habere ac diuitijs seruire quid differat 2.14.o
 diuitias non esse nisi aliorum non propria bona 2.14.k
 diuitias opulentorum necessitates esse pauperum 2.14.n
 diuitijs posse laudabiliter uti 1.12.f
 diuitijs quæ impie hodie plurimi abutuntur 2.23.f
 diuitijs quinam utendum sit 1.16.g
 Docti quinam uere dicantur 2.8.m
 doctiores quinam sacram scripturam lectitent ut sese uenditent 1.12.n
 doctores ueritatis cur quibusdam subtrahantur 2.22.c
 dolores nostros quænam non sentire nos faciant 1.5.b
 dogmata hereticorum quanto studio sint omnibus uere catholicis uitanda 2.8.l
 dominationibus quinam nos conformemur 2.21.o
 dominationum officium quod 2.21.o
 dominationum proprietates quænam sint 2.21.o
 dominatum quomodo in quemquam diabolus accipiat 2.18.c
 dominus quomodo mir o modo fuerit cum Beata Maria 1.21.g 2.2.m
 domum gloriosam efficientia quinq; quæ sint ut que fuerint in B. Maria 2.18.b
 domus Dei quo iure dicatur & sit B. Maria 2.18.a
 domus Dei simul & nostra ut sit B. Maria 2.18.b
 domus diuersa a Deo constructa quibus 2.18.a
 domus Iacob allegorice quæ sit 1.21.l
 domus quid sit 2.18.b
 domus refugij & hospitium misericordie ut sit B. Maria 2.18.b.c
 dona Dei quæ sint uaria 1.7.e
 dona Dei uti proximis comunicanda sint 1.1.f
 donagratia & gloria angelis collata quæ 2.21.m
 dormire quomodo dicantur mortui 1.14.e
 dormitio Mariæ cum Christo mystice quod 2.9.k
 doctores quænam Christus glorificatus assumpsit 1.25.g
 Dubitare cur Christus permiserit apostolos de sua resurrectione 2.3.c
 dubitare cur dominus permiserit D. Thomam 1.5.c
 duces cæci ut sint omnes heretici 2.5.f
 dulcedo Dei quam omnem excedat in infinitum dulcedinem 2.2.m

Ecce

I N D E X.

Ecce sponsus uenit, quibus tristitia quibusue letitia erit 1.14.c
 Ecclesia catholica quænam uere dicatur 2.8.l
 Ecclesia catholica quæ pulchre nauis cõparetur. ib. n
 Ecclesia cur per nouas hæreses turbetur. 2.19.a
 Ecclesiæ catholice institutor & rector ut sit spiritus sanctus. ibidem c
 Ecclesiam bifariam aliquem abijcere a se 2.8.n
 Ecclesiam iudicare de scripturis 2.13.b
 Ecclesia quibus modis olim creuerit 1.15.g
 Ecclesia quos sit sup. S. Petri edificata 2.8.b
 Efficacia charitatis triplex quæ sit 2.22.g
 Egeno quod cõruleris id non posse tibi p̄ire. 2.14.l
 Electus foras ueritatis dicatur diabolus 2.19.c
 Electis Dei nunquam deesse certamina quibus probentur 1.15.b
 electorum omniū mater uti sit B. Maria. 2.9.i
 electos Dei hic affligi ob causas diuersas. 1.15.l
 electos suos cur Deus in mundo affligi permittat 1.12.d
 elemosyna quando sit merito digna 1.20.o
 elemosyna quinam sit eroganda. 2.14..l.23.m
 elemosynarios nunquam passos inopiam. 2.14.b
 elemosynarius cur Christus propter nos factus sit 2.15.d
 elemosyna uti sit lauacrum animarum 2.14.o
 elemosyna ut sit triplex 2.14.l
 eligenda nobis cum beata Maria optima quæque uirtutum 1.15.o
 Elizabeth quænam spiritu sancto doctore cognouerit 2.9.f
 Elizabeth quid interpretetur ibidem c
 Elizabeth reginæ charitas erga pauperes quantam 1.20.n
 Elizabeth ut præteritorum, presentium & futurorum scientiam fuerit consecuta 2.9.f
 Emanuel cuius soli conueniat 1.21.c
 Episcopale munus unde sumptum sit 1.19.b
 episcopos eligendi quis mos olim seruari solitus 1.5.k
 episcopus factus S. Martinus quod egerit. 2.24.f
 Errata electorum uti Deus misericorditer corrigat 2.7.i
 errores ac hæreses quosdam uti permittat Deus incurrere ob eorum nimis enormia peccata 2.19.b
 errorum omnium in scripturis quænam causa sit 1.24.g
 Esther quæ signet B. Mariam Dei matrem. 2.18.d
 esuriet sitis quæ iustitia quænam exigat 2.23.l

Ethnicorum modestia Christianos omnes merito reuocari ad uitam emendationem 2.11.b
 Euam figuram fuisse B. Mariam uirginis. 1.4.g
 Euam quantum excellat B. Maria 2.9.i
 Euangelista ut sit Ioannes Baptista 2.7.f
 Euangelium cur non recte doceatur a Lutero 1.6.o
 Euangelium cur sanctus Mattheus uocet librum generationis Iesu 1.4.c
 Exaltationem sui a terra quid Christus intelligat 2.19.f
 exaudire suos cur Deus quandoque differat. 2.1.f
 excellentia beatæ Mariæ in singulis uirtutibus, donis ac gratijs quanta 2.15.l
 excepisse qui dicatur beata Maria Christum in domum suam 2.15.g
 excipere quomodo possit unusquisque Christum in domum suam ibidem
 excitare angelos ad bona opera homines 2.21.u
 exempla uiua quanta habeat energiam 2.10.b
 exercenda quænam sint misericordie opera. 2.15.g
 exercitationes contra carnis uoluptates in cenobijs quo spectent 1.12.l
 exultauerit uti spiritus Mariæ in Deo saluari suo 2.9.h
 Ezecchias rex propter quæ causam fleuerit. 1.4.b
Faciem Dei conspiceret quid sit 2.2.l
 facultatibus terrenis quomodo utendum 1.16.i
 fauus mellis qui dicatur Christus 1.24.f
 Felices ualde esse contemptores seculi 2.15.u
 felicitas martyrum in coelis quanta sit 2.23.x
 felicitas poenitentium quanta sit in coelis. ibidem u
 felicitas quid sit ibidem f
 feruor Ioannis Baptistæ ad Christum quænam sit. 2.7.p
 feruor Ioannis Baptistæ ad proximum quantum fuerit ibidem q
 festa S. crucis cur celebret Ecclesia 2.19.c
 festa sanctorum celebrandi scopus quis fore debeat 2.24.a
 festa sanctorum quomodo & quam studiose reuerenterque sint celebranda 2.22.g
 festi dies cur instituti sint & colendi ibidem
 festis diebus bona amissa recuperari ibidem
 festis diebus Missa sacræ quænam audiendū. ibi. b
 festiuitates sanctorum cur ab Ecclesia celebrantur 1.19.o
 festum angelorum cur institutum sit 2.21.k
 festum omnium sanctorum ob quas rationes sub uno celebretur die 2.23.a
 Fidei constantia in S. Petro quænam fuerit. 2.8f
 fidei

I N D E X.

Fidei signum quodnam sufficiat 2.23.b
 fideles oēs uti dicatur uirgo & dei spōsa. 1.14.a
 fidelitas Dei erga homines quanta. 2.7.c
 fidelitas uera qui probeatur 2.16.c
 fidē salutarē cuiusmōi habuerit B. Thomas. 1.5.i
 fidē sine opibus nō pdesse, nec opa sine fide 2.13.f
 fidē solam non sufficere ad salutem ibidem c
 fidem suam quando palam confiteri teneatur
 quilibet Christianus 1.5.o
 fides ad salutem necessaria quae sit ibidem b
 fides ardens quae sit ibidem i
 fides cuiusnam ciuitatis sit fundamentum. 2.11.a
 fides in pueris baptizatis quae exigatur 2.4.f
 fides mortua & informis quae sit 1.5.b
 fides ptingens ad charitatem quae sit ibidem n
 fides quae nam ad salutē sit necessaria. 2.3.b. 13.d
 fides quanti sit meriti 1.1 a. 5.g
 fides sine charitate quid monstri 1.19.c
 fides uera quinam probeatur 2.18.e
 fides uina quae sit, quamq; opationē requat 1.5.b
 fides uera quō candelae ardenti comparetur. ib.
 fides zelans quae sit ibidem k
 fiducia ubi praecipue collocanda 2.15.k
 figura crucis Christi mysterium quod 2.19.p
 filium hominis cur se Christus nomet 2.8.d
 filius Dei quomodo dicatur unigenitus & quo-
 modo primogenitus 1.6. b f
 finis omnis nostri opis quo tendat 1.20.i
 Flagellare Deum iniuos ut respiscant. 1.9.q
 flexus stridorq; dentium quō intelligatur 1.2.b
 Foecunditas uirginum qualis sit 1.22.h
 foeminei sexus ordinem triplicem uti gesserit
 illustrari q; Maria 2.9.i
 foenerator uti dicatur Deus 2.10.i
 fons olei circa sepulchrum sancti Nicolai quid
 designet 1.3.l
 fortitudo angelorum quanta 2.21.l
 franasse B. Mariā motus uitorū in alijs. 2.18.e
 fructus Ecclesiae ut sint apostoli 2.20.b
 fructus quantus sequutus sit martyrium Ioannis
 Baptista 2.17.b
 fructus uentris beatae Mariae ut fuerit multi-
 pliciter benedictus 2.9.e r
 frui quodnā pprie sit, quoq; solo fruendū 2.23.f
 Fuga Christi in Aegyptum pauperrima uti
 fuerit 1.9.g
 functiones diuersae cur sint in Ecclesia 2.20.b
 fundamenta Ecclesiae ut sint apostoli ibidem b
 funiculis qualibus nos ad se traxerit Christus
 2.18.g

fur mystice uti quis fiat 2.16.e
 furorem suum in quosnam demones maxime dif-
 fundant 2.21.r
Gabriel cur in Galileam missus assera-
 tur 1.21.d
 Galilea quid interpretetur ibidem
 gaudendū quō sit in Paschalis solēnitate. 1.25.b
 gaudere quinam non debeant ob Christi resur-
 rectionem ibidem
 gaudia aeternae beatitudinis quanta. 2.2. l. 23.g
 gaudium accidentale quod sit 1.15.g
 gaudio quanto dominus caelos cōscēderit. 2.3.d
 gaudium Christi quod 2.1.b
 gaudium domini intrare quid sit 1.3.b
 gaudium essentiale quod sit 1.15.g
 gaudium quomodo sit angelis de peccatorum poe-
 nitentia 2.21.u
 gaudium uirginis Mariae ex resurrectione fi-
 lij sui 1.25.e
 generatiōes B. Mariae spiritaliter q; sint. 1.4.b
 generationes duae in scriptura quae 1.7.d
 generatio spiritalis quomodo fiat 2.5.m
 gesta & uerba Christi quur non sint omnia scri-
 pta 1.17.r
 gesta sanctorum crebrius lecta & recitata quan-
 tum habeant energie 2.24.d
 Gloria apostolorum in caelis quanta sit 2.23.x
 gloria in caelis quanta praestita beatae Mariae
 uirgini Deiparae 2.15 b 2.23.y
 gloriandi uerus modus quis sit 1.14.a
 gloriari non modo homines, sed & angelos in
 cruce 2.19.p
 Gordius cēturio martyr ardentissimus qs. 1.13.e
 grano frumenti ut quilibet uere credētium com-
 paretur 2.14.c
 gratia charitatis quanta abundarit in beata
 Magdalena 2.10.q
 gratia contemplationis ut abundarit in beata
 Magdalena ibidem r
 gratia custodiaque diuina quamdiu perseueret
 in homine 2.7.o
 gratia Dei duplex quae sit 2.5.i
 gratia Dei quae nam possimus 2.13.f
 gratia Dei ut sit lux animae 2.5.l
 gratia ad solem qualis comparatio ibidem o
 gratiae bona quae sint 2.15.p
 gratiae diuinae effectus decem qui sint 2.19.n
 gratiae plenitudinē trifariam fuisse beatae Ma-
 riae collatam 1.22.m
 gratia gratis data quae sit 2.5.f
 gra

I N D E X.

gratia gratis data ut sit multiplex 2.5.i
 gratia gratum faciens quae sit ibidem
 gratia intercessionis quanta abundarit in beata
 Magdalena 2.10.f
 gratia Dei quid potissimum commendat 2.13.f
 gratia plena quomodo Maria salutata sit ab an-
 gelo 1.22 f. 22.e
 gratia praeueniens quae sit 2.5.o
 gratia quam inuenerit beata Maria apud De-
 um 1.22.p
 gratiam quantam obtineant à Deo deuoti Ma-
 riae cultores 2.15.n
 gratiam suam uti Deus nulli denegat 2.5.o
 gratia qui amittatur ibidem m o
 gratiarum actio D. Basilio familiaris 2.22.b
 gratiarū actionem pecudes docere homines suo
 facto ibidem
 gratiarum quantam actionem tenentur Deo
 Christiani pro uocatione ad fidem 2.3.f
 gratia sensibili subtracta quid quisq; agere de-
 beat 1.9.b
 gratia spūs sancti quanta in conuersione sancti
 Pauli claruerit 1.16.n
 gratias omnium creaturarum habuisse beatam
 Mariam 1.22.m
 gratia ut animam bonam efficiat 2.5.l
 gratia uti animam gratificet ibidem n
 gratis iustificari nos q; rite intelligendū. 2.10.i
 gratis quonā modo oia à Deo habeamus 2.13.e
 gratitudinem quantam Deo debeamus pro sua
 incarnatione 1.21.x
 gratitudo quando exigatur 2.7.i
 gratum Deo nihil esse absq; charitate 2.20.f
 gratulari dominum seruo quid sit 1.3.b
Hadenigis reginae humilitas quanta. 1.20.n
Hereditas Deū amanti quae sit. 1.4.b
 haereses oriri ex absentia uel negligentia pa-
 storum 2.8.i
 haeresum causa omnium quae nam sit 2.8.f
 haereticorum impudens temeritas 2.15.k
 haereticos docere contra propriam conscientia-
 am 2.3.b
 haereticos non intrare per ostium in Ecclesiam
 2.5.c
 haereticos obstinatos quam consulto & merito
 exterminet Ecclesia 2.21.f
 haereticos perdiscere ac damnabiliter uiuere. 2.1.f
 haereticos porcorum mores habere 2.21.m
 haereticos semper quocere latibula ubi sua sbar-
 gant impietatis semina 2.3.c

haereticum quae nam quem efficiant 2.15.b
 Henrici Susij uita quam uirtutibus fuerit ex-
 imia 2.3.t
 Henricus Suso quam fuerit sitientissimus ama-
 tor nominis Iesu 1.21.i
 Herodes crudelis in innocētes quinam occisus
 sit 1.9.l
 Herodes quur principes & primos Galilaeae in-
 ueret ad conuiuium 2.17.c
 Herodes qui diuum Iacobum occidit, quis fue-
 rit 2.8.a
 Hierarchie angelorum tres quae sint 2.21.m
 Hieremias quo tēpore orsus sit pphetare. 1.4.i
 Hierusalem quid sonet 1.17.x
 Hoc pronomen, quid signet in consecratione
 sacramenti 2.6.o
 homines bifariam a trahi siue ad bonum, siue ad
 malum 1.16.o
 homines qui neq; ardeant, neq; luceant 2.7.m
 homines seculo dediti, quinam bodie dies festos
 celebrent 2.24.a
 hominis filius cur uocetur Christus 1.7.b
 hominum genera quatuor quae sint 2.7.m
 homo an creari debuerit 1.22.b
 homo quare sit creatus ibidem
 homo qui definiatur à sapientibus 2.20.k
 homo quonam tendat ibidem m
 homo ubinam habitet ibidem l
 homo unde uenerit ibidem
 honestas B. Mariae quanta fuerit 2.18.e
 honorandam ac diligendam à nobis esse beatam
 Mariam 2.15.n
 honorandi sanctos Dei modus duplex 2.22.f
 honorando sanctos nihil Deo nos laudis aufer-
 re ibidem
 honorari ac inuocari merito beatam Mariam
 ab Ecclesia 2.15.m
 honorari cur se pmiserint sancti quidā. 2.16.d
 honore quanta Deus affecerit foemineū sexum
 p incarnationem ex uirgine 1.14.o
 honores quonā mō apostoli duo adfectarūt. 2.11.b
 horam mortis cur dominus nobis uoluerit fore
 incognitam 1.20.e
 horrere quidnam sup omnia debeat uere Chri-
 stianus 1.19.o
 hostes animae capitales quinam sint 1.8.l
 hostiam quam praecellentem obrulerit beata Ma-
 ria in templo in die purificationis suae. 1.17.e
 humanitas Christi quantum gaudium praestet
 beatīs in caelo 2.23.y

I N D E X.

Humiliandi se modus uerus quis 2.21.e
humilitatio quam sit necessaria ei qui cupit humilitatem 2.25.e
humilis quomodo se se habere debeat ibidem e
humilis reuera qualem se faciat ibidem
humilis uere quinam dicatur beatus 2.23.f
humilitas B. Mariae quanta fuerit 1.17.b
humilitas beatae Mariae quanta in annuntiatione clarescat 1.21.o
humilitas Christi in sua presentatione quanta fuerit 1.17.p
humilitas Christi quanta 1.24.l
humilitas D. Augustini quanta fuerit 2.16.d
humilitas cognitionis quae sit 2.23.g
humilitas exhibitionis quae sit ibidem
humilitas gratitudinis quae sit ibidem
humilitas in purificatione beatae Mariae quanta fuerit 1.17.p
humilitas Ioannis Baptistae quanta fuerit. 2.7.p.u
humilitas quanae Deum facilius recociliet. 1.16.q
humilitas quam sit omnibus necessaria 2.23.f
humilitas quid sit 1.17.k
humilitas simplex quanti meriti sit apud Deum 1.9.r
humilitas uera ut homini sua bona semp abscondat, mala autem ob oculos ponat ibidem
humilitas ut mouerit Mariam ad montana condescendere 2.9.o
humilitas ut sit uallis profundissima 2.25.a
humilitas ut sit uia rectissima ad ueram charitatem ibidem d
humilitatem & obedientiam solum uiam esse ad regnum caelorum 1.17.n
humilitati obtinenda quanae necessaria sint. 1.9.e
humilitati proprium quidnam sit 1.22.o
humilitatis indicia quae sint 2.25.c
humilitatis pars optima quae sit 2.15.o
humilitatis uerae inductiua quae 1.17.l
hypostasis una ut semp fuerit in Christo. 1.25.d
Iacob quomodo fuerit sacerdos ante legem 1.4.d
Iacobus s. cur occisus fuerit ab Herode. 2.8.a
Idolorum cultus quando & ubi ortu coeperit. 2.19.d
Iechoniam fuisse multinomium 1.4.i
Iesus cur dictus sit magnus 1.21.l
Ignis tribulationum uti excoquat animas fideles 1.9.r
ignorantia ex peccato originali cuiusmodi 1.4.o
Imago dei ut perfectior sit in homine, quam in angelo 2.21.l
imitanda quanae tria repiantur in apostolis. 2.20.i

imitanda quae nobis reliquerit mater domini in uisitando cognatam suam 2.9.e
imitatio Christi triplex quae sit 1.1.g
impasibilitatem uti induerit Christus 1.25.b
impatientiae morbus quinam curetur 1.13.l
impatientia quanta mala adferat secum. ibidem g
impudens quis dicatur 2.5.n
impudentia quorundam in sacratis templis quanta 2.23.e
Incarnatio Christi quomodo adscribatur spiritui sancto 1.22.r
incarnatio Christi quomodo sit abditissimum secretum. 1.21.n
incarnatio Christi quo tempore facta sit. 1.22.i
incarnatio cur potius conueniebat filio quam personae alteri ibidem d
incarnationis Christi mysterium quam mirabiliter peractum sit 1.21.p
incarnationis Christi necessitas quomodo probetur ibidem u
incarnatio Dei cur dilata fuerit 1.22.e
incedendi in monasterijs cautijs ratio quae. 1.12.n
indigne communicantis uita quam sit deservenda 2.6.c
indignus quisnam dicatur communicaturus. ib. b
infantia Christi quam perfecte nos doceat quae facienda 1.9.m
infantium proprietates quaedam quanae sint. 2.21.e
infernus ubinam sit 2.20.l
ingredi caute quanam faciant coenobita. 1.12.o
inimici quantum nobis prosint 1.19.d
inimicus quomodo diligendus sit ore, opere ac beneficio 1.7.o
innocentes martyres qui imitandi sint 1.9.f
inobedientia protoparentum quam fuerit grauissima 1.21.e
inseruisse quam officiosissime beatam uirginem filio suo 2.15.r
inpirationem diuinam quinam recipiant. 2.4.n
instrumenta apta quae requirantur in conuersione hominum 2.3.m
integritas uirtutum quanta fuerit in sancto Martino 2.24.d
intemperantia edendi & bibendi quanam mala adferat ibidem b.c
intentio animi ut in Deum unico dirigenda in cunctis sit actionibus 2.15.b
intentionis rectae quae bona sint 2.22.i
interrogasse Christum apostolos quod signet 1.1.c
interrogatio pro diuitibus ad infantulum Iesum & responsio Iesu ad ipsos 1.6.g

In

I N D E X.

Intrare per ostium in ouile ouium quid sit. 2.5.c
inuidia proprium quid 2.7.f.20.e
inuidia esse uicium plane diabolicum 2.7.f
Ioachim S. mors quam sancta fuerit 2.12.g
Ioannem Baptistam natum ex sterilibus parentibus totum fuisse diuinae gratiae munus 2.7.e
Ioannem Baptistam ad saluationem beatae Mariae repletum spiritu sancto 2.9.d
Ioannem Euangelistam corpore & anima esse glorificatum 1.8.b
Ioannem quomodo Christus manere uoluerit opinio diuersorum uaria ibidem g
Ioannes Baptista cur boim turbas fugerit. 2.7.g
Ioannes baptista quando & ubi officium suum inchoauerit 2.9.p
Ioannis Bapt preconia quae sint praestantia 2.7.d
Ioannes Baptista qui fuerit datus in lucem genitibus 2.7.c
Ioannes quando suum scripserit Euangelium. 1.8.i
Ioannes quid sonet 2.7.g
Ioannis Euangelista aetas, carnis castigatio, & uirginea puritas quanta 1.8.e
Ioannis Rusbrochij perfectio quanta 2.25.d
Ioannis scribentis Euangelium cura quanam fuerit 1.8.i
Ioseph Christi nutritij excellentia quanta fuerit 1.9.d
Ioseph cur afflixerit fratres suos in Aegypto 1.15.n
Ira quanae mala secum adferat 2.23.i
ira quanae necessaria sit contra uitia ibidem b
ire in pace quid sit 2.10.l
Isaac & Iacob cur repromissionis uocentur filij 1.4.d
Iudaei cur dicti sint serpentes 1.16.d
Iudaei uir gentiles despectui habuerint 2.4.a
Iudaei tribus priuilegia unde fluxerint 1.4.d
Iuda quid interpreteretur 2.9.c
Iudas quomodo fuerit diabolus uocatus 1.5.c
iudicare alios leniter quam sit periculosum & impium 2.10.b
iudices in extremo iudicio uti erunt in quadruplici differentia 1.12.e
iudicij extremi horror quantum erit 1.14.f
iudicium extremum per quosnam futurum sit. 1.16.b
iudicium temerarium duplex tulisse Simonem pharisaeum de B. Maria Magdalena. 2.10.l
iurandi consuetudo impia quae bodie uoleuerit. 2.17.e
iurare uerum quando non liceat ibidem i
iurasse Herodem ex industria ibidem d

iurationem diuino praeepto prohibitam. ibid. e
iustificari hominem sine operibus ut intelligendum 2.13.g
iustificari neminem posse nisi uolentem 2.4.r
iustitiam esurire & sitire quid sit 2.23.l
iustitia originalis primo homini data, quam praeclearum fuerit donum 1.4.l
iustitia uera per qua probetur 2.20.g
iustitia uera quae sit 1.20.f.l
iustus quis dicatur 1.17.y
Laborandum quantum sit pro reformatione exterioris interiorisque uis 2.3.u
Laboribus parcendum nullis ac molestijs quibus bonis aeternis ibidem
latandum uti sit de aduersitate corpori nostro illata ibidem x
lampades mystice quid insinuent 1.14.c
lampades ornare quid sit mystice ibidem e
lapsus protoparentum qui acciderit 1.21.a
laudandam quantum censerit crucem Ioannes Chrysostomus 2.19.q
laudare digne neminem posse Mariam matrem Dei 1.8.d
laudem crucis mirificam descripsisse Rabanum 2.19.q
laudes & inuocationes quomodo Dei matri tribuat Ecclesia 2.15.m
laudes S. crucis quanam sint 2.19.o
laus hominum quanto studio sit fugienda. 1.21.b
lautius paulo an uescendum diebus solennibus 1.25.b
Lazarus nomen quomodo Euangelium exprimat & epulonis taceret 1.15.l
Legatio Dei ad beatam Mariam per angelum qualis 1.22.f
legis nouae praeepta quantum praestent antiqua 2.23.d
Leui filij qui mystice sint 1.16.r
Liberius uiuendo in mundo quae mala contrahantur 1.12.p
libros scribendi quidnam sanctos Dei impulerit 2.17.l
linguis nouis quinam mystice loquantur 2.3.i
littus maris ut signet finem mundi 1.2.g
Loca altiora cur anima amans petat 2.9.n
loquutio angelorum cuiusmodi sit 2.21.f
Lucere sed non ardere qui dicantur 2.7.m
luci ut comparetur uirgo Maria 2.18.e
luctum sanctum quanam efficiant 2.23.k
lumbis praecingere quid sit 1.20.a

tt iij Lumen

I N D E X.

Lumen uerum qui sit dominus Iesus 1.14.g
lupis rapacissimis quibusnam bodie mundus plenus sit 2.22.c
Lutherani cur ieiunia castigationesq; carnis rideant 1.3.o
Lutherani euangelici quoniam alios doceant. 1.16.b
Lutheranorum communio execranda sub utraq; specie 2.6.f
Lutheranorum communio qualis sit ibidem
Lutheranorum in sanctos impietas quanta. 1.8.q
Lutheranorum merces post hanc uitam qualis. 1.16.i
Lutheri fides quo spectet 2.18.e
Lutheri rebellio in prelatos Ecclesie quanta 1.17.n
Lutheri fructus quis 1.16.m
luxuriam quoniam mala sequantur 2.11.i
luxuria quoniam mala gignat ibidem b
lux ut sit duplex 2.4.l
M*agdalena an fuerit meretrix publica* 2.10.m
Magdalena num corpore uirgo fuit ibidem
Magdalenam ut Christus ad se trahere coepit ibidem n
Magdalena ut publica peccatrix fuerit. ibi. m
magnitudo Ioannis ex parte conceptionis qualis 2.7.t
magnus ut fuerit Ioannes in sua natiuitate. ibi.
magnus ut sit Ioannes in gloria 2.7.y
mala quoniam homini ex originali euenierint peccato 1.4.n
mala quoniam quantaq; homo peccando incurrit 2.21.f
mali quomodo se diligant 1.20.g
malos hic impune delinquere quanta sit damnationis futurae indicium 2.7.i
malum nunquam appeti nisi sub specie boni alius cuius 2.23.q
Mamertinus sanctus contemptor rerum peruentium quanta fuerit 1.20.n
manere in Christo quisnam uere dicatur, & Christus in eo 2.1.d k.6.f
manibus & pedibus uti multifariam grauiterq; peccetur 2.21.b
mansuetudinis quanta fuerit Dauid erga suos inimicos 1.4.g
mansuetudo duplex quae sit 2.23.b
manus mystice quid signet 1.24.k
manuum impositio quid insinuet 2.5.b
mare uti significet praesens seculum 1.2.g
margaritam preciosam signare aeternam beatitudinem ibidem
Magdalenam 2.10.m
Magdalenam ut Christus ad se trahere coepit ibidem n
Magdalena ut publica peccatrix fuerit. ibi. m
magnitudo Ioannis ex parte conceptionis qualis 2.7.t
magnus ut fuerit Ioannes in sua natiuitate. ibi.
magnus ut sit Ioannes in gloria 2.7.y
mala quoniam homini ex originali euenierint peccato 1.4.n
mala quoniam quantaq; homo peccando incurrit 2.21.f
mali quomodo se diligant 1.20.g
malos hic impune delinquere quanta sit damnationis futurae indicium 2.7.i
malum nunquam appeti nisi sub specie boni alius cuius 2.23.q
Mamertinus sanctus contemptor rerum peruentium quanta fuerit 1.20.n
manere in Christo quisnam uere dicatur, & Christus in eo 2.1.d k.6.f
manibus & pedibus uti multifariam grauiterq; peccetur 2.21.b
mansuetudinis quanta fuerit Dauid erga suos inimicos 1.4.g
mansuetudo duplex quae sit 2.23.b
manus mystice quid signet 1.24.k
manuum impositio quid insinuet 2.5.b
mare uti significet praesens seculum 1.2.g
margaritam preciosam signare aeternam beatitudinem ibidem

Mar

I N D E X.

Martyres sancti ut uitam maluerint amittere quam peccato consentire 1.15.a
martyres ut mystice uocentur Iacob & Israel ibidem
martyribus sanctis coelum aperiri 1.7.m
martyrio comparari statum monasticum. ibidem
martyriū D. Ioannis Euangelistae quale 2.21.a
martyrum memoria qui olim fiebat 1.2.r
martyrum sanctorum certamina & triūphi cur nobis ob oculos constituentur 1.13.a
martyr ut sit Ioannes Baptista 2.7.f
matrem Dei quinam uenerari detrectent. 2.9.f
matrem qualem sibi Christus praepararit. 1.21.z
Matthaeus quibus suum Euangelium scripserit 1.4.k
Matthiae apostoli martyriū quale fuerit. 1.19.o
Matthiae apostoli perfectio & relatio pro animarum salute quanta ibidem n
Matthiae apostoli progenies ac propago quae fuerit ibidem
Matthiae apostoli fuisse Christi discipulū. ibi. b
Mediatrix nostra ut sit mater Dei 2.15.t
medicū Christū q; cur semper pulerint 2.20.c
memorias sui instituendas quoniam modo sancti optauerint 1.2.f
mendicos perpetuos quomodo nos ante Deum exhibeamus 1.3.n
mercedem operibus bonis solis deberi 2.3.h
mercenariorum seruorum Christi quantus hodie sit numerus 1.16.g
merces iniquitatis quae fuerit 1.19.a
merces relinquentium omnia terrena Christi amore quanta erit 1.12.d
merita sanctorum quō nobis applicentur. 2.22.f
meritum unius applicari alteri 1.15.q
Michaelis archangeli praeconium quicquid sit à nobis eius implorandum suffragium 2.21.q
miles Christi quinam militare debeat 2.14.b
miles strenuus quo pacto quis fiat 1.3.c
mirabilia quatuor facta esse in incarnatione Christi 1.22.q
miracula ad quid in primitiua Ecclesia ualuerint 2.2.i
miracula externa quando quibusq; fuerint necessaria 2.3.i
miracula ut etiam malis sint communia 2.2.i
miserationis exempla parentes quomodo proli- bus relinquunt 2.14.k
miseri cordiae beatitudo quoniam requat. 2.23.m
miseri cordiae Dei q; desideret & quis nō. 1.7.g
miseri cordiae priorem uti Maria superarit posteriori 2.9.l
miseri cordis adeo quur sit beata Maria in miseris peccatores 2.18.f
miser uere quis dicatur 2.11.k
mititas, quatenus beatitudo, quae sit 2.23.h
mititas quinam acquiratur ibidem i
Modestia Pitbagorae quanta 2.11.g
mōdus redemptionis hominū quis fuerit 2.6.m
monachi ueri uti mortem confidenter excipiant 1.12.p
monasticam uitam olim necessario per miracula nutritam 1.3.m
monasticum institutum quomodo persequatur diabolus per se & per suos 1.12.b
mori bene quisnam dicatur 1.16.q
moriendum quibusnam sit dum uiuimus 1.20.e
mortem Christi annunciare quid sit 2.6.b
morte Mariae appropinquante quae euenierint 2.15.t
mortem quoniam faciant homini terribile 1.12.p
mortiferum quid quinam mystice bibat 2.5.k
mortificanda quoniam in nobis potissimum sint 1.12.g
mortificationem uitiorum duo quoniam promoueant 2.14.d
mortificatio perfecta in quo consistat 2.20.m
mortificatio quanta fuerit in sanctis apostolis. ibi.
mori sibi ipsi quinam anima discat 2.14.f
mors amatorum seculi quomodo sit lucuosa 2.15.n
mors & corruptio hominis unde 1.4.o
mors cur illata sit post mortem 1.21.t
mors sancti Simeonis qualis 1.17.f
mortaliter peccans qui sit damnationi aeternae obnoxius 2.19.z
mortua quomodo fuerit B. Anna 2.12.b
mortui uitae quantum fructū sibi faciāt. 2.14.d
mos amantium quis 2.17.l
Mulieribus cunctis in scriptura laudatis quomodo Maria sit praestantior 2.9.i
munditia cordis quanta etiam in illiteratis efficitur 2.23.m
munditia Mariae uirginis quanta 2.18.b
mundum contemendi ac fugiendi rō quae 1.13.c
mundum sumi trifariam 2.4.c
mundus quoniam male doceat contra ueram Christi institutionem 1.9.m
mūdus totus cur sit in errore constitutus. 1.17.q
N*asci quur Christus uoluerit ex semine Dauid* 1.21.e
N*asci*

I N D E X.

nasci in uili stabulo cur Christus uoluerit 1.6.l
 natiuitas B. Mariae ut patribus in lymbo fue-
 rit reuelata 2.1.k
 natiuitas B. Mariae ut fuerit angelis gaudio
 2.18.k
 natiuitas B. Mariae ut sit gaudio omnibus ho-
 minibus 2.18.l
 natiuitas Christi q̄ bona nobis attulerit 1.6.k
 natiuitas Christi quibus fuerit gaudio 1.6.n
 natiuitas Christi triplex quae sit 1.6.e
 natiuitas sanctorū uera censenda quae sit 1.7.b
 natura Dei quae sit 1.7.g
 natura bona quae sint 2.15.p
 natura hominis corrupta quibusnam malis subia-
 ceat 1.25.b
 naturales affectiones quinam mortificandae sint
 1.20.d
 negociator quisnam dicatur mystice 1.2.f
 neminem posse uiuere sine omni peccato, qui in-
 telligendum 1.15.i
 nepotuli D. Annae qui fuerint 2.12.c
 Nicolai S. abstinencia quomodo cui libet sit imi-
 tanda 1.3.o
 Nicolai S. misericordia quomodo sit imitan-
 da 1.3.o
 Nicoluum sanctum apud quos Deus magnifi-
 cauerit 1.3.b
 Nicolaus S. absens quonam modo praesens sen-
 tiebatur 1.3.l
 nobilis moribus quam fuerat S. Anna 2.12.b
 nobilitantia foeminam quae sint 2.18.b
 nobilitas B. Mariae quata fuerit 1.22.f. 2.10.b
 nocte nasci cur Christus uoluerit 1.6.m
 nomen B. Mariae ut demones exturbet 2.9.x
 nomen Iesu cur oleo comparetur 1.21.k
 nomen patris unigenitis imponi consuetum ut
 fuerit Iudeis 2.7.g
 nomen uirginis Mariae quis apostolorum pri-
 mus inuocauerit ac p̄ illud miracula fecerit
 2.22.a
 nomina quado infantibus imponi consuetū 2.7.o
 nominis Iesu uirtus & dignitas quanta 1.21.k
 numerositas angelorum ut sit incomprehensibi-
 lis 2.21.p
 numerositas angelorum secundum quosdam quā-
 tus 2.21.p
 numerus centenarius mystice quid signet 1.9.b
 numerus duodenarius ut sit mysticus & totus
 sacratus 2.23.b
 numerus millenarius quid signet mystice 1.9.b

nuptiae seculares quantis sint miseris inuere
 1.18.f
 nuptiae secundae & tertiae S. Annae quam fua-
 rint honestae 2.12.g
 nuptiae uirginum quae quam sint felices 1.18.f
O Babulantes p̄ ades sacras sub sacras cō-
 cionibus quam sint reprehensibiles 2.15.e
 obdormiendum in domino quomodo sit mystice
 1.7.o
 obediendum quibusnam necessario sit ex Dei
 praecepto 2.15.b
 obediendum uti sit malis etiam praelatis 1.17.m
 obedientia apostolorum quanta fuerit 2.20.i
 obedientia B. Mariae quanta fuerit 1.17.k
 obedientia Christi quanta fuerit 1.17.k. 24.n
 obedientiae exemplum quale Christus & eius ma-
 ter nobis reliquerint in sua purificatione.
 1.17.z
 obedientiae pars optima quae sit 2.15.o
 obedientiae perfectae forma ubi discatur 1.9.k
 obedientia fidei sancti Thomae qualis fuerit
 1.5.i
 obedientia Lutheranorum qualis 1.17.n
 obedientiam nasci ex humilitate 1.17.m
 obedientia quibus & quando praestanda 1.9.k
 obedientiam quibusnam debeamus 1.17.m
 obedientia S. Andreae & sociorum eius uelox
 ut fuerit 1.1.e
 obedientia Sancti Thomae quam fuerit magna
 1.5.i
 obiurgatio per superiores quinam fieri debeat,
 & quot modis 2.16.b
 obliuisci quorumnam Deus dicatur 2.7.a
 obstinatum in malo hominem num angelus bonus
 penitus deserat 2.21.e
 obuiare sponso quid mystice 1.14.c
 oculus male custoditus quanta mala anima infe-
 rat 2.21.b
 odiat quisnam probe animam suam 2.14.f
 odij Lutheri contra Papā origo quae fuerit 1.6.o
 odiosum quidnam Deo super omnia sit 2.11.i
 officia pietatis quonam Christo in suis mēbris
 exhibeantur 2.13.e
 officium angelorum quod 2.21.n
 oleo quid mystice significetur 1.14.c
 omissione quorumnam praeceptorum totus pa-
 ne mundus intereat 2.7.a
 opera bona approbati a Christo 1.16.i
 opera bona quam sint ad salutē necessaria 2.9.g
 opa nostra p̄ manus b. maria deo offerēda 2.18.b

opera

I N D E X.

Opera quonam indifferentia sint ad bonum &
 malum 1.20.k
 opera quonam nullo pacto uel tempore possint
 bona fieri intentione ibidem
 operibus quibus praemium reddatur 2.13.b
 opes augere quam sit periculosum 1.16.i
 optimus omnium ut sit uerus humilis 2.25.e
 opus aliquod ut sit bonum duo necessario concu-
 rere 1.14.b. 2.10.e
 opus clericorum & monachorum quodnam fore
 debeat 2.15.g
 opus indifferens qui Deo acceptum fiat. 1.20.k
 Oracula prophetarum quo spectarint 1.22.e
 orandi modus duplex quis sit 2.22.b
 orare angelos bonos p̄ sibi cōmissis bonis. 2.21.e
 orare sanctos pro nobis 2.5.b
 oratio beatae Mariae ad Deum pro incarnatio-
 ne filij Dei 1.22.k
 oratio hominum mutua quid ualeat 1.2.q
 oratio sancti Stephani quo spectet 1.7.n
 oratio Simeonis ad Christum infantem 1.17.f
 ordines angelorum uti cum thronis coniungan-
 tur 2.21.p
 ordines qui & quot sint angelorum ibidem.m
 ornamenta uirginum quonam sint 1.18.d
 Ostiarius qui dicatur spiritus sanctus 2.5.e
 ostium bis cur se Christus appellet ibidem.g
 Oues quae quorum non audiant uocem. ibidem.f
 oues suas quinam uocet Christus nominatim. ib.e
 ouium Christi studia ut sint diuersa ibidem.g
 ouium proprietates quae quibusnam necessariae. 2.22.g
PAcem pectori quonam praestent 1.17.x
 Pacem ueram quonam impediunt. ibidē.g
 pace uera uti nihil dulcius uel praestantius in ui-
 ta haberi possit 2.8.o
 pacifici qui dicantur triplici ratione 2.23.n
 pacis tempore cur Christus nasci uoluerit. 1.6.d
 pacis uerae fructus qui sint 2.8.o
 palatium quo pacto edificauerit beatus Thomas
 Indorum regi 1.5.l
 parabola mira in eos qui oblectationes in creatu-
 ris immodice aucupantur 2.11.l
 parabolis quidnam potissimū & pprium sit. 1.14.b
 paradigma in suarum opum amatores 2.14.f
 partem optimam uti elegerit beata Maria ma-
 ter Christi 2.15.i.k
 parentes uti cooperentur ad custodiam uirgi-
 nitatis in suis prolibus 1.14.p
 parturire quid proprie signet 1.6.f
 pascha solēnitatis uti sit om̄i celeberrima 1.25.a

passi Christum in suis pauperibus 2.15.d
 pascha ubinam fideles reuera inueniant 2.5.g
 passionem domini memorandam ante Eucharis-
 tiae sacrae communionem. 2.6.b (2.8.b)
 pastores suos ut fideles in reuerentia babeant.
 pastor cuius quando quis rite dicatur 2.5.d
 pater uiuens quinam Deus pater dicatur. 2.6.b
 patiens quā fuerit S. Anna in sterilitate. 2.12.c
 patientia proprium quid sit 1.13.e
 patientia quid sit ibidem
 pati quare oportuit Christum 1.23.f
 patrini quomodo spirituales filios suos institue-
 re debeant 1.5.o
 Paulini episcopi charitas quanta 1.20.n
 pauperes spiritu qui sint 1.6.i
 paupertas B. Mariae & Ioseph quanta. ibidē.f
 paupertas spiritus quid sit 2.23.e
 paupertas uoluntaria q̄ sit res laudatissima 1.12.f
 paupertatem quur adeo Christus delegerit ali-
 isque consuluerit 1.16.g
 paupertatis nobilitas quanta sit 1.6.i
 pax cum tribus quomodo seruanda sit ibidem
 pax uera quonam sit, quicq̄ obtineatur 2.20.k
 Peccantem demonibus ad simulari 2.19.m
 peccantis animum saxo duriores reddi. ibidem
 peccata cur uocentur tenebrae 2.4.h
 peccata oia posse uitari p̄ diuinum auxilium ibid.
 peccata parentū quō dicatur sup̄ filios uenire. 1.7.d
 peccata quemlibet leuia quanto luctu olim de-
 plāxerint sancti 1.3.k
 peccata quinam fiant grauiora 1.7.d
 peccata ut B. Magdalena profuerint 2.10.n
 peccati captiuitas quam sit miserrima 2.4.g
 peccati effectus & monstra qualia 2.19.k
 peccato cuiq̄ peculiare quidnam sit 2.18.e
 peccatores cur sint gloria B. Mariae 1.17.n
 peccatores quosnam Christus ad se uocare uene-
 rat 2.20.g
 peccatorum multiplicationis hocce nostro secu-
 lo causa praecipue quae sint 1.8.p
 peccatrix cur dicta fuerit Maria Magda-
 lena 2.10.f
 peccatum Adae quoruplex & quam enorme fu-
 erit 1.21.e
 peccatum originale quid sit, & quonam inclu-
 dat 1.4.m
 peccatum originale quinam remittatur in bap-
 tismo ibidem
 peccatum protoparentum quam grauius puni-
 tum fuerit 1.21.f

iii

Pecca-

INDEX.

peccatum unde ortum habeat 2.5.m
 peccaueris cur Lamech grauius quā Cain. 1.7.d
 pedes mystice quid signent 1.24.k
 perdi animam bifariam 2.14.f
 peregrinorum conditiones quae 1.23.k
 peregrinorum mores qui sint ibidem
 perfectio angelorum quanta 2.21.m
 perfectio monachorum sancti Martini quanta fuerit 2.24.g
 perfectiones Dei ut sint oimodis infinitae. 2.2.o
 perfectioi acquirēda q̄ duo necessaria sint. 1.3. n
 piculis quāris expositi sint amatores mūdi. 2.20 l
 persequutio impiorum quomodo fuerit sanctis in testimonium 1.13.f
 p̄secutionē pios quosq; bodie pati ab impijs. ibi.g
 persecutores Dei amicorū quinam sint 2.17.k
 petere in nomine saluatoris quid sit 1.19.g
 petere quanam debeamus a Deo 2.22.i
 p̄titioni aliorum quinam non praecipitanter nimis annuendum sit 2.11.c
 Petri apostoli auctoritas & dignitas quāta. 2.8.d
 Petri apostoli frugalitas & paupertas quāta. ibid. p
 Petro apostolo quur Christus nomen mutauerit ibidem b
 Petrum apostolum cur Christus se negare permiserit ibidem p
 Petrus quō a Christo uocatus sit petra. ibid. k
 Petro tantū cur dixerit Christus: Sequere me 1.8.c
 Petrus constitutus est in pastorem uniuersali Ecclesiae ibidem
 Petrus ut instat magistri sui sit crucifixus. ib.
 P̄barisaeorum in Christum insidia & doli inexplēbiles fuisse 2.10.e
 philosophi quidam quare temporalia sua reliquerint 1.12.e
 philosophorum quorundam studium in uitijs edo mandis quantum 2.14.d
 philosophorum studia pro uirtutibus quo spectauerint 1.20.l
 philosophos reliquisse diuitias qui intelligendum sit 1.16.f
 Pietas erga parentes pauperes & proles uti exhibenda sit 1.12.f
 pietas ut mouerit beatam Mariam ad uisitandam cognatam suam 2.9.o
 pietatis opera qui exercenda 1.20.o
 piscatores cur Chr̄s fecerit praedicatores. 1.1.d
 piscatores ut sint praedicatores ueritatis. 1.2.g
 piscis affns quomodo significet Christum glorio

sum 1.24.f
 Placere Deo nihil absq; charitate 2.22.g
 placendi Deo desiderium quam sit Deo acceptum 1.20.b
 placere proximo quādo debeamus ibidem g
 placere quomodo possimus Deo ibidem
 placere uelle boibus quē fructum pariat 2.8.a
 Poena damnatorum quanam omnium sit grauis sima 2.2.b
 poenā quāuis & dolorē ex superbia nasci 2.25.e
 poenitendi modus B. Mariae Magdalena quā fuerit mirabilis 2.10.f
 poenitentia apud damnatos qualis erit 2.2.b
 poenitentia B. Ioan. Bapt. q̄ austera fuit 2.7.p
 poenitentia fructus qui sint 1.7.l
 poenitentia perfecta forma qualisnam esse debeat 2.10.f
 poenitentiam agendā docet angelus bonus 2.21.f
 poenitiā agēdi olim modus quis fuerit 2.10.g
 poenitiā publicani quando quis agere debeat ibidem
 poenitentia perfecta quae sit 1.7.l
 poenitentibus coelum aperiri ibidem k
 poenitentibus quam bonus sit Deus 2.10.t
 poenitere differentes quanto periculo se exponant 1.14.g
 poenitere paucos perfecte 2.10.o
 pontificis summi audiendam sententiam 2.13.b
 potentia & dulcedo apostolorum quanta 2.8.r
 porte inferorum quā intelligantur ibidem k
 porte tribulationum quanam dicantur 1.2.b
 potestatum officium quod 2.21.n
 Praecllentia Beatae Mariae uirginis quanta 1.22.f
 praecepta Christi quanam comprehendat 2.1.h
 praecepta Dei quo seopo seruanda 2.5.k
 praeceptum dilectionis fraternae quinam intelligendum 1.19.i
 praedestinatio quid sit 1.5.a
 praedicationis apostolorum ratio mystica quae 2.3.m
 praelati quanam suis subditis debeant 1.20.m
 praelati quo referre debeant honorem sibi exhibitum 2.16.d
 praelatis nostris quanam debeamus 1.20.m
 praelatorum indignitas quanta sit patientia ferenda 1.20.m
 praelatos malos ob subditorū nequitas adeo permitti 2.22.b
 praeparatio ad sacram communionem omnium optima

INDEX.

optima quae sit 2.6.g
 praescientia quid signet 1.5.a
 praesentatio Christi in templo quas uirtutes nos doceat 1.17.p
 praeseruari a peccato quantum sit donum Dei 2.9.b
 praesumendum non esse de diuina gratia 2.7.o
 praecandi modus praecipuus quis 2.22.a
 praeces quomodo mutuo pro se fundant homines quantaque eadem efficaciae sint 1.19.m
 praecoerbi Dei quid spectare potissimum debeat 2.22.e
 praemiu angelorū uti & qualiter crescat 2.21.x
 praemiu duplex dari pro opere bono 1.15.g
 praemium quam magnificum recipit uere religiosus post mortem 1.12.g
 primitias mysticas quas debeant offerre Christiani diebus festis 2.22.i
 princeps huius mūdi cur dictus sit diabolus 2.19.d
 princeps malorum hominum ut uocetur diabolus 2.19.e
 princeps ut sint apostoli 2.20.b
 principum & praelatorum decor & ornatus uerus quis sit 2.21.n
 professio religiosorum quam apte secundus uocetur baptisimus 1.7.m
 proles ad uirginitatis custodiam uti sint a patribus iuuandi 1.14.p
 p̄missum caelitus quale acceperit S. Anna 2.12.f
 propensio duplex ut sit in homine 2.15.p
 propheta in nouo testamento qui fuerint 1.7.c
 propheta & concio ac canticū Simeonis 1.17.f
 propositum Dei in saluatione hominum quomodo intelligendum 1.5.a
 prosperitas mundi quidnam sit 1.9.n
 prosperitates temporales cur Deus aliquibus subtrahat 1.15.m
 proximo quanam debeamus 1.20.b
 proximus noster ut sit triplex ibidem l
 prudentia B. Mariae quanta fuerit 1.21.m
 prudentia pythagorae quanta in consilijs dandis 2.11.g
 Publicani quinam dicebantur olim 2.20.c
 pueri quinam instituendi sint 2.24.d
 puritia S. Martini quam fuerit admirabilis ibidem
 pugillaris quid 2.7.i
 pulchritudo angelorum quae 2.21.l
 purificandis quanam lex praescripserit 1.17.p
 puritas B. Mariae quanta fuerit 1.22.f 2.15.b

puritas Christi quomodo imitanda 1.24.p
 puritas conscientiae D. Augustini quanta fuerit 2.16.e
 purius uiui in religione monastica 1.12.k
 Quadragenarius numerus mystice quid signet 1.9.l
 quam periculossime hodie uiuatur 1.15.e
 quarelas Martha fuisse pias 2.15.f
 Quietem uerā in mūdo nō posse inueniri 1.12.o
 quietis in coenobijs causae quae sint ibidem
 quinā quae consideranda sint in mundi contemplatione 2.20.k
 Quomodo nemo possit esse diues, nemo pauper 2.14.m
 Radices uitiorū omnium quae sint 1.8.m
 radix uir sit S. Anna 2.12.f
 Rahab non fuisse meretricem 1.4.f
 ratio celebrandi festum de S. cruce quae 2.19.o
 rationē quando ponat Deus cū seruis suis 1.3.g
 rationes mysticae eorum quae Christus ascensurus fecit 2.3.m
 Recipi Christum uere in membris suis 2.21.f
 reconciliari quinam homo Deo potuerit 1.22.c
 referenda quinam sint omnia in Deum 1.20.b
 refugij ciuitas cur dicatur B. Maria 2.18.c
 reges quinam plura nomina habuerint 1.4.i.k
 reges quinam soli iure uocentur 2.21.b
 regina angelorum & hominum uti iure dicatur B. Maria 2.15.b
 regina caeli lactare quando & a quibus cantatū 1.25.e
 reginam esse misericordiae & pietatis matrem cur proprium sit B. Mariae 2.18.f
 regna caelorum cur paupibus p̄mittantur 2.23.f
 regnum caelorum significare Ecclesiam militātem 1.2.f
 regnum caelorum uti duplici iure Christus sibi uendicet 2.23.o
 regnum Christi quodnam fuerit B. uirgini p̄missum 1.22.p
 Religio coenobitica cur bodie tot habeat oses 1.12.b
 religiosorum paupertas uoluntaria quae sit 1.7.m
 religiosos praedicari a domino Iesu beatos 2.23.f
 Relinquenda quomodo nobis sint omnia 1.12.g
 relinquere quid sit quidque amittere 1.12.e
 reliquia mala quanam remaserint ex originali peccato 1.4.o
 remediū stabile cōtra chōriadi libidinē 2.17.d
 remissio

I N D E X.

remissionē peccatorum p̄dere ex caritate 2.10. k
renunciandum quinam sit omnibus rebus mundi 2.10. d
reprehensibile quid cur Christus in apostolis h̄ere permiserit 2.21. c
Rerum temporalium administratio ut necessario animum laceret 2.15. g
Resistere quinā possit anima uoluptatibus prauis 2.14. f
Resurrectio nostra cur non fiat die tertia, sicut Christi 1.25. g
resurrectionem suam cur Christus non distulerit usque ad uniuersalem ibidem
resurrectionem suam quibus argumentis Christus ueram probauerit 1.23. c
resurrectione sua quam mala Christus depofuerit 1.25. g
resurgendi modum quē Christus seruarit ibi. d
Reuelationes quādo potissimū fieri solent 1.9. d
Reuerentia quanta suscipienda sit filij Dei in carnatio 1.21. r
Rogare in nomine Iesu quid sit 2.2. i
Romana sedis priuilegia & auctoritas quantata 2.8. i
Rore celestis consolationis perfundi monasterios ueros professores 1.12. o
Ruditas quorundam apostolorum ante spiritus sancti receptionem quanta fuerit 2.2. b
Ruth contra legem uti mater regum Iudaeorum effecta sit 1.4. f
Sacerdos magnus quō in ueteri, & quis in nouo testamento dictus fuerit 1.3. a
Sacramēta cur quibusdam bodie ablata sint 2.22. c
sacrificia Iudaeorū quō Christus estimarit 2.20. f
sagena mystice quid significet 1.2. g
Salathiel quis fuerit 1.4. i
Salomon cur permissus sit cadere in idololatriam 1.15. o
Salomonis posteritas quando defecerit 1.4. g
Saluator cur recte uocetur Christus 1.6. i
salutare p̄uam quid sit curue prohibitū 2.22. d
Salutationis angelicæ ad B. uirginem quanta sit efficacia 2.9. f
salutationis mutue mos quis apud Iudæos fuerit ibidem o
salutem nostram quomodo uocemus Christum, & quomodo eius matrem 2.15. l
Samaritani quinam dicti 2.5. a
sc̄ti cur in aduersitatibus gaudere soleant 1.15. n
sancti cur sint honorandi, diligendi ac imitan-

di 1.1. b
sanctificare festos dies quō intelligendum 2.22. k
sanctificari & spiritu sancto repleri quinam differant 2.7. e
sancti quinam pro sibi deuotis onuerine 1.2. o
sanctitas B. Mariæ quanta fuerit 1.22. f
sanctitas cur tanta bodie non inueniatur ut olim 1.3. e
sanctitas perfectioque nostra in quosita sit 1.3. m
sanctorum catbologo quomodo adscribantur sancti 1.15. l
sanctos curam habere uiuentium, qui eorum bonorant perfectionem 2.22. f
sanctos orare pro alijs qui intelligendum 1.2. p
sanctos pro uicis apud Deū intercedere 2.24. f
sanctos scire quod agitur in creaturis 2.5. b
sapiētia æterna Christus uti nominetur Margarita pretiosa 1.2. g
sapiētia salutaris quæ sit 2.1. b
satiare animam quodnam solum possit 2.23. e
satiare tradi a uicario Christi per excommunicationem terribile ac execrandum 2.8. k
satietas spiritualis ubi fiet 2.23. l
satisfactioe hominem oportuisse redimi 1.22. c
satisfecerit quinā Christus pro peccatis nostris 2.10. b
satisfecisse Christum pro nobis non sufficere ad salutem 1.24. b
scala ad superbiam quæ sit 2.11. k
scandala præstantes animabus infirmis quā grauissimis se poenis inuoluant 2.21. g
scandala quænam minime sint uitanda 2.19. a
scandalum pusillorum quonam studio præcauendum 2.21. f
scientia quando solū sit utilis & laudata 2.8. f
scientia sanctorum quæ sit 1.12. a
scisma & hæresis huius seculi unde coeperint ansam 2.15. c
scopus cuique ut sit præfigendus 2.22. e
scopus & summa omnium prophetarum & scripturarum uti sit Christus 1.24. g
scribas doctos ac notarios Christi fuisse apostolos 1.2. b
seculo dediti homines cur monachos existimant infelices ipsi multo infelicissimi 1.12. o
seculum præsens cur mari comparetur 1.1. d
sensa scripturarum quonam solo doctore referantur 1.24. g
sensus catholicus de Sacramento altaris quis 2.6. p

sensus

I N D E X.

sensu hereticorum de Sacramento cuiusmodi sit 2.6. p
sequi Christum quam sit glorificum & commendabile 1.12. d
seruitus Dei quam sit gloriosa 1.3. e
seruum bonum quænam constituant 2.16. a
signa in conuersione infidelium cur fuerint oportuna 2.3. m
signa in Ecclesia primitiua quam fuerint necessaria 1.7. a
signa per quæ homo sciat aliquatenus se esse in gratia 2.5. p
Simeon cur fuerit iustus 1.17. e
Simeonis charitas quanta fuerit ibidem f
Simeon quid signet ibidem p.
similitudo Dei quanta in angelis reluceat 2.21. l
simplices rudesque discipulos cur Christus delegerit 2.8. g
simplicitas Iacob quanta fuerit 1.4. d
simplicitas uera quanta sit apud Deum existimationis 2.8. f
simplicitas ut constituat seruum bonum 2.16. b
simplicitati uera proprium quodnam sit 2.17. i
simulatio hypocritarum cuiusmodi sit 1.9. i
sinistra dexteraque quonam insinuentur 2.11. c
Socratis patientia qualis fuerit 1.13. l
sollemnitates sanctorū celebrandi ratio quæ 1.8. p
Solonis sententia memorabilis quæ 1.13. i
sorte sua uti nemo hoc seculo contentus sit 2.11. d
fortibus uti num licitum sit 1.19. l
Specie quali apparuerit angelus beatæ Mariæ uirgini 1.22. k
spiritualis omnia dijudicans, quis sit 2.13. l
spiritui sancto uti locus pareatur 1.17. p
spiritus boni aut mali uisio quomodo discernatur 1.6. b
spiritu sancto pleni quomodo dicti sint apostoli 1.22. l
spiritus sanctus quænam agat in eis quos replet ac possidet 2.9. e
spiritus sanctus quid gratiæ contulerit hominibus in incarnatione Christi 1.21. y
spiritus sanctus quis sit 2.5. a
sponsam qualem habet uirginitas sancta 1.18. c
Stabilitas angelorum qualis 2.21. l
stabilitate quanta opus sit in uera catholicaque fide 2.8. m
stabilum cur in natiuitate sua Christus elegerit 1.6. m
stadium quid sit 1.23. c
stella maris cur uocetur beata Maria 2.18. b
stomachus anima quinam purgandus 2.23. l
substantiā suam uti S. Anna expēderit 2.12. d
subtilitatem quam Christus induerit 1.25. i
suffragijs sanctorum nos adiuuari 2.8. q
summa Christianæ religionis in quo consistat 2.10. c
superbiam uitandam quæ nos hortetur 2.11. k
superbia occulta quæ mala efficiat 2.25. b
supbia pro parente quæ fuerit effrenis 1.21. u
supbia spiritualis quibus ex donis oriatur 2.25. a
superbi & ambitiosi quam lectionem sibi necessariam discere debeant 2.21. e
superflua ex quibus præstanda est eleemosyna, qui intelligenda 2.14. m
suppliciorum D. Laurentio illatorum causa quæ fuerit 2.14. e
supplicium crucis cur Christus elegerit 2.9. f
Talenta sibi commissa quomodo sancti duplicauerint 1.3. e
talentis quinque, duobus & uno quidnam diuersum insinuetur ibidem e
talentorum parabola quid dominus insinuare uoluerit ibidem g
talentum quinam in terra abscondant ibidem f
templum misericordiæ cur reuera sit Beata Maria 1.17. e
templum triplex quod qui intelligendum ibi. o
templum uti signet Beatam uirginem Mariam ibidem e
templum uti signet hominis cuiusque animam ibidem x
tempus gratiæ uti fuerit incœptum ab ortu Iohannis Baptistæ 2.7. g
tempus omne uitæ huius quinam suspectum haberi debeat 1.20. b
tenebras suas amantes qui sint 2.4. o
tentationem qui suam non sentiat 1.15. p
tentationes quinam uincendæ sint 1.20. b
tempus huius temporis quantus ad communicandum Christi sacramento 2.6. b
terram miribus promissam bifariam intelligendam 2.23. b
testamenti ueteris à nouo distinctio qualis 2.6. b
Thadæus & Simon apostoli quibusnam gentibus euangeliū Christi prædicauerint 2.22. a
thesaurarium DEI esse Beatam Mariam 2.15. m
thesaurum abscondi quid sit 1.2. d

iii

Tho

I N D E X.

Thomas apostolus quinam dicatur uidisse & cre-
didisse 1.5.g
Thronorum officium quodnam sit 2.21.p
Timor carnalis quis 1.8.a
timor domini qui acquiratur 1.17.y
timor filialis ac sanctus quis 1.8.a
timor quantus omnium erit in extremo iudicio
1.14.g
timor seruilis quanta mala efficiat 1.19.c
timor seruilis quis dicatur 1.8.a
timor syncerus & castus quis 1.17.a
Tormentorum genus maximum quodnam sit
1.13.g
tranquillitas ueritas & suauitas angelorum qua
ta 2.21.m
traxerit uti omnia Christus ad se cruci affixus
2.18.f
Tribulatione à carnis tentationibus liberari
1.15.o
tribulatione acquirere quendam gloriam magnam
in caelo 1.15.q
tribulatione boies acquirere consolationes 1.15.p
tribulatione mentem cuiusque reuocari ad De-
um 1.15.o
tribulationi esse portam ad regnum caelorum 1.15.m
tribulatione quenque uenire ad sui agnitionem
1.15.o
tribulationes uti de manu Dei sint suscipien-
da 1.1.b
tribulatio uti cor obstinatum emolliat 1.15.m
tristitia quanta & corpori & aia nociua 1.15.i
Turbari quomodo & quae debeat ob sua peccata 2.15.r
turbata cur fuerit Beata Maria in sermone
angeli 1.21.g 2.2.o
turbata qui fuerit beata Maria in filij sui pas-
sione 2.15.r
turpitudine animae peccatricis quanta 2.5.l
Tyrannis Herodis quanta fuerit in paruulos
1.9.k
Vas electionis cur dictis fuerit Paulus
apostolus 1.16.d
Verba Christi ascendenti quanta cum deuotio-
ne sine auscultanda 2.3.d
uerba filij sui uti audierit B. Maria 2.15.f
uerbum Dei quanto studio audiendum 2.15.e
uerbum Dei quod iactant nostri seculi Euan-
gelici quale sit 2.13.a
Vestibus qualibus iam induantur homines 2.11.d
uestium hoc tempore quanta sit petulantia &
turpitudine 2.11.d

uestium ornatu & curiositate uti homines alios
scandalizent 2.21.g
Via recta quanam dicantur 1.12.a
uiam ad regnum caelorum quomodo in se nobis
Christus ostenderit 1.6.m
Viam cur se nobis praebuerit Christus 2.20.m
uia quanam sit quae ducit ad uitam 1.23.o
uia salutis quam difficile hominibus bodie per-
suadeatur 2.11.g
uia uirtutum difficilis quam retribuatur merce-
dem 2.3.f
uia uirtutum quibusnam sit suauis 2.3.z
uia uirtutum quo ducatur 2.3.o
uia uirtutum ut sit primo congressu ardua, de-
inde facilius 2.3.p
uia uiciorum quae sit, quomodo ducatur 2.3.o
Vicarius Christi supremus in Ecclesia catho-
lica quisnam uere censendus 2.8.i
uictoria contra daemones cuiusnam adscribenda
2.3.i
uictoria per Mariam nobis adepta quam sit
gloriosa 2.9.m
uigilare uere quinam dicantur 1.20.c
uincere mundum quinam melius possumus 2.20.l
uirga ut sit B. Maria 2.12.f
Vir fidei aia ut Christus dicatur 2.10.a
Virginem esse uere quanta sit dignitas 1.18.e
uirgines esse Christi sponsas & reginas 1.18.e
uirgines fatuae quae intelligantur 1.14.d
uirgines martyres sine miraculo uti raro uisae
sint mori 1.2.a
uirgines prudentes quae intelligantur 1.14.d
uirgines quanto studio publicam fugere debeant
2.9.b
uirgines ut omnem suam inconditorem conijci
ant possibilitatem 1.18.a
uirginitas carnis quando dicatur preciosa mar-
garita 1.2.f
uirginitas carnis quanta sit gloria 1.22.g
uirginitas carnis quantum sit laudata à Beata
Thoma apostolo 1.5.n
uirginitas quali gaudij corona in caelo donabi-
tur 1.18.d
uirginitas quanam minus placeat Deo 1.18.d
uirginitas quam praecelata sit uirtus 1.14.b
uirginitas quam sit praecellens munus Dei,
1.14.k
uirginitas quanta sit cura custodienda 1.14.k.p
uirginitas uti uere foecunda efficiatur 1.14.m
uirginitas ut sit perpetua duratura 1.14.n

virgini

I N D E X.

uirginitatem cum Dei gratia fore seruatu pos-
sibilem 1.18.a
uirginitatem cur Christus non praecerit 1.14.m
uirginitatem etiam apud Ethnicos fuisse possi-
bilem & uoto firmatam 1.18.b
uirginitatem etiam in ueteri testamento fuisse
Deo gratissimam 1.14.n
uirginitatem omnibus seculis Deo singulari-
modo placuisse ibidem
uirginitatem tueri ut sit martyrium quoddam 1.18.e
uirginum excellentia quanta 1.8.c
uirginum in caelo quanta sit felicitas 2.25.u
uirginum quarundam constantia quanta in tor-
mentis horribilibus 1.18.b
uirgo Dei conceptura quae intelligatur 1.21.c
uirgo ut sit Ioannes Baptista 2.7.f
Virtus cordis quae 1.24.k
uirtus & uoluptas qui ex diametro diuersa sint
2.3.g
uirtutes Christi-formes quidnam faciat suauis
1.8.l
uirtutes esse in quadruplici discrimine 2.3.x
uirtutes quae affectiuae & quae dicantur actiuae
1.24.k
uirtutes quanto studio quasnam Ethnici exco-
luerint 2.11.b
uirtutes quasnam B. Maria exhibuerit consen-
tiendo angelo 1.22.r
uirtutes ut sint quaedam penae quibus animam
caelum euolent 2.11.b
uirtutes uere quam felicem eas habentem effici-
ant 1.13.b
uirtutibus noue quaedam specialiter inesse 2.21.o
uirtutum officium quod ibidem
uisibilia inuisibiliaque omnia ut propter homines
ceata sint 2.6.m
uisitasse Mariam cognatam suam ut Ioannes
sanctificaretur 2.9.c
uitem cur se Christus uocet, nosque eius palmites
qui sumus 2.1.c
uita actiua in quibus sita sit 2.15.g
uita actiua quanam necessario requiratur 2.15.h
uita Beata Mariae post Christi ascensum qua-
lis fuerit 2.15.f
uita Christi tota ut fuerit mera humilitas 1.17.b
uita Christi tota ut fuerit sempiterna poenalis & def-
pecta 2.11.d
uita contemplatiua quanta a nobis requiratur 2.15.f
uita contemplatiua quare pars optima dicatur ibid-
em
uita solitaria laus ex D. Hieronymo 2.21.b

uita & conuersatio S. Annae qua sancta 2.12.f
uitam contemplatiuam requirere mentis abstra-
ctionem a curis 2.15.f
uitam banc quam periculo se homines diligant
1.25.i
uitam monasticam eligentes quam sibi sapien-
ter prospiciant 2.15.d
uita pastorum in culpa quanta proficiat sub-
ditis 2.5.e
uita S. Andreae cuiusmodi sit nobis speculum
1.1.n
uita Sancti Martini quam fuerit sanctissima
2.24.d
uita spiritalis triplex quae sit 2.15.g
uitia quinam suos amatores excrucient 2.3.u
uitia subditorum uti in praelatos redundent
2.20.b
uitijs quantis B. Maria Magdalena ante con-
uersionem subiacerit 2.10.m
Unctus quinam dicatur Christus 1.6.c
unio duplex in Christo quae fuerit 1.25.d
unitatis corporis Christi mystici quanto sit enco-
mio digna 2.8.n
unum quodnam solum sit necessarium 2.15.b
Uocatione sua unumquemlibet contentum oport-
ere fore 2.5.p
uoluntas hominis qua sit infirma sine gratiae dei
auxilio 2.11.f
uoluntatem Dei opere exequi ut a nobis requi-
ratur 2.21.a
uoluntatis propriae abnegatio qua sit omni Chri-
stiano necessaria 1.15.d
uoluptas prosperitatesque seculi in quae mala pra-
cipitent 1.9.o
uota monastica contra quanta uitia ordinata sint
1.12.k
uota tua monastica quae sint 1.7.m
uotifragi desertores monasticae religionis car-
nales quam impie uiuant 1.18.c
uoto solenni cur sese astringant monasticae uitae
professores 1.12.k
uotum castitatis uti Beata Maria emiseric
1.21.m
uox Elizabeth qualis fuerit 2.9.e
Urbes quibusnam moribus crescant quibusque em-
uertantur 2.11.b
Uulnera Christi ut sint a portu munerum diui-
norum 1.24.e
uulnera cur Christus in corpore suo seruauerit
1.24.i

Vulne

I N D E X.

<i>Vulnera quæ Christus post resurrectionem re- seruauerit</i>	1.25 e	<i>Zelandum quomodo unicuique sit pro proximo suo</i>	1.5 m
<i>vulnera domini gloriosa quanta cum reuerentia Thomas tetigerit</i>	1.5 f	<i>Zelo quanto beatus Thomas honorem Dei ani- marumque salutem zelatus sit</i>	1.5 k
<i>vulnera quam ex peccato protoparentum ani- ma nostra inflata sint</i>	1.21. f	<i>Zelum cuiusmodi omnis Christianus habere te- neatur pro Deo</i>	ibidem
<i>vulneribus Christi quomodo medicinam unctio nemue adhibeamus</i>	1.20	<i>Zelus animarum quantus pectori D. Ioannis apostoli infuerit</i>	1.8 p
<i>vulnerum cicatrices cur Christus post resurre- ctionem seruauerit</i>	1.5 f	<i>Zelus D. Augustini aduersus hereticos & pro animarum salute quantus fuerit</i>	2.16 b
<i>uxor Ioseph cur uocetur B. Maria</i>	1.6 e	<i>Zelus phariseorum aduersus Christum quan- tus</i>	2.20 c
Z acharias quid significet	2.9 c	<i>Zelus spiritalis effectus quæ sit hodie modicus</i>	1.3 k
Z acharias spiritu sancto repletus quo- modo dicatur	2.7 l	<i>Zorobabel quæ fuerit & unde sic dictus sit</i>	1.4 i

F I N I S.

ERRATA VTRIVSQUE VOLUMINIS, OMISSIS

quæ quæ quiuis, etiam parum in Latinis literis ac sacris paginis uer-
fatus aduertere possit, sic corrigantur.

Numero I. A linea 29. nobis. IIII. E. in linea generatiõis. Q 50 ita facere potuit, ita uoluit. VI.
A 53. par est E 49. & familia. G 55. uilitatem. O 8. enim illis. VIII. 53. uberiori indiget. F 21.
delegat. M 36. obtutus. IX. A 6. testimonium reddiderunt. B 8. quatuor uirtutum. K 15. uel
etiam si interdum minus rationale uel tolerabile uideatur. XII. L 34. suis. XII. A 13. sanctita-
tem. B 7. Nec. I 14. toxicum. XIII. 2. induemur. K 10. afflictionis diuina. XIII. K 55. Noe
& XV. B 21. meq; C 14. uincamur. XVI. E 25. peius. G 31. opum. S 19. qui minus. XVII. H
58. semper deiecit. XIX. A 4. sed quia unus. XX. A 14. concutere. XXI. K 42. Hæc. L
47. Iacob tota. S 41. superior uis. XXIII. K 55. si compateretur. P. Sermonem hinc sequentem
scilicet: Videte manus meas, &c. pone post Exegesi in feria tertia Pasche. I 60 amore uestri.
XXV. I. 45. quoniam.

AE S T I V AE

I. F 14. adste & R 25. quam cum. L 2. ut. 3. illi. III. L 13. si ita. N. 25. Siccine. T 30. sed sese. VI.
B 42. terra. 61. an attente. 63. num uidelicet. F 14. quoq;. O 9. uoluit. VIII. A 66. utcumq;. E 26. abe-
rat. F 19. Nam si. 24. Erant. 38. toxicum est. P 26. nullis possit eis. T 7. dicant Deos. IX. T 9.
quin. 19. desuuiens. V 39. stilla. X. B 14. ope. E 15. inflammans. 74. subiisse. K 2. quam. P. 44.
Ideo parum. X 62. ingentia. XI. A 35. quia aliud. I 34. & relin. L 63. conturbatis. XII. A 2. bo-
die ferias. G 79. ad se. 52. suo. Nabel. D 17. quo minus. 18. substantia quam. XIII. distamus. L. si-
tam. XIII. H 34. Non est. 37. labore. M 38. perfide. N. 46. utentes. 52. disperserunt. 55. indi-
gentibus. XV. A 1. memini. B 52. quoq; ac. XVI. A 17. insit. D. 39. totum. XVIII. B 78. moeren-
tiam. G 2. ad ipsam. E 26. honestissimam. 68. sanctitatis. H 18. respectus. 27. Maria precibus. 27.
efficiat ut. L 41. afflictis & miseris consolatio. XIX. 6. folia. XXI. P 3. decernit. R. 40. præfona-
ri. XXII. H 36. nitantur maxima sibi acquirunt merita, & quandoq; huius beatæ uirtutis habi-
tū adipiscuntur. T 20. animi. XXIII. A 6. ambiatis. B 53. prelatoris. XXV. B 22. Si inquæ.

I
IN FESTO SANCTI

ANDREÆ APOSTOLI, EPISTOLA

B. Pauli Apostoli ad Romanos X.

1.



ORDE creditur ad iustitiam, ore au-
tem confessio fit ad salutem. Dicit enim
scriptura: Omnis qui credit in illum,
non confunderetur. Non enim est distin-
ctio Iudæi & Græci. Nam idem domi-
nus omnium, diues in omnes qui inuo-
cant illum. Omnis enim quicumque in-
uocauerit nomen domini, saluus erit.
Quomodo ergo inuocabunt, in quem
non crediderunt? Aut quomodo credent
ei, quem non audierunt? Quomodo au-

Esaiæ 28

Ioel. 2
Acto. 1

tem audient, sine prædicante? Quomodo uero prædicabunt, nisi mittan-
tur sicut scriptum est. Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem,
Euangelizantium bona: Sed non omnes obediunt Euangelio. Esaias
enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu.
Auditus autem per uerbum Christi. Sed dico: Nunquid non audie-
runt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis
terræ uerba eorum.

Esaiæ 52

Esaiæ 53

Psal. 18

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



AD Romanos Paulus
apostolus scribens,
ubi dixerat, eum qui
Christi crederet re-
surrectionem, oreq;
cõfiteretur, saluum
futurum, in eã quæ
hodie legitur lectio

dere, quam ut illum hoc modo captiuum
redigamus in obsequium Christi per fidem:
puta ut Deo propter Deum, & scripturæ
sanctæ propter eundem credamus, in rebus
etiam obscuris, arduis & intellectui repu-
gnantibus: ubi plures nos fortasse secun-
dum naturalem rationis discursum obsi-
stunt difficultates, a deo, ut credendi nullam
aliam inueniamus rationem, nisi quia do-
minus dicit, Deus dicit, ueritas dicit, quæ
fallere neq; uult, neq; potest. Eam ob rem,
fides tantum est meriti, atq; initium salutis no-
stræ, quia credimus quod nescimus, quod
non capimus, cuius rationem deniq; inue-
stigare non possumus: & quia dignum &
veracem habemus eum qui nobis hanc fi-
dem & credendi formam tradidit. Itaque
corde creditur ad iustitiam, quæ hominem
hic iustum facit, & ad salutem parat: ore
autem fit confessio ad salutem. Vnde cre-
dere Deo utiq; dat salutem, quia iustitiam
parit, quæ salutis est causa, si tamen quod
corde credit, ore confiteatur. Neq; enim solo

2. Cor. 10

Fides quæ
est meriti
est.

Abac. 2
Roma. 1
Roma. 3

Deo quid
nam debe-
amus.

corde Deo subiecti sumus, sed omnia membra nostra, hoc est, quoduis membrum in officio & actu suo domino cōfitebitur, atque suū officium faciens, domino sese profitebitur subiectum, dñiq; creatotis sui fitebitur seruū. Quod autē ad oris attinet cōfessionē, hoc est, confiteri, dicere, qd habes in corde. Si enim aliud habes in corde, aliud dicis, loqueris quidē, non autē confiteris. Qm̄ vero triplex est cōfessio, hic nō accipitur confessio pro accusatōe suorū delictorū, de qua Psalmus, Dixi, inquit, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: nec pro confessione laudis, seu pro gratiæ actione, de qua Christus loquēs, Confiteor, inquit, tibi pater dñe cœli & terræ. Sed accipitur pro credendorum protectione, vocaliq; assertione eorum, quæ credenda sunt. Horum confessio, id est, manifesta oris asseueratio, parat salutem. Scriptum est enim: Quicumq; credit in eum, siue gētilis sit is, siue Iudæus, fidei & spei suę in Christū nō erubescet, nec huius fidei pbrum habebit, aut ignominiam. Nō enim est distinctio Iudæi & Græci: hoc est, non certa lex præscribitur de saluandis hominibus, sed indistincte propheta loquitur, dicens: Omnis, id est, quicumq; in eum crediderit, siue Iudæus fuerit, siue Paganus. Nihil enim distat inter credentes cuiusmodi ante fuerint, modo saltem credant vere in dominum Iesum Christum. Ex utroq; nāque populo quicumq; sincera fide, iustisq; operibus adhæserit Deo, saluus esse potest. Quod Petrus testatur quoq; apostolorum princeps, dicens: In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Nam idem est dominus omnium, tam Iudæorum, quam Gentilium, diues & liberalis, q̄ possit ditare omnes, qui inuocant illum. Aliquid plus est inuocare, quam credere. Nemo enim illum inuocat, in quem non credit. Credere enim dat remissionem peccatorum: inuocare autem Deum, Dei quoq; impetrat promissa. Itaq; cum prope sit dominus, iuxta Psalmum, omnibus inuocātibus eū: & Ecclesiasticus dicat: Quis inuocauit illum, & despexit eum? magna fiducia ad thronum gratiæ eius monemur accedere. Omnis enim quicumq; inuocauerit nomen domini perseueranter, saluus erit: nunc quidem in spe per Christi grati-

am, quæ tandem illum ducet quoq; ad gloriam. Verum, si inuocatio domini, vt propheta ait, saluet, primum necesse erit ei, qui inuocare debet, vt in eum qui inuocandus est, credat. Nemo enim eum in quem non credit inuocat. Ideo sequitur: Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? Neq; enim nisi inuocent, saluabuntur. Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? hoc est, cum illis nihil de Christo sit dictum. Credere enim est ex auditu. Quomodo enim audient sine prædicantē? Haudquaquam enim audient, nisi sit qui Christum prædicet. Postremo, quis prædicet nisi missus? Contra rationem nanq; est Apostoli, vt prædicet non missus nuncius, præsertim cum suo vt quis ministerio dignus sit, fructumque faciat, necesse sit ei virtutem eius qui illū misit adesse. Hæc omnia Apostolus illuc refert, quo confutet eos, qui ad Gentes incircuncisas negabant mittendos esse præcones Christi: ostendens salutem per Dei gratiam non Iudæis tantum, sed omnibus etiam aduenisse Gentibus. Salus igitur, inquit, est ex inuocacione, inuocatio ex fide, fides ex auditu, auditus ex prædicatione, prædicatio ex missione: quo totum postremo emanet, quicquid salutis est nostræ ex fonte gratiæ, sicut scriptum est: Quam speciosi sunt (pulchritudine scilicet virtutum, ornaturq; miraculorum) pedes & gressus apostolorum, & Euangelistarum, pacem nunciantium inter Deum & hominem, humanique generis reconciliationem in Christo factam, Euangelizantiumque bona futura cœlestia credentibus promissa. Apostoli itaque omnibus Euangelizant. Sed non omnes obediunt Euangelio. Esaias em̄ dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Quotus credit? quam rarus vere credit? Ergo si des est ex auditu: auditus v̄o interior, quo quis ea, quæ docentur, & quæ aure corporis perceperit etiam intra cordis assensum, & in affectu mentis recipit, est per verbum prædicationis Christi, quod intus mentem illuminat, inuitat ac trahit. Et Esaias quidem dicit paucos credidisse, Ego vero dico: Nunquid propterea hoc illis contigit, quod prædicatorem non audierunt? Nunquid illis non prædicatū est? Prædicatum est utiq;. Audierunt quidem, sed credere noluerūt. Idcirco inexcusabiles sunt. Audierunt certe, non solum hi qui proximi,

mi, sed etiā qui longissime habitant. Quam doquidem in omnem terram exiuit sonus prædicationis apostolorum, & in fines orbis terrę audita sunt apostolorum, eorundemque discipulorum verba, quemadmodum Christus iusserat, dicens: Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria, & Galilæa, & vsq; ad vltimum terræ.

EXEGESIS EVANGELII
in Festo Sancti Andree
apostoli, Matthæi
quarto.



ANDREAS apostolus omnium primus ex his qui futuri erant apostoli credidit in Christum. Adeoq; credidit, vt illi curæ q̄q; fuerit, fratrem suū germanum quem amabat, ad Christum adducere. Quod haudquaquā fecisset, nisi fuisset magnæ fidei, & in Christo inuenire se sensisset salutem, cuius fratrem suum optabat esse participem. Est autem aduertendum trina vocatione Andream, nonnullosque alios à Christo vocatos. Nam quum Ioannis Baptistæ primo esset discipulus Andreas, accidit quadā post Christi baptismum die, stare Ioannem cum duobus suis discipulis, quorum alter fuit Andreas. Alterius nomen non exprimitur, fortasse quod parum fuerit illud insigne, aut quia Euangelista hic ipse Ioannes fuit, qui in suo Euangelio suum vbiq; tacere solet nomen. Baptista itaq; Ioannes, qui superioribus diebus turbis testimonium perhibuerat Christo, quia ipse esset agnus Dei tollens peccata mundi, nunc etiam videns Iesum iuxta Iordanem ambulantem, suis de Iesu loquitur discipulis, dicēs: Ecce agnus Dei. Quasi diceret: Ecce inter peccatores innocens, inter reprobos iustus, inter impios sanctus, mansuetus inter crudeles, qui ad saluandos nos aduenit medicus. Hic enim tollet peccata mundi: hic sicut agnus ad victimā ducetur, nec aperiet os suum, vt à peccatis nostris lauet nos in sanguine suo. Hæc enim suis dicebat discipulis Ioannes, quo eos à zelo, quem à se tanquam ad magistrum suum habebant, auerteret, & ad Christi amo-

rem, pariter ac imitationem conuerteret. Ac si diceret, aut quasi eos intelligere verbis generalibus vellet: Vos filij cur me, qui pœnitentiam tantum peccatorum prædico, qui in aqua tantum baptizo, miramini? Cur non magis illum diligitis, illum se quimini, qui tollit peccata mundi? qui baptizat in spiritu sancto? qui causam nostrā malam in se suscipiens, ad hoc in mūdum venit, vt nos reconciliet Deo? Ecce agnus Dei, quem nos sequi conuenit. Plus nanq; eos voluit Ioannes intelligere, quam se dicere. Nam optabat vt ad Christum se conuerterent, idq; facerent sua sponte ex amore, & non alieno ex imperio, non quasi vt placerent Ioanni, ex necessitate id facerēt. Idcirco Andreas & alius discipulus mox Christum secuti sunt à Ioanne abeuntes. Quo mansuetudo, deuotio, atque humilitas eorum nobis insinuatur, qui tam cito verbis magistri acquiescentes, & non tam imperio eius, quam voluntati obedientes, feruore desiderij trahuntur ad Christum. Maluerunt nanque relinquere Ioannem magistrum suum, quam non audire & sequi Christum. Itaque relinquentes Ioannem, non tam gressu corporis, quam studio imitationis sequuti sunt Christum. Quum itaque Christum Andreas cum alio discipulo sequeretur, Iesus qui eorum corda ad se trahebat, conuertit se ad eos & perbenigne interrogās, Quid, inquit, queritis? Nihil dubitās interrogat quod discere velit, sed ad familiaritatē eos nititur inuitare, eorum sitiens salutem & perfectiōnem, & vt exhibeat cunctis ad se venire volentibus fiduciam accedendi, quoniam benignus & misericors est. Videbat discipulos hos vercundos ac timentes, deuotos tamen. Quapropter vt illis animum adderet, prior eos alloquitur, & dicit: Quid queritis? Quasi diceret: Paratus sum filij ad voluntatem vestrā. Noui enim cur venitis. Veruntñ, dicite ipsi, quid queritis? Dicunt ei: Rabbi, vbi habitas? Ac si dicerent: Eruditionem tuam querimus. Sed primum discere volumus vbi habitas, quo sæpius posthac te valeamus conuenire. Et mox dicit illis Iesus: Venite & videte. Videte miram simplicitatem discipulorum Christi, Vide te quam etiam à Christo procul absit omnis circumuentio, fraus & impostura in vocatione discipulorum. Attendite tandem quid interrogent: Rabbi, inquiunt, vbi habitas?

Confiteri quid sit.

Confessio triplex quæ sit. psalm. 31

Marth. 11 Lucæ 10 Confessio qd signet hoc loco.

Ioel. 2

Apost. 10

Inuocare quid.

B psalm. 144

Ecclesi.

Hebr. 4

Psalm. 18

Lucæ 24 Act. 1

C Ioan. 1

Apostolus rñ qdam tribus v̄o cibus suis se à Christo vocatos. Ioan. 1

Ibidem

Esaiæ 53 Hierem. 11 Apoc. 1

Salus vnde proueniat.

Esaiæ 70

Deuotio ap̄torum Christum sequentiū quanta.

Interrogasse Christum ap̄tos qd signet.

Ioel. 2

Simplicitas quædam apostolorum quanta fuerit.

bitas: Non interrogat: Vbi est domus tua? Domum enim propriam non habuit Christus, sed habitauit ut viator in aliena domo. Sequebantur igitur illum, & manserunt cum illo die illa & nocte. Hæc prima fuit vocatio Andreæ ad notitiam Christi, ad quem illico quam primum potuit, fratrem quoque suum Simonem adduxit. Secunda fuit vocatio Andreæ ad familiaritatem Christi, quando scilicet Christus ad stagnum Genesareth stabat, & turba præmente ac impellente nauem vnam intrauit, quæ erat Simonis: Qua à terra paululum abducta, ex nauis docebat turbas. Tandem sermone finito, ut laxarent retia sua in capturam piscium iussi piscatores, Andreas & Simon Petrus ceperunt grandem multitudinem piscium. Subductis igitur ad terram nauibus, relictisque omnibus Christum reuerentiæ gratia prosequuti sunt, animo tamen rediendi ad propria. Quod & fecerunt. Tertia vocatio est, de qua loquitur hodie Euangelium, vbi Christum Andreas, Simon, Iacobus & Ioannes sequuti sunt, post hæc ad suos non redituri. Ait itaque Euangelista Matthæus:

Ambulans Iesus iuxta mare Galilee, vidit duos fratres, Simonem, qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

Satis congruebat captos atque piscatores piscium, mutari in piscatores hominum. Verum, non minus erat mirabile simplices, illiteratosque homines, innocentes, & haudquaquam callidos mutari in prædicatores & doctores mundi, qui mundi principes & sapientes ad fidem converterent, & doctissimos quosque facerent e linguas. Aduerte tamen, quod dominus Iesus futuro tempore promittens se illos facturum piscatores hominum, præmittit: Venite, inquit, post me, hoc est, sequimini me affectu & imitatione, ambulate, ut me videtis ambulantes, relinquendo omnia terrena, relinquendo etiam & abnegando vos ipsos, & ad Euangelicam omnium perfectionem virtutum anhelando. Quod vbi feceritis, faciam vos piscatores,

non pecuniarum, non beneficiorum, non prælationum aut honorum, sed piscatores hominum. Per rete enim prædicationis sanctæ, pisces, id est, homines extrahuntur de profundo pelagi. Quid enim seculum ac vita præfens aliud est, quam pelagus aut maris profunditas? Ibi perturbationes multe, ibi tentationes, ibi fluctuum procellæ & tempestates. Quæ certe nemini non amanti Deum occurrunt omnia.

Hæc itaque oportet sustinere, & vincere omnia, eum qui vel transfretando duntaxat in mari navigat. Quanto magis aduersa illum pati necesse est, qui ex hoc pelago pisces capere atque ad littus educere facit, qui submersas animas in profundo peccatorum, inuolutasque mundi fluctibus extrahere, atque ad littus, hoc est, ad Christum contendit reducere? Hoc reuera est negocium negociorum, afflictio & angustia spiritus, pressura cordis, sollicitudo mentis, & inopia consilij. Sed quibus? Deum timentibus, Dei honorem & animarum salutem zelantibus, agnoscētibus se animarum esse pastores, qui pro ouibus sibi creditis rationem sunt Deo reddituri: de quorum manibus, si ouium quæuis perierit, sanguis, mors, damnatioque requiratur, si tamen ipsorum negligentia perierit. Solis igitur ambitiosis, Deum post tergum suum proijcientibus, solis mundanis, & ut ex animo loquar, solis animalibus, ne dicam impijs, spiritum non habentibus, optabilis est prælatio, piscatio, curaque animarum: quia hi soli sibi sufficere videntur propterea, quod nesciant, quid sit animarum cura, nesciant compati afflictis, nesciant subuenire tentatis, nesciant consolari infirmos, nesciant oppressos liberare. Temporale dominium, lucra temporalia, honores & libertates solas diligunt: porro, oues custodiat, qui custodit Israel. Hi, inquam, ad prælationes & curas (rectius dicere ad negligentias, imo ad corruptiones animarum) anhelant, quia mundi, temporaliumque rerum amore, tanquam voragine absorpti, in quibus periculis versentur, nesciunt.

At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum.

Vide & admirare celerem obedientiam Andreæ, aliorumque apostolorum Christum sequentium. Reliquerunt omnia, ut Christi

Seculū p̄sens cur mari comparetur.

B

Negociū negociorum quædam sit

Prælatio quibus solis operibus sit.

Psal. 110

Obedientiā Andreæ & sociorum eius velox ut fuerit, Philip.

Christum lucrifacerent. Fortasse dicis: Quid reliquerunt? Parum habuerunt, quomodo, inquis, multum reliquerunt? Reliquerunt certe multum, quia omnia reliquerunt. Totum quod habuerunt, & quod habere potuerunt, reliquerunt. Quid his plus relinquere potest, qui ceterum etiam licet milia ducatorum relinquat? Nihil minus reliquit is, qui solidum vnum, si hunc solum habeat, propter Deum relinquat. Nonne & dominus Iesus veritas ipsa id ipsum testatur? Sedebat in templo aspiciens, quomodo in gazophylatium homines plurimorum mitterent, singuli iuxta aut facultatem, aut voluntatem, aut deuotionem suam. Accessit quædam mulier vidua, quæ duonummismata sola habuit, & hæc in gazophylatium obtulit. Dixit igitur dominus discipulis suis: Hæc vidua plus singulis his qui miserunt, hoc est, qui munera obtulerunt in gazophylatium, misit. Reliqui enim omnes de his quibus abundabant, obtulerunt. Parum igitur aut nihil læsi sunt. Porro, hæc mulier vidua quicquid habuit, obtulit. Duo minuta, aut duos obolos solos habuit, quos offerens, prorsus egenam & se nihil habentem effecit. Dedit igitur Deo offerens duos obolos, plus quam Zachæus, qui dimidium suorum dedit bonorum pauperibus. Hoc modo tu quoque des Deo, aut pro Deo relinquant quicquid possides. Non enim pensatur quantum offeras, sed an totum relinquant, totum Deo offeras. Ille totum offert, qui nihil sibi seruat, & habendi quoque aliquid animum sibi interdicit.

Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicula Zebedæo patre eorum, resistentes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

Magna obedientiæ commendatio, Christum conciti vocantem sequuntur, ea quæ habebant, & quod his dulcius erat patrem, matrem propterea relinquentes.

Sed videamus, quomodo Andreas sequutus fuerit Christum. Nempe amando, quo non tam sequutus Christum, quam Christo adhæsit. Compertissimum est, a-

Ioan. 14

Lucæ 11

Lucæ 19 Offerre quænam Deo debeamus

F

Andreas quomodo secutus fuerit Christum, illis adhæserit.

mantium neminem suaviter abesse posse amato. Volunt enim, optantque semper amantes esse simul. Videmus hæc in carnali, sensualique amore. Non possunt amantes separari. Accurrunt sibi vicissim, conueniunt, diuidi nequeunt difficultate quacunque, quam præ amore contemnunt. Sic Andreas postquam agnouit veritatem, vbi Christum amare didicit, neque de parentibus, neque de amicis, de domibus, aut de re vlla creata sollicitudinem, curamve habuit. Inuentum enim hunc thesaurum, cuius fratrem quoque suum esse participem voluit, Christum mundo, omnibusque quæ in mundo sunt, prætulit. Placuit illi Christo, Christus quoque placuit Andreæ: ideo amicitia huius, mutuoque se amantium facilis fuit conuentio. Propterea Iesum sequutus est Andreas amore. Siquidem amor per spinas & tribulos, per ignem & aquam sequitur. Quare ei qui vere Christum amat, non potest tam durum aut molestum aliquid occurrere, quod non vincat amor, quod amor non penetret. Siquidem cuncta leuia, imo suauia quoque facit amor, quæcunque alioqui grauias quis & grauate ferret. Secundo sequutus est Andreas Christum virtutum imitatione. Quippe, qui vitæ Christi, eiusque conuersationi deuotissime studuit conformari. Sequebatur enim Christum, hoc est, imitabatur non aliter, quam si quis artificem, pictorem, scriptoremve magistrum suum, pingendo, atque illius artem imitando in se conetur exprimere. Hoc modo beatus est dominum imitatus apostolus Andreas: quia virtutes quas in magistro virtutum didicerat, in se studebat exprimere. Quid enim contulisset Andreæ corporalis gressus, ambulatioque post Christum, si virtutes illius non studuisset imitari? Aut si vitæ innocentiam, humilitatem, maturitatem morum, humilitatem, mansuetudinemque Christi, non studuisset assequi, quid profuisset post dominum ire? Tertio, sequutus est Christum passione, quia quemadmodum Christus pro Andreæ, omniumque salute mortuus est, ita, ut testimoniū ferret Christo Andreas, mortem lætus excepit.

De triplici illa imitatione aut sequela, nempe corporis, virtutum, & passionis, dicit dominus: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me, Si quis, inquit, post

Ioan. 1

Amor est etiam aspera leuia redit ac suauia.

S. Andreas vti Christum secutus sit imitatione virtutum.

Passione vti sanctus Andreas sit Christum sequutus.

Imitatio Christi triplex est. Lucæ 9

Lucæ 3 Aplos 45, quibus Christus ad sui vocauerit familiaritatem.

D Matth. 4

Piscatores cur Christum sequebantur

Seq Christum quid sit.

Ioan. 12

me vult venire: si me vult seq, vt vadat quo ego vado, introeat vbi ego introeo, & vadat, vbi ego sum, illic sit ipse quoque minister meus. Itaque qui hoc primo cupit me sequi modo, secundum quoque adijciat. Abneget semetipsum, vt in omni virtute, in omni mihi studeat sanctitate conformari: studeat mores, vitæ que meæ actus imitari: & tertio passione quoque mihi assimilari, vt tollat crucem suam. Tollat, inquam, id est, non coactus sumat, non inuitus, sed ipse sua sponte tollat crucem suam, hoc est, omnem molestiam, tam internam, quam externam, omnem tristitiam, omnem pressuram, omnem aduersitatem, omnem persequutionem, penuriam, tentationem, laborem vtriusque hominis; consolationis subtractionem, omnem postremo mortificationem, contemptum & infirmitatem patienter, æquanimiterque amplectatur, & ferat. Hæc enim humiliter amplecti de manu mea & patienter ferre, est me sequi. Itaque dum tentaris & cogaris repugnare, dum te ipsum oportet abnegare, mortificare, tristitia & molesta pati, dum alius te ridet, alius te odit, alius tua tibi tollit, alius contumeliam infert, alius tibi inuidens te impedit, para te ad crucem tollendam. Hæc enim tibi pro cruce sui amore portanda mittit, imponitque dominus. Hæc tamē crux salus tibi est, & porta, introitusque regni cælestis. Breuiter, quicquid propter Deum toleras, siue in corpore, siue in mente, quod te grauat, vt sunt incongrui mores eorum inter quos habitas, durum imperium prælati, aliena infirmitas, necessitasve, que te grauat, crux est tua, que te mittat in regnum cælorum. Quotquot enim Deus afflictionū cruces homini transmittit ac largitur, ea id ratione facit, vt per eas ad magnam eum perfectionem, suiq; syncerum amorem atq; familiaritatem perducat. Ob idcirco afflictionum, passionumq; fructū cuncta homini contraria quasi constituit, voluitque fore molesta. Eadem certe facilitate panem illi producere poterat, qua frumentum ac triticum: sed vt in omnibus homo exerceretur & erudiretur, cū labore voluit illum ex frumento panem conficere. Eodem modo & alia queque in æterna sapientia sua præuidit, præordinauit, disposuitque. Nemo ergo fallat semetipsum, nec in libertatem mentis false ni-

mium solvatur, si vnam aut alteram crucem e humeris suis leuari senserit, quasi non sit multo plures & subinde grauiores expectaturus afflictionum cruces. Aliæ enim, vt dixi, eueniunt nobis cruces a mundo, aliæ a propriæ carnis incentiuis, aliæ a dæmonibus non modo graues, at subinde importabiles propemodum, ni Deus adfuerit adiutor & cōfortator. Verum, sunt & aliæ cruces multo grauiores, vtputa, quæ mittuntur ab ipso Deo, qualescunque demum sint illæ, puta, vt miseria vel afflictio grauis intus & foris. Quas si quisque in ea dilectione, ex eoque fundo, vnde Deus ipse eas elargitur, susciperet, mirum profecto gaudium, iucundaque essentia in ipso nasceretur. Quanta pax, quantaque lætitia inde sentiretur, quantæ denique id nobilitatis foret, quis explicet? Minima sane æque vt maxima crux, quam Deus homini accidere sinit, ex ineffabilis dilectionis fundo procedit: tantæ inquam dilectionis quantæ vel maximum quod præstare ei posset, vel præstitit vnquam: quod tamen reuera (si non negligenter crucem ipsam suscipiat) non minus ei utilitatis adferret, quam afflictio immensa. Aequumne ergo fuerit oculos mentis aperire, Deoq; immensas agere gratias pro tanta eius erga nos indignos misericordia, qua dignatur per tribulationes, afflictionesque diuersas non modo purgare nos a peccatis, ornare sua gratia, & virtutibus (si nos ipsi saltem velimus tantam gratiam non negligere) verum vnitissimos sibi constituere amicos. Quicquid igitur aduersi, molestiæve nobis acciderit, id ex puro amore de manibus ipsius Dei accipere, illique denuo offerre nos conuenit, vti & sanctus Andreas videns crucem in qua erat suscepturus mortem eminens in illius laudem prorupit, salutauit, atque cum gaudio eandem suscepit. Et nos quoque equanimiter, quicquid nobis crucis dominus imposuerit, portemus: vt quemadmodum socij fuerimus passionis, ita & gloriæ consortes efficiamur, per dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula. Amen.

Crucē suā quā quisq; post Christum portare debet.

H Crux qd homini cuius sit, gve per eā dicatur.

Afflictiones qua ratione Deus homini transmittat.

Cruces in iustis ex quanta dilectione mittat Deus homini

Tribulationes vnde manu Dei suscipiendæ.

1. Cor. 1

SER

I

SERMO DE SANCTO

Andreas. In quibus beatus Andreas fuerit magnus, a Deo nobis exemplar vitæ bonæ constitutus.



Agnificauit illum rex, & scripsit eum inter primos amicos. I. Machabæorum decimo. De Ionatha olim Machabæo hoc ad litteram scriptum est, qd rex Alexander illum inter præcipuos magnum habuerit. Sunt aut non pauca quoque in beato apostolo Andrea, quibus cognoscitur inter magnos præcipuosque Dei amicos constitutus. Fuit enim magnus fide. Primus enim in Christum credidit: quare primus dici potest Christianus. Fuit præterea antequam Christum nosceret, discipulus Ioannis, q constat semper eum singulari fide ac deuotione erga Deum enituisse. In hac autem fide vsque ad mortem perseuerauit, in hac fide Christum secutus est, in hac fide itinera incommodaque multa tempore prædicationis sustinuit, in hac fide miracula fecit. In hac postremo fide pro Christo martyrium sustinuit. Est igitur magnus beatus Andreas, quia fide & sanctitate est magnus. Erat enim forti, constanti & ingenti fide præditus. Secundo, illum Christus magum fecit in charitate. Christum enim adeo amauit, vt non difficile, sed impossibile etiam illi fieret, ab eodem separari. Ardentissimo nanque illi amore copulatus, inseparabiliter eidem adhæsit. Charitatis eius magnitudinem passio, ad quam tam alacer & desiderabundus accessit, manifestat. Neque enim Christum aliter sitiuit, quam ceruus sitiens ad fontem aquarum. Proximi quoque salutem diligenter zelans & procurans, varijs in locis maxime in Achaia Christum prædicauit. Vide autem quanta charitate feruebat, qui reperto & agnito Christo, non quieuit, donec fratrem suum Simonem inueniret, quem pariter ad Iesum adduceret. Inueniens enim Iesum, se credidit inuenisse vitam: quare ne modicum quidem expectare potuit, quin bonum hoc communicaret suo fratri. Quod simili modo philippus fecit Nathanaeli. Hoc modo ve-

Andreas in quibus fuerit magnus

Christianus primus quis

Charitas B. Andree quanta

Psalm. 41

Ioan. 1

strum erit quoque posthac filij vt faciatis, vt si qua dona a Deo perceperitis, communicetis vicissim ad ædificationem corporis Christi. Non hoc satis vobis sit, vt ipsi recte viuatis agitisque: sed alios etiam, quoscunque potestis Christo adducatis. Curate quantum in vobis est, vt nemo a salute æterna sit exors. Hoc, verbis, hoc precibus, hoc persuasionibus, hoc minis, hoc promissionibus, hoc præcipue exemplo agite, vrgete, ne quispiam, præsertim de his qui vobis commisi sunt, non Christum sequatur. Christum vocibus, Christum moribus, Christum viuendi exemplo prædicate. Hæc enim est charitas, vt alter alterum inuitet, alteri alter persuadeat, alterum trahat ad Dei timorem, ad mundi contemptum, ad odium vanitatis, ad studia virtutum, ad deuotionis exercitium, ad vitæ sanctitatem, & ad Dei amorem. Hæc est inquam charitas, qua mutuo nobis & corporalia terrenaque & spiritalia bona communicemus, & vicissim nos iuueamus, quo omnes diaboli insidjs superatis, cælestem hæreditatem possideamus. Hæc enim est dilectio quam dominus mandat, dicens: Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexistis vos. Quomodo enim, aut ad quid nos aliud: Christus dilexit, nisi vt beatos regni que sui cælestis nos particeps faceret? Nam qui se in peccatis, aut qui in similitudine conformitateque malæ voluntatis se diligunt, haudquaquam se diligunt, quia in Deo, & quemadmodum nos Christus, se mutuo non diligunt. Vides duos conspirantes ad odium, ad homicidium, aliudve flagitium, fidem sibi mutuam spondentes, in sceleribus socios. Vides commessantes, bibones, heluones, parique studio ventri & carni seruientes. Vides in lenocinio se amantes. Nunquid hi Dei præceptum de amando proximo implent? Minime. Quomodo enim implerent, aut quomodo in Deo se diligerent, qui charitatē non habent? Neq; enim vbi mala est voluntas, ibi esse charitas potest. Nec is diligere dicendus est, qui non secundum Deū, nec propter Deum, sed contra Deum diligit. Charitas igitur non est simul peccare, non est eiudem malæ voluntatis vniiformes esse, non est studijs prauis esse pares: sed est mutuo se diligere sancto amore, ad Dei se honorem mutuis sanctis colloquijs excita-

Dona dei quod pxi mis com munitan da sint

Charitas erga proximum quomodo facta sit exercenda

Ioan. 15

Quidam se diligunt se diligunt poriusque odiant

Charitas vera quod a falsa discernatur

re, amoris diuini incendium sibi vicissim exuffare, ad iustitiae opera & exercitia sancta alterutrum se roborare, propter Deum proximorum infirmitates & aliena onera portare, & proximos consolari, aliena peccata humiliter & mansuete arguere, a vitijs spiritu languidos extrahere, proximorum erumnis compati, bonisque congaudere. Hæc, inquã, sunt charitatis & signa & opera, quibus magnum fecit dominus S. Andream inter amicos suos. Ad quæ vos quoque filij mecum simul hortor inuitoque omnes. Tertio, fuit virtute magnus factus B. Andreas. Neque enim verbo tantum prædicauit Euangelium, sed etiam vita. Quandoquidem humilitatem, mititatem, patientiam, paupertatem spiritus, obedientiamque tota eius vita clamat. Quarto magnum sanctumque Andream fecit Christus passione. Similitudine enim suæ passionis hunc conformauit sibi, atque amicū ostendit, quia crucis passionem: genus s. idē suæ mortis, illū sustinere fecit. Quinto, magnum illū fecit constantia. Cum enim turbæ Andream liberare niterentur à passione, ipse quibus potuit viribus & præcibus turbas sedauit, compescuit, & ne liberaret impediuit. Auidior namque ad sustinendam mortē, quā Egeas p. consul erat ad inferendam. Sexto, magnificauit Andream inter amicos, cœlesti gloria. Coronauit enim illū cœlesti corona, apostolatus & martyris honore, principemque illū assidere sibi fecit. In nouissimo enim die B. Andreas cum Iesu iudice est venturus, & ut iudicis sententiã affidendo confirmaturus. In his autē iã dictis hæc præstantiora atque præcipua sunt, quæ de vobis cauit illū dñs ad apostolatū quæ summa est dignitas: deinde quod vocauit eum ad consortium passionis. Maiorem enim charitatem erga Christum non potuisset ostendere, quam quod tam admirabili feruore cucurrerit ad passionem, tam lætus alacerque sustinuerit crucem ac mortem, Christi mortis ac eiusdem charitati quasi vicem redditurus, quamuis non à se, sed ex dono Dei hoc habuerit. Putabat enim indignum absurdumque fore, si non pro magistro suo, si non pro Deo suo, qui pro omnibus est mortuus, ipse quoque suam vitam impenderet. Sciebat, præterea seruū non esse maiorem domino suo, neque super magistrum esse discipulum. Audierat à præfissimo Iesu, tam sibi quam alijs Apo-

stolis dictū: Sicut misit me pater (puta) ad passionem, ita & ego mitto vos, ut eadem quoque sustinui ego, toleretis. Expectate à modo ea quæ ego recepi, quia non ad delicias corporum sed animarum, non ad pacem temporis, sed ad pacem pectoris, non ad otium, sed ad laborem, ad crucem, ad mortem, ad molestias & aduersitates mitto vos. Inde ergo sanctus Andreas Iesu voluntatē doctus, summopere in hoc Christo satagebat seruire obedireque, quod eidem iam noverat placere. Idcirco passionem crucemque, charitate succensus diuina, sitiebat vehementer: anhelabatque ad martyrium. Inde ad proconsulem ipsum terrere volentem eius vox est mirum in modum laudanda: Si crucis, inquiens, patibulum timerē, crucis gloriam non prædicarem. Inde charitate constantissima fortissimaque hæc ædidit ad eundem verba: Quicquid in supplicijs maius tibi videtur, excogita. Tanto namque regi meo ero acceptior, quanto pro ipso ptulero duriora, quantoque in pœnis fuero constantior. Verum, non verbis tantum constantiam præterendit, sed animo etiam exhibuit, atque pœnas patientissime tolerauit. Siquidem proconsule iubente, à viginti hominibus dure est verberatus. Quod patientissime sustinuit. Porro cum educeretur ad crucem, nunquid, ut alijs solet euenire morituris, facies eius expalluit? nunquid membra obriguerunt, vox faucibus hæsit, cor palpitauit? Aut nunquid videns paratam sibi crucem tremuit? Minime, quin potius visa cruce, quando cæteri solent exanguies fieri præ nimio horrore, beatus Andreas ingenti perfunditur gaudio, atque in sancta prorumpens verba, crucem hoc modo affatur. Salue crux sancta, quæ in Christi es corpore dedicata, & ex eius membris non aliter quam margaritis ornata. Antequam te ascenderet dominus terrenum timorem habuisti, nunc vero cœlestem habes lætitiã quandoquidem ex desiderio susciperis, securus igitur venio ad te, ita ut tu quoque exultans suscipias me, nempe discipulum eius qui pependit in te. Amator tui namque semper fui, & desideravi amplecti te. O crux bona quæ pulchritudinem & decorem de membris domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè armata, sine intermissione quaesita, & tandem nunc concupiscenti animo præparata, accipe me ab hominibus, & red

Bernardus

Phil.

Amor dei & amor carnalis modo contra se pugnant.

Amor beati Andree erga crucem quantum tu eris

N Vita B. Andree cuius modi sit nobis speculum

sancti cur sint honorandi diligendi ac imitandi

& redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Beatus quoque Bernardus mirum in modum extollit hanc Andree patiendi exultationem, moriendique fiduciam, dicens: Andreas homo erat similis nobis, passibilis, & tam vehementi ardore spiritus crucem sitiebat, tam inaudito à seculis gaudio tripudiabat, cum paratum sibi eminus patibulum conspexisset: O crux, inquit, diu desiderata & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens venio ad te, ita ut & tu exultans suscipias me. Videtis quia non capit se præ magnitudine gaudij? Ita enim inquit: Ut & tu exultans suscipias me. Ergo tanta est exultatio, ut exultet & ipsa crux: nec lethi, hoc est, mortis, quicquid habeat crux, sed totum lætitiæ sit? Videte charissimi, quomodo hic vir Dei omnino mundum & carnem vicerat: videte quomodo omnino aliter, quomodo amicorum mundi in se quispiam, sentiebat? Quis amicorum mundi, quis præsentium bonorum amator ad crucem, ad mortem ve adeo, ut beatus Andreas anhelaret? Certe carnalis amor & amor sanctus spiritualis ex diametro simul pugnant: ideo nihil mirum est, ut fructus dissimiles generent. Gaudere in tribulationibus, exultare in pœnis, anhelare ad mortem, Dei amor sanctus, non mundi amor facit. Carnalis amor quærit sua commoda, sua lucra, suas recreationes, suam quietem, suum honorē: Dei amor in nulla re quærit seipsum, sed Deum solum. Accipiamus igitur sancti Andree vitam ut speculum, aut ut exemplar viuendi, iuxta quod nostros mores, actus & studia dirigamus. Idcirco enim eius à nobis memoria celebratur festiua, ut discamus in eius vita quid in ea sit nobis imitandum. Sanctus namque Andreas studiosissimus fuit imitator Christi. Nos igitur dum Andream imitamur, Christi vitam imitamur. Propter quem solum Andream honoramus, quia Dei seruus erat: diligimus, quia Dei amicus erat: imitamur quia Christi vitæ imitator erat. Sed dicit quis: Ego Christum imitabor, non in Andream respiciam. Bene facis Christum imitaturus. Sed vide ne ore hoc tantum loquaris (quomodo noui Evangelici neochristianique seu Lutherani loquuntur) re vera autem neque in opera Christi, neque in Andree vitam respicias. Quomodo enim respiceres ut imitare-

ris, quandoquidem opera bona nihil asseris tibi prodesse? Si itaque opera bona nihil tibi conducunt, ut tu putas, quomodo tu ea frequentares, quæ derides & persequeris in alijs? Hortor tamen ut Christum imiteris, siue in eiusdem siue in Andree vitam prospiciens. Neque enim quando Paulus Apostolus dicebat: Imitatores mei estote, abstrahere nos aut eos quibus scribebat separare voluit à Christo, sed se iubebat proponebatque imitandum, ne deuiarent ab imitatione Christi. Propterea imitatores mei, inquit, estote, sicut & ego Christi, quasi diceret: Ego qui per infirmitatem Christo infirmior sum, vilior, utpote peccator, homo tantum, vobis per omnia similis, me vobis imitandum offero in his, quibus & ego imitator sum Christi, ut si fortasse in lucem solis oculos figere non valetis, certe vel lunam, vel stellam, vel candelam me intueamini. Ne dicatis Christus Deus fuit & homo, sine vitio & foemite peccati. Quomodo illum possem imitari? Ecce me peccatorem hominem similem vobis imitemini, qui ex me nihil, sed Dei gratia sum id quod sum. Me enim imitando imitamini Christum. Siquidem ego sum imitator Christi. Quomodo ergo me dum auditis prædicantem, Christum prædicantem auditis, quia ea quæ Christus docuit & iubet, prædico: ita me si imitemini, Christum imitamini, quem ego imitor. Dico igitur: Sanctorum ideo legimus vitas, ut eorundem operibus nos conformemus, ipsorum imitemur virtutes: imo cum ipsis Christum imitemur, propter quem operamur bonum, & in cuius quicquid agimus gloriam referimus. Quando ergo Andream legimus primo se tradidisse in discipulum Iohanni Baptistæ, deinde cognita majori Christi perfectione, & ex consilio Iohannis eundem fuisse sequutum Christum, discamus nos quoque oportet deuotionis fore studiosi, & de bono semper ad meliora progredi. Discamus non sufficere charitati, nos solos esse bonos, nisi & alios ad Christum duxerimus, nisi ut & alij boni sint quoque curauerimus. Idcirco bonis exhortationibus, operumque bonorum prouocatione & exemplo, alios quoque erudiamus trahamusque nobiscum ad Deum. Quod si quid huius rei gratia aut occasione alia propter Deum nobis occurrerit pati-

Christum sequimur dñi sanctos eius imitamur.

1. Cor. 15

Sanctorum vitæ quæ ratione legantur

In quibus B. Andree imitandum fit nobis Ioan. 1

L Dignitas summa ut fuerit Christia-postolatus.

1. Cor. 15

Ioan. 19

Ioan. 20

patendum, id si non tam exultabundi vt S. Andreas, saltem patienter & æquanimiter toleremus. Quod vero legimus de Andrea qui Egæam proconsulem durioribus arguit verbis, idque sapienti ac forti animo, docemur nulli peccato consentire, nec homini cuiusque adulari aut more gerere, (sive propter eius fauorem, beneficia, munera, sive propter minas, damna, & pericula quæcunque) contra Dei voluntatem: Sed quomodo Apostolus nos monet: Vnusquisque fratri suo placeat in bonum ad ædificationem. Deinde quomodo Sanctus Andreas nec minis nec verbis cessit, sed perseverantia constantif

lima veritati inhefit, pro veritateque mortem excepit, ita nos quoque oportet domum nostram interiorem non super arenam aut sine fundamento ædificare, quam leuis aut tempestas aut ventus euertat, sed super petram constantissimæ voluntatis in Christo fundatam. Sanctus Andreas postremo hanc vitam miserrimam & ærumnis plenam commutauit felicitate æterna, ideo libenter hanc presentem propter Christum vitam exiit ac reliquit, vt æternam per eundem inueniret, eiusque gloriam intraret, qui cum patre & spiritu sancto est Deus benedictus in secula, Amen.

IN FESTO DIVÆ BARBARÆ REGINÆ,
virginis, martyris & sponsæ Christi, loco Epistolæ lectio
libri Ecclesiastici, ex capitulo LI.



Onfitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione: A laqueo linguæ inique, & a labijs operantium mendacium. Et in conspectu altarium factus mihi adiutor, & liberaisti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. A rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circumdederunt me. A pressura flammæ, quæ circumdedit me: & in medio ignis non sum æstuata. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & a verbo mendacij. A rege iniquo, & a lingua iniusta liberaisti me. Laudabit vsque ad mortem anima dominum, quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de omni angustia domine Deus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.



Lectio hæc fratres & filij charissimi, ex Ecclesiastico desumpta est, qua sancta Barbara ac quæuis alia virgo ac martyr Christi introducitur, gratias Deo suo agens pro præcipuis beneficijs sibi exhibitis: maxime autem pro hoc, quod felici cõsummatione, victima Deo digna, oblata est per passionem & mortem: in qua ab omni crûna ab omniq; alia futura aduersitate erepta, & liberata est. Dicit igit sancta hæc martyr: Confitebor tibi domine rex, te confiteor, te laudo, qui vniuersorum dominus es,

quandoquidem omnia creasti, & tua sunt omnia. Es quoque eorundem omnium, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, rector & gubernator sapientissimus: q; tua pudentia oēs nos pascis, foues, & ptegis. Cõfitebor itaq; tibi, & collaudabo te deũ saluatorem meum, non sola, sed cum omnibus te sanctis laudabo Deum saluatorem meum, qui ab innumeris periculis me liberatam, duxisti ad perpetuam beatitudinem. Confitebor nomini tuo quoniã adiutor & ptector factus es mihi. Adiutor qdẽ es, ne originale me absorbeat peccatum, à q; p te libera-

te liberatam continue adiuuas quoq; & in tentationibus protegis, ne peream: idque per gratiam tuã, q; gratis ppter temetipsum omnia facis. Et liberaisti corpus meum à perditione. Corpus enim qd corrumpt, aggrauat animam, & ad gulã fornicationeq; suapte corruptioẽ pronum, nunquam nõ per desiderium ad hæc anhelat. Quapropter à vicijs gulæ, ab æstu luxuriæ me seruans, liberaisti corpus meum à perditione. Qui enim fornicatur, teste Apostolo, in proprium corpus suũ peccat. Qui ergo te, ne pecces, seruat, hic à perditione, quam pro peccato passurus, (si cecidisses) eras, te liberat. In corpore enim soluemus, q; quid in corpore mali, quod hic per pœnitentiam non est deletum, gesserimus. A laqueo linguæ iniquæ, tam propriæ, quam alienæ, liberaisti me, ne male loquendo, aut per ostentationem, aut per inuidiam peccarem, aut ne linguæ adulanti assentire, aut detrahenti linguæ vindictam meditarer, seu desiderarem. Vtrobique enim lingua est iniqua. Et à labijs operantium mendacium liberaisti me: & in conspectu astantium, factus es mihi adiutor. Astantium conspectus aut intelligitur hominum, qui passionibus sanctarum affiterunt virginum, earundem finem contemplantium, quæ raro visæ sunt, absque miraculo aliquo, aut prodigio mori. Viderunt enim astantes diuã Catharinam, rota diuinitus contracta, liberari: Angnetem, & Barbaram virgines pudicissimas nudatas stolis cœlitis, missis, contegi: aliarum flammis rogumq; paratum extingui, feruentissimum es, & adipem, quibus quædam sanctæ erant immergendæ, infrigidari, tortorum manus areferi, aut lassari, feras indomitas, non solum mansuecere, sed etiam sanctis blandiri: aliaque multa astantes, nõ sine admiratione magna viderunt. Potest nihilominus de angelis hoc intelligi, quorum milia milium domino ministrant, & decies centena milia eidem assistunt. Et liberaisti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. Liberaisti, inquam, me, ne consentirem hosti, ne timerem aduersarium, ne falleret me mundus, ne diabolus vinceret: & vt minas tyrannorum æque, vt blanditias rideam. Hoc autem fecisti secundum multitudinem misericordiæ tuæ domine. Liberaisti quoque me à rugientibus præparatis ad escã,

& de manibus quærentium animam meam, hoc est à diaboli rugitu, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, tyrannorumque principum diaboli membris: & de portis tribulationum, quæ circumdederunt me. Portæ tribulationũ, sunt introitus tentationum atque aduersitatum. Sepenumero autem Deus electos suos portas finit intrare tribulationum: quas tamẽ, vbi ostenderit illis imminetes, vbi se aut Deo resignauerint, aut mala imminetia deprecari ceperint, ab eisdem mox liberat. De omnibus igitur hic domino confitetur hæc Christi sponsa & martyr, gratiasque illi agens, narrat à quibus sit liberata: A pressura flammæ, hoc est, ab vrentis tentationis, quæ carnem vrit aut spiritum perturbat, feruore scilicet liberaisti me, iuxta illud: Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Et in medio ignis, hoc est, in medio feruentissimæ vehementissimæque tentationis non sum æstuata, nec succubui. Ducit enim electos suos Deus, vt per Zachariam loquitur, per ignem, & probat eos, sicut probatur aurum. De altitudine, hoc est, de profunditate ventris inferi, qui omnes deglutire, & absorbere molitur. Itaque de profunditate ventris infernalis, in quem mortale deiicit peccatum. Nec ab inferno tantum liberauit me, sed etiam à lingua coinquinata, & a verbo mendacij quoque, ne aliena me polluta lingua inquinaret, ne mendacium falleret: & ne ego alium loquendo, scandalizarem, nec verbis mendacij cuiquam imponerem. Sic sanctam Barbaram, sanctam Luciam, Sanctã Catharinam, fereque omnes sanctas virgines Christus liberauit, ne, tyrannis ad carnalia opera illas inuitantibus, cõsentirent: sed mortem potius sustinere, quam virginitatem consentirent, amittere. Deinde veritati adhærentes, hanc inter pœnas ac grauissima tormenta quoque sunt confessæ, nec verbis mendaciorum, quæ falso seductorieque illis à tyrannis promittebantur, si Christum negarent, motæ. Propterea sequitur. A rege iniquo, hoc est, à crudelitate Imperatorũ, regum, principum & præfectorum, ne eorum formidarem minas, liberaisti me: aut à diabolo, q; rex est super omnes filios superbiq; & à lingua iniusta, quæ minabatur, inferrique iubeat innocetibus pœnas, ita me liberaisti, non vt

Rom. 15

II

A

Esther, 13

Mat. 7

Sapient. 9

1. Cor. 6

Lingua iniqua quæ dicatur

Virgines martyres sine miraculo vti raro visæ sunt mori.

Dan. 7 B

Psal. 116

1. Petr. 5

Portæ tribulationũ quæ nam dicantur.

Psal. 69

Zach. 13

C Virgines suas sanctas vti Christi cõtra tyrannorum blanditias cõforrauerit

Iob. 14

non vt non paterer, sed vt non solum patienter, sed desideranter etiam ac amanter, tui contemplatione, paterer. Non autem nunc solum laudo, sed laudabit etiam vsq; ad mortem anima mea dominum. Maior em̄ est omni laude, sicut Ecclesiasticus dicit: Glorificate dominum quantumcunq; poteritis. Super valebit adhuc. Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis. Maior enim est omni laude. Et exaltantes eum, replemini virtute. Ne laboratis, non enim peruenietis. Itaque, benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Psallam Deo meo quamdiu fuero. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis sustinentes te, & longanimiter auxiliū expectantes misericordiæ tuæ: & liberas eos de omni angustia domine deus noster. Sufferentiam Iob audiuius charissimi, & finem domini vidimus per fidem & lectionem, sanctarum virginum martyrumque celebramus memorias. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Nihil igitur restat, nisi vt nos quoque inter quæcunque aduersa expectemus dominum, sperantes, vt nobis subueniat tanquam clementissimus pater, et adiutor in tempore opportuno.

Ecclesi. 43

Psal. 33
Psal. 145

Iacob. 5

EXEGESIS EVANGELII
in festo D. Barbaræ, aliarumque virginum & martyrum,
Matthæi XIII.

D



Recte in festo sanctarum virginum hoc sequens legit Euangelium, in quo narrat, quod pro amore temporalis thesauri, omnia venderent homines, vt agrum, in quo thesaurus temporalis absconditus iaceret, compararent. Quod sanctæque virgines fecerunt. Nam cœlestem thesaurum, hoc est regnum cœlestis, aut sponsum cœlestem, quo modocunq; hunc intelligas, à Deo concupierunt, vt pro illo obtinendo, quæcunque carni blandiuntur, quæcunque delectant, quæcunque sunt iucunda, & in hominum æstimatione mundanorū præciosa aut gloriosa, traderent, corporaq; suavarijs exponeret pœnis, vt thesaurū sibi hunc cœlestem compararent. Nam sanctæ vir-

gines teneræque puellæ, quanto desiderio huius sponsi sui cœlestis, quanto huius thesauri cœlestis amore feruebant, quæ passæ sunt se cædi, exungulari, suspēdi: & (quod virginali pudicitie morte non inferius est) vestibus nudari, ac capitibus truncari, vt ad cupitum venirent thesaurum. Dicit igitur Euangelista Matthæus:

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & p̄ gaudio illius vadit, & vendit oīa quæ habet, & emit agrum illum.

Per regnum cœlorum hic beatitudinē cœlestem intelligimus, quæ assimilatur, thesauro. Reuera enim hæc, thesaurus est incomparabilis. Oculus em̄ nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. The saurum itaq; cœlestis regni vult dici, amore: quia vt thesaurus, debet desiderari, quæri, diligere & conseruari. Ibi enim sunt diuitiæ immarcescibiles, quæ non putrescunt, neque marcescunt, neq; veterascunt. The saurum hunc iubet nos dominus thesaurizare in cœlo. Hic in cœlo sibi thesaurū cōstituit, qui omnia in Dei gloriam, quæ solum amat, facit: qui omnia in Dei destinat honorē, quæ etiā tā voluptates quæ volūtates suas sibi propter Dei beneplacitū, & propter cœlestis regni bona, interdicit. The saurizate, inquit, dominus, vobis thesauros in cœlo: vbi fur non appropriat, vbi neq; rugo consumit, neq; tinea hunc demolitur: vt ibi sit quoque cor tuum, vbi fuerit thesaurus tuus. Hic thesaurus tanto locupletius cumulatur, quo thesaurum opesque terrenas abundius in Dei honorem, & in sustentationes pauperum erogaueris. Hos præsentem thesauros, terrena puta omnia, propter Deum expende, & pauperibus tribue, & habebis non modo thesaurū in cœlo, sed tuū etiā erit regnū cœlorū. The saurū hunc comparādum, hoc modo suadet dominus, dicens: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. De hoc thesauro loquens beatissimus Gregorius, The saurus, inquit, cœlestis est desiderium. Ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina est cœlestis studij. Quem profecto agrum venditis omnibus

Virginitas desiderium quod erit erga cœlestem sponsum.

Regnum cœlorum quid hoc loco significet. Esaiæ 64 1. Cor. 2

The saurus quod hic dicitur significet.

Matth. 6

Lucæ 11

Matth. 6

The saurus cœlestis quod hic obtineatur

Matth. 10 Marc. 10 Lucæ 18

Gregorius The saurus vti cœlestis sit sic desiderium

com

The saurus cœlestis quod inueniat.

Gregori.

The saurus abscondit quid sit.

Matth. 5

Matth. 6

Eger my sticus quod sit.

Ager qui mystice cōparetur Rom. 8

comparat, quisquis voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria p̄ disciplinæ cœlestis custodiam calcat, vt nihil iam, quod carni blanditur, libeat, nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescit. Inuenit autem hic thesaurus per sacram eruditionem prædicationemq; Euangelij: absconditur autem, si quis hoc, quod fide credit, corde diligit, eiusq; nunquā obliuiscitur. Diuus Gregorius iterum dicit. Inuentus thesaurus absconditur, vt seruet: quia studium cœlestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsentem etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi latrunculi obsident. Depredari ergo desiderat, quod thesaurum publice portat in via. Quod tñ ita intelligendum quoq; est, (vt ibi idē D. Gregorius plenius elucidat) non vt proximi nostri opera nostra bona non videant, (quādo dñs dicit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes opera vestra bona, glorificent patrem vestrū, qui in cœlis est) sed vt, quantum laudem nostrā attinet, ea potius velimus abscondi, quam prædicari. Hoc est, vt quantum in nobis est, malimus latere, & non agnosci: imo etiam contemni, quam reputari, aut honorari: & per hoc quod agimus, externas laudes haudquam quæramus. Sic autem sit opus in publico, vt intentio maneat in occulto, quo proximi nostri quidem ex operibus nostris, quæ vident, ædificentur: nos autem Dei solius gloriā quærentes, p̄ studiū humilitatis, vicium euadamus vanitatis. Ad hoc namq; Christus hortat alibi, dicens: Cū facis elemosynā, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua. Hoc est, adeo nihil gloriæ aut vanitatis vsurpes tibi de opere virtutis, vt intētio sinistra nesciat puertere quod facit dextra iustitiæ. Potest etiā p̄ agrū, sacra scriptura, aut cōuersatio sancta ac virtuosa intelligi: in quo thesaurus siue cœlestis regni amor desiderijue inuenit. Hūc em̄ thesaurū vt obtineas necesse est videri oīa quæ habes, & emere agrū illū. Oportet, te, in quo abnegare oīa, quæ priuato cupis diligisve amore, quæ cœlestis desiderij in te introducatur: Nisi em̄ te ipsum & oīa relinqueris, thesaurū hūc nō possidebis. Vide, quia nō dicit, illū emisse thesaurū, sed agrū in quo situs est thesaurus. Nō em̄ sunt cōdignæ passiōes, quæ

modo nec labores sufficiūt nostri ad futurā gloriā quæ reuelabit in nobis. Sed emit, inquit, agrū illū. Desiderijs em̄ carnalibus abnegatis, spūalia cœlestiaq; succedūt: & mortificata carne, reflorescit spūs. Itaq; quantū à terrenis disūgimur, tāto cœlestibus donis, quibus felicitatis æternæ efficiamur digni, magis ditamur. Potest hic quoq; virginibus sanctis applicari parabola hæc, vt sit thesaurus in agro, virginitas in carne. Est em̄ reuera nobilissimus thesaurus præ clara virginitas, Angelorū soror & cognata quæ speciosior, iuxta Ambrosiū & Hieronymū, sit virginū victoria ac corona, quæ angelorū. Angeli em̄ sine carne viuunt, virgines vero in carne etiā triūphant. Narratur autē hic tria de thesauro, virginitati cōgruentia, imo & necessaria. Refert em̄ hic thesaurus, inuentus, abscondus, & bonis alijs, quæ p̄pter illū distrahunt, seu venduntur, platus. Nō potest autē thesaurus hic inueniri in luxuriosis, nec potest abscondi in superbis, ac inaniter gloriosis, nec præferatur bonis temporalibus in auaris. Quot enim superantur, vt nubant concupiscentia carnis: Quot puellas ad matrimonij, relicta virginitate, trahit superbia vt maritos obtineat honoratos ac nobiles? Quot denique virginitatem cōtemnūt, temporalia amantes bona, si maritos sperant opulentos: Virginitas igitur pudicitiaque casta, thesaurum nouit inuenire, humilitas hūc nouit abscondere. Paupertas, hoc est, paupertatis amor nouit thesaurū hunc bonis oībus terrenis præferre. Hoc modo Barbara, Agnes, Agatha, Margaretha, aliæq; virgines sanctæ thesauro inuenerunt, absconderunt, & terrenis omnibus prætulerunt.

virginitas in carnis quare nus vocet thesaurum in agro Ambrosii Hierony.

Virginitas si sacra quæ nā stultis præferatur.

Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna præciosa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit & emit eam.

Hic regnum accipitur cœlorū p̄ militate Ecclesia, quasi diceret: Negociū agit in Ecclesia, quasi negociatoris qui bonas margaritas requirit. Per negociatorem, quilibet homo Christianus intelligitur, qui vilia cuncta à se abdicat, puta caduca transitoria

Regnum cœlorum quod significat hic Ecclesiam militatantem.

Negociator quænam

b sitoria

dicit my
rice.

fitoria, temporalia, terrena & carnalia: hec dat, hoc est, Dei amore se illis priuat, vt virtutes, Dei dona, spiritualia æternaque à Deo munera recipiat. Vendere enim illius est terrena pro cœlestibus commutare. Vna autem præciosior alijs margaritis, est paupertas spiritus, cui deest amor priuatus, superbia, inuidia, auaritia, propria voluntas, & huiusmodi. Pro hac obtinenda, multa sunt deferenda, atque abijcienda, quibus comparetur. Potest autem in festo virginum applicari ad virginitatem, quæ præciosissima est margarita. Pro cuius adeptio ne quæ vt emat multa sunt eroganda, multis carendum, multa subtrahenda. Neque enim omnis virginitas, præciosissima hic margarita dicitur. Sunt enim virgines carne, sed non voluntate, quæ optaret maritos, aut quæ aliquando, si fortuna arriserit, meditantur nubere. Harum integritas non admodum præferenda est, vt dici possit margarita. Neque enim virginitas à Deo coronatur, nisi ea quæ Dei seruetur amore. Quæ si Deo dicata fuerit, vt omnis truceat perseverantia, roboreturque sic permanendi propositum, vt arridentibus quibus cunq; mundi felicitatibus, aut conditionibus, nolit mulier à virginitatis proposito discedere: sed Christo tanquam sponso, in nupta virgo permanere, iam virginitas dicitur præciosissima margarita: quæ non ideo tantum placet Deo, quia virginitas, nec propterea solum aureola à Deo coronanda, quia seruata est: sed idcirco magis, quia Deo dicata est, cum proposito semper ita manet, vt Ambrosius & Augustinus asserunt, & Dei amore seruata. Huiusmodi virgines fuerunt, hæc sancta martyr Barbara aliq; multæ, quæ spretis diuitijs, spretis honoribus, spretis denique nuptijs regum, cunctis que mundi permissionibus, maluerunt Christo domino desponsari, ac in virginitate viuere, mortemq; ac cruciatus maximos sustinere, quam carnis pollutionibus, scedisque delectationibus contaminari.

Margari
ta vii si
gnet sps
paupertat

Virgini
tas carnis
qñ dicat
præciosissima
margari
ta

Aureola
qñ virgi
nitas co
ronanda

Ambrosi
Augusti.

G
Sapientia
æterna le
sus Chri
stus vno
minetur
margari
ta præciosissima
Phil.

Potes nihilominus in præciosissima margarita intelligi æterna increataque Dei sapientia Iesus Dei filius Christus dominus noster: cuius amore vendit omnia, quæ habet, hoc est omnia contemnit, etiam seipsum, omnia, quomodo Paulus ait, arbitrās vt sterora, vt Christū lucrificat. Et hæc expositio iterū optime sanctis quadrat virgini-

bus, quæ p Christi abrenunciāt amore, carni, mundo, cunctisq; desiderijs. Nisi enim renunciant, nō solū oibus, quæ possidēt, sed etiā sibijpsis quō p̄ciosam illā vnā, cui nulla est alia æqualis, margaritā cōpararēt, aut quō pro Christo corpore consentirēt occidi, si vicijs concupiscentijsq; malis nō ante voluissent mori. Quod si per margaritam præciosam, beatitudinem aut regnum intelligimus cœlorum, omnibus applicatur Christianis. Est autem adeo præciosissima hæc margarita, vt nisi venditis omnibus, non possit emi. Tam vilis quoq; vt sola valeat bona voluntate comparari. Solēt autem negotiatores, non pericula latronum formidare, non maris horrere tempestates, non famē non sitim, laborēve vllū. Si enim illa fugerent, negotiari nō possent. Et Christianus pro Dei amore, pro æterna beatitudineque nullum debet refugere laborem, nullam recusare aduersitatem, nō probum, non contemptū laboremve, aut incommodum vllum. Huiusmodi fuit negotiator beatus Paulus, q dixit: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculū: an gladius? Certus sum autem, quia neq; mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profunditas, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.

Margari
tam p̄cio
sam signa
re æternā
beatitudi
nem.

Negotia
ri p̄be q
nam debe
at quibus
Christia
nus p̄ p̄
ciosam
garia
Rom. 8

Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educēt, & secus littus sedentes, elegerūt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt.

Mare vii
significat
seculum p̄
sens

Piscato
res vt sint
p̄dicato
res veritas

Tertiam hic contexit parabolam, de sagenâ missâ in mare. Mare seculum intelligit, in q̄ p̄inde ac in mari semp̄ tēpestates, creberrimaq; pericula versant. Piscatores aut̄ qui sagenam in mare mittūt, Sicut p̄dicatores sancti, qui sagenam prædicationis verbi Dei expandunt, & ad capiendos extrahendosq; de profundo maris, hoc est, seculi, pisces, id est, homines, diuini verbi auditores mittunt. Est igitur, inquit, simile regnum cœlorum sagenæ missæ in mari,

Sagenâ
mysticę qd
sit.

Littus ma
ris vt si
gnet finē
mundi.

H
Matt. 25

Matt. 13

Separatio
electorū à
reprobis
q̄ fiet
Matt. 25
Ibidem.

Angelorū
ministra
um in ex
tremo iu
dicio. cu
iusmodi
erit

Fletus, stri
dorū den
tium quō
intelligat

mari. Regnum cœlorum, vt supra dixi, ecclesia militans dicit. Hæc sagenam prædicationis diuinæ expandit, qua pisces cuiuscunque generis, seu omne genus hominum, id est, tam bonos, q̄ malos in profundo seculi demersos, capit, ad littusq; perducit. Cōgregat em̄ hic tam electos q̄ nō electos: sed vbi impleta fuerit sagenâ, puta circa mūdi finē, tūc extrahet, piscesq; educet oēs ad littus, vt segregentur boni à malis. Itaq; Ecclesia triumphans, quæ est in cœlo, solos recipit bonos. Porro Ecclesia militans, tam bonos, quam malos recipit: sed in fine discernēs, diuidit. Si quidem bonos reponet in vasa sua, id est, in cœlestes mansiones, malos ingehennam.

Sic erit in consummatione seculi. Exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium,

Hoc idem alibi dicit: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, cōgregabunt ante eum omnes gentes: & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis &c. Et alibi: Sinite vtraque, id est, triticum cum zizania crescere vsque ad messem. Et tempore messis dicam mesforibus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreū meum. Separatio nanque erit electorum à reprobis, vt illi à dextris, hi constituentur à sinistris: & tunc illis q̄ à dextris sunt, diciturus est: Venite benedicti patris mei &c. His v̄o q̄ à sinistris erūt. Dicit: Ite maledicti in ignem æternum, &c. De similibus quoq; hic dicitur: Exhibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Quamuis em̄ resurrectio mortuorū, retributioq; æterna nō fiat, nisi autoritate virtuteq; diuina: multa tñ hic fient angelorū ministeria, q̄ suscitādoz cineres creduntur collecturi, ab impijs iustos segregaturi, prolataque sententiâ, ac terra os suum aperiente, reprobos inuoluturi, igneque conflagrationis in infernum præcipitaturi: vbi erit fletus & stridor dentium. Fletus quidem propter intolerabiles suppliciorum infernalium dolores: sed stridor dentium propter vehementissimū

frigus. Erit enim in inferno ardentissimus incendijs estus, & vehementissimum frigus, vt de vno trāseāt in aliud, nō p̄ remissionē, aut defectionemq; alterius: sed de vehementissimo calore subito ad vehementissimū frigus, quō scriptum est. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Hæc audientes filij cogitate modo, quamdiu estis in itinere, quid vobis euenturum sit in termino viæ, hoc est, in fine vitæ vestræ. Modo laborate, modo sudate, & contendite per angustam portam intrare, ne infructuose vobis cōtingat sero pœnitere, nimium ardere, flereque ac stridere dentibus.

Iob 24

Matt. 7
Lucæ 13

Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei. Etiam. At illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est hoī paterfamilias, q̄ profert de thesauro suo noua & vetera.

Postquam parabolas has dixerat dñs, interrogauit Apostolos, an oīa, q̄ dixerat, intellexissent, non nesciens quid intellexissent, aut non intellexissent: sed occasione quærens, ad eorum verba inferendi ea que sequuntur. Nam cum se intellexisse hæc omnia responderent, Ideo, inquit, dico vobis, quod omnis Scriba doctus in regno cœlorum, similis, &c. Apostolos, Scribas & doctos, vtpote Christi (vt ita dicam) notarios vocat, qui legē Dei in mentibus audientium scribebant, quos similes vult esse homini paterfamilias, qui suæ familiæ de thesauro suo profert & noua & vetera, hoc est, pecunias, vasa, vestes, ceteraq; id genus, quæ curare habet, producit, iuxta exigentiam cuiuscunque consolandi aut fouendi. Ita prædicator aut Apostolus quoq; de thesauro sacrarum scripturarum quicquid nouerit vtile fore, aut congruum, proferre debet, siue id fuerit ex veteri testamento, siue ex nouo. Quomodo enim paterfamilias omnia in refectionem, & consolationem & in vtilitatem suæ ordinat familiæ, ita prædicator apostolusve non ignorare debet, quid Christi conueniat familiæ, vnde de regat, & quibus sustentet: ideoq; ad manū santei necessaria, vt habeat promptam vtramque scripturam, notitiamq; tam veteris, quam noui testamenti, vnde queat producere, ea quæ hominibus docendis sint vtilia de Christo Iesu domino nostro, qui est benedictus in secula, Amen.

Scribe do
cti & nota
ri Chri
sti vti fue
runt apo
stoli san
cti.

SERMO IN EODEM

festo. Quibus extollenda sit diua sponsa Christi Barbara encomijs, quomodo ve sancti p sibi devotis iudicem interpellent.



Audabit vsq; ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de omni angustia dominus Deus noster. Ecclesiastici LI. Hæc verba fratres & filij charissimi optime in Christi sponsam quadrant sanctam Barbaram: quandoquidem mira Dei beneficia ipsa in conuersione, in vita, in passione denique & in morte sua experta est. Quæ omnia (quia nihil sibi eorum vsurpauit, in laudē suam nihil arrogauit, nihil tribuit sibi: in Deum vero retulit omnia) illius esse dona, nihilq; ibi suum, perfectissima humilitate cognoscens, propterea dixit: Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum, & cætera. In conuersione nanque illius quis Dei bonitatem digne collaudet, qui absque hominis eruditione illam præueniens illuminauit adeo, vt naturali quoque lumine simulachrorum, deorumq; multiformium deprehenderet vanitatem: Adeo nanque rationis lumen in ea prævaluit, vt ea, quæ facta sunt, quæ instituta sunt, quæ aliquando non fuerunt, viliora crederet esse ips, qui cultum venerationemque illis instituerunt. Quamobrem eos quoq; deos q ab hominibus colebantur (quandoquidē homines olim fuere) iudicabat prorsus nihil posse numinis habere, sed necessarium fore, vt aliqua virtus sit omnipotens omnia sciens, omnia creans ac regens, infinita, sine tempore, numero & mensura, quæ ante oia sempiterna ac indeficiens fuerit, à qua omnia reliqua, quæ habent esse, incepterint, quæ iustius diuinitatis & rem & nomen habeat quam ea, que tum nomen ac honor (sine virtute) ex aliorum pendet voluntate & institutione. Pro hac itaque sui illuminatione laudat te Iesu bone sancta Barbara puella sapientissima, qua decorum tum vanitatem, tum stultitiam deprehendens, illos respuit, & in tuæ considerū amoremq; (licet nondum te pfecte cognosceret) tua illustrata gratia exarsit. Tu enim ipsam, vt te quæreret, tu vt pfectius te cupe-

ret & cognosceret, & amaret, eā excitasti. Tu iueniēdū ei te obtulisti. Nā vbi seruū tuum Origenem veræ diuinitatis audisset Alexandria doctorē, cōfestim illi literas scribens, & tui veræq; fidei sibi petijt notitiā in ferri. Quod, te cūcta dirigēte, quō petiuit, ab Origenis quodā discipulo clā ad se misso edocēta impetrauit. Pro ips, inq; pclare sponsæ tuæ Barbaræ anima laudabit vsq; ad mortē te dñm, qm̄ eruis sustinentes te à caligine pfidiæ & errorum tenebris, ad veriluminis tui notitiā, qd̄ in mundū venit illuminare eos, qui in tenebris & in umbra mortis sunt, ad dirigēdos pedes suos in viā pacis. Itaq; in sanctæ Barbaræ vita mirabilis valde, atque laudandus apparuit dñs. Siquidem in turri, quā pater eius paganus illi construxerat, lectioni sanctorum librorum, quos Origines illi miserat, abstinentiæ, ieiunijs, orationi atque vigilijs deuotissime solitaria insudabat. Super omnia autem, fauente etiā patre, qui obtui dil. ctionem putabat id fieri, & ppterea turrim pulcherrimam ei fecit edificari, p̄ciosissimū virginitatis thesaurū Christo, quem tota amabat corde, custodiebat. Videns vero in turri sibi constructa duas tantum esse fenestras, his tertiam adijci contra patris mandatum iussit, vt exercitium pariter & occasionem sanctæ Trinitatis adorandæ colenda q; inde sumeret. Progrediens deinde longius lauacrum sibi à patre paratum inuenit sculptum, miroque artificio ornatum. Quod introiens, dum aqua abisset, dñm rogauit, & mox aqua vsq; ad eius umbelicum impletum est: in quo à præcursore dominique Baptista Ioanne baptizata est. Pro ips alijsq; multis in vita sua acceptis beneficijs, quæ prætergrediens ad eius vitam legendam vos mitto, inq; beata Barbara: Laudabit vsque ad mortē aia mea dñm, &c. Cognouit enim omnia Dei esse dona gratis sibi collata, p qbus ita gratias agendas Deo sciebat, quō eadē dona cognouit haud esse negligēda. In passione vero sua benignitatē Dei clementissimā expta est. A qbuscūq; em̄ grauib; tormentis illam eripuit, in qbusdam fortitudinem dedit & tolerantiam: charitate quoque constantissima ac ignea cor eius succēdit vt nō solū tolerabilia, verum desiderabilia, quæ patiebatur etiam redderentur, licet naturæ alioqui horrida erant. Cæterū, inquis: si naturæ erant horribilia, quomodo de

Lucas

K

In vita dicitur Barbara q̄ fuerit de' ad mirabilia & laudandus

Iesus sua sponsam Barbaram p̄cenis cōstitutam confortat ac sanat

M

Barbara quo quō fuerit baptizata

L

In passione S. Barbaræ vi de' fuerit ad mirabilia & laudandus.

do desiderabilia facta sunt: Id patiendi fecit causa. Haudquaquā enim pro se, sed p Christo passa est, cuius amor adeo pectori eius erat impressus, adeo erat feruens, adeo suavis, vt dulcia ac leuia ei viderent, quæcunque in eius gloriam ferre potuisset. Ita que gaudebat ansam occasionemque sibi præberi, quo suum Christo amorem posset ostendere. Proinde patre demum redeunte (longius enim absens fuerat) postq̄ tertiam vidit in turri fenestram contra suum mandatum factam, à filia huius rationem sciscitatur. Quæ nihil metuens patrē veram diuinitatem eandemq; vnā in psona trinitate prædicabat: fallentem vero ac vanam esse simulachrorum imposturā. Iratus itaque pater, per seipsum primo licet eam flagellasset, tamen Martiano præfidi, qui nulla miseratione commotus neruis iubet thaurinis eam expoliatam cædi, obtulit. Ibi dum fuso sanguine liuidasacerbasque sustineret plagas (vtpote quibus sal crepitans iniectum fuerat) atque in teterrium carcerem reducta foret, Iesus illi apparuit, eius amator sponsusq; pijsimus, dicens: Prælecta filia mea ac sponsa Barbara confide atq; confortare, quoniam copiosum magnumq; gaudium fit in caelo sup tua passione. Quo hæc dicente, eius plagæ omnes sanatae sunt. Pro hoc quoque laudauit te dulcis Iesu Barbaræ aia vsque ad mortē, quoniā nō solū à p̄cenis his liberaisti sponsam tuam, verū etiā fortitudinem animiq; constantiā illi indidisti, vt sermonibus veritatis cōfutaret, torqueretque & tyrānos, & quoscunq; veritatis ac fidei tuæ hostes. Nam quum postea in equulo esset iubente Martiano, pedibus sursum erectis, suspensa & arpaginibus latera eius lacerarent, lāpadarumque, hoc est, facium ardentiu applicatiōe vrerent, laminęq; ferreæ ignitæ adhiberent, quæ vulnera, vnde sanguis vbertim fluebat, carnemq; torrerent, q̄ eā, vt ferre hæc posset, interea etiā psallentem ac te laudantem confortauit, nisi tu, qui eruis sustinentes te, & liberas de omni angustia dominus Deus noster: Deinde cum equuleo deposita, versoque capite in stipite esset ligata, & caput eius malis ferreis tunderetur, atque subinde mammillæ eius gladijs defecarent obtusis, quis ei hanc dedit fortitudinem, vt tyrannum etiam ludens obiurgaret; dicens, Quid, in me secas femineum decus: Vis me virum

efficere: & reliqua, quæ non nisi spiritu sancto charitateq; Dei plena potuit dicere: pfecto tu solus. Ad hæc cum furiosus Martianus nudam vulneribusq; sauciata per prouinciam iusserat ignominiose duci, dolet quidem Barbara sancta ac pudicissima virgo propter pudicitiam virginalem, quæ in virginibus valde est tenera ac verecunda: sustinet tamen. At vero, quia morte ac omnibus erat illi p̄cenis hæc ignominia atque honestatis denudatio grauior, pudicitia gerit curam, atque protegumento suæ nuditatis tibi sponso suo supplicat. Quæ oratione fusa mox adest angelus, qui stola candidissima eam induit: signansq; illā, omnia simul ejus vulnera & dolores adeo abstulit, vt decorem etiam adderet, quam olim habuerat, maiorem. Dulcis Iesu pro hoc laudat te sponsæ tuæ anima vsque ad mortem, qm̄ eruis sustinentes te, &c. Postremo, circa mortem quoque, quam dictata sententia genitor ei suus intulit, quæ alium laudaret, cui gratias alteri, quam tibi benignissime Iesu hæc dignissima tua sponsa Barbara ageret, quod in hanc vsq; horam varia ei dedisti pro tui amore tormenta sustinere: vbi in omnibus etiam eadem adfuisse, doloribus atque patienti virtutem administrasti? Cæterum quātā virtutis, quantæ charitatis fuit id, quod hæc gloriosa virgo Barbara in extremis iam vitæ constituta, vtpote iam iamque gladio trucidāda, proximorū nō fuit immemor, pro quorū tam diligenter orans salute, etiā hoc plena fide abs te impetrauit, vt quicūque sui egerit memoriā inuocauerit: hoc est, quicunque ipsam aduocauerit ad orandum pro se, illiusque, hoc est, gratiæ ac misericordiæ sibi multiplicis abs te factę fuerit memor, à te suorū peccatorū obtineat veniam, & ante mortē suam Sacramenti venerabilis recipiat munitionem: Quod quia tu benignissime Iesu exaudire hancq; sponsam tuā consolatione huiusmodi dignatus es, vt sciret & se pro alijs exaudita & ad thronum gloriæ tuæ seipsam vocatam laudabit non solū ipsa, verum etiā & vniuersa Ecclesia te dominum, quoniā eruis sustinētes te, &c. Ceterū, quia multi addubitāt de hoc, an iuste hoc debeat credi de sancta Barbara, vel Catharina, vel Margaretha, alijsve sanctis, qui singulares habentur intercessores (tametsi omnes sancti intercedere pro nobis possint) vt ipsi in hac

Virginalis pudicitia quātā fuerit in beata Barbara tene ritudinis.

N In morte sanctæ Barbarę fuerit De' mirabilis

S. Barbara orat a sui memoriā facientibus eam q̄ inuocantibus.

Sancti nam p sua is deuotio rint

An conuersione diue Barbarę fuerit ad mirabilia De' & laudandus

Gen. 17 Sapien. 1

vita ita pro sui memoriam agentibus orauerint, quandoquidem quibusdam id superbia, illicitum atque incongruum videtur. De supbia certe nemo habet iudicare, aut in suspitione trahere sanctos, presertim in illa hora, qua Christo pro eiusdem amore suspicientes mortem, spiritum suum reddiderunt: nec quis debet iuxta suas passionis vitiosas (si fortasse ipse absque supbia id non posset, quod etiam fortasse alia non potest multo minora) de sanctis impie sentire, quam in hac oratione inuenti sunt huiusmodi sancti humillimi, a superbia prorsus alieni, atque pro Dei honore maxime zelosi, cuius honoris zelo duntaxat in ducti haec orauerunt, & de hoc infra dicemus plura. Verum discutiamus primum an, aut quare, incongruum fuerit sanctam Barbaram, Catharinam aliove sanctos id orasse, aut quare verisimile non sit id eos orasse, sed scriptor id quispiam assuerit mendacij ad historiam reliquarum veritatem: Sed & hoc ante videatur quod orauerunt huiusmodi sancti. Sancta Barbara certe hoc modo orasse legitur. Ut primum pro se orauerat, domino sese agonemque, quem ultimam esset subitura, suam commendans, humilibus atque supplicibus tandem verbis adiunxit pro suis orationibus proximis, hoc modo: Domine Iesu Christe, concede misericorditer ancillae tuae gratiam hanc, ut omnes, qui in necessitatibus, seu angustiis suis mei memoriam agentes, fideliter te inuocauerint largiflua tua pietate consolentur: & praecipue passionis meae ad laudem tuam recolentes, quatenus morte non praueantur improvisa, sed vera confessione conterantur cum munimine perceptionis sacrosancti corporis & sanguinis tui, ne a diabolo illaqueati, facili gloria tua priuentur. Domine ne memineris peccata eorum in die iudicij, sed propitiare eis. Scis enim omnium benignissime conditor, quia caro sumus. Haec sunt beatae Barbarae orantis verba, quod in eius gestis inuenitur. Cuiusmodi legunt de quibusdam alijs, qui parum in verbis differunt quia spiritu, orandi intentione consentiunt. Iam ergo interrogo, quid hic absurdum, quid incongruum quodve illicitum sit in hac oratione: Primo, quod orauerit pro alijs, non potest non laudari, tantum abest, ut reprehendi possit, quandoquidem iubemur alter pro altero orare, & Paulus pro alijs orans aliorum rursus pro se petiuit orationes. Quod vero orauit pro ihs

quod acturi essent memoriam, nihil video, quod contineat illicitum. Similiter licet: imo si a Christo iubeor orare pro calumniantibus & persequentibus me, quare non licet orare pro ihs, qui amant me, aut qui mihi gratulantur aut fauent? Certe puto legem naturae quoque hoc iubere. Iam si hic amor, aut fauor, aut gratulatio proximi est erga me, propterea quia Christi sum, aut quia existimor esse Christi, ut Christus causa sit, quare mihi hic honor aut gutulatio fiat, quis legens illud Euangelicum, Amen dico vobis, si quis vos receperit, quia Christi estis, &c. Et illud: Si quis calicem aquae frigidae sitienti dederit in nomine meo, &c. dicet aut illius amorem, fauorem aut gratulationem erga me non summopere commendabilem, dignamque Christo, cui idem retribuat, qui omnibus retribuit ihs, quicquidque suo nomine, hoc est, ad sui honorem, aut sui contemplatione amoreve aliquid egerint aut sustinuerint. Et quare non liceat mihi ihs, qui propter Christum me amant aut gratulantur mihi, orare Deum? Sed quaero ultra, an liceat mihi Deum orare pro ihs, qui me inuocant, licet ignorem ipse, an odio amoreve dignus sim? Non video cur non liceat humiliter orare, propter fidem praesertim illius, qui bene de me sentit, & orationibus se meis committit, licet fortasse erret, & plus de me sentiat, quam est sentiendum. Cur enim non liceret mihi domino Deo dicere, Domine Deus meus da illis, qui me inuocant (licet adhuc mortalem) hoc est, qui pro se postulant a me orari, haec & illa salutaria, propter humilitatem eorum? Neque enim propter me orationem meam scio tibi placitum. Scis enim tu quia ego nullius sum virtutis coram te: & ideo tu pro bonitate tua, non finas nos falli. Nam etsi errent in me, tamen quomodo debent, bene sentiunt de proximo. Da igitur illis salutem, qui me ad orandum inuocant, aut qui mihi bene faciunt, aut qui mihi bene facturi sunt, aut qui mihi tua beneficia fauent, mihi gratulantur aut gratulabuntur inquam: praesertim cum tu sis finis omnium & causa, cur haec faciant. Quare, inquam, haec oratio foret illicita: imo quare ego ex charitatis debito, non obliget orare pro huiusmodi? Non quod praestare aliquid possem, sed quod ego nequeo praestare, valeo & debeo emendicare, pro illis a magno illo, largissimoque donatore atque omni benefactore deo, ipsum cum

Mat. 6

Mat. 10
Mar. 9
Ibidem

Ecd. 6

Q

Oratio hoim tua quod valeat.

Oratio sanctae Barbarae sibi deuotus.

Orare sanctos, palis q inellegendum

laso. 7

Psalm. 117 Psalmista rogando, ut ipse dominus retribuat pro me. Quare non debeam orare pro eiusmodi, qui ex charitate mihi Dei gratiam, Deique beneficia fauent, qui mihi gratulantur, qui bene faciunt, cum horum omnium, quod dixi, ut fiant, solus est causa, scopus finisque Deus? Quomodo non debeo eos redamare, a quibus intuitu Christi solius me scio amari? Si hoc illicitum foret, peccasset Paulus, & alijs peccandi occasionem ansamque praebuisset, quos ipse viuentes ad huc in carne, & de salute propria incertos inuocauit, ut pro se orent. Quare mihi non liceret, quod illis licuit, & quod Paulus, ut pro se fieret, flagitauit? Id est, quare non licet mihi orare pro ihs, qui a me hoc ipsum postulant, qui fauent mihi Dei beneficia & gratiam, qui gratulantur meo profectui: maxime si propterea per hoc nihil desidero, ut habear sanctus talisve, qui possit orare, aut aliquid impetrare: nec locum habeat ambitio huiusmodi in me aliquid, ut cupiam non nihil estimari: sed potius erubescam, & in me ipso confundor, quod de me melius sentiunt homines, quam ipse me inuenio? Atque illorum pro erroris compatiens, Deum quomodo debeo, rogo, ut ille suppleat pro me, ut quamuis indignus sim ego audiri, ipse tamen faciat illos non indignos propter fidem & suam humilitatem exaudiri. Iam igitur ad sanctam Barbaram transeamus, eiusque similes sanctos. Ipsa non petiuit (vide illius verba) se ad interpellandum inuocari, nec sibi petijt festum, honorem, memoriamve statui: sed rogauit, ut si quis sui memoriam agens, Deum inuocauerit, hoc vel illud obtineat. Quid hic absurdi audis? Non petiuit se inuocari, nec petiuit, ut qui se inuocaturi sunt, exaudiantur, quamuis etsi ita orasset (quod fortasse in sanctorum aliorum vita legitur) nequaquam orasse perperam putanda foret. Nihil enim orasset aliud, quam isti (quos Paulus inuocauit) orauerunt: qui utique Deum rogauerunt, ut is, qui se inuocauerat Paulus exaudiret. Hoc modo sancta Barbara quoque orasset (etiam si dixisset, Qui me inuocauerint, hoc est, qui me pro se ut orem, flagitauerint) ut daretur illis hoc, quod illorum conduceret saluti. Iam vero non dixit, qui me, sed, qui te Christe inuocauerint mei habentes memoriam, id est, misericordiae tuae in me fulgentis, datum, &c. ridiculum est id esse illicitum cogitare. Deinde (quod fortasse sciolos hos magis

torquet) quod orauit pro his, qui suae passionis forent memoriam acturi, &c. volunt quidam mox iudicare, quasi corona se martyrii dignam habuerit. Certe, & si de misericordia etiam diuina hoc sensisset, cui omnes alias suas adscripsit victorias, eidemque soli propterea gratias egit, ut se martyrii corona dignam faceret, qui fecerat sui amore ut pateretur dignam, nihil superbi egisset, nec praesumptionis propterea foret arguenda. Tantam enim in se, tamque mirabilem ac exuberantissimam experta iam fuerat in omni vita ac passione sua Dei tum misericordiam, tum munificentiam, ut desperare non posset dignam se (non dico ex se fieri) sed dignam permisericordiam diuinam haberi: atque faciente id dignatione diuina, tanquam dignam se martyrio misericorditer acceptari. Per multa enim iam a Deo caelitus dona, auxilia & beneficia receperat, unde aeternae salutis confidenter se sperare potuit absque ulla haesitatione fore participem. Haec si omnia legissent hi, qui modo temere obgannunt, ori silentium imponerent. Neque enim spes firmior atque maxima confidentia de Deo impedit, sed perficit humilitatem. Volunt enim & ipsi omnes homines salutem a Deo sperare, & quodammodo certos fore, & tamen diuam Barbaram de sua reddunt salute non securam, quasi quae adeo sibi timere debuerat, ut licet in vita adhuc constituta, quod bonis malisque commune est, orare pro alijs propterea non debuisset. Iam vero omnino ne verbum quidem habetur in illius oratione, quod id sonaret, quasi martyrii corona, aut sanctitatis nomine, aut ut festiuitas sibi institueretur, dignam se aestimasset, tamen merito a domino id sperare potuit, ut inter martyres haberetur apud Deum, quae iam iamque pro eius amore genua flectens, gladium post alios multos passionum agones, quas domino confortate vicerat, erat susceptura. Certe tam ipsa, quam alij tunc sancti non ignorabant, quomodo martyrum tunc fiebant memoriae (quod ex multis quoque sanctorum vita facile colligitur) nepe ut ad sepulchra martyrum, aut ad martyrii loca conueniebant pro homines, & ieiunio orationibus vacantes, Deum laudabant, qui pro magnificentia sua, pro fideique suae exultatione gratiam huic dedisse martyrii atque victoriam, qua adiutus & tyrannos, & mundum, & amicos, & carnem suam contempnisset, atque illud hoc est, Christo non absque sui effusione san-

R
Cetera blasphemos in sanctos Dei q amicos.

Memoria martyrii qui olim fiebat.

b iij qui

guinis testimonium fidele (quod ipse cum patre & spiritu sancto verus vnusque esset Deus) reddidisset. Iam vide quid fuerit piaculi, vel sanctam Barbaram, vel aliū quem uis sanctorum orasse se pro ijs, qui diem passionis suae cum aliqua sui memoria obseruauerunt, ut propterea à domino misericordiam consequantur. Nam quid aliud sic orans orat, quam, Rogo te domine Iesu pro ijs, qui diem hunc meae recolunt passionis, in qua tu tua me gratia, tuique amore, pati ac mortē sustinere fecisti & adiuuisti? Qui fragilitatis, in qua, meae fuerint memores simul ac tuae virtutis, qui hanc misericordiam tuam mihi fauerint, qua tanta me dignatus es gratia, ut dares & animum & uoluntatem pro tuo nomine patiēdi. Qui denique huius diei reminiscuntur mihi gratulantes, qua ex innumeris me periculis eripisti, & qui te, dona tua misericordiamque tuam in me honorauerint, qui uel pro me tibi gratias egerint, atque qui te pro misericordijs tuis in me relucens laudauerint, quandoquidem nunquam ego te fatis laudare queo, licet ad mortem usque te anima mea laudet domine, da eis, quicquid à te salutare petierint. Quid quæso illicitum est sic orasse? Si tibi displicet oratio sanctae Barbarae, Deo non displicuit, qui libenter annuit eius supplicationi. Nam & quod promissit, innumeris postea per S. Barbarae spōse interpositam memoriam se inuocantibus misericorditer est largitus, & in hodiernū usque diē, licet te murmurante, largit. Vana igitur omnino est illorum calumnia, vel qui sanctos ita orasse non credunt, aut si ita orauerint, modo eos illicito orasse credunt. Siquidem omnia eorū obiecta inde oriuntur, quod sanctorum gesta uitioso corde, quæ admodum seipso sentiant (utpote spiritu alium rerum, atque uerarum uirtutum prorsus inexerti) diiudicant. Dicunt enim temerarium fuisse, quod sancti eiusmodi orauerint pro alijs quando ipsi adhuc nesciebant se saluandos. Hæc eorum indoctissima est iustitia, & stulta omnino obiectio. Nam si propterea non foret orandum pro alijs, nemini tunc liceret orare (quod contra Christi est præceptum) pro suo proximo, quando quidem nemo scit an amore, odio uel dignus sit. Sed dicunt: Orauit Barbara pro ijs, qui adhuc post mortem suam foret sui memores. Et hoc uanum est, inaniterque obijcitur. Vbi enim scriptum est, pro ijs tantum qui

nobiscum adhuc uiuunt, orari debere, non pro futuris neque pro præteritis? Si ante uiginti annos audirem aliquem deliquisse, non orabo pro eo, quia ante multos annos hoc peccatum factum est: Bona uerba. Item, si aliqua coniectura æstimo futuros, qui post mortem meam in bono, atque ex charitate, & dulci Christianoque affectu mei recordabuntur, non quamdiu superstes sum, non licebit mihi pro eiusmodi orare? Num in uita (quomodo oro pro ijs, qui modo per charitatem me diligunt, aut mihi bonum fauent) non possum orare pro ijs, qui post mortem aut mihi fauebunt, aut me excusabunt, aut charitatis aliquid defuncto impendent, aut saltem Christi intuitu diligunt, atque suauiter, hoc est, cum affectu charitatis mei recordabuntur? Neminem uix ita desipere puto, qui hoc nefas esse iudicet: imo qui hoc non laudet. Si igitur licet hoc, & laude dignum est, quomodo tunc sunt arguendi sancti, qui leguntur pro sui memoriam habituris orasse? Respondes: Non hoc modo negamus, ut illicitum sit orari pro sui memoriam facturis, sed hoc reprehendimus, quod aras, sacrificia, memorias, solennesque inuocationes sibi statuas putant. Dico omnino id fictum atque falsum esse. Nullus hoc sanctorum optauit, licet quibusdam hoc futurum à Deo in uita reuelatum sit, paucis tamen & humilimis, qui non poterant inde fieri deteriores, sed fundati in humilitate, inde magis humiliabantur, ex tam magna, admirabilique dignatione Dei erga se, quam essent in terris etiam post hanc uitam ab eodem recepturi: quod tamen omnino illis absurdum uidebatur ut fieret sibi, utpote tam indignis, licet non haberent, quo promissiones diuinas aut arguere, aut illis obstrepere, seu non credere deberent. Quomodo enim post mortem (ut inique nonnulli calumniatur) sibi hoc fieri appeteret sancti, aut quomodo honoribus sibi futuris oblectaretur, quando in uita omnia hæc radicitus à se extirparunt: hoc est, & honores & honoris appetitum? Absit hoc ab illis, absit etiam à nobis, ut putemus eos uel unquam cogitati uinculam admisisse, qua se fuissent consolati, exultassent, sperassent, desiderassent sibi honores institui, celebrarique nomina sua post mortem. Haudquaquam de illis hoc est, sentiendum. Hoc enim omnino commiserunt Deo, quid post mortem sibi fieret

Memorias sui inuituendas quæ modo sancti optauerunt.

T Sancti quod non potuerunt pro sui memoria & uenere ratione à Deo desiderauerunt.

feret in terris, quandoquidem ne ea quidem quæ uiuentibus occurrerent, aliter quam de manu domini acceperunt, in illius gloriam omnia referentes. Non tamen inficias eundem puto, optasse etiam eos & in uita, & in morte, & post mortem suam, ut haberent qui Deum pro se laudarent, qui benedicerent, qui gratias agerent: quandoquidem impares atque minores se omni uita sua fuisse agnoscebant, ut pro tot beneficijs, gratijsque ac Dei donis dignas Deo egissent, agere uel possent gratias. Idcirco pro alios hoc cupiebant expleri, atque in Deo laudando se optabant adiuuari, ut Dei laus, quæ ipsi minus extulissent, pro alios suppleretur. Erat autem hoc non arrogantia, sed profundissimæ humilitatis, qua Dei bonitatem, beneficiaque in se, & e regione suam uilitatem, indignitatemque perfecte agnoscebant. Inde enim uidentes se ad gratias Deo agendas omnino non sufficere, suaque omnia nihil estimantes, cupiebant per quoscunque Deo laudes fieri pro illius beneficijs, quæ in se tanto clariora atque maiora uidebant, quanto ea indignioribus sibi præ cæteris (ut putabant) hominibus, qui fuissent magis grati, essent collata beneficia. Hoc modo desiderare, uel usque in finem mundi haberi memoriam mei, uide Deo gratias agantur & laudes pro me, mihi quoque peccatori quare non liceat: Omnino enim cupio per alios suppleri, quod ipse negligo: quanto magis id licuit, imo laudari debet in beata Barbara: Absit, absit igitur, ut dixi, in sui honorem aras, aut monumenta sibi beatissimam Barbaram optasse fieri post mortem, quæ in uita propter Christum omnia contem-

psit, neque seipsam, neque aliud quid diligens aliter, quam propter Deum. Quomodo ergo post mortem aliquid posset desiderare, quod in Dei gloriam & laudem non dirigeret, aut quod propter Deum non concupisceret? Tanti enim tunc faciebat Christum, ut non modo pro exaltatione & honore illius sanguinem funderet, uerum etiam ad tradendam in mortem animam suam, pro eiusdem gloria genua sua iam iamque moritura flecebat. Quomodo igitur tunc adeo potuisset esse cæca, ut ambiret aliquid in illa hora, quo omnes alias uirtutes suas obumbraret, aut Christi gratiam amitteret? Nec propterea in hac parte censenda est falsa esse historia, qua ipsa uel alij nonnulli pro sui memoriam agentibus orasse leguntur: quandoquidem & in uita, & post mortem nihil, quam Dei gloriam aliud quæsierunt. Quamobrem, quomodo licuit illis orare, ita licuit etiam scriptori eorundem orationem manifestando scribere.

Historia sanctae Barbarae cur non possit nisi uera haberi.

Amor sanctorum erga Deum quam tuus fuerit.

Cogitetur de sanctis, quam pure dilexerint Deum, adeo ut nec seipso amaerint, nec ullam creaturam, nisi quantum in Deo & propter Deum amare tenebantur. Dei autem gloriam pure in se & in omnibus quæsierunt: propter quam & se & reliqua omnia spreuerunt, & secundum hanc normam ea quæ dixisse, egisse uel leguntur, intelligantur, tunc non erit, quod obijciant illi, qui cuncta semper in deteriores iudicant partem, ad hoc nati, ut quæuis aliena, quam ipsi nihil agant laudandum, carant. Dominus Iesus illis posthac saniorē tribuat mentem, qui est cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

IN FESTO S. NICOLAI EPISCOPI, Loco epistolæ, Lectio libri Ecclesiastici, ex capit. quadragesimo quarto, & quadragesimo quinto.

III.



Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis, conseruauit illi misericordiam suam, & inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ.

Statua

Ecclesi

S Blasphemia contra inuocationem & meritum sanctorum unde originem sumptis

Ecclesi In cauillo hos hæreticos.

Ecclesi

Statuit illi testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnū, & beatificauit illum in gloria, fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Actio hæc ex Ecclesiastico sumpta est, ex duobus puto capitibus, à quibus ea quæ sanctis cōfessoribus congrua erant, adunata sunt, nonnullis verbis aut sententijs, interim quæ minus videbātur huc idonea, intermissis. Itaq; lectionem Ecclesiæ securi ac textum sic legemus: Ecce sacerdos magnus. In veteri testamento sacerdos dicebatur magnus, qui erat pōtifex, aut princeps sacerdotum. Porro, in nouo testamento pro pontifice aut episcopo sumitur. Fuit autem sacerdos magnus beatus Nicolaus, beatus Augustinus, beatus Ambrosius, beatus Martinus, alijsq; innumeri, qui non solum dignitate, præeminētiaq; sed etiam virtute, sapientia, charitate, atque omnium virtutum genere fuere præclari. Sequitur: Qui in diebus suis, dum hic viueret, dum in luce gratiæ ambularet, placuit Deo, q̄a immaculatum se custodiuit ab hoc seculo, aut innocentiam seruans, aut per pœnitentiam eandem reparans, Dei misericordia & gratia super illum coruscante. Placuit Deo, & erga proximum inuentus est iustus, reddens vnicuique quod suum est, ita vt nulli quid deberet nō solum, aut non impletum relinqueret. Et in tempore iracundiæ, dum ad iram, dumq; ad vindictam Deum excitasset plebs, ipse factus inter Deum & populum arbiter, hoc est, se medium exhibens, & lachrymas, preces, oblationē quæ sacrā pro populo Deo offerēs, factus est plebis ad Deum reconciliatio. Hoc nanque non raro sancti fecere episcopi, qui iram Dei auertentes à populo, & ultionem deprecantes diuinam, plebem quoque ad pœnitentiam induxerunt suorum peccatorū. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Non comparatione aliorum sanctorum hoc dictum est, nec vt reliquis contemptis, vnus præferatur omnibus. Solus enim spirituum ponderator est, vt Salomō ait, Dominus enim est, qui nouit solus quid sit in homine. Nam sanctorum vnicuiq; hoc ad laudem ipsius dicitur, quod non fuerit similis illi, qui conseruaret legē excelsi. Varia namq; sunt do-

na Dei, & iuxta Apostolum, Vnusquisq; proprium donum habet à Deo. Quo fit, vt in hoc vnus, in alio alius præmineat: & qui in vna virtute est inferior, in alia ediuerso sit præclarior. Eam ob rem iurando, hoc est, tam firmo decreto, quod iusiurandum dici valeat, fecit illum dominus crescere & dilatari perfectione charitatis, omniumq; virtutum in ædificationem plebis suæ, cuius est doctor, pater, pastor & episcopus. Benedictionē omniū gentium dedit illi, hoc est, tanta gratiarum perfectione donorum circumvallauit eum, vt beatus dicatur inter omnes gentes, dicaturq; ab omnibus fauorem & gratiā apud omnes inuenisse. Itaq; benedictionem omnium gentium dedit illi dominus, & testamentum suum confirmauit super caput eius, hoc est, in mente illius testamentum legis Euangelicæ confirmauit. Sacerdotium enim est docere populum, explanareq; legem. Quod quomodo quis recte fecerit, si in lege domini non sit eius voluntas, nec in lege eius meditatur die ac nocte? Cognouit eum dñs in benedictionibus suis, tā varia sua in illo dona multiplicans, vt ostēderit se illum cognoscere, diligere & approbare. Cōseruauit illi misericordiam suam, seruans eum misericorditer à ruina peccati, ne à Deo excidat. Nam vt tanta illi præstaret Deus, id inde fuit, quod inuenit sanctus iste gratiam coram oculis domini. Magnificauit præterea dominus eū in cōspectu regum. Siquidem S. Nicolaū vt coram Constantino, Ambrosium corā Theodosio, Martinum coram Maximo & Valentiniano, Hugonem coram Angliæ rege Henrico, virtute, sanctitate, scientia & opinione clarus esset ac magnus, fecit. Et dedit illi coronam gloriæ, vt hic quoq; apud homines autoritate & gloria præmineret. Sanctis enim episcopis multi admodū reges se humiliauerunt. Aut coronauit eum corona gloriæ, hoc est, mitra episcopali, quo vt præstantior plebe deuota sit merito, ita etiam esset insignior sacro ornatu. Aut de corona gloriæ sempiterna intelligitur, quā sanctis prædicatoribus Ecclesiæq; docto-

1. Cor. 7

B

Lucæ 1

Apo. 3

Psal. 1

S. Nicolaus apud ipsos Deus magnificauit.

Quo pacto quod sit miles.

Aureolam debent martyribus doctoribus & virginibus.

doctoribus, martyribus ac virginibus Deus dabit, quæ aurea & aureola dicitur, singularem. Statuit ei testamentum, Euangelium iuxta quod viueret, sempiternum. Illi enim aliud non succedet, sed in patria cœlesti perficietur. Et dedit illi sacerdotiū magnū, puta vt pontificis fungeretur officio. Et beatum illum fecit in gloria cœlesti, in morte eum consolans, & dicens: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisisti fidelis, supra multa te constituā: intra in gaudium domini tui. Itaq; dedit illi dominus fungi sacerdotio, & habere laudem non ex seipso, quia nihil vnde laudetur, à seipso habet: sed dedit illi in nomine ipsius, id est, Dei habere laudem, quo in domino laudetur, exultetq; anima ipsius, nec aliam laudem optet aut sentiat, quā vt laudetur Deus. Postremo, illi quoq; dedit Deo offerre incensum dignum, hoc est, feruētissimam orationem, quæ vt fumus aromatum ante Deum ascendat Deo digna in odorem suauitatis.

EXEGESIS EVANGELII, de sancto Nicolao episcopo, siue quouis alio Confessore, pontifice, Matthæi vigesimo quinto.

C



ominus noster Iesus Christus parabola nos instructurus memorabili fratres ac filij charissimi, nō hoc vult, vt peccatis, malisq; operibus abstinentes, viuamus reliquo tēpore ociosi: sed docet nos hic, tam etiam mala nō faciamus opera alia, ipsum ocium, ipsam acediam nobis esse imputariq; in peccatum: propterea quod donis à Deo ad bene operandū acceptis, non fuerimus ad Dei gloriam vsi. Vult igitur nos pigritiæ & negligentię damnare, si non, vbi cōuenit aut oportet, Dei, ad ipsius gloriā dona expenderimus. Strenuos nos igitur & feruentes Christi decet esse milites, non pigros, aut negligentes, qui Christi honorē, animæ quoq; quærant lucra. Cuius gratia nullis se subtrahant oportet laboribus, nulli indulgeāt ocio, nō sibi ipsis parcant: sed in omni tempore ad glorificandū dominum nostrum Iesum Christum, ad

eius cultum promouēdum, ad eius honorem procurandum, ad animarumq; ædificationem impigre & alacres currant. Hoc S. pontifices olim feruētissima perfecērunt charitate, operibus pietatis, studijsq; sanctis continuis intenti. Cuiusmodi sanctus fuit Nicolaus, sanctus Martinus, sanctus Augustinus, & innumeri alij: qui animarū corporumq; necessitatibus subuenientes alienis, talenta à Deo accepta duplicarunt. Siquidem hi verbo doctrinæ reficiebāt auditorum animas, & corpora beneficijs ad hæc necessarijs nihilominus pascebāt. Duplicabant igitur elemosynam, duplicabāt charitatis beneficium, quando nō tam corporibus, quam animabus subueniunt proximorum. Alij oratione redimebant carceribus captiuos, & ex diaboli faucibus nihilominus eripuerunt animas prædicatione, quas miserunt ad Christū. Proinde de cōfessoribus sanctis pontificibus legitur in Ecclesia hoc Euangelium, qui dona à Deo potiora ad regendā, docendamq; plebē acceperunt, quare illis vigilandum hæc parabola docet, ne dona hæc sibi credita negligant, ne hæc ociosa finant, & absq; fructu, neve in quæstum humanę laudis aut lucris temporalis, non in Dei honorem ac cultū, sed in opprobrium impropriumque Iesu Christi eadem expendant. Dicit igitur Euangelista:

Homo quidam peregre proficiscens.

Hominem vt re vera erat, se dicit dominus Iesus Christus, qui quamuis Deus erat, in similitudinem tamen hominum factus, & habitu inuentus est vt homo. Itaq; homo hic peregre proficiscens, electis suis formam, conuersationemq; suam, quā aliquāto tempore in mundo exhibuerat humanam, iterum ad patrē cœlos ascendens, subtrahit: donec aliquādo exacturus rationem de singulis operibus nostris, donisq; nobis collatis redeat in eadem forma, qua abierat in cœlum. Ita enim apostolis dictū est: Hic Iesus quod à vobis assumptus est in cœlū, sic veniet, quē admodum eū vidistis euntem in cœlū. Dicitur autē peregre profectus, secundū B. Gregorij sententiā, ideo, quā cū terra p̄prius sit carni locus ab eo tēpore quod Adē dictū est, Terra es, & in terrā ibis. Christus ab hoc loco humanę naturę olim deputato, dū suū corpus in cœlū leuās abdu-

Talenta sibi commissa quō sancti duplicauerint.

D

Philip. 2 Hominem curse se vocet hic Christus.

Apo. 1

Quō Christus dicat peregre profectus. Gene. 1

Sacerdos magnus in veteri, & quis in nouo testamento dicitur fuerit.

Iacobi 1

Prover. 16

Psalms, 15

xit, quasi in alienum locum peregre profectus est. Caro enim quam adsumperat dominus Iesus, non ita in terram iuit, vt videret corruptionem, sed e sepulchro resurgens, abiit in caelum. Verum quum potius Christus in mundo peregrinus fuerit, & tanquam aduena seu colonus, nihil habens proprium in mundo, habitauerit, quomodo dicendus est peregre in caelum, vbi locus proprius est beatorum, potissimum corporis gloriosi domini nostri Iesu Christi, abiisse? Respondendum iuxta Chrysostomum, Christum suam quam ad electos habet charitatem hic commendasse: ad regna enim caelestia, & ad patrem iturus suum vnde descenderat, peregre se profectum dicit propter charitatem sanctorum, quam ad sanctos suos habebat, quos relinquebat in terris. In mundum enim veniens peregrinabatur, quando neminem habebat, qui nomen suum confiteretur. At vbi discipulos habuit, iam pater familias factus est: de mundoque proficiscens, & a suis recedens, iam quasi peregre proficiscitur. Vt igitur, quantum suos qui erant in mundo diligeret, ostenderet, peregre se abiturum insinuat. De quo Chrysostomus sic loquitur: Vis scire quantum diligat Deus fideles suos? Considera quid passus est pro eis. Si enim magis quam gloriam suam illos amauit, quasi homo moriens pro eis, quid mirum, si maiori dilectione tenebatur sanctorum quos relinquebat in terris, quam dilectione gloriae, quam habebat in caelis?

Chrysof. Charitatis Christi commendatio

Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua,

E Serui Christi quina hic vocentur.

Qui sunt hominis huius serui? Quoniam de praelatis praecipue, puta animarum custodibus atque rectoribus, parabolam hanc adfert dominus, qui plena, potioraque, quam alij multi a domino recipiunt munera, quibus alios dirigere, fouere, atque pascere debent: primo, quidem hi intelliguntur, qui curam animarum susceperunt. Nihilominus tamen omnibus ac singulis haec parabola dicitur a Christo, qua monentur non negligere gratiam & dona sibi diuinitus collata. Sunt itaque Dei aut hominis illius Evangelici, hoc est, Iesu Christi serui quot quot Christus in sui nominis agnitionem uocauit. Huius hominis seruitus, vera est libertas ac gloria. Huius seruitutem nemo

Seruitus Dei qd sit gloriosa.

sanctorum erubuit, sed pro magna gloria esse se Dei seruos omnes habuerunt. Inde est, quod fere singulis epistolis se praescribendum seruum Iesu Christi apostolus Paulus dixit. Et Psalmista etiam ait: Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillae tuae. Bona quae tradidit seruis suis, spiritualia sunt munera, quae nobis contulit gratiarum: puta, animae virtutes, sacramenta, eorumque dispensationem, gratiasque gratis datas, imo & merita nostra, illius sunt munera. Quae ita distribuit, vt non tanquam parcus aut inuidus, nec tanquam acceptor personarum, sed pro fide suscipientium, pro diuersitate quoque officiorum vni plus, alteri minus commisit. Ideo sequitur:

Roma, 1 Galat. 1 Psalms, 136 Bona quae na seruis suis Deus tradidit

Et vni dedit quinque talenta, alij duo, alij vero vnum. Vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim.

Quod vni quinque, alteri duo, alteri vero vnum commisit, hoc fecit, vt iuxta cuiusque capacitatem, meritumque atque officium dona sua distribueret. Idem enim dominus omnium, idemque spiritus dona sua distribuens vnicuique sicut vult. Alij enim datur per spiritum, vt apostolus ait, sermo sapientiae, alij sermo scientiae, secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu, alij genera linguarum, alij operatio virtutum, & alia multa quae enumerat. Haec itaque dona commisit seruis suis, vt in his negociantur, atque ad lucra, id est, ad diuini honoris augmentum, ad animarumque edificationem his vtantur. Per quinque igitur talenta, secundum Gregorium, dona quinque sensuum corporis intelliguntur, quibus homo exterior regitur. Et vero quod duo talenta accepit, datus est intellectus & operatio, seu intellectus & voluntas, vt quae agenda sunt homo intelligat, & quae intellexerit, etiam velit. Quo liquet plura iuxta hunc intellectum cepisse dona eius qui duo, quam illum, qui quinque talenta accepit. Minus namque recipit, qui exteriorum tantum accipit cognitionem, quae quinque sensibus agitur, quam is qui intellectum, id est, interiorum scientiam simul, ac in exterioribus operationem seu prudentiam accipit. Alteri vero, inquit, commisit vnum, id est, solam intelligentiam scripturae, quo talento seipsum reget, & alios erudiret. Quomodo

1, Cor. 4

Grego. Talentum quod duo b s & vni quidam uerum in sinuunt.

Talentorum parabola quod dominus in sinuare voluerit.

modocumque autem exponatur haec secundum numerum talenta, aut quinque, aut duo, aut vnum, hoc dominus vult nobis dictum, neminem esse, qui non aliquod, aut plura receperit a Deo talenta, in quo, aut quibus operari vnumquemque vult, & ea ad incrementa virtutum, ad iustitiae profectum, ad proximorum subsidium, & in gloriae Dei conuertere, expendere ac dispensare quisque debeat.

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiit fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.

F 1, Petri 4

Vterque seruus & qui duo, & qui quinque acceperat talenta, abiit in operationem, & dona sua seu gratiam quam accepit, in alios, iuxta admonitionem apostoli, administravit: duplicauitque talenta, dum donis a Deo acceptis, & pie vsus est in se, & eisdem quoque proximis seruiens, utilis fuit. At vero qui vnum duntaxat talentum acceperat, abiit illud non studuit multiplicare: cuiusmodi sunt qui scientiam scripturarum, intellectumque percipiunt, nec tamen se, nec alios recte docent. Hoc autem ideo illis contingit, vt ex talento, quod acceperunt (siue sit illud gratia eruditionis aut praedicationis donum, aut aliud quodcumque munus a Deo) nullum referant lucrum, quia illud in terram abscondunt. Qui sunt, inquit, qui talentum suum in terram abscondunt? Qui terrena sapiunt, qui terrena diligunt, puta honores, opes, hominum fauores, ac laudes, aut alia quaecumque caduca & terrena: vnde eorum affectiones adeo inquinantur, adeo oppelluntur, adeo abstrahuntur: adeo etenim huiusmodi caducis impleti sunt, vt nihil illis interim diuinum libeat, sed donum quod a Deo receperunt, interim in terra iaceat sepultum: hoc est, per terrenas concupiscentias maneat neglectum ac absque fructu. Iuxta Chrysostomum, ille qui fodit talentum suum in terram, similis est fatuis virginibus, quae habentes lampades, oleum non habebant. Tam enim ille, quam istae putabant sibi ad salutem, hoc solum, quod credebant in Christum, sufficere. Neque enim vere talentum domini sui perdidit, sed in

Talentum in terram abscondentes qd sint.

Chrysof.

Matth. 25

Fidem solum non sufficere ad salutem

terram abscondit. Quamuis autem non perdidit, reus tamen est damni. Non enim propter hoc solum vnusquisque fit Christianus, vt sit Christianus seruans fidei suae talentum, sed operetur iustitiam Christo. Sicut enim, qui feminandi causa accipiens semen, tempore seminationis non feminauerit, damnum facit domino suo: & si non perdidit semen, est tamen damnum tantum, quantum poterat lucrum facere, si opportuno tempore seminasset: sic qui accipit fidem Christi, & in hoc seculo seminationis non fuerit operatus iustitiam, & si fidem suam non perdidit, tamen tantum videtur peccasse, quantum potuit iustitiam facere, si non neglexisset. Haec Chrysostomus. Qui bene intellectus, non reor vt in hoc, alijque locis similibus placeat Lutheranis.

Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.

Post multum temporis, puta ab ascensione domini, vsque ad iudicium vltimum (grande enim tempus interest) quando dominus reuertetur, atque ad rationem audiendam, iudex sedebit. Sed quia supradictum est, Christum propterea peregre dici profectum, quod familiam hic in terris sanctorum, hoc est, Ecclesiam sibi ascuerat, quam diligens ab ea discedebat, mirari quis possit, quare ad tempus ab electis suis dominus, si adeo eos amabat, hinc in caelos discessit, aliquando rediturus, & semper cum sanctis futurus: Hoc pariter ex amore fecit, vt electi in illius absentia per fidem operarentur, crescerentque in gratia ipsius, ac probarentur, & gloriam, vitamque sempiternam sibi acquirerent: hoc est, se idoneos aeternae vitae exhiberent. Praesente enim Christo fideles probari non poterant, an vere essent fideles, quoniam quod praesens est non creditur, sed cernitur. Porro quod absens est, non cernitur, sed creditur, quando illius offensio cauetur, aut ira eius timetur. Itaque Christo praesente si fideles tetationem aliquam propter eundem sustinerent, aut iustum aliquid operarentur, opus illud non videbatur agi ex fide, sed esse in oculis. Seruus enim fidelis ne fit, absente domino probatur: praesente autem domino quicquid fecerit, non laus est serui, sed domini. Vt igitur electi Christi crescerent in fide, crescerent

Christianus verus quis sit?

G

Ecclesiam suam inter me amans cur Christus reliquit, ascendens ad caelos?

Absentia Christi qd fidelibus profuerit.

c in iusti

in iustitia bonorum operum, redderentque se idoneos vitæ æternæ, expediebat Christum eis ab oculis subtrahi. Quod Christus quoque eos præmonuit & prædixit, dicens: Expedi vobis, ut ad patrem à vobis abeam. Alio qui paracletus non veniet ad vos. Liqueat igitur Christum non tam propter suam utilitatem, quam propter utilitatem electorum suorum ad cælos ascendisse. Itaque post multum temporis, rediit dominus seruatorum illorum, & posuit cum eis rationem. Tunc enim ratio cum seruis ponitur, quando districte à nobis exigit dona sua Deus, quæ tam misericorditer, quam libenter nobis tribuit. Tunc, inquam, exigit, quando ante tribunal (ut Apostolus ait) adstabimus, Christo rationem pro his quæ gessimus, reddituri.

Ioan. 16

Rationem quando ponat Deus cum seruis suis.

1. Cor. 1

Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui,

H

Accedit ad dominum fiducia fultus seruus ille, qui quinque acceperat talenta, quoniam testabatur illum conscientia innoxium atque fidelem domino suo fuisse. Cuius manifestum habuit argumentum, quoniam quinque talenta accepta, domino duplicata retulit. Eam ob rem à domino laudatur, quod in his quæ in comparatione æternorum modica sunt, fidelis fuerit. Gratia enim dona quinque quæ à domino receperat, ad Dei honorem erogavit in sui ac proximorum salutem, eaque per dilectionem Dei & proximi duplicavit: quod est duplicasse talentum. Gratulatur autem dominus seruo, atque ob illius exultans fidelitatem. Euge, inquit, serue bone, & qui iustitiam operatus es, & fuisti fidelis, qui meum querens honorem, quæcumque egisti, ad meam retulisti gloriam, non te ipsum, sed in te & in proximo tuo meum beneplacitum es zelatus. Quia autem super pauca tibi commissa fuisti fidelis, super multa te constituam. Ut autem Hieronymus ait, quamlibet omnia quæ in presenti habemus magna videantur & plurima: comparatiõe

Gratulari dominum seruo quod sit.

Hierony.

tamen futurorum parua & pauca sunt. Hic igitur seruus quoniam terrena fideliter dispensavit, pro temporalibus transitorijsque rebus æternam recepit mercedem, ut sequitur: Intra in gaudium domini tui. Vide, quæ non dicit, Intra ad gaudium domini tui: sed, intra in gaudium domini tui. Suscipe nunc, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Hoc gaudium intra, hoc est, gaudium undique circumseptus esto, & quasi in gaudiorum medio confiste, quo omni ex parte tibi sit gaudium, sursum ex visione Dei, deorsum ex consideratione inferni aut supplicij quod euaseris, interne ex gloria conscientia, externe ex omnium creaturarum decore.

1. Cor. 1 Gaudium domini intra quid sit.

Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Vide domini bonitatem, non iuxta hoc quod plura pauciorave talenta commisit, quod præmissi statuit, sed quia utriusque æque dicit: Intra in gaudium domini tui. Quo vult indicare, non propterea te maiorem habiturum mercedem, quia multorum fuisti dispensator bonorum: sed illud apud Deum respicitur, illud ad præmium, mensuram & differentiam coronarum tribuendarum, inter eos qui pariter vna sunt felicitate beati, discernitur. Examinatur etiam unusquisque qua domini talenta dispensauerit charitate, qua animi deuotione, & qua domino seruiertum fidelitate, tum alacritate. Inde enim oriatur differentia præmiorum, unde disparitas generata est merito. Dicitur igitur illi quoque, ut intret in gaudium domini sui. Glorioso namque certaminis cursu consummato, laborumque presentis vite studijs atque conatu finitis. gaudium domini sui intrabit, qui licet quinque hominum milibus predicauerit, vna tamen duntaxat animam fuerit lucratus, aut fortasse nullam, non minus tamen sui studij, laborisque ac charitatis, quam si multas conuertisset animas, meritum præmiumque habebit. Siquidem miles qui strenue, fortiterque pugnat, non qui feliciter, commendatur. Postremo, de seruo pigro

Serui fodiuntis talentum in terram pœna quanta.

pigro adijcit, quomodo suum quoque talentum, sed sine lucro is retulerit, nec absque iniuria & contumelia domini se excusauerit: quem propter pigritiam atque inutilitatem, quia laborare noluit (tametsi nulla mala de eo opera alia nunciatur) ad domini sui gloriam, proijci in tenebras exteriores iussit. A quibus tam internis, quam externis nos seruet dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EODEM festo. Vera deuotio ad Deum, veracis perfectio vitæ Christianæ, quare hoc calamitosissimo seculo sint tam in paruo precio ac vsu.

I

Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Psalmo vigesimo. Ad bonorum ac pie merentium consolationem, ad nonnullorum quoque excitationem filij charissimi tacere nequeo, qui fiat ut tanta fuerit olim deuotio, tanta perfectio, tam vehemens Dei amor, & tam frequens studium apud multos inueniebatur seruendi Deo: hodie vero raro apud homines inuenitur sanctitas. Hoc, scio non paucos vestrum contristat, qui licet bonæ sint voluntatis, nihil tamen inueniunt in seipsis huiusmodi, quod de pristinis sanctis & legunt, & mirantur. Cumque eadem imitari gestiant, si in se nihil, quod studium hoc feliciter promoueat, inueniant, nullum consilium, nullumque auxilium illis restare putant, adeo ut videatur eis (quamuis ita non sit) omnis conatus suus impendi frustra.

Seruitas cur tanta hodie non inueniatur ut olim.

Psal. 10

Possunt igitur dari rationes nonnullæ, quare non tanta hodie ut olim inueniatur sanctitas in mundo. Prima est, quod olim crebrius Deus ortum sanctorum mirificauerit, hoc est, in benedictionibus gratiarum præuenit, ut Psalmita ait, quæ in pueris, infantibus, aut etiam in necdum natis comperta sint signa quædam, quæ non solum supra ætatem, sed etiam supra naturam diuinæ gratiæ benedictionem, atque donorum Dei exuberantiam huiusmodi hominibus, aut à puero, aut in baptismo, quam cæteris, datam indicant esse cœlitus largiorem. Inter illos sunt Hieremias, Ioannes Baptista, sanctus Nicolaus, alijque item multi, quos legimus benedictioni-

bus domini præuentos. Cæterum, quot qui Deo soli inter electos noti, nobis incogniti, à pueritia, baptismi, quam semel receperunt gratiam, nunquam postea amiserunt. Verum ut de sancto Nicolao modo loquamur, cum paulo ante natus esset infans, & baptizaretur, erectus stetit in pelui. Quis illum hoc docuit, ut in sacramenti huius perceptione Deo reuerentiam faceret, atque tanquam ad fidei confessionem se erigens, supra naturam ætatis ut Dei miles, staret. Deinde cum quarta & sexta feria infantulus ieiunaret, semel tantum in die matris vbera sugens, num hoc humanæ prudentiæ, aut infantilis ingenij fuit. Haudquaquam: sed indicabant hæc signa illum adhuc infantem à spiritu regi. Itaque qui huiusmodi sunt, qui domini benedictione præueniuntur, nihil mirum est, ut anteeant alios in virtutum perfectione.

S. Nicolaus qui pacto præuenit ru it à Deo in benedicti onibus dominis.

K

Secundum est, quare hodie non tam perfecti, ut olim inueniuntur sancti. Quia idem zelus, eadem charitas, idem seruos, idemque studium & conatus pro assequenda perfectione nobis, ut olim, hodie non est. Omnia enim deficiunt, atque à sua auita virtute degenerant. Nihil in ea nobilitate, integritateque hodie, in qua olim, perseverat. Quomodo ergo charitas multorum refrigerat, ita necesse est quoque virtutes alias extenuari. Solebant magnopere antiqui peccata, non modo magna lethaliaque, verumetiam modica, leuissimaque, quæ nos non ut peccata plangimus, sed hinc stantes, ciuilitates, necessitatesque arbitramur, imo ut ea, quæ caueri non possint. Ita, inquam, leuissima quæque planxerunt sancti, quomodo nos ne grauissima quidam delicta lugemus. Non enim illis ardentem Deum amantibus videri poterat quicquam esse leue aut paruum, quod à Deo non probatum iri haud ignorabant. Non videbatur esse peccatum aliquod illis veniale, sed grauius, dolorosiusque plangebant, quam nos hodie lethale quoduis peccatum, quamlibet veniale aut exiguum illud foret. Hic seruos, hæc deuotio, qua minima, vel suspecta ne Deo fortasse non placeant, cauebant, & ad arduissima ac molestissima quæque toleranda se offerrebant, parauit Deo locum in illis, quem donis suis, virtutumque perfectione multifaria illustraret. Hic seruos charitatis & deuotio si esset pariter in nobis, nihil eorum nobis negaret Christus, quæ illis est largitus ad profectum. Verum, ut de sancto Nicolao

Zelus spiritualis perfectus qui hodie modicus.

Matth. 24

Peccata quælibet quanto luctu olim deplanxerint sancti

Sanctitas
paritum
sancti Ni
colai quia

colao nonnihil dicamus, S. Nicolaus licet
esset deo deuotissimus parētibus ortus (pu
ta ex his qui post primam prolem Nicola
um coniugij sancti fructum, cœlebem de
inceps ducebant vitam) mundum tamen
mundiq; gaudia toto pectore respuit Dei
amicus, mundo, carni & diabolo perpetu
us hostis. Idcirco immaculatus ab hoc se
culo vixit, orationi & pietatis operibus
die ac nocte vacans. Nam orationi conti
nue vacasse, vel inde eum liquet, quod le
gimus illum mane præ foribus templi ex
cubias orationum seruasse. Siquidem vbi
Smyrnæorum eligendus foret episcopus,
& pro eadem re ieiunia, supplicationesque
fierent (alio nanq; tunc mod o episcopi eli
gebantur atque hodie) inter episcopos vni
autoritate & pietate potiori à Deo dictum
est, vt mane expectarent, & quem ante ali
os primo in oratione excubantem ad fo
res templi inuenirent, hunc ordinarent e
piscopum. Quem dum Nicolaum esse in
uenissent, licet renitentem, ordinauerunt
Smyrnæorum episcopum. Vixit autem e
piscopus ex innocente innocētior, ex sim
plici simplicior, ex sobrio abstinētor, &
ex humili humilior factus.

Deuotio
sancti Ni
colai qua
ta fuerit.

Episcopus
eligendi
q; mos o
lim serua
ri solitus.

S. Nicolai
vita quibus
fuerit vir
gubus or
nata.

Pietas &
miserico
dia sancti
Nicolai,
quantæ.

Nicolaus
absens q;
nā modo
psens sen
tiebatur.

L enim singulis præfulgeret virtutibus, ne
scires qd in sanctissimo viro primum, aut
tanquam potissimum foret mirādum, lau
dandumve. Erat totus pietati deditus. Vn
de in cuiusdam domum qui ex inopia su
as filias lupanaribus prostituere cogitabat,
cum etiam nōdum foret episcopus, ter au
ri massam non paruam proiecit, quo filias
dotaret, & honeste viueret paup. Captiuos
multos inuocatus, liberauit. Nam licet ab
sens corpore, in visione tamē ac spiritu ty
rānis regibusq; apparēs, eos terruit, eos ni
sinnoxios absoluerēt, minabatur. Vix mi
sericordiæ eum mundus agnouit, ideo il
lo adhuc superstite Deū homines afflictī p
S. Nicolai merita, quæ Christus ipse in eo &
cum eo operabatur, inuocabant ac libera
bātur. Quod vero Nicolaus sæpenumero
dum Smyrnæ foret in oratione cōstitutus,
narratur alibi in locis remotissimis pericli
tantibus adfuisse, aut præcepisse, aut captos
liberasse, non opinādus est corporis mole
inde translatus, aut duobus, quod impossi
bile est, locis eodē simul tēpore interfuisse:
sed credendus est corpore vno in loco fuis
se: animo vero aut spiritu, seu mēte alibi in
terim fuisse, vbi angelo interim in spē Ni

colai agēte & loquēte, creditus sit adfuisse
Nicolaus, & formasse verba. Hoc nāq; mo
do etiā in veteri testamento sæpe audir dñs
loqui, aut Moſi, aut alteri, quāuis non dñs
Deus loquatur, sed angelus in persona dñi
loquitur: Ego sum dñs Deus tuus. Ita hic
credenda ac intelligēda sunt q; q; si quæ hu
iusmodi in vitis legimus sc̄ōrum: puta qd
dam sanctos corpore in oculis oīm vno in
loco sedisse inter Missæ solennia, & alio
interim loco simul eodemq; tēpore adfuis
se, vbi mortuū sepeliebant, aut captiuū re
dimebant, aut aliud quid simile inter pieta
tis opa faciebāt. Huiusmodi nāq; nō raro
cōtigerunt S. Nicolao, q; varijs ac multis vi
sus est adesse in mari, in carceribus, aut in
ter alia pericula cōstitutis, ipsiusq; nomē,
hoc est, Nicolai, vt intercessor apud Deum
illis fieret, inuocātibus. Qui putādus tamē
non est de loco in locū translatus, sed si ali
bi p consolationē & subuentionem adesse
visus est, hoc credendū est p angelū in Ni
colai specie factū. Eā tamen ob rem vir mi
sericordiæ vniuerso mundo est agnitus,
prædicatorq; veritatis, Deo eius eruditio
veræ ac sanctæ vitæ incōtaminatæ testimo
niū signis & miraculis tā in vita, q̄ in illius
morte perhibēte. Siquidē post multos san
ctos labores, post certamina, post lachry
mas, post agones deniq; multos cōtra dia
bolū, contra mundūq; pro Christi gloria,
pro animarq; salute exantlatos, S. Nicola
us dū spm̄ Deo reddidisset, sepultusq; cor
pore fuisset, circa eius caput fons cœpit sca
turire olei, q̄ in vita misericordiæ virū fu
isse illū Deus palā oibus fecerit, atq; in ne
cessitatibus ac tribulationibus nostris se p
illius interuentionem inuocādum doceret.
Congruū nanq; est misericordiam à mise
ricordissimo Deo, interuentione, aut inter
cessione viri misericordiæ impetrari.

Exod. 10
Leuit. 19

Miracula
q̄ non faci
ant, sed o
stendant
sanctitatē

Sanctitas
huius secu
li hominū
indicij q;
bus decla
retur.

Fons olei
circa se
pulchrū
S. Nicolai
quid deū
gnet.

M

Tertiu est, cur pauciores modo, aut nō
in tāta, vt olim, pfectione inueniuntur san
cti. In initio nāq; nascētis Ecclesiæ, & post
tēpora persecutionū multi sancti vixerunt
episcopi, monachi plures, quos claritate si
gnoræ. & mira sanctitate dñs illustrauit, cū
hodie sc̄tus defecisse oīs credatur. Quod
tamē vt tunc ita fieret, necessariū erat, q̄ in
telligeretur sine martyrio posse ad sancti
tatis perfectionē veniri: disceretur q; q; fo
ret vtile ac salubre, in statu monastico viue
re: cuius institutor vna cū tot sanctis viris
status huiusmodi professoribus atq; vitæ
huiusce

Psal. 111
Monasti
cā vitam
olim ne
cessario p
miracula
nutritam.

huiusmodi alumnis, tam mira polleret
excellētia sanctitatis. Itaq; cum in initio
multi varijsq; status Ecclesiæ testimonijs in
digerent diuinis, quibus certum fieret hu
iusmodi statuū obseruatores Dei fore ami
cos, Deus in singulis statibus licitis, ac be
ne viuendi ordinibus nonnullos sanctos
varijs donis & miraculis reddidit illustres,
quos posteri non in miraculis, sed in virtu
tibus imitandis, sequerentur. Cum igitur
miracula non faciunt, sed ostendunt san
ctum, quis dubitet his temporibus, cū nul
lis sit miraculis nūc opus (satis nanq; con
firmata tum miraculis, tum sanctorū exem
plis est oīs religio) nec à Deo soleant abs
que necessitate fieri: quis, inquam, dubitet
esse in mundo multos adhuc sanctos, qui
licet signis aut miraculis non fulgeant, vi
tiorum tamen mortificatione, aduersitatū
perpessione, plenissima sui ipsius ad Deum
resignatione, & in tentationum, pressura
rumq; patientissima tolerantia creduntur
placere Deo, & coram eodem, licet sine ex
terna euidētiq; manifestatione testimonio
ve sanctitatis inter sc̄tōs annumerari: Verū
est igitur, hodie non admodum multos vt
olim, nec admodum illustres cum testimo
nio signorum ac miraculorum, vt olim, in
ueniri sanctos. Non tamē vsq; adeo mun
do deesse sanctos crediderim Dei secretos,
qui licet non vsque adeo alijs videātur san
cti, propterea quod sæpe in miserijs hic ma
gnis humiliati, indigni ac viliores alijs vi
deantur hominibus, nec sibi ipsi sint ma
nifesti, vt pote in suā vilitatem, imperfectio
nemq; suos oculos semper habentes aper
tos: Deo tamē cogniti sunt, & tempore ma
nifestationis ac reuelationis filiorum Dei
ab alijs q; cognoscentur fuisse, esseq; filij
dilecti, & amici Dei. Hos dicere hodie q;
possemus sc̄tōs, licet nō in illa sint euiden
tia sanctitatis à Deo manifestati, vt priores
antiqui. Veruntñ charissimi nostra sc̄titas,
nostra pfectio, nostraq; mēsurā sit (q̄ ope
ra nō habemus virtutū) in agnitioe nostræ
vilitatis, indignitatis, ac prauitatis, quæ nos
humiliet ac deprimat. Sit q; in desiderijs
atq; exercitijs cōtinuis virtutū amorisq; di
uini, quæ depressos nō prosternant, sed ad
spem expectationēq; erectos roborent.

Miracula
q̄ non faci
ant, sed o
stendant
sanctitatē

Sanctitas
huius secu
li hominū
indicij q;
bus decla
retur.

Sanctitas
pfectionis
nostra in
q̄ sita.

Perfectionis
acquirendæ
duo neces
saria quæ.

nostra, quo deprehendamus, quid nobis
fuerit causa ruinæ, quidve labēdi occasio.
Nisi em̄ hæc prudenter inuestigemus, nun
quam emendabimus, sed ambulabimus vt
cæci, qui nesciunt, nisi læsi, vbi impingant,
festinamusq; læti ad perditionē eūtes. Quid
enim emendaremus, quando qd in nobis
deforme, corrigendumve sit, nō videmus?
Sagacissimo igit conatu interiora nostra,
motus, intentionesq; animorum nostrorū
exploremus, & quicquid in nobis depre
henderimus vitiosum, non relinquatur il
lud non enīciendum, non castigandū, non
mutandum: sed ilico tollatur, eradatur, at
que sancta importunitate corrigatur. Ni
hil in nobis ipsis dissimulemus, tametsi e
mendare nostris id viribus solis non vlea
mus: possumus tamē omnia quæ Deus no
bis præcepit auxilio diuino, quod nunquā
requirentibus illud deest. Idcirco quod
secūdo est necessarium, est opportuna, im
portuna, humilis, iugis, indeficiēs, feruens
que ad Deum oratio, qua perpetuos nos
mendicos exhibeamus ante Deum. Solēt
alijs mendici diuitibus, si crebro veniāt cre
broq; petant, esse molesti. Deū quantū
libet roges, quātumlibet pro te & pro alijs
illum, vt ita dicam, orando fatiges, fatigare
nō potes, nec illi molestus esse: sed quo fre
quentior es in oratione, q̄ sæpius obsecras,
quo plura petis, eo propterea magis places
eidem. Neque enim dando fit pauperior,
nec tribuendo laborat, nec audiendo gra
uatur, nec mendicitatem nostram fastidit:
quin potius auaritia hæc sancta, virtutum
spiritualiumq; bonorum nostra esuries, il
lum præcipue delectat. Quapropter in om
ni re qua tu pto te, vel pro alijs indiges, vbi
humana vsus fueris industria, vbiue non
spreueris aut neglexeris naturæ auxilium,
non alio, quam ad Deum curras atq; con
fugas. Hic omnium curarum & sollicitudi
num, hic omnium timorum & periculo
rum tuorum vnicum sit azyllum, securum
refugium, plena consolatio, adiutoriū cer
tum: nec de assiduitate accedendi, aut sæpi
us pro pluribus orādi fit tibi verecundia:
quin etiam inde maior fit tibi ad Deum fi
ducia. Quantum autem confidis, tantū im
petras. Vbi cunq; igitur tibi deesse aliquid
percipis, concitus ad Deum recurre, eiusq;
ab eo consilium & auxilium implora. Hęc
duo si diligenti exercitio frequentaueris,
atq; in vsum consuetudinēq; duxeris, pro
c iij fices

Discussio
sui homi
mini pro
ficere vo
lenti necesse
saria quæ
sit.

Mendicos
quō nos
ante Deū
perpetuos
exhibea
mus.

Azyllū om
nium peri
culorū, tē
tariōrum,
timorum
& necessita
tū nostra
rum vti
Deum cō
sitiuamus

Abstinētia S. Nicolai quōd cui libet imitari.

Lutherani cur ieiunia castigatione carnis recedant.

Christum sanctosque oēs ea que carni dura sunt elegisse ac docuisse. Coloss. 3. Galat. 5. Ephe. 4. Coloss. 3. Titum 2. 2. Pet. 2. Lucæ 9. Mat. 20. 16. Luc. 9. 14.

Desideris vitiosis & superfluis renuncia re quā sit Deo gratū.

O ficias quod tunc ad meliora. Itaque filij charissimi prouocet vos deuotio & innocētia S. Nicolai ad amorē virtutis. Incepit in infantia adhuc matris vbera sugēs, ieiunare. Subtrahite quod vos pari modo vobis ipsis supflua, & quaedam delicata non necessaria. Obsecro autem vos per dominum nostrum Iesum Christum non permittatis vos seduci a carnalibus Lutheranis, qui ieiunia & castigationes carnis rident, idque propterea, quia cum vita eorum tota in carne sit, ne vilis habeatur hæc atque carnalis, si quēpiam abstinētē viderint, papisticam mox calumniatur, & operum suorum honorum negociatorē nugantur, regnique cœlorum mercatorem. Iterum rogo vos filij, non permittatis vos decipi. Christus que carni sunt duriora elegit. Quod sancti ad vnum oēs imitati sunt & docuerunt, maxime Paulus, monēs ubique mortificationem membrorum nostrorum, crucifixionem corporis, mortificationem exutioneque veteris hominis, abnegationem desideriorum nostrorum, atque secundum spiritum conuersationem sanctam internam, non carnalē. Christus quique nonne abnegationē & crucis suæ acceptionem docet? Ideo dico, quomodo Christus quæ duriora carni erant, elegit, quō sancti austeri quoque omnia omnes sibi intulerūt, sic tu fili saltem vitiosa, saltem superflua, saltem non necessaria tua desideria reseca & proscinde. Sub amissione enim salutis meæ, vnicuique dico vestrum: Quoties vel minimum quid desideratum, atque a te cupitū, optatumve, tibi negaueris, subtraxerisve, idque Dei feceris amore, qui amarissima quæque tolerauit, toties Christi vulneribus, quasi is qui medicinā aut vinctiōnem apponeret, cōsolationem adfers. Toties, inquam, pro bona hac voluntate, pro tui abnegatione, pro intentionis directione a Deo (qui propter Dei amorē, rem alio qui dilectā tibi interdixisti) coronā a Deo recipies æternam. Quid dubitas? Nonne benedicto ore suo veritas dixit, cum qui calicem aquæ dederit frigidæ egenti, habiturum in cœlo mercedem? Quanto magis si rei cupitæ in te delectationem tibi negaueris, hancque Deo in sacrificium obtuleris, Deum tibi concilias, ac propitium, amicumque tibi facies? Vt igitur dixi, si necessaria vobis subtrahere non potestis, saltem subtrahatis superflua, in necessariaque vobis, vt eadem consecretis Deo. Fuit præterea sanctissimus Nicolaus pudicus, sobrius, & in opera pietatis promptissimus & misericordissimus. Vos quoque caste, sobrie, ac pie viuatis in hoc seculo, & omnem humanitatem, omnem misericordiam, omnem charitatem in omnes egenos ac pauperes dilatatione spiritus ac cordis vestri extēdit. Iniuriam vobis putate fieri, si egenus aut miser quispiam sine vobis iuuetur ab homine alio. Te quisquis es debitorem omnibus crede, tibi derelictum esse pauperem æstima, cui tu subuenis. Quia diligit te dominus Deus tuus, ideo merendi, placendi ei atque coronandi te, pro quibus bonis occasio: s tibi mittit. Imitare igitur misericordiam sanctissimi Nicolai, vt inuenias tu quoque misericordiam Christi, qui est cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

neribus, quasi is qui medicinā aut vinctiōnem apponeret, cōsolationem adfers. Toties, inquam, pro bona hac voluntate, pro tui abnegatione, pro intentionis directione a Deo (qui propter Dei amorē, rem alio qui dilectā tibi interdixisti) coronā a Deo recipies æternam. Quid dubitas? Nonne benedicto ore suo veritas dixit, cum qui calicem aquæ dederit frigidæ egenti, habiturum in cœlo mercedem? Quanto magis si rei cupitæ in te delectationem tibi negaueris, hancque Deo in sacrificium obtuleris, Deum tibi concilias, ac propitium, amicumque tibi facies? Vt igitur dixi, si necessaria vobis subtrahere non potestis, saltem subtrahatis superflua, in necessariaque vobis, vt eadem consecretis Deo. Fuit præterea sanctissimus Nicolaus pudicus, sobrius, & in opera pietatis promptissimus & misericordissimus. Vos quoque caste, sobrie, ac pie viuatis in hoc seculo, & omnem humanitatem, omnem misericordiam, omnem charitatem in omnes egenos ac pauperes dilatatione spiritus ac cordis vestri extēdit. Iniuriam vobis putate fieri, si egenus aut miser quispiam sine vobis iuuetur ab homine alio. Te quisquis es debitorem omnibus crede, tibi derelictum esse pauperem æstima, cui tu subuenis. Quia diligit te dominus Deus tuus, ideo merendi, placendi ei atque coronandi te, pro quibus bonis occasio: s tibi mittit. Imitare igitur misericordiam sanctissimi Nicolai, vt inuenias tu quoque misericordiam Christi, qui est cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

Vulneribus Christi quōd medicina cōsolatio adhibenda sit.

Matth. 10. Marci 9.

Titum:

Misericordia S. Nicolai quōd imitanda.

IN SOLENNITATE CONCEPTIONIS GLORIOSISSIMÆ SEMPER VIRGINIS MARIAE, LECTIO LOCO EPISTOLÆ EX ECCLESIASTICO CAPITE VIGESIMO QUARTO.

III.



Go quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ver-

A



Erba huius lectionis charissimi, quamuis de increata, æternaque sapientia scripta sint & intelligantur, applicantur tamen per spiritualem significationem, beatissimæ semper virgini Mariæ, idque vsu & autoritate Ecclesiæ catholicæ, quæ non errat nec fallitur, quia doctorem ac rectorem sui habet spiritum sanctū, qui idē autor est totius sacre scripturæ, cuius varia esse sensa multiplicesque intelligentias nemo nescit, qui vel aliquid norit. Itaque & nos matris Ecclesiæ irrefragabili autoritate subnixi, sanctosque patres diuinorum scriptorum interpretes vel tractatores secure sectantes, licet hodie improbi quidā vel alioqui nimium rudes putēt quæ de Christo scribuntur, alijs applicari non debere, totā hanc lectionem matri virgini libenter applicabimus: siquidem & sancta mater Ecclesia in diuinis officijs, multa de Christo scripta nedum matri, sed & cæteris Christi membris scienter sapienterque accomodare non dubitat, certa quæ capiti conueniant, ea facile posse etiam membris adiungi, quamuis aliter capiti, aliter membris congruant. Si quis hæc de re dubitat legat sanctorum patrum monumenta, & illorum testimonijs verum nos dicere probabit. Sed his propter improbos aut insulos quosdam obiter præmissis, ad ipsius lectionis interpretationem nos accingamus. Dicit itaque B. Maria, qua nullus omnino innocentia, sanctitate puritateque ad æternam & increatam sapientiam propius accedit: Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris. Ego produxi fructū suauitatis Christū Dei filiū, quæ suauitas est odoris, vt pote olfactū spūalem interiorē hoīs suauiter recreās, potēter alliciēs, ac vehemēter oblectās. Quō enim fructū suauē, bonū ac viridē profert vitis odorifera vel dū floret, vel dū vuas pducit, vel dū vino inebriat, ita ego ancilla dñi, ad hoc a Deo, eius misericordia me pueniēte, electa, Christū, quæ flos est in incarnatione, boirus in passiōe torculari crucis expressus, vinoque inebriās cœlicę suauitatis, genui. Aut ita: Ego quasi vitis fructificauit. i. fructū dedi, aut pduxī odoriferę suauemque: qui fructus est odor bonæ famæ (qua euulgata sum Dei vera esse mater) & innocentis vitæ meæ, dispgens se circunquaque, & neminem non excitās, quoniam extā ingenti bñficio intelligat potissima & p-

Maria quæ recte cōpata recit vitis.

Lucæ 2

eminētissima gratiæ dona propterea mihi diuinitus cōcessa. Quis enim non videt quāta sit bonitas & misericordia Dei, quæ matrem sibi elegit, eā dignā fecit, tot tantisque gratijs eandem dotauit, propterea quod ex ea vellet nasci? Est enim locutionis modus quidā, quæ & Paulus vtitur Corin. scribēs: Gratias Deo qui per nos odorē notitię suę manifestat. Et in Canticis: Curremus in odore vnguentorum tuorum. Itaque ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, aut ex bona fama, & virtute, aut quia odoriferum fructū Christum peperit. Et flores mei fructus, honoris & honestatis. Florem præcedere fructum nemo ignorat. Maria autem hic dicit, flores quoque suos esse quosdam fructus sanctissimæ & lucidissimæ cōtēplationis, affectiōes purissimas ac feruētissimas, venustissimos denique mores, actiōes ædificatorias, vbera sapientissimæ: postremo, oīa signa motus ac gestus virginalis verecundiæ in Maria beatissima virgine ita erant flores, vt nihilominus essent fructus quoque honoris & honestatis. Ita enim omnia in Deum erecta, ita Deo suauiter erāt placētia, ita denique ad Dei amorē, ad virtutū quoque studiū erant singula beatæ Mariæ conuersa, ita vel minima quæque erāt, siue in moribus, siue in vberibus beatæ Mariæ ad Dei amorē excitatiua, ædificatoriæque, vt merito ea, quæ in alijs sanctis dicerentur flores. In hac dicantur electissima Dei virgine fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis, & sanctę spei. Ex Maria virgine tāquam ex origine virtutum hæc in nobis non generant, nec infunduntur (quia Dei solius hoc opus est) sed quia ipsa hæc filijs Dei ipetrat, ipetrataque dispensat, tanquam ea cui regnum misericordiæ suæ Deus cōmisit, vt sit ipsa Dei nomine in omnes qui inuocant Deum, aut qui etiam inuocant ipsam propter Deum, tanquam Dei, eiusque donorum dispensatrix, mater, hoc est, imperatrix pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctę spei. Aut ita: Ego mater sum pulchræ dilectionis. i. ego sum mater ipsa eius, in quæ est, & a quæ pcedit pulchra dilectio. Ego sum quæ genui eū, in quæ fons est & scaturigo pulchræ dilectionis. In me, ex collatione & ex autoritate filij mei est potestas imperandi gratiam omnem vitæ & veritatis, hoc est, spiritualis, virtuosęque vitæ. In me ex commissione est filij mei, tanquam in disp-

1. Cor. 1

Can. 1

Flores B. Mariæ quæ les fuerit fructus

B.

Quōd Maria intellīgenda sit pulchræ dilectionis esse mater.

patricie, oīs spes vitę & virtutis. Trāsite ab affectu reg; mundanę, ad amorē virtutū, & venite ad me oēs qui cōcupistis me, id est, q ex desiderio diligitis me, q meam interuentionem intercessionemq; & opē desideratis: & à generationibus meis implemini. Generationes suas beatissima virgo Maria, vocat operationes suas sanctas, q̄ ex ea veluti fructus pdierūt, nos reficiētes. Spūs em̄ meus sup mel dulcis est in sei pso, suavis ac getus, qm̄ gustātibus me, ac dona mihi à Deo collata participantibus mentē exhibeo affectuosalam, piā ac suauē. Et hęreditas mea, i. spūalia bona gratiāz. q̄ Deū amantibus hęreditas sunt, qppe q̄ terrena cōtēnunt, hęc sup mel & fauū dulcia sunt. Memoria mea nunq̄ pibit, sed manebit in generatione seculor; . Qui edūt me, adhuc esuriēt, & q̄ bibūt me, adhuc siti ent. Hoc est, q̄ gustāt experiunturq; meam benignitatē, beneuolentiā, amorē, q̄ experiunt meā, hoc est, eā p me tanq̄ p gratiāz dominicę dispensatricē, elargitionē clementissimā, non fatiabuntur, nec fastidiū bonorum diuinorum, sed magis famē & sitim habebūt. Qui meis exhortationibus atque consilijs obtemperans, audit me ad timorem & amorem filij mei, tā verbo, q̄ exemplo inuitantem, non confundetur, sed consequetur salutem. Qui operant in me, id est, iuxta meā conuersationem exēplarē viuentes, nō peccabunt in eo scilicet quod me imitātur. Qui elucidant me, hoc est, qui gloriam meam, qui gratias & dona mihi à Deo collata alijs insinuant ac manifestant, vitam æternam habebunt.

Generati
ones B. ma
rię spirita
liter quę
sint.

Hęreditas
Deū aman
tiū quę sit

erit p sua virtute, ita & optime nouerit pro sua sapientia, & cōueniētissime ac libētissime voluerit p sua bonitate eā q̄ futura erat Dei veri vera genetrix, p̄ cunctis creaturis singulariter ac p̄cipue honorare, & ab oī omnino p̄seruatā cuiuslibet culpę macula, sumus & excellentissimus decorare charis matibus. Itaq; hodie festum agimus diē conceptionis virginis sacratę, in quo Euāgelium recitatur ex Matthęi primo cap. desumptum, quod nos modo exponemus

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

Scripturus generationem Iesu Christi Euangelista, librū vocat generationis Euāgelii suū, quā non sola generatio Christi, verum etiā totius vitę eius decursus, passio ac resurrectio describat. Hoc autē eā ob rē fecisse credit, qd̄ caput principiumq; nostrę redemptionis, nostręq; salutis fuerit incarnatio Christi, iuste igitur ab incarnatione, seu à Christi generatione liber Euāgelij inscribitur, quia oī admiratione plenissimū est, qd̄ Deus homo factus est. Nominat autē Christum primo filiū Dauid, q̄ Abraham, licet generatione & ordine Abraham prior fuerit, q̄ Dauid, qā vulgatissimū erat apud omnes, Christū ex semine Dauid esse nasciturę. Vñ Phariseos cum interrogaret dñs de Christo, cuius filius esset, dicūt ei: Dauid. In oīm itaq; ore versabat, Christū filiū esse ex Dauid nasciturę, adeo vt mulier q̄q; Chananęa de finibus suis egressa, dū salutē posceret filię suę, diceret: Miserere mei fili Dauid, qm̄ filia mea male à dæmonio vexatur. Pueri quoq; in templo cantarent: O sanna filio Dauid. Multo nanque vicinior recentiorque erat promissio Dauid, quam Abraham facta. His autem ex omnibus certior, & p̄cipue de Christo est facta promissio. Siquidem Abraham dictum est: In semine tuo benedicent omnes gentis. In semine non immediate ex Abraham nato sed deriuato, & ex filia Abraham immaculatissima virgine Maria nato. Porro, Dauidi promissus est Christus, quando dictum est illi: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Dixi autem potissime his duobus promissionē factā, tanq̄ his qui opinatissime p̄ ceteris fuerint sanctitatis & dignitatis. Nam Abraham primogenitus Thare fuit sacerdos

Euangelium suum cur Matthęus librum vocet generationis Iesu Christi.

Mate. 11 Christus vti habitus fuerit ab oībus pene filiis Dauid

Mate. 11

Gen. 11

Psal. 11

Abraham & Isaac q̄ ritu fuerint sacerdotes

D gen. 21 Gala. 3, 4

gen. 11 gen. 21

gen. 25

Isaac & Iacob cur re promissionis vocentur filij

ge. 12, 13

Psal. 116

gene. 29 gene. 27 Iacob quō fuerit sacerdos ante legem.

gen. 25 Simplicitas Iacob quanta fuerit gen. 32, 35 gen. 49-50

dos altissimi, non eo ritu, vt postea in lege scripta: sed quomodo sub lege naturę eo tempore vsque ad Isaac perhibentur primogeniti fuisse sacerdotes benedictionē à patribus pro alijs p̄cipuam accipiētes. Hoc modo Abraham & Isaac in linea generationis domini sacerdotes fuerunt. Dauid vero rex p̄ alijs nominatur.

Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

Abraham Isaac genuit supernaturaliter ex Sara coniuge, ideo dicitur p̄ re promissionem genitus Isaac. Fecunditatis nā que duplex habuit eius mater impedimentum. Erat natura sterilis: erat p̄terea iam ex senio infœcunda atq; inepta ad conceptum. Quocirca diuina effectum est virtute, vt fœcunda efficeretur Sara Isaac filium conceptura: q̄ clarius intelligeretur Christum figurare, quo grandiori miraculo fuisset conceptus. Hoc modo Iacob quoque ex sterili natus est. Scriptum namque est, quod Isaac ad p̄candum dominum se contulerit pro vxore infœcunda, vt conciperet. Vnde Isaac, quem generauit Abraham, & Iacob quem Isaac genuerat, filij sunt non solum carnis, sed etiam repromissionis, nō ob hoc tñ, quod hęreditatem terrę repromissionis (dicente domino ad Abraham, Tibi dabo terram hanc & tēmi tuo) susceperunt, quę significabat cœlestem repromissionem, terram videlicet, viuentium, in qua bona dñi se visurę. S. p̄pheta quoq; credidit: sed etiā ob hoc filij promissionis vocantur, quod nō tā vsu humano, q̄ dono cœlesti, qd̄ geniti sunt, puenerint. Isaac quoq; genuit Iacob. Et hic Iacob sacerdos fuisse creditur, indutus vestibus Esau valde bonis dum benedictionē à patre acciperet Esau primogeniti: cui si nō vēdidisset iura primogeniturę, debebatur. Fuit autem Iacob vir simplex & innocens, visionem crebro habens angelorū, qui nominis mutatione ab angelo sancto vocatus est Israel. Hic moriturus de Christo multa p̄phetavit, filiosq; suos benedicēs, sanctissimū vitę finē habuit. Esau autē nulla hic mentio fit, quia nihil erāt eius potius cum Israelitarū gente ac genere, e q̄ Christi gñationis linea deriuat, habituri cōmune. Quod genus in sequenti mox generatione exprimit, qm̄ dicit: Iacob autem

genuit Iudam & fratres eius, duodecim. s. patriarchas. Iudas iste non primogenitus fuit, sed quartus filius Iacob, hic tamē fratribus suis p̄ponit, propterea qd̄ ex eius femine Christus fuerit natus. Habuit nihilominus tribus ex Iuda nata p̄ alijs hęc claritatem, qd̄ ex ea reges orti sint, cultusque Dei deuotior perseuerauerit in tribu Iudę, quam in reliquis tribubus.

Iudas autē genuit Phares, & Zarā de Thamar. Phares autē genuit Esrō. Esrom autē genuit Aram. Arā autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naafon.

Quomodo Iudę Phares & Zarā peperit Thamar, liber indicat Geneleos. Narrat enim Thamar nurum Iudę mutatis vestibus meretricē existimatā, & à socero cognitam concepisse. Quia cum Iudas dare nollet Selam filium suum Thamar in matrimonium, qui fratrum suorū sine prolibus defunctorum semen suscitaret, Thamar in via, qua Iudam sciuit transiturum mutato habitu sedit (desiderabat em̄ de sanctorū femine prole concipere.) Ille igitur nesciens hanc nurum suam esse, concubuit cū ea & geminos hos generauit. Itaq; Thamar hos qdem ex fornicatione accepit, nō tñ hęc nebula fornicationis claritatē gñationis obfuscat Christi, sed illustrat magis, & misericordissimā eius p̄dicat erga nos dignationem, qd̄ nō solū p̄ p̄cōribus. incarnari, sed etiā de peccatoribus nasci dignatus est. Idcirco cum nullā vt Hieronymus ait, sanctarum posuisset mulierum in generatione Matthęus, non erubuit tñ noīa earū matrū inferere, quas scriptura reprehēdit. Nā vt ex posterioribus erit manifestum, Rahab q̄que ponit & Bethsabee, & Ruth Moabitis, q̄ mulier licet esset virtutis, alienigena tñ erat, q̄ in Ecclesiā dñi intrare etiā post decimā gñationem lex prohibebat. Quapropter D. Chrysofomus ait: Si nudum tantum hominis genus describeretur, merito has Euāgelista reticuisset. Quia vero de incarnati mysterio Dei scribitur, non modo non tacere, verum etiam ostentare debemus. Venit enim non vt nostra effugeret opprobria, sed vt ea potius extingueret. Quare oīa opprobria quę p̄pter nos sustinuit, illū nobis nō modo nō reddūt p̄brosam, sed magis gloriosam ex mīa.

Gen. 29 Iudę 177 bus prius legia vñ fluxerit. 2, Reg. 19

E Gen. 48

Hierony.

Deut. 23 Chrysof.

Esaię 53

EXEGESIS EVANGELII solennitatis eiusdem Matthęi I.



HILIVS Dei, qui de honorandis parētibus legē tulit, matrē suam nedum in triūphātē, sed etiā militāte ecclesia mirifice exaltauit, reddiditq; eā summe venerabilē, multosq; p̄ anni circulū solēnes dies in eius honorē fecit institui & celebrari, idq; adeo, vt etiā diē cōceptionis eius nō sine nutu diuino colat Ecclesia catholica, nihil dubitans, q̄ sicut oīpotēs Deus facile potu

C

Docet quoque in ipso Euangelij vestibulo nobis non gloriandum in parentibus, sed proprijs virtutibus. Itaque Iudas genuit Phares. Hic Phares cum patre suo Iuda ingressus est Aegyptum, vbi genuit Esrom. Esrom quoque ibidem genuit Aram, & Aram Aminadab, Aminadab quoque in Aegypto genuit Naason. Sed vterque tam pater, quam filius cum Mose Aegyptum ingressus est. Hic est Aminadab, de quo referunt Hebraei quod mari rubro diuiso, cum Moses ingrederetur, nemo aliarum tribuum mox sequi ausus fuerit, donec Aminadab cum tribu sua, in qua praecipuus erat, secutus sit, deinde etiam aliarum tribus sint secutae.

Naason autem genuit Salmō. Salomon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse.

Naason princeps fuit tribus Iudae, de quo in Numeris legimus, cuius soror Elisabetha uxor fuit Aarō sacerdotis. Salmō autem genuit Booz de Rahab: & Booz genuit Obed ex Ruth. Hic est Salmō qui cum Iosue terram intrauit promissionis. Porro, Rahab meretrix erat urbis Hiericho, quam exploratores a Iosue missos suscepit, & abscondit, atque per fenestram domus quam habebat muro, ex ciuitate Hiericho, emisit. Deinde capta urbe cum propinquis amicisque suis omnibus quae illi illa saluari uoluit, & in domo sua continuit, mansit ex omnibus incolis oppidi illius salua. Hinc ad Iudaeismum relicta gentilitate conuersa fuit, perbatamque vitam: ob quam a Salmone creditur desponsata. Sunt qui Rahab meretricem non fuisse putant, licet sic cognominata fuerit. Ait enim in Hebraeo poni hospitatriam. De Booz in historia Ruth legitur, vbi quod vir syncerus, iustus, castusque ac timoratus fuerit insinuatur. Ruth uero Moabitum alium habuerat maritum filium Nohemi, quam Nohemi, ob famem extra Iudaeos ad alienigenas peregrinata fuerat. Ruth itaque socrum suam marito defuncto diligens, eidemque adherens reuertente ad terram Iudae comitata est. Ibi quoque cum mulier esset virtutis, a Booz in uxorem opulente ducta est. Erat autem, ut dictum est, alienigena, utpote Moabitum. Quare non tam profecto, quam etiam contra se legem habuit dominum. Nam lex Moaica Ammonites & Moabites excludat ab Ecclesia Iudaeorum penitus. Ex hac parte non erat recipienda in societate aut com-

munionem filiorum Israel. Ex alia autem parte, quoniam ex terra Iudae priorem habuerit maritum absque prole defunctum ei hoc concedebatur. Lex enim prioris mariti fratrem aut propinquum in maritum ad fuscitandum defuncti fratris aut propinqua semen concessit. Huic igitur lex iterum succurrit, ut non solum in ecclesiam domini intraret, sed etiam in consanguinitatem Christi, utpote quam secunda generatione genuerat Dauid regem. Est itaque non solum in Ecclesia Iudaeorum ingressa, sed etiam mater regum effecta. Huius autem gratia se fecit dignam, ut tali nobilitaretur connubio, quia patriam, cognatos, amicos, parentes & domum suam reliquit, ad Deum Israel cum sua sorore confugiens. De his duabus matribus Rahab & Ruth Chrysostomus ait: Vides, inquit, quia non frustra Rahab & Ruth Euangelista intulit mentionem? quae uerba alienigenam, alteram etiam meretricem fuisse constat: sed ut disceres idcirco uenisse Christum, ut mala nostra deleteret omnia. Non enim quasi iudex, sed quasi medicus aduenit. Sicut igitur illi de quibus secundum carnem natus est, coniuges suscipere meretrices: sic etiam ille fornicatricem hominum naturam sibi copulauit.

Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quae fuit Urias. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat.

Supra dictum est Booz ex Ruth Moabiti de Obed generasse: Obed uero Iesse, qui Dauid genuit regem. Est autem Iesse trinomius. Siquidem uocatus est Isai in primo libro Regum, & uocatur hic Iesse, de quo Esaias loquitur propheta: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Fuit alio quoque nomine uocatus Nahas. Hic itaque genuit Dauid regem omnium filiorum minimum. Dauid iste mira fuit pietate in Deum deuotus, uir Euangelica perfectione insignis. Nam persecutori suo ac hosti Sauli, cum illum in manus suas tradidisset dominus, Dauid non semel pepercit, vitam donauit, omni iniuria abstinent, illum adorauit, humilimeque honorauit, se pulicem, canem mortuum ac perdicem nominans, imo postquam in duo crimina

Deut. 23

Ruth ubi tra legem ut mater regum in decoru esse statit

Chrysostr.

G

Ruth 4. 2. Reg. 11. Iesse nomen triplex. Esaias 11

Dauid regem uel uel gelica fuit se profecto ne insignit

1. Reg. 14. 2. Reg. 11

2. Reg. 11

1. Reg. 16

Manfuetu dicitur quanta fuerit Dauid erga suos inimicos Ibidem

6. Reg. 13

Pal. 29. Acto. 13

2. Reg. 12

1. Reg. 9. 1. Para. 3. Nathan 95 fuerit.

Philohi. Hierony.

Lucas 3

1. Reg. 17. 2. Reg. 18

1. Reg. 1

grauia: labi permixtus est, homicidij scilicet, & adulterij, & poenitens Deo reconciliatus est, quantum humiliavit se erga blasphemum Semei, sibi, hoc est, Dauidi regi insultantem. Certe quamuis rex esset, nullam tamen maledictionis vicem in illum retulit, sed ne militem quidem uicisci regis iniuriam uolentem permisit, sed eundem conspiciens: Dimitte, inquit, ut maledicat Dauid. Forsan dominus respiciet humilitatem meam, & reddet mihi benedictionem per maledictionem hac hodierna. Denique Absolonem filium fugiens, cum arcam domini sacerdos sumere cum Dauid uellet, qua deuotissimus uir magis solaretur fugam suam: non est passus rex sanctus ut educeretur arca, sed dimitte, inquit, eam. Si propitius est mihi dominus, ostendet eam mihi iterum. Quod si me reiecerit, dices: Non places dominus est, quod bonum in conspectu suo uidebit, faciat. Vide igitur quam humilis & mansuetus, quam pius & Deo deuotus uir fuerit, adeo ut dominus de eo dixisset se legatur: Inueni uirum secundum cor meum.

Hic itaque genuit Salomonem ex ea quae fuerat uxor Urias, hoc est, ex Bethsabee. Non tamen hic erat puer, qui per adulterium natus est Salomon (siquidem puer ille infans obiit) sed omnibus fuit filius Dauid ex Bethsabee (ut quidam uolunt) iunior. Post mortem namque Urias, Dauid Bethsabee accepit uxorem. Ex qua quatuor filios recepit, puta Samma, Sobab, Nathan & Salomonem. Fuit itaque Salomon omnium iunior, fratrem habens Nathan ex utroque patre per generationem carnis, non ut quidam mentiuntur per adoptionem Dauidis, quod illum filium Urias cum Bethsabee eius matre, dum coniugem sibi copularet eandem, in filium sumpsisset adoptionem. Quin potius (ut Philo asserit, cuique Hieronymus consentit) Nathan frater fuit Salomonis ex utroque patre. Nam nisi fuisset, quomodo Christus fuisset filius Dauid, posteritate Salomonis deficiente, quam Lucas ascendendo per lineam Nathan ducit usque ad Dauid: Dauid namque cum primogenitus eius Amnon fuisset occisus, Absolon quoque interemptus, subsecutaque esset discordia filiorum discerentium, in regno quod patri succederet, iurauit Dauid, hoc est, decreto firmavit, quod minimus ex Bethsabee post se regnare inciperet cum sua posteritate, si quam haberet. Ea autem deficiente, succederet posteritas Nathan qui primus natus fuerat Salomoni, utpote pra-

ter Salomonem inter fratres suos ex matre Bethsabee iunior. Quod & Bethsabee Dauid postea promisit, se non reuocaturum, quando Adoniam a praesumpto propterea regno deposuit, sic dicens: Sicut iuravi tibi per dominum. Per dominum, inquit, quo intelligas domino hoc iuramentum Dauidis placuisse, atque non ex amore carnali Bethsabee, sed ex beneplacito atque constituto diuino emissum. Ergo sicut iuravi tibi, inquit, per dominum Deum Israel, ita fiet: utpote id quod iuravi, & quod tu desideras impleri, ut Salomon filius tuus regnet super solio meo. Nam diuina iustione hoc gestum in Paralipomenon primo libro Dauid testatur, dum moriturus principibus loquitur, dicens: Dominus elegit Salomonem filium meum, ut federet super solium meum. Huius posteritas Salomonis defuit in Ochozia, quod filium naturalem non habuit. Itaque Ochozias ex sola posteritate relictus erat Salomonis. Quo non habente filium, eoque interempto Athalia conata est omne semen regium occidere, puta quod ex linea Nathan fratris Salomonis supererat, & illius stirpi regiaeque dignitati in regno succedere debebat. Seruatus est tamen Elih, aut Eliakin ex Ahrafarim ex stirpe Nathan ortus: qui sic dicebatur, utpote donati lege ac iure successionis in regno: & uocabantur filij ac fratres principis. Videtur Breuiarium Philonis. Hic autem Elih, & Eliakim cognominatus est Ioas a Iozabeth sorore Ochozias. Nam persecutioni Athaliae fuit subtractus, & seruatus. Hic primus (ut dixi) ex cathena seu linea Nathan filij Dauid descendens (non tamen putes illum fuisse Nathan, qui propheta dicitur & sacerdos, sed filium Dauid) rex Iudae est institutus, iuxta decretum Dauid. Itaque Dauid genuit Salomonem, qui regnauit sapiens, pius atque deuotus Deo in principio: in finem tamen per mulieres deprauatum est cor eius. Ex Salomone natus est Roboam, qui dure loquens plebi, atque cum austeritate imperans, decem tribus ut a se deficerent, ansum praebuit ex Roboam Abia: ex Abia Asa: ex Asa uero Iosaphat natus est. Hi duo reges Asa & Iosaphat inter pios & bonos reges numerantur, licet reprehensione non careant.

Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Iotham

Ibidem

1. Para. 18

Salomonis posteritas quae defecit 1. Reg. 11

4. Reg. 11

Ibidem

1. Reg. 18

1. Reg. 18

1. Reg. 15. 2. Par. 14. 1. Reg. 15. 1. Reg. 22

Gen. 46. 3. Para. 2

Aminadab fidelitas & magnanimitas

F. Num. 7. Exod. 6

Ruth 4. Iosue 3

Iosue 6

Rahab non fuisse meretricem.

Ruth 4

Ruth 3

Deut. 23

than. Ioathā aut̄ genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen.

H Iosaphat genuit Ioram virum prauū, q̄ filiam Achab & Iezabel pessimā ac Gētilis scēminā accepit vxorem, q̄ fratres suos occidit: nec Helix est increpationibus correctus. Hic Iorā dicit hic genuisse Oziam, licet secundum historię veritatem, vt Regū libri testantur, genuerit immediate Ochoziam. Ochozias vero genuit Ioas. Et Ioas genuit Amasiam. Amasias vero genuit Oziam. Tres igitur reges intermedij ab Euangelista intermissi sunt. Cuius rationem Hieronymus, Hilarius & Chrysostr. assignant, q̄d hoc propterea factū sit, q̄ Ioram semini miscuit se imp̄ssimē Iezabel, cuius filiam acceperat vxorem: ideo eius posteritas vsque ad quartā gñationem abiicit, ne in Christi sanctę gñationis ordine collocetur. Hic Ozias tumidus, cū sibi officium niteret vsurpare sacerdotū, à Deo lepra in frōte percussus est. Sentiēs aut̄ leprā mox de templo festinauit exire, q̄ intelligebat dñi plagam: idcirco credit̄ penituisse. Genuit is aut̄ Ioathan, q̄ patre viuente seorsum propter lepram, gubernauit interea palatium vir iustus. Hic genuit Achaz, virum reprobum. Achaz aut̄ genuit Ezechiam virum optimum, religiosum ac Deū timentem, adeo vt de illo quartus Regū liber dicat, quod nec ante, nec post eū aliqs fuerit regum ei similis. Hic genuit Manassen. Postquam infirmus lecto decubuerat flens & dominū orās. (Nā orāti adiecit ei ad viuendū cñs q̄ndecim annos) in terim genuit Manassen. Vñ volūt Ezechia non horrore mortis aut metu fleuisse, sed propterea tantū, quod non relicto semine mori deberet, quo fieret vt e semine suo nō nasceretur Christus, frustraretque spe promissionis patribus olim à Deo factā.

Hierony. Hilarius Ioannes Chrysostr. 4. Reg. 2

2. Par. 10

4. Reg. 15

4. Reg. 16 4. Reg. 18 2. Para. 33

4. Reg. 21

4. Reg. 20

Ezechias rex p̄pter q̄ causā fleuerit

Manasses aut̄ genuit Amon. Amon aut̄ genuit Iosiam. Iosias aut̄ genuit Iechoniam & fratres eius in trāsmigratione Babylonis. Et post trāsmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

I Manasses iste vir fuit flagitiosus, quis

ex sancto patre genitus, & Hierusalē sanguine repleuisse vsq; ad os scribit. Captus tñ à rege Assiriorum & in carcerē coniectus, inter vincula vehementer p̄nituit, Deumq; inuocans liberat̄, & regno restituitur. Hic genuit Amon: qui patrē suū in sceleribus, non in p̄nitentia delictorum est imitatus. Hic vir sanctissimū Iosiam genuit. Siquidē cū octo duntaxat esset annorū Iosias, cœpit quærere dñm. Sub hoc Hieremias quoq; orsus est vaticinari. De hoc Iosia Ecclesiasticus loquens, dicit: Memoria Iosie in compositione odoris, facta opus pigmentarij, in omniū ore quasi mel indulcorabit, & vt musica in conuiuiu vini. Hic Iosias, inqt̄ Matthēus, genuit Iechoniam & illius fratres in trāsmigratione Babylonis, hoc est, imminētē trāsmigratiōe Iudæorū in Chaldæam, cuius fuit regia ac metropolis Babylon. Hic Iechonias filius Iosie, pater est alterius Iechonie, qui post trāsmigrationem genuit Salathiel. Vnde, secundum Hieronymum, intermissa est hic generatio, scriptorum vitio, quod ex quarto Regum, & secundo Paralippomenon libris probatur. Vbi is, qui Iechonias nominatur, natus in trāsmigratione Babylonis vocatur Ioakim. Quapropter Hieronymus, Sciamus, inqt̄, Iechoniā priorē ipsum esse, quē & Ioakim: secundū vero filiū, non patrē. Quorū prior p̄ k & m, hoc est, Ioakim: sequens vero, per ch, & n, hoc est, Iochin scribitur. Fuit itaq; Iechonias idem, qui & Ioakim, qui filium genuit Iochin post se regnantem. Hic tandem sponte se tradidit Nabuchodonosor, abductus in Babylonem. Vbi contra iusiurandum, hoc est contra datam fidem Nabuchodonosor, cum eum posuisset in carcerem, post annos multos tandem à filio huius magni Nabuchodonosor Euilmerodach est liberatus & honoratus valde. Fuit aut̄ & aliud ei nomen, quo vocatus est Elich: sed post liberationem eius ex carcere, vocatus est Neri, quomodo à Luca quoque nominatur. Timebatur autem lucernā ex stirpe David extingui in Israel. Ideo dum in carcere esset, & dicitur pro eo fertur & cantatus Psalmus octuagesimus septimus: Domine Deus salutis meę. Dum vero esset liberatus, in gratiarum actionem, teste Philone, & dicitur est & decantatus Psalmus qui sequitur octuagesimus octauus: Misericordias domini, &c. Cui ex carcere liberato,

4. Reg. 21 2. Para. 14 4. Reg. 21 Hieremias q̄ tēpore orsi fit p̄phetare Eccl. 4 4. Reg. 21 2. Para. 11 Hierony. 4. Reg. 21 2. Para. 11 Hierony. Iechoniam fuisse multo minus Iochin. 4. Reg. 24 Hiero. 21 & 52 Elich. Neri Luca 1 Psal. 81 Philo. Pal. 107

rato, mox datus est à Deo filius proprio nomine vocatus Mezisebeel, cognomē vero Salathiel, q̄ genuit filium Barachiam, q̄ dictus est à principatu Zorobabel, id est, princeps captiuitatis Babel. Hic Zorobabel genuit Resa quem Lucas nominat. Obseruandum enim est, q̄d fere oēs qui post Ioas primum regem ex linea Nathan deficiente stirpe Salomonis, atque ipse Ioas aut binomij aut trinomij fuere. Nā & hic in vicinioribus idem est qui Iochin: & à Philone Elih: & Neri, tam à Philone, quā à Luca: & hic in Matthēo Iechonias nominatus est. Idem & Mezisebeel aut Mezisehel & Salathiel. Barachias quoque & Zorobabel idem est vir.

Salathiel q̄ fuerit. Zorobabel q̄ fuerit & vñ sic dictus sit Luca 3 reges qui namplura nomina habuerūt

Zorobabel aut̄ genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.

K

Deficiēte nobis scriptura sacra ac certissima historia, vnde p̄bri possint hæ generationes, nihil à nobis dici potest, nisi q̄ modo Euangelista dicit, & intelligi voluit generationes has sibi inuicem fuisse succedentes. Scripsit enim his qui illo tempore viuebant, quibus ignotum non erat, quā linea quorumque nominibus Maria ex femine David deduceretur. Hoc enim erat necessarium, si vere recteq; Christus natus ex femine David deberet dici. Hoc, inquam necessarium est Mariam fuisse ex Davidica stirpe natam. Alioqui Christus non esset filius David. Neque enim satis foret Ioseph ex David deductum, si non Maria quoq; fuerit filia Davidis, ex qua sola Iesus Dei filius carnem suscepit. Itaq; minor fuit sollicitudo, quam vt clarescriberetur Marię genealogia: quandoquidē tunc, puta in initio fidei, nemini ex fidelibus erat hæc ignota.

Matthēus q̄bus suū Euangelium scripsit

Marię p̄bri filiā David.

Iacob autem genuit Ioseph virū Marię, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Vt paulo ante dixi, satis probat hic &

alijs Euangelicis testimonijs, Ioseph esse filium David. Sed quid hoc ad Christum, q̄ ex Ioseph non est natus? Oportebat igitur Marię genus deduci, quo vnde Christi veniret genealogia, constaret. Verum Hieronymus, omnesque alij tradunt consuetudinem non esse scripturarum, vt mulie generationis ordo contextatur. Ideo omifis aliorum opinionibus, quę in varijs autoribus alię atque alię reperiuntur, vnus dicam opinionem, qui dicit, Matthæum carnalem generationem, naturalemq; descripsisse: Idcirco posuerit, ait, patrem naturalem Ioseph Iacob: cæterum, Lucas alio posuerit respectu patrem Ioseph Eli, seu Elih. Syris nanque & Egyptijs idem esse nomen volūt Elih, & Eliakin, & Iochin. Dicit itaque autor ille testimonio vtens Philonis, Eli, siue Elih eundem fuisse quē & nos Iochin patrem naturalem beatissimę Marię dicimus virginis: dictum vero à Luca patrem Ioseph, non quidem secundum carnem, sed iuxta legem seu consuetudinem, quia Iochin siue Eli pater Marię coniugis Ioseph. In eodem aut tibi attinet gradu pater coniugis tuę, aliusve consanguineus, qui attinet tuę coniugi. Pater itaque coniugis tuę, pater est tuus. Si igitur Eli, qui idem est, quem nos vocamus Iochin, propterea dictus est pater Ioseph à Luca quia ille pater fuit carnalis coniugis Ioseph beatę Marię: tunc certum fit, quomodo Maria ex David per Nathan descendit, Ioseph vero per Salomonem: quorū vterque de tribu est Iudæ, & filius ex semine David, Testatur autem Ambrosius quę vere Christum descendisse per Nathā qui legitimus filius fuit naturalisq; David ex Bethsabee, non sacerdos, sed cui vt principi eius quę successoribus commissus erat ordo sacerdotum, haberetque respectum super eos, ne quid iniqui molirentur contra regem.

Matth. 2 Luc. 1. 2

Hierony.

Gñationē quā Matthæus explicet in genealogia Christi. Luca 3

Ambrosi.

SERMO IN EADEM solennitate. Quid originale sit peccatum, quantum ve noceat: a quo beata est virgo Maria p̄seruata.



Ota pulchra es amica mea, & macula nō est in te, Canticorū IIII. Nōmini verba hæc iustitia applicant, quā beatissimę virginis d. ni Ma.

L

ni Maria: Quippe, quæ sola inter omnes creaturas tota pulchra est, sola ex oī parte cā dida, adeo vt nulla sit in ea macula. Legūtur igitur hodie merito de ea in illius laudem hæc verba. Siquidem hodie concepta est: quæ conceptio in omnibus hominibus alijs est immunda. Omnes enim concipimur filij iræ & in peccato originali: à quo nisi mundemur, non videbimus Deū nec eius beatitudine perfruemur. Ab hoc tamen defectu singulari, diuinoque priuilegio exempta præseruataq; fuit beatissima virgo Maria, ne incederet. Et hæc ratio nobis est, & causa iucunditatis hodiernæ, qua illi decorem hunc, pulchritudinē, puritatemque post Deum excellentissimā gratulamur, Deoque pro hac re gratias agimus. Itaq; charissimi filij cū nūc dicēdū nobis sit, cuiusmodi hoc fuerit beneficiū, præseruari ab originali peccato diuinitus, ea propter quid originale peccatum sit, est primo inuestigandum. Quapropter sciendum, quod benedictus Deus hominē creauit rectum, quem secundum imaginem suam creans, secundum se etiam eundem vestituit virtute: quia inferiores animæ vires & concupiscentias omnes plene fecit obedire rationi. Ea propter si Adā non peccasset, nulla fuisset neq; in eo, neq; in aliq; homine concupiscentia praua, nulla rebellio carnis, nulla denique inordinata commotio sensualitatis aduersus spiritum, aut rationi contraria. Non fuisset denique in homine alicuius mali cogitatio, nulla alia voluntas qua læderet proximus, aut ex alio alius offenderetur nulla quoque repugnātia membrorum. Ideo ex nuditate etiam nulla erat erubescencia, quia ibi inobedientia deerat turpitudine: neq; concupiscentia, vnde erubescencia posset generari, libido. Et quamuis nemo famem, sitimve sensisset nihilominus tamen suo quisq; tempore edens seruante hac originali iustitia, nec perturbationē sensisset, nec ægritudinem. Neminem vlla creatura læsisset, non aer, non ignis, non aqua, non bestia, aut quodcunq; aliud. Omnia enim obedissent hominij, & homo obedisset in oibus Deo.

M Hoc itaq; p̄clarum donum originalis iustitiæ acceperat Adā, p̄ se & p̄ posteris suis. Quod quomodo pro se, suisq; successoribus cunctis accepit, ita præuaricando præceptum diuinum, pro se, pro suisq; omnibus iterum amisit, non aliter, quam si quis

comitum immunitate aliqua aut priuilegio donatus fuerit pro se suisq; hæredibus. Sed si postea domino suo perfidus fuerit inuentus, amittit iterum pro se suisq; hæredibus priuilegium quo fuerat donatus. Quapropter peccatum transgressionis in Adam licet actuale fuerit peccatum, in nobis tamen illud non est actuale, sed originale, quod per generationem in nos, hoc est, de vno in vnum transfunditur, oēsque illius efficiamur peccati, quantum ad priuationem originalis iustitiæ attinet, participes, q̄tquot humanæ sumus naturæ cōsortes. In hoc peccato concipimur omnes, vt David testatur: Ecce enim in iniquitatis cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Est igitur originale peccatū, defectus aut priuatio originalis iustitiæ, quā habere debet homo, & nō habet: hoc est, quam natura humana quidem acceperat, sed demerito suo, hoc est, per primū peccatum in natura humana commissum, iterū amisit. Quotquot enim nascimur communi lege, nascimur filij iræ, non habētes originalem iustitiā, quam deberemus habere, vt puta in Adā nobis, hoc est, naturæ humanæ datam. Itaq; nō habere q̄d debemus habere id ipsum dici potest originale peccatum. Quod licet ex priuatione sit originale (vt dixi) iustitiæ, non tñ p̄ctm originale hunc solum nominat defectum originale iustitiæ, qua caremus, sed affectionem etiam nominat malam, pronitatē ad malum, peccandi libidinem, tarditatem, grauitatēq; ad bonū atq; cōcupiscentiæ, & vitiorū oīm fontem, oīmque malorū scaturiginē, q̄ in carne nostra latentia inde permanant atq; pullulāt, ob originalis iustitiæ defectum, seu originale peccatū. Quod q̄dem p̄ctm nobis in baptismo ita remittitur, vt non imputet à Deo paruulo, aut alteri baptizato, q̄d iustitia careat originali, aut q̄d infirmitatem, rebellionemq; carnis, concupiscentiarumq; sentiat importunitatē. Quo fit vt non solum nihil damnationis propterea sit his, qui sunt in Christo Iesu baptizati, sed etiā gratiā Dei, innocentieq; recipiant vestē, submersis, deletisq; omnibus peccatis eorundē in baptismo. Ibi enī oēs Christi redēptiōis efficiamur participes: Ibi filij adoptiōis efficiamur Dei, filij gratiæ, filij lucis, mēbra Christi, hæredes Dei. Non erga nobis in Christo baptizatis nocet: q̄d defectus in nobis maneat originalis

Eph. 2

Conceptionis fe sum cele brādi rōq nam sit,

Esph. 2

Eccl. 17

Iustitia originalis primo homini data & p̄clarū fuerit donum

Quanta bona per p̄ctm originale ho mo amisit

Psal. 50

p̄ctm originale q̄

Eph. 2

p̄ctm originale q̄ nam in cludat

Originali p̄ctm quā nāremur tur i baptismo

roma. 5

Baptismū q̄ bonū dicitur

Ibidem Eph. 2 Rom. 5

lis

N Mala q̄nā hoi ex originali eue perint peccato

Eph. 2

Circumcisio legis vt fuerit cōtra peccatū originale ff cut in lege naturæ fides & sacrificia

Ezech. 18

Ibidem

Concupiscentia carnis ex peccato originali iacob. 4

Rom. 5. 6.

nalis iustitiæ, quem defectū originale peccatū vocamus q̄dve in ordinarum cōcupiscentiarū, vitiorūq; sentimus multitudinem, motuumq; indomitorum rebellionē quæ tñ nos à Deo separarent, si in p̄ctō illo originali, puta non baptizati, aut nō in Christū credentes moreremur. Secundo, sciendū, ex p̄ctō originali nobis euenire grauiā: Primū est, obligatio ad damnationē p̄petuā. Quicunq; enī in p̄ctō mortuus fuerit originali, huic clausum est regnū cœlorū æternæq; damnatione separat à Deo. Proinde Paulus, Erasmus, inquit, natura filij iræ, sicut cæteri. Porro, filij iræ qd sunt, nisi filij p̄ditionis: Hoc malum tollit nobis p̄ baptismū. Tollebat quoq; in veteri lege per circumcisionē, & in lege naturæ p̄ sacrificia & per fidē. Nunq̄ enim defuit mūdo remedium cōtra originale p̄ctm, q̄ efficerentur hoīes filij gratiæ atq; amici Dei. Nullū tñ erat ante Christi passionē remediū, q̄d reconciliaret Deo naturam humanā nec beatæ virgini quidē (quæ sine p̄ctō concepta est originali, quia præseruata est ex dono Dei singulari ab originali peccato, quod, nisi præseruaretur, incidisset) nec cuius sanctorū pateret regnū cœlorū, anteq̄ Christus debitum oē p̄ Adam, pro nobis & pro vniuersa natura humana, in qua peccatum erat, soluisset. Non debet autē cuipiā hoc iniustum videri. Siquidem si Adam nō peccasset, profuisset nobis etiam omnibus ad seruandā originalem iustitiā, illius bona voluntas. Idcirco parī rōne nobis quoque obest peccantibus Adæ mala voluntas, non secus ac si exhæredato patre necesse est filium exhæredari. Habet autē hoc locum in originali peccato tñ. Siquidem de alijs peccatis actualibus non puniuntur filij pro parentum peccatis, neq; parentes pro filijs, nisi criminum sint eorū participes: quia anima quæ peccatum commiserit in ipso moriet. Pater enim non portabit iniquitatem filij, neq; filius portabit iniquitatem patris. Verum, vt dixi, in originali peccato, hoc est, in exhæredatiōe originalis iustitiæ, filij pati habēt in parentibus. Secundū malum, q̄d ex p̄ctō nobis relinquit originali, concupiscentia est carnis aduersus spiritū. Hæc etsi peccatum nō sit, iacobo tamē teste, ex p̄ctō est, & ad p̄ctm prouocat, imo p̄ctm, si ei consentiatur, gignit. Quo fit vt in scriptura non raro p̄ctm nominetur. Sic enim Paulus hunc carnis

languorem, non semel p̄ctm vocat, Augustinus quoque concupiscentiā ait nobis dimitti, non vt nō sit, sed vt non imputetur. Ex hac autem cōcupiscentia praua, oritur continua ad mortem vsque hæc nobis pugna quæ est inter carnem & spiritum, de qua Apostolus conqueritur dicens: Sentio aliam legem in membris meis, repugnātem legimentis meæ, & captiuum me ducentem in legem p̄cti. Et ad Galatas: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Hæc concupiscentia non tollitur nobis vsquequaq; , sed minuitur bene, & Dei gratiæ adiutorio cōfortamur, ne vim nobis possit inferre, nec sine voluntatis nostræ assensu nobis nocere. Tertium est malum, ignorantia. In magna enim scientia creatus fuit Adam, omniumque rerum notitia plenus, quippe qui iuxta proprietates singulorum animalibus nomina posuit. Nos vero à sublimi scientia illa excidentes, parum nouimus. Nullam enim substantiam in propria essentia, sed ex accidentibus tantum cognouimus. Quartum malum est, ex originali peccato manans, mors, & post mortem corruptio, incineratioque. Nam vt Sapiens ait. Non fecit mortem Deus, nec lætatur in p̄ditionē viuorum. Si ergo Deus non fecit mortē, vnde, nisi ex p̄ctō, venit? Inducit itaque originale p̄ctm, non solum mortem, sed & p̄ctas, in fine, mitatesq; , famem, sitim, fatigationem, dolorem, tristitiamque inordinatam, & id genus incommoda multa: post mortem vero putrefactionem, & incinerationem, iuxta Dei maledictionē. Adæ datā, dicētis: Quia puluis es & in puluerē euerteris. Tertio, mirādū nō est hominē baptizatū, & à p̄ctō originali mūdātū, concipere gignereve in p̄ctō originali: quia q̄d pater aut mater gignit, non est ex substantia gratiæ, sed ex substantia naturæ vitiatæ. Quare hæres sicut efficitur per patrem naturæ (vt ita dicam) ita non potest esse aliter de lege communi, quam hæres naturæ vitiatæ. Quod enim caret pater originali p̄ctō per baptismum, est diuinæ gratiæ, quod vero ex eo nascitur filius est naturæ: Hoc autem locum habet (vt supra dixi) in solo originali peccato. Quomodo enim personalis virtus, probatasve patris non deriuatur in filium, ita nec iniquitas personalis, puta furtum aut homicidium,

Gal. 3 August.

Rom. 7

Gal. 1

Ignorantia exp̄ctō originalis

Gen. 2

Mors & corruptio hoīs vnde Sapiens. 1

Gen. 3

d n Con,

Contra vero, si originalem iustitiam Adā tenuisset, hanc in omnem posteritatem trās sudisset. Nunc vero quia amisit non sibi tantum, sed omnibus quoque nobis, hoc est, vniuersae posteritati suae amisit. Generatur igitur regeneratus in baptismo filiā in originali peccato, vt dixi, quia vt Augustinus ait, Iudaeus circumcisus generat filium nō circumcisum. Et palea licet magno sit labore separata à grano tritici, si tñ in terrā pñciatur tritici granum, nō triticum pducit sine palea, sed cū palea. Sic aliud est, tam pater, quam mater per Dei gratiā, iuxta quā non ex illis nascitur proles, aliud est p naturam, iuxta quam generat prole. Quarto, quia ex omnibus diuina bonitas elicit bonum, noluit p baptismū nos ita ab originali liberari peccato, vt nullae huius in nobis molestiae, nullae reliquiae manerent, sed, q̄ dixi mala superiora, primo excepto, in nobis reliquit ad virtutis exercitium, vt inde coronaremur à Deo: vnde astutia, inuidiaque serpentis sibi voluit nos subñcere, coelestique priuare hēreditate. Quinto, sentiendum est firmiterque tenendum, beatissimam virginem Mariam conceptam esse sine originali peccato. Sanctus nanque Ioānes baptista, S. Hieremias cōcepti qdē sunt i originali peccō, sed i vtero ante sunt purgati seu sanctificati, q̄ nati. Quare beatissimam Dei matrē singulari atq; maiori priuilegio decuit sanctitatis ac puritatis illustriari, nō vt purgaretur ab originali peccato, sed quae ne contraheret illud, praeseruarietur. Dixerat enim dominus de beatissima hac virgine serpēti, hoc est, diabolo: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuū & tu insidiaberis calcaneo eius. Quomodo beatissima hęc virgo contriuisset caput serpentis huius, si vel ad momentum serpenti, hoc est, diabolo per originale peccatū subiacuisset? Absit absit, vt beatissimam Dei matrem, ne ad momentum qdem filiā dicamus aliquñ fuisse diaboli, filiamque irae. Quomodo enim dici posset in matrem Dei ab eterno electa, si aliquando diaboli fuisset ancilla? Non hoc passus est, in sua dilectissima matre Deus, Dei & virginis filius. Propterea B. Hieronymus de beatissima virgine loquens, ait: Nulli dubium est de matre domini, quia talis debuit esse, quae non posset argui de peccato: quāquidem ad ignominiam non modicā id verge-

ret Christi: quoniam potius dicebat maxime (vt verbis D. vtar Anselmi) ea sanctitate, ea puritate nitere hanc virginem, quae Christum Dei filium conceptura erat & paritura, qua maior sub Deo non posset intelligi. Nequaquam igitur Dei mater, nequaquam regina caelorum, angelorum dñia, nec ea q̄ dāmonibus est terrori ac formidini, existi manda est in originali fuisse peccō cōcepta. Eua in sua creatione omnis maculae expers fuit ac vitij. Num Eua inferiorē putabimus Mariā, vt illā dicamus sanctā, hęc dicamus in originali peccō conceptā? Aut q̄ modo eā p̄ ceteris dicemus mulieribus benedicā, si eā ceteris aequamus? Quō est inq̄ p̄ oibus bñdicta Maria, si in peccō concepta est, aut si eius ortus, q̄ Eue fuerit immūdius? Absit igitur, vt in Eua p̄feramus imaginem ac figuram veritati. Nihil em̄ nisi figura beatissimae Marię fuit Eua. Sed quō quis dubitare possit de beatissima virgine ab initio & ante secula in Dei matrē electa, quin illius conceptio munda esset & sine peccato? An plus non valet gratia, quam natura? Sunt sanctorum, sunt quoque scripturae sacrae sententiae quaedam generales, quod nemo nascatur, nemo viuat sine peccato, Esto, lex cōmunis est. An Deus non potuit, quē voluit à lege cōmuni eximere? An matrem suā non potuit priuilegio singulari honorare? Si eā in multis alijs exemit, quō hic eam neglexit? Naturae vsitatum non est nec consentaneum, virginem concipere & parere: praestitum tamē hoc diuinitus est Marię. Nonne cunctis mulieribus dictum est à Deo, In dolore paries filios? Maria tamen peperit virgo, nec in partu dolorem, tristitiamve sensit. Nonne homini dictum est, vniuersoque generi humano, Quia puluis es & in puluerem reuerteris? Maria tamen non sensit corruptionem. Eius nanque sacratissimum corpus non decuit incinerari, nec etiam putrefieri potuit, quae neq; conceptu, neque partu est violata. Si igitur in alijs multis à cōmuni lege aliorum sanctorum est exempta & decorata priuilegio singulari, quare non etiam praeseruata est à peccato originali pra alijs? Nihil enim Deus intermisit in ea, quod ad venerationem, ad cultū, ad honoremque spectaret suae sanctissime matris. Si igitur non praeseruaasset eam, hoc ideo esset, vel quia nollet, vel quia non posset, aut quia non congrueret. Nullum ho-

Anselm.

Genes.

Lucas

Q

Eua iustitiae figura beatae Marię virginis

1. Reg. 1

Marię matrem suam quibus priuilegijs singularibus Deum honorauerit Genes.

Ibidem

mariam virginem ab originali peccato pieruari, q̄ bene congruerit

Quō filij efficiamur B. virginis matris

rum hic habet locum. Congruit maxime dignissimam omnium creaturae, proximam post Christū deū, honore singulari atq; excellentiori affici. Decebat quoque Christū in nocentissimam, immaculatissimamque matrem habere. Congruerat eandem quoque (quibus potuit creatura modis ornari) virtutum, puritatisque excellentia, omnique genere sanctitatis honorari à filio: q̄ tanta esset, vt non posset esse in creatura praestantior, nec sub Deo intelligi maior. Congruit igitur non solum hoc Christo, vt matrē suā seruaret mundā ac sanctā, verum etiam ita suae matri facere debuit, ita voluit: & quod nostrum est constanter credere, ita fecit. Nos igitur filij charissimi veneremur hanc virginem, ipsam diligamus, imitemurque eius puritatem ac sanctitatem. Scimus em̄ Christū dixisse, dū à quodā illi nunciaret, matrem ipsius & fratres foris stare: Qui sunt fratres mei, & quae est mater mea? Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in caelis est, hic meus frater & mater, & soror est. Si ergo qui voluntatem Dei faciunt, Christi sunt fratres, sorores & mater, videte quomodo non solum filij Marię efficiamur, ipsius vitam imitando: nec filij tantum sumus Christi nos cō-

firmando vitae Christi: sed esse possumus etiam Christo & soror & frater & mater, si fecerimus quae beneplacita sunt eius patri. Quo manifestum fit, Christum non tantum amare coniunctionem sanguinis, quam voluntatis. Studeamus igitur virtutes beatissime virginis imitari, & eiusdem quibus ipsa placuit Deo placere, puta humilitate profundissima. Ipsa enim de excellentissimis, multifarijsque donis Dei nihil sibi ascripsit nihil sibi arrogauit, sed liberam ab omni se gloriatione continuit, patientia mitissima & constanti. Ipsa enim patientissimā, mansuetissimamque se exhibuit, & ab omni rancore, & amaritudine alienam erga eos, qui filium suum persequerentur, aut crucifigebant se seruabat. Charitate denique & temperantia, paupertate quoque spiritus, & virtute discretionis emicuit. In quibus omnibus se speculū exhibuit sine macula, quod imitemur, in quo Christum cōtemplemur, in quo Christum laudemus, Christo gratias agamus, qui nobis huiusmodi matrem dedit, reginā misericordiae pijsimam, clementissimamque: cui sit honor, laus, virtus & gloria in secula seculorum, Amen.

Virtutes B. Marię nobis imitandae quae sint

IN FESTO SANCTI THOMAE APOSTOLI

Epistola beati Pauli apostoli ad Romanos VIII.



V

Cimus quoniam diligētibz Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos praesciuit, & praedestinavit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē praedestinavit, hos & vocauit. Et quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non percipit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cū illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dextram Dei: qui etiam interpellat pro nobis? Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque

August.

Reliquiae malae quae in nobis manserint ex originali peccato

Marię sine originali peccato concepta esse Lucas 1 Hieron.

Genes.

Nec ad momentum quidem beatam Mariam subiacuisset peccato originis

Hierony.

angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura, alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

In festis quorundam apostolorum hæc non immerito legitur Epistola, in qua perfectissima charitas describitur, qua decebat apostolos, qui primitias habebant spiritus, præeminere alijs. Itaque dicit diuus Paulus apostolus: Scimus, per reuelationem, indubitataque fide tenemus, quoniam diligentibus Deum charitate seu dilectioneque domini custodit mandata intuitu placendi Deo, cooperantur in bonum omnia, ac conuertuntur illis ad profectum: adeo ut non solum aduersa & tristitia, verum etiam, si illos hallucinari ac deuiare aliquando contingat, hoc ipsum illis proficiat in bonum, quia humiliores inde redeunt, doctiores, prudentioresque & bonis actibus feruentiores deinceps insistant. His scilicet, qui secundum propositum diuinæ prædestinationis, in quo perseuerabunt, tamen aliquando ad tempus aberrant, redeunt tamen, ut propositum Dei in eis impleatur. Proposuit enim, hoc est, prædestinauit eos ad vitam venire: quod mutari non potest. Secundum hoc igitur propositum, non secundum meritum, vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit saluandos, hos ut essent, prædestinauit quoque conformes fieri imaginis filij eius. Hoc est, hos ut fierent imitatores Christi prædestinauit, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, & primatum tenens in collegio sanctorum. Itaque quos ab æterno sciuit conformes fieri imaginis filij sui, etiam prædestinauit, hoc est, per oppositam gratiam illos præparauit, ut verbo crederent prædicationis. Omnis prædestinatio, est etiam præscientia: non autem omnis præscientia est etiam prædestinatio. Prædestinatio enim diuina solum est bonorum, quæ præparat ad gratiam: & est causa salutis nostræ. Prædestinat namque ei quæ est facturus. Præscientia vero est bonorum & malorum. Præscit autem De-

us multa, quæ ipse non est facturus. Siquidem malorum præscit damnationem, cuius tamen ipse damnationis nequaquam est causa. Igitur quos præsciuit saluos fieri, hos prædestinauit: quos autem prædestinauit, hos & vocauit ad fidem, & gratiam suam per inspirationem & illuminationem internam, per prædicationem externam, per angelicam custodiam & directionem. Et quos vocauit, puta secundum suum propositum prædestinationis suæ, (sunt enim vocati alij quoque qui ad tempus credunt ac diligunt, sed non electi, nec perseuerant) hos & iustificauit. Quomodo imperator quempiam diligens, si promouere ex plebeo genere illum vellet ad comitatum, daret illi ante opes, honores, officia, dignitates, quibus illum dignum tandem redderet comitatu illo, & propter quæ comes futurus, idoneusque æstimaret. Quæ tamen omnia prædicta, quibus dignus fieret comitatu, & ipsum comitatum ab Imperatore suscepisset. Hoc modo, quos Deus prædestinauit & vocauit ad gloriam suam, hos & iustificauit, idoneosque facit ac dignos celestis præmio. Quapropter merita nostra ac præmia, dona sunt Dei: nec aliud in nobis Deus coronat, quam dona sua. Itaque quos vocauit, hos & iustificauit, peccata eia dimittens, & gratiam infundens. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit, id est, illos & magnos fecit, hic in sanctitate, & postea in gloria & felicitate æterna. Iuxta diuum Augustinum, prædestinatio præparatio est gratiæ in præsentia, & gloriæ in futuro. Vocatio gratiam offert, & retrahit à peccato. Iustificatio gratiam confert. Magnificatio gratiam consumat in gloria. Quid ergo dicemus ad hæc tanta Dei nobis collata beneficia ac dona? Nunquid adhuc aliqua ex nobis habere putabimus? Haudquaquam: sed omnia ascribamus gratiæ. Si ergo Deus est, pro nobis, nos prædestinans, vocans, iustificans

Rom. 8

Quæ Deum diligenti- bus oia cooperantur in bonum

Proposuit Deum in saluatione hoim qui intelligendum.

Coll. 1

Prædestinatio quod sit

Præscientia quænam signet

De quænam prædestinatio vocatue ad gloriam.

Augusti.

B

scans, & glorificans, quis contra nos erit? Itaque Deo in his omnibus pro nobis constituto, quis nobis in his voluerit aduersari, paret se, si bellare potuerit contra Deum. Adeo namque is diligit nos, ut filio suo non adoptiuo, sed proprio ac naturali non perpercerit, sed in mortem pro nobis omnibus tradiderit illum. Quia ergo quod maximum & sibi charissimum est dedit nobis, quod quicquam negare nobis poterit: imo quod non omnia cum illo donauit? Quis accusabit, seu accusationem adferre poterit vllam aduersus electos Dei? puta ut priuare eos his, quæ Deus illis gratis donauit, possit. Nemo profusus. Accusant quidem in hac vita proximi, damnant & puniunt prælati, sed non ut bonis æternis nos spolient: quin potius, ut ad bona æterna nos dignos reddant ac parent. Diabolus quoque accusat, sed non electis nocebit, quoniam beatitudinem vltimam assequantur. Quis ergo accusabit? Nunquid Deus? Non. Quia ille est qui iustificat, idcirco non accusare, sed accusatis solet misereri. Homo hic seipsum salubriter coram Deo & coram sacerdote accusat. Sed hæc accusatio non facit ut electum peccata grauent, sed ut deleantur, ac non sint. Nemine igitur accusante, quis est qui condennet? Num condennabit electos Iesus Christus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est adexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis? Minime. Neque enim nos cupit condennare, qui ad saluandos nos Deus homo factus ad nos venit, & pro nobis apud patrem interpellat. Interpellare Christi, est seipsum coæterno patri hominem commonstrare. Ostendit enim patri in seipso, quid damnum in electis nolit. Nempe id quod suscipiendo liberauerit. Quum ergo nos Christus adeo diligat, quis nos separabit à charitate Christi, ut Christum non diligamus? Nemo. Num faciet hoc tribulatio corporis? Num angustia mentis? Minime. Num faciet hoc persecutio, ut relinquamus Christum? An fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Hoc est, num poena aliqua, aut persecutio, num mors, timorve mortis, à Christi nos charitate separabit? Et hoc dico, sicut scriptum est de nobis, & hæc nostra vox est: Quoniam propter te mortificamur tota die, id est, propter te varijs poenis afficimur, idcirco te non deserimus. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Existimant enim nos sine vlllo respectu misericordie

Dilectio Dei erga nos arguementum est. Esaiæ 53

Interpellare quod dicit Christus.

Psal. 43

nos debere occidi, cum nemini resistamus, sed parati simus in simplicitate nostra & mansuetudine nostra mori. Hæc omnia pro Christo patimur, sed non superamur. Quin potius in his omnibus superamus, victoresque efficimur: non tamen propter vires nostras, sed propter eum, qui dilexit nos. Dum enim illius amore inebriamur, sensum doloris amittimus. Si enim vere eius nos charitas rapuerit, si vere nos absorpserit, & nostrum in se affectum abduxerit cruciatum corporis, & dolorem nos sentire non finit. Certus sum enim, quia neque mors, seu moriendi timor, neque vita, scilicet voluptuosa, quæ appetitur, & in qua est amor delectatioque viuendi, neque angeli, neque principatus, neque virtutes iuxta distinctiones quasunque hierarcharum, ordinumque beatorum spirituum, neque quæ instant præsentia, neque quæ expectantur futura, neque violentia aliqua, aut fortitudo, neque altitudo, seu potentia seculi, neque profundum astutiæ, prudentiæque secularis, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, qui melior est omnibus: quæ charitas Dei patris erga nos manifestata est & exhibita in Christo Iesu domino nostro, quæ tradidit pro nobis in mortem, nos per eum & in eo suæ constituens adoptionis filios.

Dolores nostros quæ non sentire nos faciant.

Esaiæ 53

EXEGESIS EVANGELII eiusdem festi, Ioannis vigesimo.



Hoc præsens Euangelium in octauis Paschæ legitur, quoniam quod tunc gestum fuit, narrat. Huic tamen festo congruit æque, quare etiam legitur hodie. Narrata namque apparitione prima, quæ Christi apostolis simul constitutis facta est in festo Paschæ, sequitur quod hodie legitur Euangelium de sancto Thoma.

Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus.

Vnus ex duodecim apostolis Thomas fuit. Siquidem duodecimum numerum tenere voluit apostolorum dominus Iesus. d iij Di

1. Mach. 2

Ioan. 6

Iudas quō fuerit diabolus vocatur.

Astor. 1

Didymus cur fuerit sic vocatus Thomas ap̄tus.

Dubitare cur dñs p̄miserit Thomam

Beda. Gregori.

Ioan. 20

Dicit namq; : Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Duodecim elegit Christus, sed Iudas diabolus fuit, participado diaboli malitiam, non naturam. Fuit autem apostolus Iudas vere, & ad apostolatū à Christo electus, id est, institutus, atq; ex alijs discipulis desumptus, nō tamē prædestinatione adoptioneque filiorum à Deo fuit electus. In hac enim gratia Iudæ successit Matthias, qui duodecimū numerum impleuit, q̄ adeptus est apostolatū, à quo præuaricatus est Iudas, & electionē adoptiuorū, quam haudquāq; Iudas creditur adeptus. Hoc ideo dico qm̄ numerus mansit apostolorum duodenarius, subrogato Matthia. Et hic ab Euāgelista dictus est Thomas vnus ex duodecim, licet tempore resurrectionis Christi, apostoli tantum fuerint vndecim: paulo post tamen re sarcitus est in Matthia numerus duodenarius. Itaq; Thomas vnus ex duodecim qui dicitur didymus, hoc est, (vt veteres ex Hebræo interpretati sunt) dubitator, licet recentiores quidam dicant geminum. Quo subindicat naturali fortasse vitio Thomā inclinātū, quo tardiuscule, nec facile credere alijs solebat. Permisserat autē hic dñs illū naturali inclinationi non sine vitio succūbere ac vinci: sed hoc tamē non absq; disp̄satione singulari. Voluit enim dñs prædilectum sibi apostolum Thomam dubitare, ne nos dubitarem. Aut si dubitemus, vera illius experiētia instruamur. Dubitauit enim ipse propter nos, & ea in quibus nos hæsitare possemus, ipse hæsitans explorauit, & de veritate nos certiores reddidit. Quamobrem, vt Beda ait, plus mihi Thomas qui dubitauit, profuit, q̄ Magdalena, quæ cito credidit. Igitur cum sero vna sabbatorum apostoli essent simul, foresq; essent clausę propter metū Iudeorum (quod contigit in dominicę resurrectionis) venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit: Pax vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Discipulis itaq; viso domino gauisus, insufflando tradidit spiritum sanctum Christus. In quo confessu apostolorum, domino apparente, absuit apostolus Thomas.

Dixerunt ergo ei alijs discipulis: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius

fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam

Ex præcedētibus fortasse oritur quaestio, quomodo hic Thomas dicatur abfuisse, cum Lucas referat discipulos illos duos, qui in Emaus abierant, in sero rediisse Hierosolymam, & vndecim simul ibi inuenisse: quibus narrauerunt quomodo dñm cognouissent in fractione panis. Ergo illo sero adfuit Thomas: qui nisi adfuisset, nō simul fuisse dixisset Lucas vndecim, sed decem tantum. Cui obiectioni, iuxta Augustinum respondetur, Thomam tunc adfuisse, quando adueniebant discipuli duo ex Emaus redeuntes. Sed illis colloquētibus dum abiret paululum, interim venit Iesus ianuis clausis in medio discipulorum stans, & dicens: Pax vobis. Non igitur absq; ratione erat, quod Thomas abierat, vel domino propter nos hoc permittente, quo ex illius dubitatione & certificatione nos erudiremur, stabiliremurque in veritate, vel Thomam se indignum faciente, propter duritiam & tarditatem credendi. Siquidem à culpa excusatur Thomas, propter hanc duritiā. Licet enī Christus alijs q̄q; quādo ascēsurus erat in cælū duritiā & incredulitatē exprobrauerit, propterea qd̄ his qui viderant eum resurrexisse, nō crediderāt. Thomā tamē hic singulariter, vt sequitur, arguit, quādo post dies octo propter ipsum solū apparēs sanandū ei dicit: Noli esse incredulus, sed fidelis: modeste illū arguens incredulitatis p̄teritę. Quocirca verisimile est cum Thomas mulieres de sepulchro venientes audisset, & Petrū sibi factam apparitionem narrantem, tertioq; discipulos ex Emaus redeūtes, lōga tristitia ex passione ac morte dñi perturbatus, oēs illoꝝ sermones pertesus, propterea qd̄ rem nouā nec facilliter (vt sibi videbatur) credendā narrant, abiuit ex loco q̄ simul erant discipuli. Quo absente interim alijs simul residentibus apparuit Iesus. Quod cum Thomę postea redeunti significarent discipuli, respōdens, Nisi, inquit, videro fixuram clauorū, &c. Vnde conijctur, qd̄ nunciātū illi clare fuerat, qd̄ dominus ostenderat apostolis latus & manus, inuitādo eos ad tāgendū. Videte, inquit, & palpate manus & pedes. Quam-

D

Lucæ 24

August.

Thomas ap̄s cur abierit ex collegio ap̄torum

Marc. 16

Lucæ 11

Ibidem.

Quamobrē Thomas respōdit: Nisi videro fixuram clauorum, & mittā digitū meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Et post dies octo, iterū erāt discipuli intus, & Thomas cū eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis.

E

Vides hic benignitatem dñi Iesu, qui nobis oibus, ne de eius resurrectione dubitarem, voluit succurrere. Atq; ideo prædilectum discipulum permittit (vt prædixi) in dubitationem venire. Quem tamen nequaquam in hac fluctuatione, seu duritia reliquit, sed propter illum rediēs, omnem de eius corde dubietatem sustulit. Nam post dies octo dominus rediit, cum iterum simul essent discipuli, & Thomas cum eis. Ianuis igitur clausis stans Iesus in medio discipulorum, dicit eis: Pax vobis. Quia vero Thomas ceteris fuit durior, ideo illum dominus præ alijs quoque humiliavit. Octo namque dies illum emendare distulit, vt in terea ab alijs apostolis instrueretur, idone usque magis efficeretur ad credendum. Nam salutatis in vniuersum omnibus, mox Thomæ ostensurus, cuius gratia aduenisset (nempe vt illius desiderio acquiescens, sese tangendum præberet) fecit quod sequitur.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & adfer manum tuā, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Ex ordine verborum indicat Thomæ, ad satisfaciendum ipsius desiderio sese venire, nec se latere verba, quę alijs dixerat discipulis: Nisi videro fixurā clauorum, &c. Quo simul Thomas vere agnosceret adesse Christum, quem frequēter audierat pharisæorum cogitationes arcanas, & secreta cordium reuelasse. Et vide benignitatē domini, pro vna anima aduenientis, & vulnera sua ostendentis. Aduerte quoque quod diebus nihilominus octo dominus respicientiam expectauit. Quo admonetur qui à Deo ad regimen sunt animarū constituti, quanta benignitate suorum exorbitantias ad tēpus dissimulent, donec præstita occasione, vt ilius admoneantur. Prodest inter-

Marc. 9
Marc. 2
Lucæ 9

Delinquentis correptionem q̄nq; differendā certatione.

Naturam p̄toris explorandā.

F

Vulneris cicatrices cur Christus post resurrectionem seruauerit.

Matth. 28
Ioan. 20

Lucæ 24

1. Ioan. 1

Esaiæ 49

dū homini tentato mox vbi periculū sentitur, moneri & corripi: interdū prodest ad aliquam morā dierum dissimulari. Quando enim delinquentis animus ad excedendum pronus paulatim ex mora iterum à peccandi voluntate deseruescit, vt ilius est ipsum ad reditum iam se parantem expectare, vt tunc moneatur, quando id melius ferre potest. Si vero ex mora vulnus timetur ingrauescere, præsentem quantotius occurrendum est remedio. Natura igitur hominis peccatoris corripiendi exploranda est, an duriora in eo plus valeant verba, an benigna mansuetudo. Omnia igitur tentanda, & quod ex multis congruentius videtur remedium est apponendum, ita vt in omnibus Dei potissimum quærat honor, & proximi salus atq; profectus.

Est autem hic aduertendum, non ociose factum, vt dominus in suo serualet corpore vulnerū cicatrices. Erat enim primo hoc necessarium, ad adstruendam veritatem resurrectionis. Hoc enim vehemēter testatur nos eodē corpore quo hic viuimus, q̄ delectamur aut patimur, resurgere, quando veritatē idētatēq; sui corporis post resurrectionem ostendit Christus, & cicatricibus vulnerum, & tactu deuotōꝝ. Non enī Thomas solus tetigit, sed tetigerunt etiā mulieres deuotæ pedes eius. Hoc enim vno Thomā ad fidem adduxit, discipulos q̄q; alios in fide plene instruxit ac roborauit, qd̄ scilicet ostēderit eis latus & manus. Et, vt Lucas habet, dixit discipulis suis: Videte manus meas & pedes. Secūdo seruauit vulnerū cicatrices, q̄ patri qd̄ pro nobis esset passus ostenderet, easq; pro nobis patri offerret. De quo Ioannes ait in epistola: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Tertio, ad ostēdendam suæ dilectionis erga nos magnitudinē. Si enī plagarū cicatrices, quas nostri tolerauerat amore voluit vel post resurrectionē seruare, quāto maiori cura nos nō vult perdere aut, nisi nos obedire noluerimus, nō amittere? Ad consolationē igitur nostrā, vehemēter hoc facit, qd̄ suæ dilectionis, suæ passionis, suæ mortis, ipse q̄q; non obliuiscit: quādoquidē vulnerū & suæ passiōis signa suo in corpore seruat. Quocirca in Esaiā loquitur: Ego tui non obliuiscar: ecce in manibus meis descripsi te. Quarto, vt nos ad redamandum se, ad confugiendum

Ioan. 9

Apocal. 1

Apoc. 7

endum ad se, ad comorandum quoque in se prouocaret. Est enim ille probatica piscina, quinque porticus habens, quinque scilicet vulnera, in quibus languidi immergimur sanguine eius a peccatis nostris lauandi, & ab omni sanandi infirmitate. Dilexit (inquit) nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, ut nos quoque illum redamemus, & stolas nostras lauemus in sanguine agni.

Quinto, ad electorum gloriam, & impiorum ignominiam & damnationem seruauit quinque vulnera. In iudicio enim exhibebit haec, ostendens, quid pro hominibus passus sit, & quam iuste hi qui grati fuerunt inde consolentur: qui vero ingrati, supplicij inuoluantur.

Respondit Thomas, & dixit: Dominus meus, & Deus meus.

Mox ubi dominus Thomam solum alloquebatur, credendus est toto corpore contremuisse, credidisse perfecte, atque in excellentissimam hanc confessionem prorupisse, Dominus meus, & Deus meus. Tanta nullius apostolorum confessio fuit aliorum. Quo circa, sicut praeter alios dubitauit & fide fuit tardior, ita in confessione quoque alius fuit sublimior. Et qui per dubitationem fuerat humiliatus, per deuotissimam confessionem, iterum est exaltatus. Tu, inquit, es dominus meus, magister meus, qui me redemisti. Tu quoque es Deus meus, qui me creasti, qui pro me carnem assumpsisti, quam ut me a morte liberares, cruci affixisti. Sunt qui putant Thomam pro reuerentia gloriosi corporis Christi exhorruisse tactum, & immersionem digitorum in cicatrices benedicti illius corporis, cuius putant iudicium, quod dominus postea respodit: Quia vidisti me Thoma credidisti. Non enim dicit, quia tetigisti me, credidisti. Sed alius videtur benigne dominum nobis consulere voluisse, ut pro nobis non solum visu, sed etiam tactu gloriosum eius corpus ex mortuis resurgens exploraretur. Vnde creditur Thomas ante tactum perfecte credidisse, tactum libenter pro reuerentia corporis benedicti subtrahere voluisse: verum propter domini mandatum, non iam ex curiositate, sed ex deuotione & obedientia paruissse. Cognouit enim domini in hoc esse voluntatem: quare hac in re non sibi, iam non dubitanti, sed plene credenti satisfacere habuit, quin potius Christo obedire.

Dicit ei Iesus: Quia vidisti me

Thoma credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Quia vidisti me, quia sensisti, quia intellexisti me esse, qui pro te pependi in cruce, credidisti. Beati autem magis sunt illi, qui non viderunt, & crediderunt. Quia vidisti me, inquit, credidisti. Quomodo potuit Thomas credere quae vidit? Quae enim videmus, non credimus, sed scimus. Sed dicendum est, aliud Thomam vidisse, aliud credidisse. Christum nanque vidit, corpus eius tetigit: dominum vero & Deum suum exclamans, id quod videre non potuit, puta Deum suum esse Christum, credidit. Corpus eius tetigit & cicatrices, quia sic Christus tangi voluit: quo apostolis omnibus, simulque nobis manifestaretur eundem resurrexisse, qui fuerat crucifixus, neminemque pro eo alium suspicemur suscitatum. Idcirco cum signis crucis resurrexit Christus, coramque discipulis manducauit. Quod signum permagni fecerunt apostoli in Actis, dicentes: Qui cum eo simul manducauimus & bibimus. Et Ioannes: Quod audiuiimus, quod vidimus, quod praespeximus, & manus nostrae contrectauerunt de verbo vitae. Dicit fortasse quis, quare Thomam dominus non solum a tactu corporis sui non prohibuit, sed ad tangendum etiam inuitauit, quum Mariam Magdalenam a tactu prohiberet, causam huius inferens, Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem meum. Quae quidem ratio, non minus in Thoma locum habuit. Dicendum, Magdalenam idcirco prohibitam, quia praeter laetitiam cordis cogitabunda ac praecipua, ut solebat iuxta pristinam consuetudinem familiariter eum tangere: aut (ut quidam volunt) amplecti voluit, nihil de maiestate tunc ipse cogitans sublime, aut magnum. Vnde quod illi dictum est, Nondum ascendi ad patrem meum, non de corporali, gloriosaque ascensione dominus dixit, sed loquebatur de ascensu suo per fidem veram in corde Mariae. Haec enim ascensio in caelum ibi significat Christum sedere ad dexteram patris, hoc est, aequalis esse Deo patri. Hoc in illa subita perturbatione iuxta ac exultatione nondum capiebat B. Magdalenam. Quae rebat enim corpus eius sublatum, ut illius haberet curam. Quod non fecisset si perfecte credidisset. At Thomas apostolus perfecte credidit, ideo tangere meruit.

In illi

G

Thomas ap. 13 nam dicitur vidisse & creditisse.

Luc. 14

Act. 10

1. Ioan. 1

Ioan. 20 Maria Magdalenam cur fuerit prohibita tangere Christum

Ioan. 10

Confessio D. Thomae cur fuerit praeter aliorum apostolorum confessione gloriosior

Vulnera domini gloriosa quae cum reuerentia Thomae tetigerit.

In illius enim corde ad patrem ascenderat dominus, patri credebatur aequalis, quando dicebat: Dominus meus, & Deus meus. De inde ad consolationem futurorum, Beati, inquit, qui non viderunt, & crediderunt. Quasi diceret: Non opus est, ut quaequam conuerteretur, tristetur, quod me non viderit in carne resurrexisse. Maior enim horum fides, potiorque, qui me non videntes crediderunt, atque hi sunt propterea beatiores. Maximam enim, aut inter maxima unum, quo mereri nos facit Deus, est fides. Et videmus quomodo propter nos, ad utilitatemque nostram Deus omnia abscondit & reuelat per fidem. Parum hic, aut propemodum nihil scimus de futuris, sed credimus ea tantum: quod multo nobis est fructuosius, quam scire. Scire enim quid habet laudis aut meriti, cuius habes experimentum? Porro, fides difficultatem habet credendi quod non vides, quod non intelligis, quod denique non capis: sed ideo credis, quia Deo summo maximo & optimo te & tua caetera subiicit, captiuans intellectum tuum in obsequium Christi. Nisi enim credere difficultatem haberet, non tanti esset meriti fides. Iam vero quo maiorem habet difficultatem ut possit credi, minusque de persuasionem humana, puta cum res sit tam ardua, ut humano non possit persuaderi ingenio, nisi per fidem crederetur Dei verbo, eo magis est meritum fidei. Quam integram firmamque nobis largiatur dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Euangelium hoc idem reperies studiose Lector, etiam elucidatum cum egregio de pace multiplici Sermone in altera parte primi Tomi de Tempore, scilicet, in octauis Paschae.

SERMO IN EODEM festo. Cuiusmodi fuerit fides in B. Thoma salutaris.

Oli esse incredulus, sed fidelis. Ioannis vigesimo. Si Paulo credimus, sine fide impossibile esse placere Deo, non debemus mirari, si vel Thomae sancto apostolo, vel nostrum cuiuslibet praecipiat: Non li incredulus esse, sed fidelis. Hoc enim praecipitur,

Fides vera quanti sit meriti.

2. Cor. 10 Fides vera cura-pud Deum sit tanti meriti.

H Heb. 11



cipitur, quod adeo nobis extat necessarium, ut absque illo saluari potuerit nemo. Est igitur fides omnibus necessaria, non tam quaelibet fides saluare potest, sed ea tantum, quae charitate ardet, & quae per dilectionem operatur. Si enim credis Christum propter te natum, propter te mortuum, propter te resurrexisse, & non obedieris eius voluntati, nec ea vitaueris, quae prohibet, non potest haec te fides saluare. Quare? Quia charitati non est coniuncta. Neque enim sola fides tibi est necessaria, sed etiam spes & charitas. Vnde si credis, & non diligis, nihil tibi blandiaris de fide: quia fides haec absque charitate mortua est, neque lucens neque ardens. Est enim similis candelae ardenti fides charitati coniuncta, quae lucet, tibi viam ostendens in tenebris, ne offendas. At vero, si candela exufflata fuerit, manet primo quidem quasi fauilla in lychno quaedam ignea, sed non calefacit, nec lucet, qua videas aut discernas. Ita fides, quam exufflat amor priuatus, aut mundanus, extinguitur, ut ibi non sit fidei adiuncta charitas, sed nuda fides tantum, quae neque luceat, aut ardeat ad praebendum calorem. Haec fides ociosa est, mortua est, & informis, quae stat cum peccato mortali. De hac dicit Iacobus in epistola. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Tu credis, quia vnus est Deus. Bene facis. Et daemones credunt, & contremiscunt: non tamen ex hac proficiunt ad salutem, quia non diligunt. Non diligentes autem, nec operari possunt opera ad beatitudinem fructuosa. Quomodo igitur corpus mortuum est, quod spiritu caret & vita, ita fides mortua est, quae charitate caret in opera mouente. Viuat igitur fides per charitatem, & charitas prodat operationem necesse est. Operationem hic voco actionem & conatum, siue in operatione bonorum operum, siue in abstinentia malorum operum, siue in confessione ac luctu peccatorum, siue in Dei laude, operumque eius, ac beneficiorum, gratiarumque actione, ac confessione. Huiusmodi fidem viuam, charitatemque coniunctam, Christus Thomam habere voluit, quoniam dixit: Noli esse incredulus, sed fidelis. Quod intelligens Thomas quoque, in actum fidei mox prorupit, hoc est, in confessionem, dicens: Dominus meus, & Deus meus. Deinde quoque post domini ascensionem

Fides ad salutem necessaria quae Galat. 5

Fides vera quod candela ardet si comparatur.

Fide vera quam exufflent.

Iacobi 1

Ibidem. Fides mortua & informis quae sit.

Fides viua quae sit.

I Cuiusmodi fide salutare habuerit B. Thomas.

des apostoli procidit, eiusq; laudes euulgauit. Porro rex illius ciuitatis apostolum rogauit, vt sponso sponsaque benediceret. Quod annuens apostolus, vtrumq; benedixit, & ad seruandam virginitatem hortatus est. Est quoq; illis sequenti nocte caste obdormientibus illata huiusmodi visio: Siquidem apparuit illis quasi rex gemmatus, eosq; circumplectens, & dicens: Apostolus meus benedixit vos, vt vitæ æternæ efficiamini participes. Post hæc iteꝝ illos cōueniēs apostolus, ait: Rex meus in visio ne vobis locutus est, vultq; vt mea in vobis bñdictio fructificet. Habete carnis integritatem, quæ omnium est regina virtutum & fructus salutis perpetuæ. Virginitas soror est angelorum, victoria libidinū, fidei trophæum, expugnatio dæmonum, æternorum securitas gaudiorum, & omnium bonorum possessio. Illis itaque baptizatis, & per discipulū S. Thomæ illuc missum multis conuersis, Dionysius regis filius ibi episcopus factus est: qui sponfam suam Pelagiam sacro velamine consecrauit. Tercio, fuit in S. Thomæ fides pertingēs ad veram charitatem, perducensq; ad illum, quē credebat. Nam sicut Thomæ fides nunq̄ fuit mortua, nec ociosa post domini ascensionem, nec dubia, ita operans quoq; per charitatem, nequaquam ociose, gratis, frustra aut inutiliter operabatur: sed hoc qd̄ credit, quod docuit, quod quæsiuit, ad qd̄ anhelauit, aliosq; docuit & perduxit, hoc ipse affectus est. Quid, inquis, est illud? Corona profecto regni cœlestis, vita immortalis, æternitas beata, quā alijs p̄dicauit alijsque ex ore dñi promisit, hanc ipse hodie apostolus & martyr gloriosus affectus est. Nam vbi eos quos ad Deum conuersos baptizauerat, instruxerat ad pietatem, vnitatemq; ac pacem, tandē omnia repetens, eomodo q̄ Ephesios Paulus apostolus, docebat simul & admonuit, dicēs: Obsecro vos in dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate ac mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Quod re vera est præstare Christianū, germaneq; Christū imitari. Exhortatiōe igitur finita, concessit ad superiorem Indiā, cupiēs ibi q̄q; dño populum lucrari: propter qd̄ affectus est etiam coronā martyrii. Vt em̄ ex diaboli faucibus gētem illam extraheret, morti vitam

Virginitas carnis quantū sit laudata à B. Thomæ apostolo.

Fides primis ad charitatem quæ sit.

Eph. 4

suam exposuit: sciens hanc esse Christi charitatem, vt quō ipse pro nobis animā suam posuit, ita nos q̄q; p̄ fratribus debeamus animas ponere. Pluris enim facere debemus animas fratrum nostrorū, q̄ corpora nostra. Quapropter vt illas à morte eripiamus, vltro (qd̄ & Thomas fecit apostolus) vitā nostrā seu corpora nostra tradere nos decet in mortem. Igitur illuc vbi Thomas peruenit, magnam cito populi turbam, reginā quoq; ac eius sororem Migdoniam Charysij vxorem ad Christum conuertit. Quo nomine tam à rege, quam à Charysio multis pœnis affectus est. Primū enim supra ferrum ignitum, seu super lameas ferreas candentes (vt in eius gestis legitur) stare iussus est, sed non læsus: deinde in fornacē ardētē coniectus, aut, sicut gesta eius habent, in thermas æsuantes. Postremo ad templum solis ductus, oratione ad Deum fusa, diabolo præcepit, vt idolum deferret, contereret & abscederet. Quod vbi factum est, sacerdotibus in furorem versis, ab vno illorū gladio, seu quod Isidoro magis placet, lancea perfoſsus est. Hac itaque gloria, puta martyrii, apostolus coronatus transiit ad Christum. Nos igitur eius gratulemur lætitiæ: quandoquidem superatis omnibus huius vitæ laboribus, pœnis & incommodis quibuscunq; , plenus nūc gaudio intrauit in gloriā à Christo illi donatā. Imitemur ergo nos eius deuotiōem, feruorem ac constantiā. Recolamus quantum fuerit robore Christi verbis mox in fide confirmatus, dicētis: Noli esse incredulus, sed fidelis. Quibus verbis vos quoq; o filij admonitos volo, vt articulos fidei, hoc est, Symbolum apostolorum expresse articulatimq; credatis. Ea vero quę in scriptura sancta habētur, & quæ credidit Ecclesia ad minus implicite credatis. Symbolum em̄ apostolorum nemini Christiano licet ignorare, nec ignorantē decet ad Eucharistię sanctæ accedere sacramentum, donec illud discat. Videant hic parētes quomodo instruant proles suas, oratiōem puta dñicam, angelicam salutationem, & fidei confessionē. Quod si neglexerint, grauissimā inde habebunt damnationem. Patrini q̄q; coram Deo reddent rationē, qui in baptismo pro infantibus baptizandis in fide spoponderunt, illorum nomine respondētes, credo, abrenuncio, &c. quo instituerint filios, q̄rū in regeneratiōe hac spirituali facti sunt patres

1. Ioh. 3

O Animas pluris esse faciendas quam corpora nostra.

Martyriū S. Thomæ ap̄li quam fuerit horrificum.

Isidorus

S. Thomas ap̄lus in q̄bus sit à nobis imitandus. Ioh. 10

Crede quæna colibet tenetur Christianus.

Patres qd̄ proles suas doce re debent.

Patrinoꝝ negligentia periculum quomodo inſit.

Patrini quos spāales filios suos instruere debeant.

Fide suam qñ palam cōfiteri q̄libet tenetur Christianus.

patres aut matres. Nam hoc ipsum mandatur quoq; in lure canonico, vt patet de cōsecratiōe dist. 4. c. Vos: vbi sic dicitur: Vos ante omnia tam viros, quam mulieres, qui filios in baptismo suscepistis moneo, vt cognoscatis vos fidei iussores apud Deū pro illis extitisse, quos de sacro fonte suscepistis. Ideo semper eos admonete, vt custodiant castitatem, iustitiam diligant, charitatem teneant: & ante omnia Symbolum apostolicum & orationem dominicam ad discant. Et vos ipsi tenete, & illis quos de sacro fonte accepistis, ostendite. Postremo, non putetis Deo tunc satisfactum, si corde credideritis, nisi (vbi opus fuerit) etiam ore cōfiteamini. Ad omnem enim Christianum necessario pertinet, paratum ha-

bere semper animum pro loco & tempore, fidem palam profiteri. Prius enim debet auferri vita, quæ potius est etiam amittenda, quam fides: & interrogatum de fide, tacere non licet. Qui enim interrogatur, Christianus an sit, si tacuerit, Christū negat. Nunquam pariter licet tempore persequutionis fidem clam in corde tenere, & ore negare: sed recordari oportet Christi dicentis: Qui me erubuerit, id est, confiteri timuerit coram hominibus, hunc filius hominis erubescet coram patre & angelis Dei, Quod Deus à nobis auertat: sed in fide, spe & charitate perseverantiam nobis concedat dominus noster Iesus Christus, in secula benedictus, Amen.

Lucæ 9

IN SACRATISSIMA SOLENNITATE Natiuitatis domini nostri Iesu Christi, epistola beati Pauli apostoli, ad Hebræos cap. primo.

VI.



Vltimarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio suo, quē constituit hæredē vniuersorū, per quem fecit & secula. Qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in seculum seculi. virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Sapient. 9

Psalm. 2 2. Reg. 7

Deut. 10

Psalm 96 Psalm. 103 Psalm. 44

Psalm. 101

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Natiuitas Christi triplex q̄ sit.



Riplicem esse domini natiuitatem scire oportet. Vnam, quæ est æterna ex Deo patre: alterā quæ temporaria est, ex virgine matre. Tertiam, quæ fit in hominis mente. Has tres natiuitates expedit

non ignorare, quandoquidem in hac epistola de vna natiuitate, quandoq; interdū de alia necesse est intelligantur verba apostoli, aut sacræ scripturæ, si recte omnia debeant intelligi. Dicit igitur Paulus apostolus: Multis varijsq; modis olim loquutus

est dominus Deus patribus ac prophetis. Hoc est, per varia quidem genera loquendi patribus futura, aut salutis necessaria locutus est, interdum manifeste, interdum obscure, aliquando per figuras, aliquando nude, quandoque per angelum manifeste, & nunciteb; per inspirationē: sed & aliquando blandiens, aliquando terrens. At, nouissime diebus istis, iam quando alia Dei non sequitur locutio, locutus est nobis in filio. Filius enim de seipso dicebat ludæis: Verba quę ego loquor, à meipso non loquor. Locutus itaq; nobis est Deus in filio, quē ne vilem putemus, sciamus oportet hūc esse filium, quē pater hā redem cōstituit vniuersorum, secundū humanam naturam ad sumptam, iuxta quam etiā dñs est omnium cōstitutus à patre: per quem, iuxta hoc, qđ est verbum Dei, & eiusdem naturę ac potestatis cum patre, fecit & secula, hoc est, omnia hęc visibilia & mutabilia. Qui filius patri cōternus & cōequalis, cū sit splendor glorię & figura substantię eius, vtpote in quo perfecte resplendet tota perfectio patris, & similitudo, sicut Philippo Christus dicebat: Qui videt me, videt & patrē. Quātus enim est pater, tantus est & filius. Et qualis est pater, talis est etiā filius, puta cōternus, sicut est soli splendor cōgenitus, cōsubstantialis, eiusdemque virtutis & potentię. Qui portat omnia ne in nihilum reuertantur, sustentans, cōseruans ac gubernāns tam visibilia, quam inuisibilia, absq; suo labore: sed vbo virtutis suę, hoc est, solo imperio suo, sola voluntate sua, quę in eo virtus est & omnipotentia, & purgationē peccatorum faciens in sua passione, vbi à peccatis nostris nos lauit in sanguine suo: qui nihilominus, iuxta hoc quod est Deus, peccata nobis dimittit, sedetq; ad dexterā patris, cui in maiestate parasti & equalis in excelsis, seu in cœlo empyreo: tāto melior angelis effectus, ac angelis, secundum humanitatē, prælatus per vnionē cū verbo hypostaticā, qua ab initio suę incarnationis tanquam dignior tāto angelis platus est, quāto differentius excellentiusq; nomē, quod est super omne nomē, puta vt homo fit voceturq; vnigenitus Dei filius ac verus Deus: qđ nomē ex generatione habet æterna qua plenitudinē diuinitatis accepit à patre, quāuis, quantū attinebat hic mortalitatē, passibilitatem ac sepulturā carnis, dicatur paulo minor angelis factus. Verunta

mē propter vnitatē psonę vt eius intelligatur excellentia clarius, sequitur: Cui enim angelor; aliqñ dixit, qđ filio dixit Christo suo vnigenito: Filius meus es tu, ego hodie, id est, in die æternitatis, vbi neq; pteritum est, neq; futur; genui te: Quāuis enim angeli per adoptionē gratię consummatę in scriptura vocētur filij Dei, vt est illud in Iob, Vbi eras, quando me laudarent astra matutina, & iubilarent omēs filij Dei: non tamē ex Deo sunt geniti, sed à Deo creati. Soli igitur filio dicitur: Ego hodie genui te. Non dicit: Hodie gigno te, ne hodie videatur initium sumpsisse, ac Deus videatur recens: sed cum die æternitatis posuit præteritum, qđ semper genui. Et rursus pater loquitur: Ego ero illi homini, cui vnietur meū verbū, hoc est, ego ero Christo in patrem, & ipse erit mihi in filiū. Verbum enī caro factum, est in duabus naturis vna persona. Quasi Paulus dicere vellet: Antequā Dei filius homo fieret, promisit Deus eidē se fore homini in patrem. Et cum iterū introducit primogenitū suum in orbem terrę, id est, cum introducendū promittit, seu prænunciat visibilem in carne adsumpta, qui tū erat in mundo inuisibilis (Secūndum diuinitatē nanq; est patri vnigenitus, quia fratres non habet: secundū humanitatē vero primogenitus est, qm̄ elector; multor; dignatus est esse frater) admonentur angeli adorare eum. Hoc aut iuxta translationē septuaginta legitur in cantico Deuteronomij, hoc modo: Latamini cœli simul cum eo, & adorēt cum oēs angeli Dei. Inde enī citat verba: quando quidē autoritas maior erat apud Hebręos translationis iuxta septuaginta. Et angelos quidem, hoc est, de conditione angelorum loquēs, dicit: Qui facit angelos suos spūs, hoc est, eos qđ sunt spiritus cœlestes, facit Dei angelos seu nūcios. Vt qui semper quidem spiritus sunt ex officio fiant angeli, id est, nūcij vocent. Et ministros suos flāmā ignis. Hoc est, eos spiritus qui ardent dei amore vt flāmā ignis, puta Seraphin, facit ministros suos Deus pater siue Christus. Ad filium autē pater loquitur per prophetam: Tronus tuus, id est, iudiciaria potestas, regia dignitas imo regnum tum (o Deus fili) stabit ac manebit in seculū seculi, seu perpetuo. Virga regni tui, hoc est, sceptrum iudiciarię potestatis, cēsura ac disciplina tua iudiciaria, est virga et regula æquitatis. Ne c mirum. Dilexisti em̄

xisti em̄ iustitiam, omneq; bonum, & odisti iniquitatem, ac omne malum. Quapropter non immerito vnxit te o Deus fili Deus tuus. Vnxit te secundū humanam naturam oleo exultationis, dono videlicet & gratia spiritus sancti, conscientiā tuā exhilarantis: idq; prę participibus tuis: perfectiore nimis vnctione qđ vngit electos alios tibi cohæredes. Illi em̄ posteaq; cōcepti sunt aut nati, vngūtur oleo spiritus sancti, ac postqđ in pctis fuerūt sanctificant. Christus vero qđ de spiritu sc̄to cōceptus est, nō ante cōceptus est, deī vnctus: sed hoc ipm̄ cōcipi de spiritu sc̄to & incarnari in vtero virginis fuit à spiritu sc̄to vngi. Prosegitur aut Paulus eius eternitatē insinuans: Et tu dñe fili mi, in principio mūdi ac tēporis, fundasti ac esse fecisti terrā, qđ eras ante oē principiū, & ante omne tēpus: & opa manū tuarū sunt cœli, vtpote virtute volūtatis ac iustionis tuę facti. Ipsi peribūt, qđ tenus ad modū (vt ita dicā) essendi attinet, quē nunc habēt, & quantū ad accidētia, nō tñ quantum ad substantiā. Tu autē Christe pmanebis. Et oēs cœli veterascēt sicut vestimentū, qđ lōguitate deterius fit. Ita cœli, p̄sertim aerij, quātum ad accidētia veterascēt, vt virtute, influētiaq; languescāt. Et æque faciliter vt qđ mutauerit amictū, mutabis eos, à solito cursu, influxuq; cessabūt, & mutabūtur in melius, sicut in Apocalypsi vidisse se Ioannes testatur, dicēs: Vidi cœlum nouum, & terram nouā. Tu autē idem es & immutabilis, quomodo in propheta dixisti: Ego dñs, & non mutor. Itē: Ego sum, qui sum. Et anni tui nō deficiēt. Anni tui non sicut nostri anni sunt, qđ trāseunt & deficiēt. Porro annus tuus stat, nec transit. Annus tuus dies est, qđ semper stat, semper lucet, nunquam finitur, vtpote ipsa æternitas.

EXEGBSIS EVANGELIJ IN NOCTE SACRATISSIMA NATIUITATIS DÑI NOSTRI IESU CHRISTI, QUOD LEGITUR AD PRIMAM MISSAM, LUCE II.



Hoc p̄sens Euangeliū, qđ in nocte huius solemnitatis in prima legitur Missa Lucas scribit, Christi nobis natiuitatē explicās & tēpus. Et hoc iā nobis explanandū videtur.

C vnctus qđ nam dicitur Christus.

psalm. 8

Angeli qđ vocentur filij Dei.

Iob. 18

2. Reg. 1

Ioan. 1

Filius Dei modo dicitur vnigenitus & qđ modo primogenitus.

Deut. 10

psalm. 110

Apoca. 11

Mala. 3 Exodi 3 Anni Christi non deficiunt qđ anni.

D

Ioan. 3

Acto. 10

Ioan. 14

Apoc. 1

phil. 3

psalm. 8 B

Esai. 2 Mich. 2

Pacis tempore cur. nasci Christus voluerit.

Gregori.

Descriptio hęc mystice quid.

Esai. 4

Daniel. 12

Luc. 10

Gen. 10

Quare? Quia diei huic magis congruū est, clariusq; potest & enarrari & intelligi: ideo predicandum illud vobis duxi. Nam si Euangeliū vobis dixerō Ioannis, tñcti tribus diebus pdicauerō, nō tamen faciam, vt ita intelligatis illud, vt ædificati recedatis doctiores, deuotioresve. Itaq; dicit Lucas:

Exijt edictum a Cæsare Augusto, vt describeret vniuersus orbis.

Post longa multaq; Romanorum pręlia, post strages multas, post victorias denique crebras adeptas, tandem sub Octauiano Augusto, tāta est pax vniuerso orbi redita, vt vnus homo quiete vniuerso imperaret mundo, essetq; tempus, qđ tam Esaias, qđ Micheas prophetarat, dicens: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens cōtra gentem gladium. Tanta, inquam, per orbē vniuersum erat pax, tanta quies, vt describeretur vniuersus orbis, quo scire posset Augustus qđ prouincię, qđ ciuitates, qđ pagi, qđ deniq; homines sibi forent subiecti. Hanc autē pacem dñs mūdo tunc cōcessit cū ipse vellet nasci, quo agnosceretur natus, qđ terrena cœlestibus, homines Deo pacificaret, reconciliaretq;. Nascetur, inquam, hoc pacis tempore, qui pacē amat, pacē quærīt, pacem p̄cipit, pacē largitur, in pace sola habitat. Signa autē pacis certissimūq; indicij erat, qđ totus describeretur orbis. Obserua autē, qđ ne ipsa quidē descriptio hęc mysterio significationeque mystica vacat. Quam D. Gregorius explicās, Quid, inquit, est, quod nascituro dño mundus describitur, nisi hoc qđ aperte monstratur, quia ille apparebat in carne, qđ electos suos adscriberet in eternitate? Quotquot em̄ ab æterno sunt ad vitam p̄destinati æternam, modo temporaliter à spiritu sancto cōsignantur, atq; in Dei familiam adscribuntur. De quo Esaias dicit: Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalē sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem. Et Daniel: In tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. De hac inscriptione Christus loquitur apostolis, quando dicit: Gaudete & exultate, qđ nominavestra scripta sunt in cœlo. Itaq; tempus illud impletum erat, quo ablato sceptro de Iuda duceq; de stirpe eius, vbiq; dominantibus Romanis, venturus erat Messias, qđ erat ex

pectatio gentium. Igitur edicto promulgato, presidū quilibet ex pagis, villis ac opidibus sibi subiectis subditos ad ciuitatē suam præcipuam, vnde erant nati, conuocabat, quo vnusquisq; Imperatori cēsum solueret, Romanoque sese profiteretur subiectum imperio, descriptionesq; & pecuniæ ad Imperatorem mitterentur. Scire em̄ Augustus voluit, cuiusmodi tributum, qđ tollerandum plebi foret, imponeret.

Hæc descriptio prima facta est sub præside Syriæ Cyrino.

E Prima omnium descriptionū, quæ totius fuit orbis vniuersalis, anteq̄ nullo modo fuerat alia prior, facta est sub præside Syriæ Cyrino, hoc est, dum hæc fieret descriptio prima, Cyrinus tū p̄sidebat Syriæ, vel ideo dicitur prima, quia in illa terra, hoc est, in Syria incipiebatur describi. Soluebat autem p̄fecto quilibet inscribendus seu inscriptus denarium, qui decem fertur nummos valuisse vsuales. Hic denarius decalogū præceptorū Dei significat Deo p̄standum, ab his qui vocati sunt ad vnitatē, vnde excidimus. Ciuitas hæc nostra ē patria, puta regnum cælorū quod amissimus, sed per Christū reuocati sumus. Quod in propheta facturum se promiserat Deus dicēs: Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducā vos in terram vestram.

Denarius Deo solandus quid significet

Ezech. 36

Ascendit autem & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæā ciuitatē Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cū Maria desponsata sibi vxore prægnante.

Luc. 1

Sicut Nazareth suæ incarnationi, vbi Maria virgo illū benedicta conciperet, ita Hierosolymam, vbi pateretur, & Bethleem, vbi nasceretur locum Christus elegit. Hic nanque in propheta etiam locus nominatur, quando dicitur: Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Et egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Hæc propheta vt impleretur, vide quomodo nesciens Octavianus Augustus diuinę dispensationi inseruierit. Edicto nanque euulgato accedente tempore partus Mariæ, data est occasio Ioseph & Mariæ

Mich. 5

veniendi in Bethleem. Erat enim Bethleem Iudæa, id est, Iudæica pertinens ad tribū Iudæ. Siquidem erat alia quæq; ciuitas Bethleem in tribu Zabulon sita, ad cuius differentiam hic Euāgelista Bethleem vocat Iudæā, hoc est, Iudæicā, vt legatur hæc dictio Iudæa. Vocatur quæq; ciuitas Dauid, quoniam in ea natus est Dauid. Dicitur autem Ioseph natus de tribu Iudæ, de domo & familia Dauid. Vnde liquet Mariā quæq; de eadē tribu familia fuisse, propterea quod lex virum & vxorem eius dē iubebat esse tribus, nec ex alia tribu, quæ ex sua vir poterat accipere vxorē. Vocatur autē beatissima virgo Maria vxor Ioseph, quia quō tūc putabatur Euāgelista refert. Erat autē re vera B. Maria coniunx Ioseph. Verum nanque inter Ioseph & Mariam fuit matrimonium, ad cuius veritatem opus non est vt interueniat copula carnalis.

Bethleem duplex.

1. Reg. 16

Num. 36

Vxor Ioseph vocatur Maria.

Factū est autē cū essent ibi, impleti sunt dies Mariæ vt pareret. Et peperit filiū suū primogenitum.

Non dubium est sanctissimam virginem Mariam spiritu sancto plenā, prophetarumq; mysteria omnia clarius, quā hi qui prophetarant intellexisse. Vnde non ignorabat Michæā prophetā de Bethleem Ephrata loquentem, quoniam etiā spiritu sancto reuelante, nouerat se in Bethleem pariturā. Impleti itaque sunt dies vt Maria pareret, & sol iustitiæ post longam ignorantie noctē prodiret. Peperit igitur filium suū primogenitum. Peperit, inquam, non parturijt. Parturire enim, est cū dolore ad partum se parare. De hac autē virgine sacratissima propheta Esaias dicit: Antequam parturiret, peperit masculū. Quis vnquā audiuit tale, aut quis vidit huic simile? Siquidem in omni partu, alia partum p̄cedit parturitiō. In hoc vero partu, partus p̄cedit parturitiōnē: imo parturitiō nulla fuit, quia dolor omnis abfuit. Sciendum quæq; beatissimam virginem, quō in partu fuit à dolore libera, ita infantem portans in vtero, non fuit grauata. Cōpatendum tamen virgini teneræ, quæ itineris labore fatigabatur: cōpatiedum eius verecundiæ, quia itinere fatigata, hospitium quod reciperet, non inuenit. Erāt em̄ hospitiorū loca occupata omnia, aut seruata ditioribus, & à quibus maior quæstus sperabatur. Videbant enim, vt creditur, qui hospitia locabant, parum sibi lucri accessurum ex his

P

Mich. 5

Parturire quod parturiret.

Esai. 66

Cōpatiedum dicitur cur sit B. Mariæ puerperæ

hospi-

hospitibus. Vide tñ tu quō suos exeret Christus, eosq; charissimos humiliatione ac paupertate grauat. Vide quia nihil inde turbat Maria, nihil ægre fert. Nō quærulatur, non iactat se, quod mūdi habeat dñm in vtero non dicit: Mihi bonum amplumq; debetur in terra hospitium, quia eum porto, quod fecit cælum & terrā. De huius paupertate dicit Chrysostomus: Quicumq; pauper est, accipiat consolationem: Ioseph & Maria mater dñi non habebāt seruulum, nō ancillā. De Galilæa, de Nazareth soli veniunt. Nō habebāt iumentum. Ipsi sunt dñi & famuli. O rem nouā. Ingrediuntur in diuersorium, nō ingrediuntur ciuitatē. Paupertas em̄ timida, inter diuites nō audebat accedere.

Chrysost. Paupertas Mariæ & Ioseph quoniam

Septim. 18

Christus vni dicitur sicut primogenitus

Itaque cū in stabulo, vbi asinus & bos erāt alligati ad p̄sepe, forent, & cōsolatiōe sese mutua ac plane diuina virginei coniuges super paupertate sua confortarēt, vterq; ad angulum oratiōis gratia secessit. Interea, dū iam silentium teneret oīa, & nox medium iter in cursu suo haberet, adfuit hora illa felicissima, & ab æterno benedicta, qua dignissima ac Dei mater peperit filiū suū primogenitū, id est, ante quē nō habuit alium, vtesset primus, non in ordine sequentium, nec post quē alij, sed ante quē nullus. Quo hæreticorū elidit error atq; impietas dicentium B. Mariā plures habuisse filios, propterea quod Christus hic dicitur primogenitus.

Et pānis eum inuoluit & reclinauit eum in p̄sepio: quia non erat ei locus in diuersorio.

G

Maria virgo vni dicitur Christus peperit & in aita cōtemplatio ne constituta.

Natiuitatis Christi modus quis

Hierony.

Sicut beatissima virgo Maria Deum sine carnali delectatione, cum spirituali vero ingenti lætitia concepit, constituta interim in sublimi contemplatione, ita gaudio spirituali internoq; tota resecta, ac deuotissima contemplatione, in Deum absorpta, in partu nihil doloris sensit. Virgo enim integra peperit, virgo etiam post partum inuiolata p̄mansit. Erat autē tunc, vt nō nulli volunt, virgo beata in oratiōe genibus flexis, & subito ac quasi in ictu oculi genuit infantē. Quē vbi ante se iacentē vidit, Deū suū vix & hoīem illico adorauit, panis inuoluit, nullo vtens alieno obsequio. Nulla em̄ in hoc partu obstetrix fuit, nulla mulierculæ: sedulitas fuit. Ipsa, vt Hieronymus ait, pānis inuoluit infantē, ipsa ma-

ter & obstetrix. Ipsa puer reclinauit panis inuolutū in p̄sepio. Neq; em̄ ei locus erat in diuersorio. Cui? Creatori cæli & terræ, Deo omnipotēti nō fuit locus in diuersorio. Vñ cogebat eius mater iuxta aialia habitare ac parere, puerumq; vt credit, p̄pter frigora in p̄sepe, & fortasse ante iumentorū ora ponere. Locū em̄ p̄ puero quod illū poneret nō inuenit aptiorē. Posset ne hic pauperius quod, vilius quod, atq; humilius p̄ Dei matre, p̄ Dei filio excogitari? Accurrite diuites, & videte regis nostri diuitias. Intuemini fastū & magnificentiā eius. Pergrite, in quibus sitis vos ei similes. Certe si is quod dicit se Christi esse, debeat, quō ipse ambulauit, ambulare, tūc nimis estis ei dissimiles. Vita vestra cibi vestri, lecti, domus, vtenfilia, serui, vestes, thesauri, & oīa quæ agitis, ex diametro Christo repugnāt infanti. An non erubescitis eius infantiā cōtemplari? Attēdite, quod p̄ vobis hæc sustinet. Imitemini illū aut saltē an necessaria sibi velit suppeditari, interrogate. Dicā sciscitando p̄ vobis infanti, Quid puer regis altissimi à diuitibus his cupis, quod postulas ab his, quæ habent omnia? Vis habere pannos holosericos quæ diuitibus abundant? Num phialam cupis argenteam? Num cibos delicatos oppipare præparatos? Nunquid pecunias? Aut vis tibi palatium ædificari? His enim omnibus abundant diuites. Nihil, inquit, terrenum, nihil temporale desidero. Hęc si mihi vultis dare, pauperibus date. Quicumque enim illis dederitis, mihi dedistis. Non in hunc ideo mundum veni, vt vos doceā terrenis abundare, aut amare diuitias, sed paupertatem, honores contemnere, carnē castigare, vtilitatem sanctamq; rusticitatem amplecti, modicis & vilibus contentos esse. Ego paupertatem in meliopo consecrabo. Date mihi peccata vestra, & imponite dorso meo, ea scilicet, à quibus deinceps vultis abstinere, quæ vultis plangere, pro quibus p̄nitere vultis: & ego pro his satisfaciam. Ego pro his sinam me flagellari, crucifigi, & occidi. Porro, si peccata habetis, quæ nō plangitis, quæ nō emendatis, quæ non p̄nitentemini, illa si retinueritis, retinebunt vos, & demergent in infernum. Contra hæc nō erit redemptio. Ego quidem pro vobis patiar, at mea p̄na, mea que satisfactio nihil proderit vobis; sed impenitentes moriemini in peccatis vestris.

Paupertas & vilis Christiana scitis quanta fuerit

1. Ioan. 3

Interrogatio p̄ diuitibus ad infantulū Iesum

Responso pueri Iesu ad diuites

Et pastores erāt in regiōe eadē, vigilantes & custodientes vigilias noctis sup gregē suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos: & tuerunt timore magno.

H

Pastores vigilabant sup gregē. Nō vnus sed plures erant, q̄ Christi possent natiuitati ferre testimoniū. Illis igit̄ Christus suā reuelari voluit infantiam. Vide aut̄, quia sicut Christi sunt natiuitatis testes pastores ita prædicationi ac vitæ eiusdem apostoli piscatores præbuerunt testimonium, vtriq; illiterati & simplices, nec fallere docti. Vide præterea, q̄ modo angelus non more solito apparet, quo patribus olim se erant soliti exhibere angeli. Siquidem hic apparet non solum in specie humana visibili, sed etiam cum lumine. Nam & claritas Dei, in q̄t Euangelista circumfulsit illos. Vbi similem apparitionem in veteri legisti testamēto: Discreuit dominus à tempore legis tēpus gratiæ: tempus in q̄ erat figura tantū & vmbra futurorū, à tēpore in q̄ erat veritas & gratia. Decēbat Dei filio hoī nato reuerentiā, q̄ olim maiorem erga naturam nostram exhiberi ab angelis, & nos non tanquam exules, abiectos, proscriptosq; seruos, sed vt Dei filios, coheredesq; agnosci. Quod claritas Dei circumfulserit illos, intelligenda est lux diuinitus missa, q̄ aerem lucidum & clarū iuxta illos reddidit, quo fierent idonei ad recipiendam internā illuminationem de Christi natiuitate, eo modo q̄ in Actis legitur apostolorum de Paulo: Subito circumfulsit eū lux de cælo. Sequitur nanq; qd̄ ex visione hac magno timore fuerint perculsi, quo parabantur ad recipiendam reuelationem.

Angelorū apparitio in veteri nouoq; testamento dissimilis

Claritas pastores circumfulgens quales fuerit.

Acto.

Spūs boni spūs q̄ modo discernatur.

Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnū, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid.

Officiū boni spūs seruat angelus, cuius est illū, cui apparet, timentē consolari. Incipit enim angelica visio cū timore, sed magis magisq; continue videns, & serenior efficit. Cui cōtrario habet modo spūs ma-

lus, q̄ eius visio principio blandit̄, sed in obscuritatem ac tenebras inducens in terrorem q̄q; semp̄ maiorē crescit. Ideo hic angelus videns pastores cōterritos, consolatur eos, dicēs: Nolite timere. Quin potius gaudete. Vñ: Ecce annūcio vobis gaudiū magnum, qd̄ tā gētibus, q̄ Iudæis omniq; erit populo. Euāgelizo, inq̄t vobis. Quibus vobis: Vobis pauperibus, simplicibus, humilibus, vigilātib; pastoribus. Videte fili; Angelus nō ad molle stratum stetit Herodis, non Caiphæ, pontificibusq; nunciat Iudæorū Christi natiuitatem. Multi erant diuites, qui tūc sumpta cœna delicata dormiebant in lectis suis: multi potētes & reges, quorum nulli Christi reuelata est natiuitas: sed pastoribus pauperibus, vigilantibusque duntaxat apparuit. Euangelizo, inquit, vobis. Quid? Gaudium magnum. De quo? Quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Vidēsne quare hoc diuitibus non fuerat annunciandum, neque ambitiosis: Illis enim gaudio non est nūciari Christum esse natum: gauderent vero de thesauro adepto pecuniarum, de fortuna accidente, aut de honoribus. Hoc enim amantes gaudēt dum assequuntur. Pauperibus igitur spiritu, humilibus, mundi amore vacuis, & in mundi respectu, aut æstimatione vilibus & abiectis, ad domini aduentum vigilantibus erat hoc gaudium euangelizandum, vtpote q̄ de mundo gaudiū nō habent, ideo de Christi possunt gaudere natiuitate.

Natiuitas Christi cur pauperibus potius diuitibus nunciata fuerit.

Saluator cur recte vocetur Christus: Et saie 41 Osee 11

Matt. 1

Apoc. 1

Paupertas nobilitas quæritur

Saluator mundi dicitur Christus, cui saluare congruit tanq̄ Deo, q̄ per Esaiā dicit: Deus iustus & saluās, nō est p̄ter me. Et in Osee: Ego dñs Deus tuus, & saluator nō est p̄ter me. Cōuenit ei q̄q; saluatorē dici, secū dum quod est homo assumptus, quē admodū ad Ioseph patrem Iesu nutritiū dictum est: Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum, à p̄ctis eorū. Quod Christus dñs noster q̄q; impleuit, quia passione sua nos redemit, atq; salutē sanguine nobis suo comparauit.

Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

Videte cuiusmodi signū dicat angelus, per quod Christus agnosci debeat saluator. Nempe paupertatem. Adeo salutaris est paupertas, adeo est eius amor nobilis, vt Christus

& quid docuerit, quove nos inuitauerit Christi natiuitas.

K

Euangelizo vobis gaudium magnum, qd̄ erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator. Lucæ II. Nemo fratres filijque

charissimi quouis onere aut molestia grauatus, non gaudet, si certa illi promittatur ab hoc onere liberatio. Qui enim tenebris est inclusus, gaudet redire ad lucem. Qui in infirmitate est, gaudet de aduentu medici. Qui captiuitate est detentus, gaudet adesse libertatem. Qui deniq; dānatus est, gaudet de aduentu aut præsentia saluatoris. Hæc aliaque omnia nobis Christus fuit, quia & nos ediuerso fuimus omnia, puta captiui, cæci, infirmi, ad mortemq; damnati. Gaudete igitur omnes, inquit, angelus, quia natus est vobis hodie saluator, q̄ ab oī vos molestia liberet. Est em̄ cæcis lux, infirmis sanitas, captiuis redēptio, dānatis salus, vita mortuis. Nunciabat igitur angelus his, q̄ gaudere de hoc nouerant, qd̄ natus esset Iesus, spes, salus, & redemptio omniū.

Natiuitas Christi q̄ bona obseruauerit

Gaudium oriri ex multis

Desideriū patrū antiquorū aduentu Christi quantum. Lucæ 10 Ioan. 8

Psal. 17 Esaiæ 64

Ioan. 8

Bernard.

Matt. 9 pauperes spūs q̄ sint

Lucæ 2

paupertate Christi esse signum cui à multis contra dicitur

Angeli cur christo nato aspiciant.

Esaiæ 48 psal. 118 pax cū tribus quō seruanda sit.

Matt. 11

Christus illam e cælo veniens præcunctis bonis mundi elegerit. Abundabat thesaurus hic in terris, sed nesciebatur p̄ciū eius q̄usq; Christus e cælo veniens, & paupertatem in se transformans, hanc in se consecraret, & nobis amabilem faceret. Beati igitur pauper spiritu, hoc est, affectu, quibus terrenarum rerū abest amor, quibus nulla adeest cupiditas: quoniā ipsorum est regnū cælorum. Est itaq; signū paupertas Christi nobis in salutem, sed in signū cui à multis contradicitur, puta ab omnibus mūdi amatoribus. Docuit enim hoc signo nos mundū contēnere. Sed quis huic signo nō contradicit, nisi pauci electi!

Et subito facta est cū angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantiū Deū, & dicentiū: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Copiosum angelorum agmen subito vno angelo loquēte apparuit, cœlestis exercitus similitudinem habens: qd̄ tñ nō ad pugnam, sed ad Dei laudem ideo erat congregatum, q̄ Dei prædicaret maiestatem, & sapientiā, & potentiam, & bonitatem latentem in externo, viliq; apparentia infantis. Hunc, inquam, vt regem suum nobis manifestarent, collaudarent, nobisque gratularentur apparuere angeli. Vide autem quid dicant: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Deo cui soli debetur gloriā tribuunt, hoībus vero, qua indigent maxime, pacem. Vide autem qd̄ nō hominibus quibuslibet, sed de his tm̄, qui sunt bonæ voluntatis. Nō est enim pax impijs dicit dñs: sed pax multa diligentibus legē Dei. Seruemus igitur nos pacē cū Deo, eius obediendo voluntati: seruemus cum proximo, illum diligēdo ac portando: seruemus nobiscum, in animi tranquillitate oīa ferendo. Tunc Christum infantem digne possumus cum pastoribus audire natum, quærere & inuenire, nō imperantem angelis, non signa facientē: sed in p̄sepi ante iumentorum ora iacentem, inuolutum pannis, humilem, mansuetum que corde, q̄ cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM solennitate. Vnde gaudendum sit.

Psalm. veniret. Propterea exultabundus Psalmitacanit: Redemptionem misit populo suo quia misit eum, qui saluum faceret populum suum a peccatis eorum. Qui igitur tan to pere desiderabatur, veniens necesse erat vt sui desiderabundos gaudio magno reficeret. **Matth. 2**

L Similiter secundum gaudium est magnum, vt cum qs liberatur a magno periculo. In q aut piculo, dic mihi, fuit vniuersus mundus: Profecto sub sententia aeternae danationis. Venisse itaq; eu q nos a iugo seruitutis diaboli, a iugoq; peccati, danatione ppetua, ab oibusq; malis alijs, qbus inuoluti tenebamur liberet, none ad gaudium hoc merito nos excitaret: Maxime profecto. Erat em tuc nobiscu, quem admodum Esaias prophetauerat, dicens: Populus meus captiuus ductus est, & infernus dilatauit animam suam. Haudquaquam igitur, Augustino teste, liberaret homo, nisi Deus fieret homo. Gaudium igitur erat de Christi natiuitate. Tertio, gaudium exhibet magnus honor affecutus. Quo putas affecuti sumus honorem ex incarnatione & natiuitate Christi: Maximum profecto, q nec esse, nec euenire nobis posset maior. Siquidem dedit nobis, ait Ioannes, potestatem filios Dei fieri. Si autem filios, ergo & secundum Apost. haeredes. Haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi, imo & ciues & domesticos dei tam hic in Ecclesia, q regni in patria.

Esaias 7

Augusti. Quarto, qd magnum generat gaudium e, qn qs a magno se dno vehementer cognoscit diligi. Nesciui inqt Bernardus, qntum me Deus diligeret, nisi p me mori eligeret. Nasci autem idcirco voluit, qa mori p nobis voluit. Si em teste Augustino, Deus peccatores non amaret, de caelis ad terram non descenderet. Vide autem, & diligentius hanc charitatem expendere. Cum em in sua esset potestate, in sua quoq; optione modum in q nos redimere vellet, eligere, non alium eligere voluit, q eum, q maximam nobis ostenderet suam erga nos charitatem. Neq; enim hoc tantum eius charitatem nobis in sinuat, quod nos redimere voluit, sed hoc quod modo, cum potuisset facilius, nos redemit. Voluit enim ad nos venire humilis. Idcirco non elegit parentes potentes, aut iuxta factum mundi nobiles, sed humiles & pauperes, ne quis timeret illum accedere. Voluit enim non in castro, sed in stabulo nasci, quo doceret omnibus licere accessum, nulli aditum precludi. Non est, vt cau-

Honorem cuiusmodi affecutus sit homo ex christi in carnatione Ioan. 1 Rom. 8 Ephe. 2

Diligenti a magno dno quam gaudiosum Bernard.

Augusti.

Charitatem quam ostenderit nobis christus

Christus cur in stabulo vili voluerit nasci

feris in magno illum palatio natum, q ad illum introitus non pateat. In stabulo natus est, vili & pauperi loco, solus est, infans est, quem timere non habes. Quo igitur te non deterreret, sed inuitaret ad se, pauper & humilis natus est. Quo deinde videres, quantum te amaret, quantumq; ad se imitandum pariter & ad diligendum te inuitaret, quod carnem contra petulantiam affligere humilis & mitis esse disceres in vili tugurio, in hyeme, in frigoribus, in nocte, quae parulis teneris molestiora sunt, voluit nasci. Voluit te aduertere & cognoscere, quanta se maiestas propter te in tam grandem vilitatem humiliaret. Aeternus, vnius horae fieret homo: omnia implens, in praesepe iaceret: mundum regens, nihil in mundo proprium possideret: angelis imperans, vbera sugeret virginis, omnia pascens, in praesepe iaceret. Immortalis & impassibilis, fieret mortalis & passibilis. Qui ora aperit mutorum, infans esset. Diues, cuius sunt omnia, pauper esset. Cui ministrant angeli, ignotus & sine hospitio esset. Quare haec omnia filij: Vt charitatem suam ad vos monstraret vobis, & ostenderet quanti vos faceret, quantumve ad se redamandum vos puocare niteret. Ipse enim nobis factus est via sicut dicit: Ego sum via, veritas & vita per quam ingredi nos oportet in regnum caelorum.

Leo papa.

Esai. 5

Ioan. 14

M Ne igitur aliam quaeramus viam, in seipso nobis ostendit, quae sit via. Nepe via humilitatis, patientiae, paupertatis & simplicitatis, quam mundum mox ingressus, ante praemonstraret exemplo, quam praedicaret verbo. Imo quam in sua exhibuit natiuitate, per omnem tenuit vitam, vt in Psalmo dicit: Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Vnde sanctus loquitur Bernardus: Nascitur Dei filius, in cuius arbitrio erat quodcunque vellet tempus eligere. Christus elegit, qd molestius est, praesertim paruulo & paupis matris filio, q vix panos haberet ad inuoluendum, praesepem ad reclinandum. Et cum tanta esset necessitas, nullam audio vel pelli um fieri mentionem. Christus utiq; q non fallitur, elegit qd carni molestius est. Id ergo melius, id vtilius, id potius eligendum. Et quisquis aliud doceat, vel suadat, ab eo tanquam a seductore cauendum. Est tamen frater, ipse est q promissus est olim per Esaiam prophetam paruulus sciens repbare malum

Natiuitas christi non fuerit in stabulo, & vilitate, & mitibus

Leo papa.

Esai. 5

Ioan. 14

M

Via ad regnum caelorum quod Christus in seipso ostendit nobis

Psalm.

Bernardus

Esai. 7

Matth. 2 Luc. 2

Stabulum cur in sua natiuitate elegerit christus

Cornostis: quod deo tradendum sit

Nasci cur voluerit Christus in aliena terra.

Nocte cur nasci voluerit christus

N Condicio nes natiuitatis christi ad quid valent.

Matth. 2 Natiuitas christi quod fuerit fastidiosum & odio

malum, & eligere bonum. Malum ergo voluptas corporis est: bonum vero afflictio est. Siquidem & hanc elegit, & illam reproba uit puer sapiens, verbum infans. Itaque iam opere docet hic beatissimus infans Iesus Christus, vt fugiamus voluptatem, & agamus poenitentiam: appropinquat enim regnum caelorum, quod nemini patrum sub lege nec ante legem dictum est appropinquare. Sed huic tempore, & regni caelorum, & fugae seculi, & poenitentiae salutaris euangelizatio seruata est. Haec domini clamat praesepem, haec stabulum, haec praenati, haec manifestant infantilia membra, haec lachrymae & vagitus annunciant infantis. Quare enim carere voluit hospitio domini Iesus, quare non erat ei in diuersorio locus: Non ob aliud profecto, qm vt se ostenderet terrena non querere, nec amare. Docere te quod voluit, de palatijs non cogitare, non superbe sumptuoseq; aedificare, vilitate, contentum manere. Ipse stabulum elegit, vt superbas destrueret aedes, hoc est, vt tu mundi curiositate, mundi sterneres gloriam, aedificiorumque conteneres apparatus. Ipse hospitium non habuit, vt tu illius misertus, cor tuum illi tradas ad inhabitandum. Quomodo trades? Eijciedo malas inclinationes & desideria, vitia & passiones. Nihil enim tam desiderat, qm cor mundum. Solus namque vult habitare in te sine confortio alieno. In aliena terra voluit nasci, vt tu cognoscas te aduenam & peregrinum in hoc seculo, & ab hoc seculo contendas amorem tuum transferre ad caelestia. In nocte voluit nasci, ne nimium te occupes in splendore mundanae gloriae & secularis honestatis, sed animum geras simplicem, Christoq; absconditum. Vide igitur conditiones natiuitatis eius, quibus mundi praedicauit ac suavitatem, cum tanti habitum videris, cuius curam Christus habuit, & acerba molestaq; infantulus Iesus tui amore, qm te sibi attraheret, tolerauit. Inde igitur, sicut dixi, magnam tibi oriri debet gaudium, qd ab immenso domino sis amatus. Recte igitur ex Christi euangelizati natiuitate gaudium magnam futurum. Sed quibus inquis, nunciatur? Non enim oibus est gaudium Christi natiuitas. Siquidem tribus Magis paulo post venientibus & dicentibus. Vbi est q natus est rex iudaeorum? Herodes rex turbatus est, & ois Hierosolyma cum illo. Fuit igitur Christi natiuitas quibusdam fastidio nonnullis odio, multis quoque gaudio. Fastidio fuit his q terrena amantes, caelestia aut

non appetunt, aut contemunt. Odio fuit his, qui mundi gloriae ambitioni, aut cupiditati per Christum aliquid depibat. Herodes namque super metuebat gloriae & regni: ideo Christum persequebatur, timens aut sui expulsorem, aut regni inuasorem. Iudaeorum pharisaei Christum persequebantur, quia tanta eorum erat auaritia, ambitio, iactantia, tantus vitiorum horum amor, vt Christi verba & eruditionem tanquam sibi molestam atque contrariam persequerentur. Illis igitur fuit solis gaudium, qm vigilabant per gregis sui custodia, quibus Christus futurus erat instructio, redemptio, sanctificatio, exemplarq; vitae. Hi enim Christo indigebant, Christum regrebant, quia se suamque inopiam attendebant. Quo nunciato aduenisse ad illius praesentiam gaudebant. Quocirca humiles, simplices, pauperes spiritu, vigilantes contra diabolum, pro sui custodia solliciti, Deumque metuens significabantur in his pastoribus, quibus Christi annuntiatur natiuitas. Recte quidem simplicibus nuntiatur Christi in mundum natiuitas, quando quidem cum simplicibus est fermocinatio eius. Ignorabant interea hanc natiuitatem Philosophi & mundi sapientes, ignorabant pagani. Indigni erant, quibus nunciaretur, scribae & pharisaei: & cunctis in mundo potentibus, pastorum simplicitas ante fertur. Vos estis charissimi, quibus hoc gaudium nunciatur, qm estis in luctu peccatorum vestrorum, qm vigilatis in orationibus ad fores sapientiae quotidie. Vos q non habetis, vt diuites, hic consolationem vestram, non estis iusti & magni in oculis vestris, quibus dicitur. Natus est nobis hodie saluator. Quomodo enim nunciaretur natus saluator, qm obstrepunt Euangelio, quod Christus verbo docuit, & opere monstrauit. Non loquitur de his qm contulerunt Euangelio Lutheri. Vtinam oes contulerent, qm neq; verba sana docet etiam quoniam Euangelium docet, quia non cum Ecclesia & in sensu, quem spiritus sanctus dedit Ecclesiae Euangelium docet, sed quomodo ab alio spiritu quodam qm dissensionis, fraudis & seductionis est artifex, accepit. Nec docet exemplo apostata & vitiifragus, sed seducit quomodo ipse vltro seductus est ex odio Papae: apud quem fertur impetrare qm postulabat non potuisse, atq; nunc tam contra Papam, qm contra ea qm sibi negata sunt, praedicare. Itaque his qm Christi Euangelio, qui Christi Ecclesiae obstrepunt, qm Christi vitae & moribus repugnant, qm Christo reipsa dicunt, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum non luam, quoniam nunciaret, Natus est vobis hodie sal-

Natiuitas christi quod fuerit gaudium

Simplicibus cur natiuitas christi fuerit natiuitas, Prou. 3

O

Luc. 2

Euangelium cur non recte doceat a luthero

Odium Lutheri contra Papam origo quae

Iob 31

saluator quandoquidem huiusmodi est eorum vita, vt Christus eos saluare non possit, quia saluari nolunt: Non quidem prius nolunt: sed vt peccata sua relinquunt, vt Christo obediant, tantam redemptionem Christi, quam illis prodesse possit, non faciunt. Non luxuriosis, auaribus, non homicidis, non fornicariis, non ebriosis Christi nunciat natiuitas: quin quia talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et in hoc Christi vilitugurio, nihil est quod auari aut gulosi concupiscant, nihil in tanta sancta virgine est natiuitate, quod immundos oblectet. Sed vobis, inquam, nunciat, quia iam coepistis imitari, quod in Christo infante didicistis. iam placet vobis, quod e caelo veniens Dei filius suo exemplo vos docuit. Idcirco euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie saluator. Gaudete gaudio magno, quia Deus Israel visitauit vos, oriens ex alto. Visitauit & fecit redemptionem plebi suae. Visitauit vos vt pater, qui filios suos erudit, pascit, liberat, defendit & prouidit eis hereditatem. Haec omnia nobis Christus fecit. Visitauit vt pastor, dispersas oves congregans, & perditam ovem suis humeris imponens, atque domum reducens. Ad hoc enim venit in mundum, inquit euangelista, vt filios Dei, qui erant dispersi in mundo, congregaret in vnum. Visitauit vt medicus, qui languidos curaret. Omnes enim eramus infirmi. Omne nempe erat caput languidum, & omne cor moriens. Venit igitur vt suo nos liuore sanaret. Ceterum, vbi Christi nunciabatur natiuitas ab angelo plena gaudio, subito comparuit lux caelestis quoque, qui testaretur verba angeli, pastores inducens ad mirandum, & ad quaerendum eum, qui nunciabatur. Facta est autem inquit, multitudo caelestis exercitus, laudantium Deum, & dicentium. Gloria in altissimis Deo, & in

Gala. 3

Luc. 2

Esai. 66

Luc. 1

Ezech. 34
Luc. 15

Ioan. 11

Esai. 1
Esai. 53

P

Luc. 2

IN FESTO SANCTI STEPHANI PROTO-
martyris, loco epistolae Lectio Actuum apostolorum
caput VI. & VII.



Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quae appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant in Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano. Et non poterant resistere sapientiae & spiritui, qui loquebatur. Audiētes autem haec, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum, Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in caelum

Acto. 7

terra pax hominibus bonae voluntatis. Quo credendum insinuat angelos aut singulos, aut de singulis choris aliquot descendisse, & magna reuerentia, magnaue laetitia ad videndum saluandumque regem suum aduolasse. Stupebant enim eius humilitatem nimiam, adorabant eius maiestatem, bonitatem eius collaudabant, officiosissimaque veneratione ad domini sui matrem se exhibebant. Vnde, vt dixi, nullum angelum fuisse, qui non ideo veniret, vt Christum Deum & hominem saluaret, adoraret, eique gratularetur, verisimile est. Quapropter deceret quaeque Christianum ad hoc Christi tugurium, imo ad caeleste hoc palatium accedere, & videre regem Salomonem in diademate, qui corona uit eum mater sua. Eamus igitur cum pastoribus Bethlem, & videamus regem nostrum, saluatoremque nostrum. Admiramur eius charitatem, & gratias illi, non laborum duntaxat motu, sed deuotissima effusione cordis agamus. Subijciamus nos eius seruituti & obedientiae, qui tot aerumnis & pccnis nostri se amore subiecit. Adijciamus non nihil praeter solitum morem, ad pristinam eius seruitutem, vt post hac feruentiores, humiliiores, mitiores, & in omni virtute inueniamur, quam olim, perfectiores. Si enim vetus nostra in deuotio, si inolita detinuerit nos consuetudo, nec profectui nostro aliquid adiecerimus, quod Christi in nobis quod hodie operata est natiuitas praestemus igitur ope ac veritate, vt etiam ab his qui diligenter nos obseruant quantumuis celare id voluerimus, non possit non percipi, vnde nobis ipsis meliores sumus facti: id largiente nobis Iesu Christo Dei & virginis filio, qui cum patre & spiritu sancto est Deus vnus benedictus in secula, Amen.

Angelorum circa Christus frequenter reuerentia.

Can.

Bethlem quo in pastoribus eundem.

caelum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris, & ait: Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et efficientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum, Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAE LECTIONE M.

A
Acto. 6



Nte hanc lectionem praemittit Lucas, ad sedandum murmur eorum qui ex gentibus erant conuersi discipulorum (hoc enim nomine tunc omnes Christiani vocabantur) septem ab apostolis esse diacones, quorum vnus erat Stephanus, constitutos. Verum, omnibus reliquis de solo hic beatissimo profectur Stephanus, dicens: Stephanus autem plenus gratia & fortitudine. Idcirco autem a gratia & fortitudinis dono commendatur, quia strenuum ac fortem militem in fide pro Christo (vt primum dicebat martyrem) gessit. Itaque Stephanus spiritu sancto confortatus, signa & prodigia magna, quae diuinae gratiae ac fidei essent testimonia, faciebat in populo. Doctrinae enim euangelicae in primitiua Ecclesia erant necessaria signa facienda ab apostolis & sanctis praedicatoribus, quae eorum praedicationi adstriperentur. Ideo scriptum est in Marco: Illi autem, hoc est, apostoli, profecti praedicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Insurrexerunt autem de quinque locis congregati Iudaei, pleni dolo & inuidia, disputantes cum Stephano, praedicationem eius, quae erat, Iesum fuisse Messiam & Christum, confutare cupientes, At non valebant resistere sapientiae Stephani, & spiritui sancto, qui loquebatur in ore illius. Implebat enim promissionem suam dominus: Ego autem dabo vobis os & sapientiam, cui contradicere non poterunt omnes aduersarii vestri. Reddidit enim de singulis sibi obiectis rationem Stephanus ac tandem vitia & duritiam eorum qui erant in consilio arguens, propterea quod spiritui sancto repugnarent, dixit: Dura ceruice, & incircumcisus corde & auribus vos spiritui sancto semper resististis. Quem prophetarum non per-

Discipuli qui olim omnes dicuntur Christiani.

Signa in Ecclesia primitiua quae fuerint necessaria

Mar. 16

Luc. 11

Acto. 7

sequuti sunt patres vestri? Et occiderunt eos, qui praenunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores, & homicidae fuistis. Haec audientes, cordibus praeparata ira ac furore dissecabantur, & vt canes rabidi in eum dentibus fremebant. Surda enim aure Salomonis legerant prouerbiu: Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus. Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, videretque sibi instare martyrimum ac morti fore proximum, spiritu sancto confortatus, & mente & oculis intuens in caelum, quia in terris praemebatur, vidit gloriam Dei. Vidit enim cuius amore pugnabat, stantem, & se pugnantem, quod in Psalmo scriptum est, Salus autem iustorum a domino, & proctor eorum in tempore tribulationis adiutare paratum. Vidit (inquam) Iesum stantem a dextris Dei, tanquam ad subueniendum paratum, & ait: Ecce video caelos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Iustus autem erat, vt primus martyr in consolationem futurorum sequentium, quia vitam pro Christi amore statuit in terris, caelos sibi videret apertos, & paratum praemium, ad quod sitiens accenderetur.

Prou. 18

Psal. 6

B

Hois Alio cur vocatur hic Christus.

Mar. 16

Heb. 10

Leuit. 24

Ibidem

Acto. 9

Acto. 13
Ioan. 16

1. Tim. 2

tem suam crucifixerunt, ita eius quoque te-
stem de ciuitate eijciunt lapidandū. Extra
castra nāq; iubebat lex lapidibus blasphemū
obruendū. Et testes iniq; q illū de blas-
phemia accusauerunt, vestimenta sua ad pe-
des deponabant adolescentis, q vocabatur
Saulus. Horum enim manus secundū le-
gem necessario erat in lapidando prima.
Ad quod expeditiores redderent, eiecerūt
vestimenta sua, ad pedes eadē ponētes Sau-
li, q postea vas electionis factus, vocatus
est Paulus. Hic zelum quendam habuit p
lege, putans se obsequium in hoc p̄stare
Deo, si psequeretur Christianos. At tandē
ipse quoq; ad Christū cōuersus, intellexit
se errasse, dicēs se fuisse blasphemū, & Deo
cōtumeliosum. Hoc igitur modo lapida-
bant Stephanū inuocantem, & dicentem:
Domine Iesu accipe spiritum meū. Corpus
hic amitto ac relinquo ad tēpus, spiritum
tu meū interim recipe. Positis autē genibus:
oraturus p alijs genua ponebat. Pro se em̄
ipse non orauerat flexis genibus, quo cha-
ritatē ostenderet, orandi q; tam intentio-
nem, quam necessitatem pro alijs maio-
rem: clamauit pro magnitudine affectus
voce magna dicens: Domine ne statuas,
id est, ne imputes illis hoc peccatum. Hoc
est, ignosce illis, quod lapidibus me impet-
tunt. Et cum hoc dixisset, feliciter obdor-
miuit, requiescens in domino, qui illius
animam inter brachia paternae recipit cha-
ritatis.

EXEGESIS EVANGELII
eiusdem Festi. Matthæi
XXIII.



An te verba Euange-
lij huius festi, dñs
noster Iesus Chri-
stus Phariseorū &
scribarū auaritiā, hy-
pocrisim & ambitio-
nē dure obiurgauerat.
Eo nāq; hęc lo-
quente, pontifices cū
Iudæorum consilio
iam Christum interficere
statuerant. Nihil enim
dominus Iesus à Iudæis
aliud, q̄ quod sancti olim
prophetæ, expectauit.
Iudæi nāq; vt viri sangui-
num, neminē, q̄ illis
diceret veritatem, sine-
bant viuere. Multis san-
guis innocens fusus fuit
in Hierusalem. Quamobrem
etiam dominus

fleuit etiam super Hierusalem, grauem
vindictam super illos venturam præmedi-
tans, non à se, sed à Romanis paratam, q̄ Iu-
dæorum tentabant subiugare punireq; re-
bellionem: Deo tamen illam calamitatem
in peccatorum supplicium eis ordinante.
Dicit itaque apud Matthæum Euangeli-
stam Christus turbis Iudæorū & principi-
bus sacerdotum:

**Ecce ego mitto ad vos prophetas,
& sapientes & scribas: & ex illis oc-
cidetis & crucifigetis & flagellabi-
tis in synagogis vestris: & psequere-
mini de ciuitate in ciuitatem.**

Prophetas, sapientes & scribas suos vo-
cat apostolos & prædicatores, quos post
resurrectionem suam dominus misit non
solū Iudæis, sed etiā in mundū vniuersum.
Præcipue tñ, quod Paulus testatur & Pe-
trus, Iudæis missi erant prædicare verbū sa-
lutis. Vbi vero Iudæi illud repulerunt, in-
dignos, se re ipsa, hoc est, contēptu & pse-
cutione exhibentes æternæ vitæ, conuersi
sunt ad gētes. Fuerunt autē apostoli, alijs itē
multi ex prædicatoribus sanctis prophete
futura prædicentes, fuere sapientes, docen-
tes legē Euangelicā, fuerunt scribæ, docto-
res in lege veteri quoq; eruditi. Vnde do-
minum Iesum verum esse Christū, atq; ar-
gumentis non leuibus Iudæos conuince-
bant. Siquidem de Ioanne Apostolo, qui
Apocalypsim scripsit & de Agabo, itē de
Paulo non dubium est, quin fuerint pro-
phetæ. Taceo de pluribus alijs, adeo vt pro-
pter pacem & quietem seruandam, Paulo
quoq; visum sit necessarium in epistola le-
gem dicere prophetiæ. Multi quoq; inter
Ecclesiæ culmina erant sapientes. Nā sapiē-
tes fuere omnes Apostoli, qui p diuinā in-
spirationem, notitiam intelligentiamq; o-
mnium habuerunt scripturarum, iuxta il-
lud: Aperuit illis sensum, vt intelligerent
scripturas. Scribæ vero & in lege humani-
tus docti fuere Paulus, Gamaliel, Step-
hanus, Nathanael, Zena, Apollo, Nicode-
mus. Hos aliosq; multos, inquit, Christus
ad p̄dicandū, & ad cōuertēdos vos mittā.
At vos illis, quō vestri olim patres fecere
prophetis ad se missis, facietis apostolis:
imo facietis deteriora, grauioraque, quan-
doquidem exemplum eorum quos ipsi
male egisse iudicatis, imitamini, nec vt de
beretis

Prophetas
in nouo
testamento
q̄ succēdit.

Mar. 16
Acto. 10
Acto. 13

Apostoli
oēs vt scri-
pserunt scri-
pturas

Luc. 24
Acto. 13
Acto. 5
Acto. 6
Ad Ti. 2
Acto. 18
Ioan. 1

Iudæorum
tempore
Christi
quāta fue-
rit crude-
litas in pi-
os quosq;

Luc. 24

Matth. 23

Matth. 21
Mar. 12

Acto. 7
Acto. 5
Acto. 8

D
parentum
peccata q̄
sup filios
dicant ve-
nire.
Ezech. 18
Chrysostr.

Gen. 4
Lamech
cur graui-
us q̄ Cain

Matth. 21

beretis correcti aut illis facti dissimiles. Di-
citis enim: Si fuisset in diebus patrum
nostrorum, non communicassemus in san-
guine prophetarum cum eis. Sed hæc ore
tantum dicitis, quemadmodum in cordi-
bus vestris peiora absconditis, maioremq;
fouetis malitiam, quia peiora molimini.
Ipsi enim seruos (quō in parabola vobis
paulo ante dixeram) domini vineæ ad se,
vt censum seu fructum suo dño reporta-
rent, missos occiderunt. Vos autem vineæ
hæredē filium domini (quod magis nefan-
dum est) interficietis, atq; nomē eius cona-
bimini extinguere. Nam eos quoq; q̄ illū
diligunt, q̄ confitentur occidetis, & flagel-
labitis in synagogis vestris, & psequimini
de ciuitate in ciuitatem. Stephanum nāq;
Iudæi occiderunt, apostolos flagellauerūt,
& lapidato Stephano persecutio magna fa-
cta est in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis.
Præter enim apostolos, reliqui omnes di-
spersi sunt.

**Vt veniat super vos oīs sanguis
iustus, qui effusus est super terram
a sanguine Abel iusti, vsq; ad san-
guinem Zachariæ filij Barachizæ,
quem occidistis inter templum &
altare.**

Peccata parentum sup filios venire
dicunt, non vt in illis puniāt, quia scriptū
est, Filius non portabit iniquitatem patris,
& pater non portabit iniquitatē filij, sed
vt Chrysostr. vult, propter peccata pa-
rentum, aggrauantur peccata filiorum. Vi-
derunt em̄ patres deliquisse, intellexerūt
eos dominum ad iracundiam prouocasse
& sibi iustitiam Dei malorum omniū vin-
dicem comparasse: eorum tamē nō sunt ex-
emplo à peccatis deterriti. Inde est, vt vltio
à Lamech maior exigeretur, q̄ à Cain, licet
vt hic, ille fratrem suum non occiderit: sed
propterea plus deliquit Lamech, q̄ Cain:
quia Lamech ante se habuit, in q̄ Dei iram
& peccatum Deo displicere didicit, nec ta-
mē doctus exemplo, abstinuit. Hoc mō cū
scirent Iudæi, q̄ impium fuerit prophetas
occidisse, adeo vt ad parabolam domini de
vineæ & colonis occisoribus martyrum in-
terrogari meruissent, responderunt: Ma-
los male perdet, & vineā suam locabit alijs,
qui fructum illi reddant in tempore suo:
contra seipos sententiam proferentes. Cū

itaq; scirent, quam foret iniquum innocē-
tes pseq, non debuerant hoc ipsi facere.
Zachariam hunc, quem fuisse existimat
Hieronymus filium Ioadæ, qui occisus est
in vestibulo tēpli: sed idcirco Zachariæ ma-
gis, q̄ Ioadæ filium hic dictum, ad commē-
dandam patris sanctitatem. Barachias nā-
que sonat benedictum domini. Cuiusmo-
di fuit Ioadæ pontifex vir Deo charus, &
non exigua virtute præditus. Potuit etiam
binomius fuisse Ioadæ, qd regibus & pon-
tificibus non infrequens fuit. Nonnulli Za-
chariam hunc patrem Ioannis baptistæ fu-
isse putant, propterea occisum, quod beatif-
simam virginem Mariam postq̄ peperit
Christum, & ex humilitate quasi purgan-
da veniret ad tēplum, idē Zacharias inter
virgines stare voluit (erat enim in tēplo lo-
cus singularis virginibus deputatus) pro-
ea contra repugnantes certans, Sed de hac
re nil certi habetur in scriptura.

**Amen dico vobis, venient hæc om-
nia super generationem istam.**

Duas generationes scriptura ponit, ele-
ctorum & reproborum. De generatione
iustorum legimus Hæc est generatio que
rentium dominū. De gñatione praua scri-
bit: Gñatio praua & exasperans. Vult itaq;
dñs malos significari, quādo hic loquitur
de generatione ista, super quam omnia ma-
la venient. Cum illa enim vos, inquit, vt-
pote mali, vnū corpus consistitis, & simul
in pœnis eritis socij. Sicut em̄ electi in cœ-
lo sibi gaudia cumulant, ita in inferno re-
probi sibi alijsq; exaggerant pœnas. Ter-
ret itaq; nūc eos, q̄ à malo desistāt propo-
sito, qui iam in Christi mortem conspiraue-
rant, dicens omnia peccata priorum patrū
eorū in illos reuoluenda. Hi enim (quō pau-
lo ante dixi) qui cognoscunt alios, q̄ ante
se de liquerūt propter peccata punitos, nec
inde docti cauent delicta, grauius quidē, si
eadem admittant delicta, peccant. Vnde
iustius quoq; fit, vt grauius puniantur, q̄
hi qui vltione diuina nondum castigatos
agnoscentes, peccant. Vnde liquet diutur-
nitate temporis peccata fieri grauiora.
Hierusalem, Hierusalem, quæ occi-
dis prophetas, & lapidas eos, qui ad
te missi sunt: quoties volui congre-
gare filios tuos, quemadmodū cō-

Zacharias
hic, q̄s fue-
rit.
4. Reg. 18
2. para. 24
Hierony.


Barachias
qd interp̄-
tatur.

Generatio
nes duc in
scriptura
Psal. 23

Psal. 77

peccata q̄
nam sicut
grauiora.

f ij gre



gregat gallina pullos suos sub alas & noluiti.

E

Geminatio verbi, affectu diligetis ac miserentis exprimit. Dolet enim pmissum cor Iesu, quod toties tam multifariam conatus sit populum hunc duræ cervicis reuocare, reducere ac saluare: sed frustra, cum non fuerit qui vellet sequi quin etiam vocantem contempserunt, ac nuncios persecuti sunt. Ac si diceret: Hierusalem, Hierusalem vsque non audis, mihi obstrepens: Misi ad te Esaiam, & terra illum fecisti. Misi Hieremiam, & hunc lapidasti. Misi Ezechielem & excerebraisti illum. Hoc modo prophetas impie oēs tradidisti. Quid ultra facere de beo, quod tibi non fecerim? Quod sana bo te, quod medicos oēs psequeris: Sanctis meis non pecci, & tibi parcerem peccatrici. Illos vitam neglexi, ne mortem tuam viderem. Omnes in te medici spirituales defecerunt, & tu nihilominus curata non es. Si ad tuam gaudere voluissim mortem, nunquam ad te misissem prophetas, si te perdere voluissim, non venissem ad te ipse. Ego igitur quod faciam, si tu ipse viuere non vis: Quoties te, ut gallina suos pullos sub alas congregare volui: at noluiti. Misi ad te Moysen & Aarō, quod de Pharaone te liberarent, ad meque reducerent. Sed quantum in omnibus dura fuisti cervicis, & mihi rebellis: Misi iudices, qui te liberarent: sed denuo semper a me auersa, ad peccata tua, & ad idolorum culturam redisti. Reduxi te ex Babylone, sed spreuisti, abiectisque me post tergum tuum. Hoc modo vsque in presentem horam ad vniuersi veri Dei cultum in vnitatem fidei & dilectionis te congregare volui, immenso affectu ad modum gallinæ, quæ inter pennata animalia feruentior gerit ad pullos suos, quæ reliqua, affectu, utpote per amore & sollicitudine, quæ habet ad pullos suos, languens, & vocem in raucedinem mutans: sed noluiti. Vides hic quæ sit arbitrii libertas, cum deus hominem saluare se non posse dicat, quia nolit ipse. Neminem enim cogit sed libertatem hominis voluntatis relinquit, ne virtus non sit virtus, si homo recipe cogere eam, aut si innito daret salus. Potest quidem Deus de nolente facere volentem: nolit tamen non cogit. Vide etiam quæ consolatoria vtatur similitudine, gallinæ se comparans, quæ nouimus inter volatilia feruentissimo, fidelissimoque amore suos fouere pullos, quos ad pastum ducit, a se paululum distantes aduocat,

Deut. 32

Exod. 6

Iudic. 2

I. Esde. 5

Gallina quantum feruorem habeat erga pullos suos

Arbitrii hominis quæ sit liberum.

Gallinæ ad pullos suos fidelitas quanta.

& voce sub alas, quæ foueat eosdem, conuocans congregat. Si quispiam pullum tangere querat, tametsi ferrea indutus sit lorica, inuadit eum, ne pullum relinquat indefensum. Decet autem nos quod Christi & Ecclesiæ matris vocem agnoscere, atque sub illius alas confugere, si foueri cupimus, & in fide coallescere. Scito quoque quod Hierusalem hic alloquens, carnalem illam putat, quæ credere noluit, & quæ spiritualē Hierusalem, id est, Ecclesiam hic militantē, hoc est, apostolos & credentes quoque persecuta est. Aduerte preterea, quæ non dicit ad Hierusalem, Quæ occidisti prophetas, de his quæ ante Christum fuerunt dum taxat loquens, sed apostolos quoque & alios sanctos prædicatores post se sequendos, lapidandos, interficiendosque sciens. Hierusalem, inquit, quæ occidit prophetas & cætera. Facturos igitur præuidet illos apostolis & sanctis, quod eorum patres fecerunt prophetis.

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Causam desolationis huius iam indicauit, quia noluerunt non solum cognoscere tempus visitationis suæ, & audire Christum vel in seipso, vel in prophetis, vel in apostolis, sed tam dominum, quam seruos etiam occiderunt. Iusta igitur sequitur vindicta, ut relinquatur eis domus deserta. Quod in Psalmo quoque predictum est: Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Hæc desolatio illis erat suppetura, sub obsidione Titi & Vespasiani, & per exercitum Romanorum, quæ vastata est ciuitas atque depopulata, templum quoque & ministerium sacerdotum, vinctio, sacrificium, omniaque arcana Iudeorum penitus defecerunt, sicut in Daniele fuerat prophetatum, dicente: Ciuitatem & sancturium dissipabit populus cum duce veturo, & vsque in finem perseuerabit desolatio. Et in Hieremia, Reliquam domum meam dimisi hereditatem meam. Facta est mihi hereditas mea, quasi leo in sylua: dedit contra me vocem.

Dico enim vobis: Non me videbitis a modo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

Quod a modo se videndum dicit Christus, non intelligit ab hac hora, quæ hæc loquebatur verba, sed post passionem, quæ prope instabat, postquam non erant ipsum vi-

Lucæ 19

psal. 104

Desolatio Hierusalem à Christo predicta est contigit.

Dan. 9

Hier. 41

G

filium suum prerogauit, idem dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EODEM Festo. Quibus cœlum aperitur quibusque clauditur.



Apudabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino. Acto. VII. Heri dilectissimi solennitatem celebrauimus regis, hodie festiuam agimus memoriam militis. Heri natalē diē celebrauimus Christi, hodie passionem veneramur Stephani. Heri mundus recepit Christum, hodie misit Stephanum mundus in cœlum. Heri Christus est natus, hodie Stephanus est mortuus. Sed hæc mors sanctorum, natiuitas sola ac vera censenda est, quæ a miseria mortali, caduca, instabilique vita piculis multis calamitosa, & quæ mors continua potius, quam vita dicenda foret sancti per mortem renascunt. Preciosa enim in conspectu domini mors sanctorum eius. Hac namque ad felicitatem electorum anime renascunt. Ingrediunt enim vitam, quæ immortalis & sempiterna est, & merore caret. Itaque heri recepit mundus Deum in infirmitate carnis latentem, hodie cœlum recepit hominem per tomartyrem in gloria triumphantem. Cuius ut nos passio ad deuotionem prouocet eam ex Actis apostolorum petamus. Primo igitur dicendum Stephanum per Christi per dicationem venisse ad fidem, vnumque ex septem fuisse diaconibus ab apostolis institutis. Quotquot enim credentium erant, si argros habebant, aut domos, aut aliud quod, illud vendebant, & precium ad pedes apostolorum ponebant. Nemo enim ibi habebat aliquid proprium, nec quicquam dicebat suum, sed erant illis omnia communia. Vnde liquet apostolos, tam spiritualium, quam corporalium fuisse dispensatores bonorum. Diuidebatur autem singulis de bonis illis communibus ex fidelium donatione congregatis, quantum unicuique opus erat. Et ad hoc quædam sanctæ erant constituta viduæ ex genere Hebræorum, propterea quod ad huiusmodi hæc magis forent industria. Verum hoc quidam ex Græcis qui ad fidem venerant, aggreferentes, quod ipsorum viduæ ad huiusmodi ministerium non

H

Natiuitas sanctorum vera cœlestis quæ sit.

Psal. 115

Acto. 6. Couersio sancti Stephani qui acciderit. Acto. 4

Acto. 6

f ij ad.

Apoc. 1

1. Thef. 2

Esaiæ 10

Hierony.

Benignitate quam Christus vsus fuerit erga Iudeos

Natura Dei quæ sit Chrysof.

Compellit gratiam dicitur ut daretur aliquæ

Misericordia Dei quæ desideret & quæ non.

furi, vsque dum dies adesset iudicij, quoniam, iuxta Apocalypsin Ioannis, videbit eum omnibus oculis, & qui eum pupugerunt. Aut intelligitur hoc futurum post tempus illud Antichristi. Hunc enim, spreto Christo Deo & Dei filio domino Iesu Iudæi recipiēt. Sed vbi illū dominus Iesus interfecerit spiritu oris sui, Iudæi se videntes illo deceptos, & tunc quæ supfuerint, iuxta Esaiæ prophetiam, conuertentur ad Christum benedicentes illū in nomine domini, confitentemque eum verum esse Messiam atque Christum. Quod pari modo, iuxta Hierony. de conuersione cuiuscunque Iudæi intelligit ad fidem Christi. Nisi enim, inquit, poenitentiam egeritis, & me verum esse Messiam credideritis (quod est videre & benedicere Christum) confitentem me Christum Dei filium, faciem meam non videbitis. Aedificent nos hic charissimi in hoc Euangelio Christi charitas, longanimitas & misericordia. Quanta enim benignitate erga Iudæos vsus est ne damnaret: quorum tamen presciuit duritiam. Hoc modo etiam nos misericorditer sustinet. Verum quod diutius tolerans ad conuersionem nos tolerat, eo non conuersos, postea grauius damnat. Inuitus enim compellitur damnare peccatores. Eius enim natura non est damnare, sed misereri & parcere. Quocirca ut Chrysostomus ait, quemadmodum in nobis contra naturam est bene agere (puta iam post lapsum naturæ) sic Deo contra naturam est male facere aut perdere. Verum dicit aliquis: Cum in potestate habeat dominus perdere & saluare, quis eum inuitum, ut damnaret compellit? Sed audi: Tu compellis, quod non desideras, hoc est, non regis misericordiam Dei. Sicut enim misericordiam quæ desiderati negat, crudelis est, ita quod non desiderati prestat misericordiam, iniustus est. Sed dices: Quis non desideret misericordiam Dei? Tu qui in peccatis permanes. Desiderare enim misericordiam Dei, est conuerti ad Deum. Ille enim Dei misericordiam desiderat, quod eius metuit iram. Qui autem non eius timet iram non desiderat misericordiam. Quapropter filij aperta nunc vobis diuinæ misericordie ianuam cognoscite. Modo vos ad Christum conuertite, a mundo auertamini, & Christo conformemini. Certi sitis, quia non repellet, sed recipiet vos, imo occurret ut mansuetissimus pater, vobis. In facultate enim nunc vestra constitutum est ut si vultis per Dei misericordiam, quæ vltro occurrit vobis, possitis saluari. Præstet ipse idem nobis voluntatem, spiritum & auxiliū se reuertentē di, quod con-

admitterentur, ac propterea contemptæ illæ existimarentur: pro pace huius sanctæ ac magnæ congregationis, apostoli seipsem instituerunt diaconos, viros plenos spiritu sancto, qui huic temporalium administrationi pesserent. Spualibus em apostoli occupati, & reductioni animarum intenti ad suum creatorem, per fidem animas inducere, pacereque cupiebant, ad temporalia alijs sibi (quod apostolicum erat) substitutis. Vnus itaque ex septem fuit S. Stephanus, qui huic ministerio intendebat. Cum vero predicatione & disputatione versaret assiduus inter Iudæos illos qui periti erant in lege, differendo continue eos convincebat asseuerans Iesum esse Christum qui promissus fuerat patribus, atque verum Messiam. Erat præterea S. Stephanus clarus in operandis miraculis & prodigijs. Cui Christus, ut promiserat, dedit os & sapientiam, cui non poterant contradicere omnes eius aduersarij. Itaque fidelibus primis discipulis (ita enim vocabant) sub obedientia S. Petri, & apostolorum viuentibus & omnia in communi habentibus (quæ hodie hi qui dicuntur monachi vitam illam apostolicam imitant) cum Stephanum in scripturis Iudæi supere non possent, submiserunt iniquos testes, qui dicerent Stephanum blasphemasse templum & legem. Consilio igitur ordinato, Stephanum ad respondendum sibi statuerunt. Quibus Stephanus respondens, ubi veritate se purgauerat, tandem illorum duritiam ac obstinationem arguens, prophetarum illis persecutionem ac Christi mortem exprobrauit. Seuere enim illis (sed non absque charitate hæc erat seueritas) loquebatur, dicens: Dura ceruice & incircuncisi corde & auribus, vos semper spiritui sancto resististis. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui pronuntiabant de aduentu iusti: cuius nunc vos perditores & homicidæ estis. Iuxta quæ verba hic expendendum est, quæ varia sunt dona Dei. Alius mitis corde, sepe numero sua lenitate vehementer edificat: alius acerbioribus vitis verbis, & in spiritu sancto loquens, obiurgat. Vnus tantumque hoc operatur spiritus, spiritus scilicet charitatis. Neque enim minus hic loquitur spiritus sanctus ex Stephano, dum zelo Dei seuerè obstinatos obiurgat, quam loquebatur ex Petro, qui plebi blandiens, eam ad conuersionem trahebat. Nam Petrus ubi mitioribus verbis plebem ob Christi necem arguisset, quam Stephanus, tandem etiam consolans eos salubriter dixit: Et scio fratres, quia per

ignorantiam fecistis. At Stephanus, dura inquit, ceruice, &c. Vtrobique tamè spiritus sanctus loquebatur, nec facile est propterea quæpiam iudicari, cum spiritu sanctus multifariam eos quos implet, regat, charitatisque officia non uniformiter administret, quemadmodum nobis etiam in scriptura loquitur, nunc quidem consolando, rursus vero cominando & terrendo. Non igitur obliuiscenda est parabola de Samaritano, qui vulneratum à latronibus spoliatumque collegit, & curam illius vulneribus adhibens, oleumque & vinum infudit. Si itaque ibi vnus medicus vni infirmo non vnus, sed ferme contraria, olei scilicet & vini, cum alter leniat, alter purget seu mordeat, adhibuit medicamina, quod diuersis infirmis non ab vno medico, non alia atque alia sunt adhibenda medicamina? Quamuis dici possit, mitius quidem loquendum fuisse plebi, & iuxta institutionem Christi lignum fumigans non extinguendum, nec fractum calamum coquassandum, qui respexisse credendus est Petrus, qui doctus atque in lege peritus, qui per inuidiam magis quam per ignorantiam, Christum fuerant persecuti, qui respexisse credit Stephanus. Illis enim qui scienter & ex malitia peccauerant, duriorum censebat fore necessariam obiurgationem, quam his qui per ignorantiam delinquant. Quamuis tamen Stephani obiurgatio fuit seuerior, nihilominus in verbis seueritate magna simul seruata est charitas. Quod inde liquet: nam dum acius Iudæi in illum seuirent, Stephanus inter lapides spiritum traditurus pro eis genua flexit, & ut legitur, pro illis orauit. Stephano itaque Iudæos obstinatos arguente, fremebant illi præ ira dentibus in eum. Verum inter hæc eum Stephanus in cælum intenderet, & illuc ubi erat mente dirigeret oculum, vidit cælum apertum & Iesum stantem à dextris virtutis dei. Exclamauit igitur: Ecce video cælos apertos. Sæpius in scriptura legimus apertos cælos. Nam Christo baptizato aperti sunt cæli, & vox de cælo facta est, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Significat autem baptizatis aperiri cælos. Si enim ante quæ peccarent, post baptismum morerent, mox ad Deum euolarènt. In baptismo enim ab omnibus nudati, abluti que sunt peccatis, qui baptizatis plene omnia remittuntur. Simili modo aperit cælum vere & perfecte penitentibus. Quod in Actis significat, ubi Petrus cælum vidit apertum, & vas descendere quod sit in teum, reptilibus plenum, Petroque dicitur

K Lucæ 11

Medicina quibus diuersimodis applicanda (Sicut in Mattheo)

Acto 7

Matth. 3 Marc. 1 Lucæ 1

Cæli in baptizatis aperiantur

penitentibus cælum aperiri Acto 10

1. Ioan. 1

L

Matth. 3 Lucæ 3 Penitentia fructus digni qui sint. Gregori. 2. Reg. 11 2. Reg. 22

Desideria etiã licita quando sint mortificanda.

Matth. 3

Roma. 6

Deut. 10

Apoc. 18

Penitentia perfecta quæ sit. M

Acto 7 Martyrius b. sanctus cæli apertus. August.

Ioan. 15 Proue. 10 Iacobi 1. 1. Petr. 4

Acto: Occide & manduca. Cui cum Petrus responderet, se immundum nunquam comedisset: iterum illi dictum est. Quæ Deus mundauit, tu immundum ne dixeris. Et receptum est vas in cælum. Animalia immunda ante pedes Petri, id est, ante sacerdotes se demittentia sunt peccatores, qui ad penitentiam, & peccatorum suorum sese humiliant confessione coram sacerdote: ubi mundati recipiunt in cælum. Si enim ut ait Ioannes, confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, ut remittat nobis peccata nostra, & mudeat nos ab omni iniquitate.

Veruntamen hoc de feruente penitentia atque perfecta intelligatur, oportet. Nisi enim penitentia quædam esset tepidior, non diceret Ioannes Baptista: Facite fructus dignos penitentia. Fructus digni penitentia, iuxta sententiam S. Gregorii, sunt, mortificationes desideriosæ etiã licitorum, quemadmodum David perfecte penituit. Quippe qui ante adulterij committere non timuerat peccatum, postea penitens, aquam ex cisterna in Bethleem concupitam ac sibi allatam bibere recusans, hanc domino in sacrificium, suum desiderium mortificatione, obtulit. Qui ergo multa illicita admisit, iustum est, ut multa quoque sibi per sui abnegationem licita subtrahat: & quæ pluribus contra Dei voluntatem delectationibus seruiuit, eo plures iam consolationes vel licitas sibi subtrahat, quæ veram penitentiam, fructusque agat penitentia dignos. Et quantum se exaltauit quis in delictis, tantum se humiliet in contritione ac penitentia. Contra superbiam introducatur humiliatio: contra delectationes corporis, castigatio adhibeatur carnis: ut quanta fuerit culpa, tanta sit & pena. Et sicut quis membra sua seruire exhibuit immunditiae & iniquitati, ita nunc exhibeat seruire iustitiae, in sanctificationem. Scriptum est quoque: Secundum mensuram delicti erit plagarum modus. Et in Apocalypsi: Quantum glorificata est in delictis anima peccatrix, tantum date illi luctum & tormentum. Hæc autem perfecta est penitentia, ab omni auertere se consolatione, quæ est in creatura, & ad Deum toto se corde conuertere.

Tertio hoc in loco legimus cælum apertum, ut vidisse testatur se S. Stephanus: quo subindicat sanctis martyribus cælum referari, liberumque patere ingressum. Nam Augustinus, qui orat, inquit, pro martyre, iniuriam facit martyri. Impleuit enim perfectam charitatem, qua nemo, ut ait Christus, habet maiorem. Et hæc operit multitudinem

peccatorum. Quarto legimus Ezechielem cælos vidisse apertos, virum religiosum perfectum atque consummatum. Applicatur autem à maioribus nostris professio monachorum, quæ est sicut alter baptismus, qui iterum iuuentutem suam renouat homo, vetusti denuo renuncians peccati. Maxima sunt enim quæ in professione sua ac voto offerunt monachi, seu religiosi: Obedientia, quæ plena est sui abnegatio, holocaustumque Deo acceptissimum. Castitas ad cuius obseruantiam multa dura, carnisque afflictio, in monachorum regulis ordinatur, puta non lineis uti ad carnem, sed laneis: apud Carthusienses vero cilicio, hoc est, ex pilis contexto hispido indusio: non comedere carnes: abstinere ab alijs multis delicatis: ieiunare, nocte media surgere, diu vigilare, genuflexionibus & laboribus denique multis carnem, ne contumax insolenscat, domare. Voluntaria paupertas, qua sua omnia ac seipsum relinquunt, nullius rei ius dominiumve (quandoquidem sine usu impossibile est necessarioribus viuere) sibi seruantes. Huiusmodi autem professionem, statim assumere & ex animo ferre, nescio quæ sit martyrio inferius. Neque enim non sunt, qui leuius ac desideratius semel capitis ferrent trunctionem, quam tot tentationum assiduas pugnas, mortificationum agones, passionum ac vitiorum certamina, atque charorum omnium abrenunciationem. Non igitur eam ob rem inique senserunt, qui monasticam professionem secundum baptismum dixerunt. De hoc S. Bernardus fratribus de morte Dei, hoc est, Carthusiensibus scribens, Altissima, inquit, est professio vestra. Cælos transit, par angelis est, & angelicæ similis puritati. Non enim solum uouistis omnem sanctitatem, sed omnes sanctitatis perfectionem & omnes consummationis finem. Non enim est vestrum circa cetera precepta languere, neque hoc solum attendere, quod precipiat Deus, sed quod velit: perbantes quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens, & perfecta. Alioribus enim est Deo seruire: vestris adhærerere. Alioribus est Deum credere, scire, amare, reuereri: vestrum est sapere, intelligere, cognoscere & frui. Magnum est hoc, arduum est hoc. Sed omnipotens & bonus est Deus, qui in vobis est pius promissor, fidelis redditor, & indefessus adiutor, qui magno eius amore magna profitentibus, & in fide & spe gratia eius maiora viribus suis aggrediuntibus, & voluntate desiderium suggerit in idipsum, & qui voluntatis gratiam progauit, subrogabit etiam virtutem

Ezech. 9 Professio religiosorum quæ apte secundus appellatur baptismus. Vota tria monastica que sint.

Castitas seruandæ exercitia congrua que.

Carthusianorum afflictiones que spectent.

Paupertas religioso rum voluntaria que sit.

Martyrio comparari statum monasticum.

Bernard. Carthusianorum professio & institutum quam sit sublime et nobile. Roma. 12

ad pronētum. Hæc Bernardus. Sed de hoc satis. Stephano itaq; quod lesum stan-
tem cerneret à dextris virtutis Dei, dicēte, continuerunt hypocritæ aures suas, quasi blasphemiam tātam audire recusantes: in su-
rorem, tumultumq; versi omnes, Stephanum eiecerunt extra ciuitatem lapidantes. Qui in passione sua bis orauit. Primo p se
orans, petiuit suscipi à Christo spiritum su-
um. Deinde iterum orauit pro lapidatoribus suis. Pro se quidem orasse tantum legi-
tur, pro lapidatoribus vero suis inter oran-
dum etiā genua flexit. Quo manifestatur intentionē dilectionis, orandiq; animum
quam diligētiori studio suis inimicis, atq; sibi ipsi applicuerit. Imitator autem obedi-
entissimus in hac re fuit magistri sui, à quo pro inimicis orādi sumpsit exemplum, id-
ipsum nobis quoque relinquens vt imitemur. Quocirca charissimi diligamus inimi-
cos nostros, beneficiamus his, qui oderūt nos: oremus pro calumniantibus & perse-
quentibus nos. Et quāuis in mandatis Dei Augustinus nil dicat esse mirabilius dile-
ctione inimicorū, non tamen adeo est graue aut molestū, quin possit impleri. Sūt
autem octo, quæ si attendantur, etiam faci-
litatem in hac dilectione præbent. Primū, status miser, in quo constitutus est, qui te
odit aut persequitur. Cui re vera condolē-
dum est, non inuidendum. Est enim in se mortuus. Quid vero tu irasceris mortuo?
Dedecet prorsus vindictā expetere à mor-
tuo aut ab insano. Secundum, est utili-
tas iniuriæ illatæ. Nam iuxta illud Ecclesi-
astici, Vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio erit iucunditatis. Nihil enim tibi aliud inimicus fabricat, nisi cor-
nam & mercedem corā Deo. Tertium, quod inimicorum persecutio tibi fructuo-
sior est, quam dilectio amicorum. Habere enim persecutores, facit te prudētem, vigi-
lem, humilemq; cū ediuerso amicorū dile-
ctio extollat, blandiatur, fallat, atq; non raro tibi imponat. Confert deinde ad vulne-
rum tuorum sanationem non parum. Vnde Augustinus ait. Ad dilectionem inimicorum vos moneo, quia ad sananda pecca-
torum vulnera nullum medicamētum uti-
lius esse cognosco. Christus quoq; utilita-
tem dilectionis huius non tacens, dicit: Diligite inimicos vestros, & erit merces vestra magna. Quartum, quod hæc dilectio in
imicorum nos nō solum Dei facit amicos,

sed etiam filios. Ideo Christus ait: Diligite
inimicos vestros, & eritis filij altissimi.
Quintum, quod hæc dilectio vehemēter nos conformes reddit Deo. Quid enim diuinæ est bonitati cōformius, quam inimicis, indignis, atq; lædentibus esse benignum, atque placabilem? Sextum, qd dilectio tua in eo qui tibi inimicatur, inimicitias destruit, odium extinguit, in illo-
que odij vulnus magis, quam quoduis aliud remedium sanat. Quapropter hortatur Paulus: Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potum da illi. Sic enim faciēs, carbones ignitos congeres super caput eius. Septimū, quod inimico nō potes reddere malū aut nocere, quin tibi magis noceas. Malitia enim ante lædit suum autorē, quā eum, cui intentatur. Sæpenumero quoque aliena malitia eum, qui hanc tolerat, minime lædit, vel q̄a patiens est, vel quia contēnit: eum autem qui agit, non potest non lædere. Non igitur malum reddas pro malo, sed in bono vince malum. Octauum, quod tranquillitatem cordis, pacem conscientiæ, lætitiā spiritus, qua nihil dulcius, diligendo inimicum, seruas. Debet autem inimicus diligere communi charitate, qua diligit quis omnem proximum. Porro, singulari motu dilectionis illum diligere, non est necessitatis: habere tamen animum debet quis paratum, si occurrerit necessitas, vt singulari etiam velit motu dilectionis illi fauere aut subuenire. Itaque inimicus tuus abs te diligendus est corde, vt non optes ei malum, sed optes ei salutem æternam, eaq; quæ ad hanc sunt necessaria, & faueas omnē prosperitatem, quæ illi expedit ad salutem. Iterum inimicus diligendus est ore, ne illi detrahas, ne diffames, ne ore lædas, derideas, aut contumeliam facias, sed pro illius ore salute. Tertio, diligendus est opere, vt caueas illum lædere cōtristare, molestus illi esse, omniaq; mēbra tua contineas ac sensus, ne quid ex te prodeat, quod tuo fuerit inimico iniuriosum, aut ei ad afflictionem siue animi, siue corporis. A beneficijs præterea generalibus nō licet illum tibi excludere aut separare, sed illi debes, quod omnibus debes. Postremo, quum sanctus Stephanus pro inimicis orasset, dicens, Domine, ne statuas illis hoc peccatum, obdormiuit in domino. Sic vos quoque filij ad avaritiam, ad æstium luxuriæ, ad superbiæ fastum, ad irā odijq;

Oratio S. Stephani q̄ ipse dicit.

Lucæ 13

Matth. 5

August.

Inimicorū dilectio ex q̄bus octo cōsideratis omnibus si at facilis.

Eccle. 1

Persequutio inimicorū cur fructuosior sit q̄ dilectio amicorum.

August.

Matth. 5

Lucæ

O

Roma. 12

Malitia licet autem vt suū auctorem lædat ac nocent.

Roma. 12

Inimicū diligendū est corde.

Inimicus quō sit diligendus corde.

Ore.

Opere.

Beneficio.

Obdormiendū quō mystice dicit in dño.

odijq; faces obdormiatis, nō aliter, quam in domino, vt nihil eorum in vobis viuat, optantibus sanctimoniam seruare & pacem, Amen.

IN FESTO BEATISSIMI THEOLOGI IOANNIS apostoli, Lectio epistolæ loco ex Ecclesiastico, capite decimoquinto.

VIII



VI timet Deum, faciet bona: & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vitæ, & intellectus & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. In medio Ecclesiæ aperiet os eius, & implebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ induet illum. Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum, dominus Deus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Pro. 1. 9 Eccle. 1 Eccle. 4 0



Vm initium fit sapientiæ timor domini: sitq; quod Ecclesiasticus habet, is vt paradus benedictionis, corona iustitiæ, plenitudoq; sapientiæ, recte sanctissimus apostolus & Euāgelista hic à timore laudatur Dei: non tamen à quouis timore, sed filiali ac sancto, quo filius suum, quem amat, patrem timet offendere, timet iratum reddere, timetq; aliquid de eius voluntate negligere. Est enim multiplex timor non æque laudandus. Nam timor quidem est seruilis, q̄ peccare metuit, ac cauet solo timore peccati retractus, non virtutis neq; Dei amore. Hic ad salutem non sufficit, hic timor nec aliter laudatur, nisi qd ad conuersionē aliquo modo disponit, & ad vitanda assuescit peccata. Stat enim hic timor cum peccato mortali. Hoc timore mulier metuit adultera alienum admittere virum, timens deprehendi à suo marito. De hoc tamen timore Hugo loquens, ita hortatur: Si amor Dei te tenere non potest, saltem te teneat ac terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrēs, vermis corrodens, sulphur fœtens, flamma tartarea, & omnia mala. Alius est timor humanus, quo malum ne despiciatur, ne displiceat, ne obiurgetur, aut ne temporale quid amittat propter homines tantū vitatur. Hic timor peccandi difficultatem differre potest, peccandi voluntatem auferre non po-

test. Si tamen quis timeat hominem iuxta illud, quod sibi propter Deū est timendus, puta superior, cui obedire debet, aut proximus, cuius offensionem, atq; tristitiam cauere debet, ne hominem offendendo, Deū offendat: huiusmodi timor nō humanus, sed Dei vocat timor. Est tertius timor carnalis, quo sibi q̄s timet, vtpote molesta aut graua, atq; sibi contraria horrens. Hic timor quando vitiosa cauet ac animæ noxia bonus est: quando salutaria, perniciosus. Quartus timor filialis, sanctus, castus ac reuerentialis est erga Deum, permanēs non solum in charitate, sed etiam in seculum seculi. De hoc hodie loquitur lectio hæc Ecclesiastici, dicens: Qui timet Deū, faciet bona. Ociosus em̄ hic timor nō est, sed culpā declinat, Deiq; offensam, bona agens. Qui em̄ Deū timet, nihil negligit. Et qui tenax seu continens est iustitiæ apprehendet ac assequetur illā. Similis est loquēdi modus, vt illud in Euangelio: Beati q̄ esuriūt & sitiūt iustitiam, qm̄ ipsi saturabuntur. Ita qui tenax est iustitiæ, maiore assequetur iustitiā, vt iustus iustificet adhuc. Huiusmodi enim iustitiā quærētī, obuiabit iustitia, quasi mater filio suo obuiat honorificata. Quo em̄ magis iustitiā & virtutē amat atque honorat, eo magis copiosiorq; ei aduenit, illūq; amplectitur iustitia. Cibabit illū pane vitæ, q̄ est Dei gratia, vnde & viuat spiritu, habet homo. Et intellectus sacre scripturæ, qui

Timor carnalis quis

Timor filialis ac sanctus quis. Psalm. 118

Eccle. 1

Matth. 9

Apoc. 22

B

Deuter. 8
Matth. 4

qui simili modo panis est, quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et aqua sapientiae salutaris, puta consolatione ac donis, quae de spiritu sancto emanant, potabit illum. De hac aqua loquitur dominus Iesus, quando dicit: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Et alio loco: Flumina fluent de ventre eius aquae viuae. Vbi Euangelista idem Ioannes hoc exponens, ait: Hoc autem dixit de spiritu, quem erant accepturi credentes in eum. Ita qui timet Deum, in eodem roborabitur, nec passione concupiscentiae aliqua vitiosa a rectitudine deflectet, ita ut pereat, sed Deus continebit eum, ac conseruabit, ut non patitur ignominiam, nec confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Hoc est, quando vitae huius portam egredi, & inimicis suis accusatoribus respondere habuerit in morte aut in ultimo iudicio, non confutabitur, sed dominus exaltabit illum, glorificabitque coram proximis suis, & amicis commostrarit. Interim autem Deus os eius in medio Ecclesiae aperiet, quando quidem dabit ei os & sapientiam, ad docendum & ad conuincendos eos, qui sane audent doctrinae resistere: implebit enim eum spiritu sapientiae & intellectus. Et stola gloriae vestisque immortalitatis induet eum. Lucunditatem mentis & conscientiae (secura enim mens quasi iuge conuiuio) & cordis exultationem thesaurizabit, hoc est, tanquam thesaurum cumulabit super eum quem praecipue tunc tanquam thesaurum inueniet congregatum, cum viuendi finis aduenerit: quoniam scilicet sua in conscientia nihil nisi Dei bona, gratiam & virtutes, quae illi Deus in merita & in thesaurum donauit, atque eadem illi imputans tunc coronabit. Denique nomen aeternum haereditabit: quando quidem in memoria aeterna erit iustus: & corpora quidem sanctorum licet in pace sepulta sint, viuent tamen nomina eorum in seculum seculi. Itaque nomen quod nunquam peribit, puta quod vocetur, sit, agnoscat, que ab omnibus filius Dei, haereditabit illum, hoc est, in haereditatem perpetuam illi adsignabit dominus Deus noster.

Ioan. 4

Ioan. 7

psal. 118

Luce 11

prover. 19

psalm. 111
Eccl. 4

**EXEGESIS EVANGELII
IHEIUSDEM FESTI, IOANNIS
VIGESIMO PRIMO.**



Ntequam ea quae hoc die loco Euangelii in Ecclesia recitantur verba Simoni Petro diceret dominus noster Iesus Christus, scribit Ioannes post resurrectionis dominicae octauum diem abisse Petrum cum sex alijs discipulis piscatum: sed nocte illa nihil ceperunt. Mane autem facto, stetit Iesus in litore, dicens: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Qui responderunt: Non. Mittite, inquit, illis ad dexteram nauigij rete, & inuenietis. Quo facto, tantam ceperunt piscium multitudinem, ut rete vix possent trahere praeter multitudinem piscium. Venientes autem ad littus, inuenerunt in terra prunas, piscemque superpositum & panem. Quibus dominus, Venite, inquit, & prandete. Cum igitur fuissent pransi, tunc interrogauit dominus Petrum, an se, id est, Christum diligeret. Cui tertio respondenti, Etiam domine, tu scis, quia amo te, commisit oues suas, constituens eum vniuersae Ecclesiae pastorem, praedicensque illi passionem suam, qua Deum esset clarificaturus. His itaque gestis, surgens dominus quasi abiturus de loco prandi, quae hodiernum narrat Euangelium, dixit:

Dixit Iesus Simoni Petro: Sequere me.

Mirum quibusdam videtur, cur soli hic dixerit Petro, Sequere me, cum tamen alij sex discipuli similiter Christum ut magistrum sequerentur: nec solus Petrus, sed Christianus etiam vnusquisque verus Christum sequatur oportet, quia Christum sibi audit, dicentem: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Dicendum primo, Christum soli Petro tanquam principi atque capiti Ecclesiae post se atque vicario instituto, dixisse: Sequere me, quo in illo omnes monerent Christianos se debere sequi, atque sua vestigia imitari. Constituerat enim Petrum (ut dixi) ouium suarum omnium pastorem, quem ut doceret quae qua oues sibi committas via duceret, quove introducere conaretur, iubet illum Christus se sequi, hoc est, post se gradi, ipsius vestigia imitando, iubet quae qua oues per eandem viam ducere, dicens: sequere me, tu scilicet, & quas tibi commisit oues, per vestigia mea (sicut me vidisti ambulantem)

C

Ioan. 11

Petrus constituitur in pastorem vniuersae Ecclesiae

Cur Petrus soli dixerit Christum sequere

Matth. 10
Luce 9

August. Ioan. 11

Petrus ut instar magistri sui sit crucifixus

March. 26
Marc. 14
Luce 22
Ioan. 19

Theophy.

Ioan. 19

Signa dilectionis quae a Christo praeter ceteris accepisse. Non autem hoc ita intelligendum est, ut hoc dixerit Ioannes quasi glorians in hoc, quod maiori illi amore, quam ceteros dilexerit Christus, tanquam meliorem, aut Christi dilectione digniorem se aestimauerit, quia non est dictum, quod lo-

bulantem) ut ambulent, instrue, duc & dirige. Alio modo de passione hoc credit intelligendum Augustinus. Nam quod paulo ante dixerat, Cum autem senueris, alius te cinget, & ducet te quo tu non vis, subaudi iuxta naturalem sensitiuum appetitum, dictum voluit de passione. Quod etiam alibi nonnullis qui praesentes erant accidit, qui propter Christum ducti sunt ad martyrium, & ad mortem. Quod vero soli hic dixit Petro, Sequere me, non solum eius passionem, sed passionis & mortis suae quoque similitudinem denunciat. Siquidem quomodo Christus, ita etiam est Petrus crucifixus, Iacobus vero, aut alij qui aderant, etsi pro Christo sint mortui, non sunt tamen crucifixi. Huic intellectui, puta ut per sequelem passio intelligatur, ad stipulantur verba Christi, quando cena facta, Petro praesumens se iturum cum eo in carcerem, atque illi commoriturum, dixit: Quo ego vado, non potes me sequi modo: hoc est, iam non commorieris mihi. Sequeris autem postea, id est, tempore alio adhuc futuro, per passionem mortis me sequeris, non solum passione, sed etiam mortis similitudine. Tertio quidam haec verba intelligunt de praedicatione & regimine Ecclesiae, ac si Petro diceret: Sequere me, hoc est, ego pro me te vicarium substituo, ut post me meas gerens vices, praesides Ecclesiae, & in praedicationis regiminisque animarum officio sis mihi successor. Quapropter Theophylactus, Sequere me, inquit, qui educo te ad praedicationem, & totum orbem terrarum in manus tuas trado.

Conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem, qui & recubuit in caena super pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te?

Quando de seipso loquitur Ioannes Euangelista, non aliter se describit, quam discipulum illum, quem diligebat Iesus. Quo dubium non est, singularia illum dilectionis signa a Christo praeter ceteris accepisse. Non autem hoc ita intelligendum est, ut hoc dixerit Ioannes quasi glorians in hoc, quod maiori illi amore, quam ceteros dilexerit Christus, tanquam meliorem, aut Christi dilectione digniorem se aestimauerit, quia non est dictum, quod lo-

annem diligebat ita Christus, quasi Ioanni plus gratiae gratum facientis dominus, quam aliorum cuiquam dedisset. Neque enim de illa dilectione loquitur Ioannes, quae est vestis nuptialis, puta charitas seu gratia Dei, cui in futura vita praemium respondet essentialiter, sed loquitur de familiaritate illa dilectione, qua se illi Christus exhibuit amabiliorem, quam caeteris. Nam apostolorum quis in charitate fuerit maior, aut apud Christum nunc beatior, soli constat illi, qui ponderator est spirituum. Nos utrumque scimus a Christo dilectum, Ioannem scilicet & Petrum, & a Christo utrumque honoratum. Siquidem Ioanni commendauit matrem suam, Petro commisit Ecclesiam. Scimus quoque omnes Christo apostolos & discipulos dilectos. Veruntamen si quaeratur, An Christus plus dilexerit Ioannem, quam Petrum, dicendum erit illud Sapientis: Ego diligentes me diligo. Vnde sequi necesse est, dominum se plus diligentes, plus etiam diligere. Petrum vero constat ex interrogatione Christi, plus alijs dilexisse Christum. Neque enim Petrum Christus interrogasset, Simoni Ioannis diligis me plus his? nisi ita quomodo interrogauit, fuisset. Quo nomine non potest negari Petrum plus alijs dilexisse Christum. Qui sicut plus dilexit Christum, ita iuxta regulam aliam, plus etiam dilectum credamus a Christo, oportet. E diuerso quoque, quando quidem Ioannes se vbique nominat discipulum, quem diligebat Iesus, necessario etiam sequatur necesse est, Ioannem singulariter praeter alijs dilectum a Christo. Nisi enim ita fuisset, haudquaquam Ioannes haec diceret. Inter haec dicendum est, iuxta mentem S. Thomae, triplicem esse dilectionis differentiam: Prima, in familiaritate exhibitione sita est. Hoc modo plus Ioannem Christus dilexit, quam Petrum. Secunda, ex collatione donorum dicenda est: & hoc modo Petrum magis dilexisse Christus credendus est, cui Ecclesiam commisit, & regni caelorum tradidit clauas. Tertia, pensatur ex praecordiali eius amore: hoc modo omnes dilexit. Cum dilexisset, ait Ioannes suos, vsque in finem dilexit eos. Ad obiectiones vero diluendas supra positas, dicendum, quia Petrus dominum dilexit feruentius, & a domino diligebatur fortius: Ioannes vero amabat dulcius, & amabat familiarius. Potest quoque dici, quia maiorem in externa exhibitione dilectionem, blandiorque sole-

Matth. 23

Prover. 16

Ioan. 19
Ioan. 21

Ioannem an plus Christus dilexerit, quam Petrum. Prover. 8

Luce 7

Dilectionis differentia triplex.

Matth. 16

Ioan. 13

mus

mus præferre erga iuuenes, erga mites, erga eos qui manueta habent naturalia, erga senes, & erga castas virgines. Idcirco hoc modo familiariori, blandioriq; dilectione exhibuit erga Ioanem se dominus Iesus. Erant enim ferme hæc omnia in Ioanne. Fuit enim teneræ ætatis, utpote omnium natu minor (vt creditur) vnus & viginti annorum. Secundo, quia à carnis se continuit delitijs, Christi amore. Putatur enim fuisse sponsus in Cana Galilææ, cuius Christus interfuit nuptijs. Tertio purissimus virgo fuit. Cui ad stipulatur sanctus Hieronymus, dicens: Hic est Ioannes Euangelista, qui virgo est à Deo electus, quem nubere volentem, vocauit à nuptijs Deus. Inde igitur magis sibi amicum fecit Christum, iuxta illud Prouerbij: Qui cordis diligit munditiam, habebit amicum regem. Et illud Sapientia: Incorruptio facit proximum Deo. Maior enim (vt patrum est sententia) virtus est, castitatem seruare, quam dæmones expellere. Damascenus quoque, Quanto, inquit, angelus homine est superior, tãto virginalis castitas nuptijs est honorabilior. Quarto mäsuetissimam habuit naturam, utpote mitissimus & amabilis. Non tamen est tacendum, quod in hoc quod Ioannem Christus dilexisse dicitur, minime derogatur ceteris discipulis, quia & quibusq; sanctissimis & dilectissimis sæpenumero nequaquam maior exhibetur dilectionis familiaritas aut blandities, propterea quod de amicitia securi nõ hæsitãt, nec familiaritate vberiori nõ indigent. Nam matri suæ multo omnium dilectissimæ Christum minime legimus familiariter multum, aut blande locutum, quãuis de eius maxima dilectione erga illum dubitet nemo. Adeo nanque maturus, vbi cunque matri, aut ei illa loquitur, inuenitur, vt ferme suspectus de duritia haberi possit, cum tamen Mariæ Magdalena magnam dilectionis exhibuerit familiaritatem, puta dum lachrymis eius lauãtem pedes laudat: dum coram sorore Martha causante, quod se solam reliquerat ministrantem, illam excusat: dum Lazarum eius fratrem resuscitabat mortuum, & cum plorãte plorabat: dum super caput suum illã vnquentum effundentem, ab apostolis murmurantibus defendit, & dum in horto non inuento eius corpore in monumento se quærenti, apparuit. Sequitur:

Conuersus Petrus, hoc est, retrospectus, quis illum sequeretur, vidit discipulum, quem diligebat Iesus quoque sequentem. Christo enim dicente Petro, Sequere me, continuo corporaliter sequebatur Christum Petrus. Petrum vero sequebatur Ioannes, cum quo præcipua illi semper fuit consuetudo. Secundum Augustinum neuter illorum intelligebat, cur dixerit Iesus, Sequere me. Sed quid huc attinet, inquis, quod Ioannes hic seipsum describens, meminere, quod in cœna super domini petus recubuerit, & innuente sibi Petro, dominum interrogauerit, dicens: Domine, quis est qui tradet te? Cur hanc rem hoc loco inserit? Sed respondens Chrysostomus, Non ab re factum est, inquit, sed vt ostendat Petri post negationem fiduciam, Qui enim tunc non est ausus (puta in cœna) Iesum interrogare, sed id muneris alteri delegat: hic commissa sibi fratrum cura, non modo alteri vicem suam non mandat, sed & ipse magistrum pro Ioanne interrogat: & Ioannes quidem tacet, ipse autem loquitur. Præterea & suam in eum manifestat dilectionem. Diligebat enim mirum in modum Ioannem Petrus.

Hunc ergo cum vidisset Petrus dixit Iesu: Domine, hic autem quid dicit ei Iesus: Sic eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere.

Dillexerat Petrus Ioannem, & nunc quoque diligere non desijt. Cum itaque Christum loquentem audisset de sua passione, qua Christum esset sequuturus, videns Ioannem quoque sequi, interrogat dominum cupiens scire, quo fine ille ex hac esset vita migraturus, & an vitam quoque ipse foret positurus pro Christo. Erat autem Petrus ad interrogandum velocior, diligens illum, & non libenter ab eo volens diuidi. Sæpenumero enim se sociauerant, vt ex Euangelistis liquet, & ex Actis apostolorum. Respondit ei Iesus, Ita tamen, vt nihil ex eius disceret responsione, sed magis dubitaret. Voluit enim Petrum compescere, qui in huiusmodi interrogationes feruentius solebat proflire, nosq; simul erudire, nihil curiosius præter diuinam voluntatem inuestigandum. Quasi enim Petro diceret, ait dominus: Quid ad te pertinet scire, quid

S. Ioannis ætas, carnis castigatio, & virginitas. Ioan. 2

Hierony.

Prouer. 22

Sapient. 6 Virginũ excellẽtia quanta. Damasc.

Ioan. 8 Lucæ 8

Lucæ 7

Lucæ 10 Ioan. 11

Ioan. 12 Ioan. 20

F

Augul.

Ioan. 4

Chrysol.

Amer. 8 Petri 13 S. Ioan. 13 quomodo fuerit.

Matth. 18 & 26 Marc. 14 Lucæ 10 Ioan. 11 & 13

re, quid ego illi prouiderim? Tuum nõ est ultra, quam ad te pertinet, quantumuis illum diligas, percontari. Sic eum volo manere: Aut, vt quidam legunt: Si eum volo manere, quid ad te? Tu me sequere.

Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit Iesus, Non moritur: sed, Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?

Ex his Christi verbis ambiguus mortus est intellectus. Nam & discipuli hæc verba ita intellexerunt, quasi dominus dixisset, Ioannem vsque ad finem mundi victurum, quando denuo veniret dominus ad iudicium, cuius secundi aduentus sæpe scriptura meminit. Veruntamen Ioannes ipse hoc Euangelium scribens, huic contra dicit opinioni, asseueratque à Christo non dictum, se non moriturum, sed mansurum, donec veniat. Quamobrem de Ioanne multiplex fuit opinio, cur illum, aut quomodo dominus manere voluerit. Fuerunt enim quidam (vt Augustinus refert) qui tradunt eum non mortuum, sed sub terra dormientem viuere. Ad quod credendum illos mouet, quod legitur post longam senectutem sano & vegeto corpore sepulchrum intrasse, nec eius interim inueniri corpus, nisi quod scaturigo ibi inuenitur pulueris, atq; ebullitio terræ: quod ex flatu quidam putant (vt ait) venire dormientis. Hi circa finem mundi credunt illum à somno excitandum, atque pro Christo passurum. Verum, hoc credendum facile nõ est, quia verisimile non est, dilectiorem discipulum tanto tempore à gloria differri vsque ad diem, puta iudicij, nec alio honore aut gaudio, quam somni quiete perfrui, quum interim minores alij sancti æterna fruantur beatitudine secundum animam. Sunt alij, qui putant Ioannem translatum in paradysum, & cum Enoch & Helia tempore Antichristi rediturum, atq; passurum. Verum huic contradicit opinioni Apocalypsis eiusdẽ Ioannis, vbi de duobus trã narrat testibus, amicis suis, quos contra Antichristum mittet Deus in hunc mundum: Dabo, inquit, duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta annis. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu dñi terræ stantes. His si Ioannes additus fuisset terti-

Ioan. 8. mō Christi manere voluerit, opinio diuersiorã varia.

Apoca. 11

us, non tacuisset idem apostolus. Hieronymus nihil ambigit, quoniam Ioannes fuerit mortuus: quãdoquidem in sepulchrum suum ipse Ioannes vltro descēderit, interim tam ab omni dolore mortis, quam à carnis corruptione alienus. Verum quo Deus eius corpus absconderit, quidve cum illo operatus sit: eidem cui omnia arcana nota sunt, committit. Tertia opinio omnium est verisimilior, quod Ioannes mortis sibi adesse sentiens tempus, iuxta dominicam reuelationem sibi factam (id enim omnibus fecisse apostolis creditur, quod in cœna vltima eius videtur promississe, se scilicet ante mortem visitaturum & ad se accepturum eos, quando dixit: Cum abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam ad vos, & accipiam vos ad me ipsum: vt vbi ego sum, & vos sitis) non languorem sensit, non lecto decubuit, sed in foucã descendens, leniter ad modum obdormientis tradidit spiritum. Vnde sicut beatissimæ suæ matri propter mortis dolorem, quæ sub cruce ipsius stans pertulit, dolorem mortis sustulit, ita creditur ex singulari priuilegio Ioanni dilectissimo suo discipulo, & beatissimæ virginis custodi, æque sub cruce tempore passionis suæ in amarissimis doloribus stanti concessisse, vt moreretur quidem ipse, tamen à dolore mortis liber, & virginea eius caro à corruptione maneret singulari prærogatiua immunis, quantotiusq; corpore & anima assumeretur in cœlum. Siquidem in eius sepulchro nihil aliud est inuentum, quam manna resudans. Magnum & singulare est hoc. Verum, si Ioannis integritas, virginitas, synceritas, charitas, mansuetudo, laborumque & vitæ diurnitas atque sanctitas singularis attendatur, mirum nõ videbitur, vt tantus apostolus, quem dominus prædixerat, donec veniat, mansurum, absque passione aut supplicio, quomodo alij apostoli sunt mortui, mortuum quidem, sed corpore & anima mox rursus glorificatum.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: Et scimus, quia verum est testimonium eius.

Euangelistarum vltimus post alios omnes, Euangelium scripsit beatus Ioannes, cuius diuinæ doctrinæ testem seipsum, imò & ve

Hierony.

H

Ioan. 14

S. Ioannes euangelista quo pacto mortuus fuerit.

Ioan. 10

S. Ioannes vt corpore & anima sit glorificatus.

g & ve

S. Iohannes quando scripsit suum Euangelium

S. Iohannis scribens Euangelium quā cura fuerit.

& veritatem subscripsit, afferens veritate hæc omnia esse vallata, atq; super ipsa veritate fundata. Scripsit autem sub Nerua Imperatore, circa annum sexagesimum quintum ab ascensione domini, rogatus ab episcopis Afræ, vt propter insurgentes hæreses circa diuinitatem Christi, scriberet Euangelium, quod diuinitatem enunciaret Christi. Triduano igitur ieiunio indicto, & cunctis pro eo orantibus, scripsit hoc Euangelium suum, vnde hæc legimus, qd tam sublimiter est exorsus, vt humano vix possit capi intellectu. Fuit autem scribentis cura & studium, vt quod aliq; Evangelistæ satis dixissent, ipse præteriens taceret: quod illi tacuissent, ipse referret. Sciuit autem tum per experientiam, tum per diuinam reuelationem, tum per alia argumenta se non deceptum, sed Deo hæc omnia inspirante scripsisse. Postremo Euangelij sui veritatem per magna miracula, soli Deo possibili, per nomen Iesu adstruxit. Quæ nos quoq; legentes discimus, Deum testimonium perhibuisse veritati Euangelij S. Iohannis. Quomodo enim Africam conuertisset aliter, nisi Euangelij prædicasset veritatem? Cuius vtiq; prædicationem Deus miraculis & signis suam esse atq; Euangelicam cõprobauit. Nos igitur his credentes Christum diligamus, Christum confiteamur, Christum imitemur, eiusq; apostolum Iohannem, quem nunc in æterna sua fouet gloria, Deus in personis trinus atque natura vnus ab omni creatura sempiternæ benedicens, Amen.

SERMO IN EODEM Festo. Vt Christum Iesum per aduersa & prospera constanter sequi debeamus: & de quibusdam eximjs donis sancto Iohanni diuinitus collatis.

K

Dixit Iesus Simoni Petro: Sequere me. Iohannis XXI. Dominus noster Iesus Christus, qui vt nos oues errantes ad ouile nostrum, puta cœlestem paradysum reduceret (procul enim ab Hierusalem patria nostra recesseramus in Hiericho) humanam assumpserat naturam, multis modis adhortari non destitit humanum genus, vt relicta illis, quæ ab æterna excluderent vita,

Luce 10

id est, vitijs, pœnitentiam agerent, & ad veras excolendas virtutes, quibus vita obtinetur æterna, sese conferrent. Ea enim sola ex causa venerat in hunc mundum, vt nos ad amissam beatitudinem reuocaret. Itaque & verbis nos abundantissime instruxit, & præterea etiam exemplis animauit. Parum enim erat immensæ illius charitatis legem nobis præscribere, quam serua remus, parum itidē iter ostendere quo pergeremus, nisi etiam ipse se itineris ducem nobis præberet. Hæc de causa quanta fecerit, quanta perpeffus sit, omnes Euangelij paginæ loquuntur. Nimirum id præcipuum illius desiderium, cura, studium fuit semper, vt quibuscūq; posset rationibus ad rectam nos reduceret viam, à qua nos nimium aberrasse non erat nescius, atque ab indignissima dæmonum & vitiorum seruitute abstractos & liberatos, in libertatem filiorū Dei nos restitueret. Sæpius igitur monet nos, vt se sequamur. Cur hoc? Ipse est enim via: & nemo venit ad patrem nisi per ipsum. Et ne fortassis per devia erraremus, nesciremusque quo sit pergendum iter, in seipso nobis omnigenarum expressit virtutum exempla, quibus si inherere velimus, non possimus vnquam duci in errorem, aut aberrare à vera salute, ad quæ vt diximus, nos reuocare maximopere voluit. Inspicienda erga nobis est vita illius, & qua eam ratione transfegerit considerandum, vt quæ eum sectatum fuisse: perspexerimus, nobis quoque imitanda, quæ vero fugisse, cauenda ac fugiēda sciamus. Eo namq; hortantur nos ea quoque verba quæ iam paulo superius recitauimus, quibus ait ad Simonem Petrum, atq; adeo etiam ad vnumquēlibet e religione Christianum: Sequere me: tanq̄ diceret: Exemplum dedi vobis, vt quæadmodum ego feci, ita et vos faciatis. Hoc est em̄ sequi Christū, eius vitā imitari. Ab hac Christi imitatione nemo exceptus est. Atq; eā ob rem, vt nemo se posset excusare, tanq̄ humanas excedat vires, sequi dñm saluatorem, idem ipse vsq; adeo vitā suā in omnibus temperauit, vt quis bona saltē voluntate p̄ditus est, facile illi se possit conformare, in illis præsertim, quæ ad obtinendā salutē sunt necessaria.

Quod idcirco dixerim, qd quædā eum gessisse constat, quæ tamē nolit exigere ab oibus, cuiusmodi est, qd omnino pauper vixit in hoc mūdo, atque id genus alia, quæ magis

Matth. 4. Luce 4.

Christus cur in mundum venisset

Matth. 4.

Ioh. 4. Ioh. 4.

Actus dñi nam Christus suus nobis imitabilis p̄posuit.

Zach. 2. Cor. 1.

Roma. 11

Virtutes quasnam omnibus imitabiles Christus proposuit

Virtutes Christi-formes quæ nā faciunt suaves. Matth. 11

Hostes atq; capitales tres quinā snt.

1. Ioh. 2. Radices vitiorum omnium quæ snt.

magis in consilio esse voluit q̄ p̄cepto, humano scilicet condescendēs infirmitati: in terim nihilominus in seipso perfectionis nobis exēpla p̄bens, vt sciamus quæ sit voluntas Dei non solū bona, quæ est oibus necessaria, aut beneplacens, quæ ad proficentes pertinet, sed etiam perfecta, quæ non nisi absolutæ virtutis, id est, perfecti homines sectantur & inquirunt. Porro quod in omnibus semper mundi rerumq; labentiā contemptum, quod profundam humilitatem, admirandam mansuetudinem, promptissimam nedum erga Deum patrem, sed etiam erga matrem sanctissimam & beatū patriarcham Iosephū, atq; etiam alios homines obedientiam, itemq; fidissimā charitatem, benevolentiam, fidem, patientiam, multasq; alias virtutes præ se tulit, id nimirum omnibus in commune proposuit imitandum. Hæc sunt enim veræ virtutes, sine quibus nemini patet aditus ad regna cœlorum: & de his intelligi debet, quod ait: Sequere me. Videat iam vnusquilibet vitā illius, & quibus ea fulserit virtutibus, easq; in se exprimere curet. Nec frangatur animo, si quædam, præsertim in initio sese offerat difficultas, sed de Dei sui ope ac pietate securus perseueret in hoc tā salutari proposito, & paulatim eo pertinget, vt quod prius durum ac molestū experiebatur, postea iucundum ac suauē sentiat. Non enim potest mentiri veritas, quæ ait: Iugum meū suauē est, & onus meū leuē. Verum non deerunt, qui in partem diuersam, studiūq; plane contraria Christum sequi instituentem illicere ac pertrahere conentur. Habemus enim omnes & singuli tres hostes capitales, qui noctes atq; dies magna importunitate ad suas partes nos inflectere, & à Christi imitatione abducere moliant. Hostes isti caro sunt, & mundus ac diabolus. Hostes reuera perniciales, & q̄ innumeros traxerint in tartara. Caro quidem suis nos nititur irretire voluptatibus, scdisq; cōcupiscentijs: mundus ostentat ac ingerit obtutibus nostris quæ auare ambiamus: diabolus animum quodam tumore ac elatione inflat, nec sinit nos humilem Christum per placidissima humilitatis itinera seq. Ita iam habemus hic concupiscentiam carnis, cōcupiscentiam oculorū, & superbiam vitæ: quæ vt sunt vitiorū omnium radices, ita perpetuo sese nobis ingerunt, & velut in animos nostros irrepere nitunt, hæc vtiq; sen-

tentia, vt Christū eiusq; gratiā à nobis excludant. Quod quia non latuit pijsimū animarū nostrarū medicum, ne horū præstigijs & fallacijs seduceremur, iussit vt se potius sequamur, certus videlicet nullā esse efficationē nris resistēdi easq; superādī rōnem, q̄ si ipsius vestigijs inherereamus. Itaq; si blāditur caro, & suis nos oblectamētis illaqueare tētat, mox vertēdus est animus ad exēpla Christi Iesu cōsideranda, vt videamus, q̄ ille semp carnem suā licet innocētissimā multis affligerit modis, puta ieiunijs, etiam diuturnis, p̄cibus admodū prolixis, laboribus, fatigatiōibus, fame, siti, frigore, æstu, nuditate, (Nā semp caput ac pedes nudus incescit) alijsq; similibus, atq; ex his si non oīa, saltem quædā etiā nos ad edomandam carnis petulantiam assumamus. Absit em̄, vt quisq; ita sit stolidus, vt putet absq; villo labore vel dolore posse se carnis vitia superare.

Porro si mūdus vanis suis p̄missis euertere nos conet, opesq; nobis & amplas possessiones fallaciter ingerat, itidem ad Christū, tanq̄ efficacissimū aduersum queuis venena antidotū mentis oculi referēdi sunt, vt inspiciamus, quātōpere oēs vitæ temporariæ etiā necessarias facultates ipse spreuerit, adeo vt nec tātilū quidē ex rebus p̄sentibus cōmodi habere cōsenserit, vbi caput suū reclinaret. Qua re dubiū non est, quin mūdi huius bona maxime contēnenda declarare voluerit. Demū si damnatus ille malorū spirituū cœtus animi fastu ac superbia nos inflare moliat, vt ambiamus honores & p̄prias vitæ labentis ac momentaneæ, rursus ad Christū Iesum spectādum animi obtuens intendendi sunt, vt religio se ac sedulo intueamur, vt ipse olim cum se sciret rapiendū à populo ad regni fastigia, plane refugerit, seseq; occultarit, totoq; vitæ suæ spatio semp abiectissimus & despectissimus vixerit, vt sua humilitate & nos si dissimè instrueret, & dæmonē superbissimū prorsus elideret ac cōfutaret. Itaq; semp in Christo Iesu tanq̄ optimo ac p̄clarissimo duce efficacissima inueniemus aduersus quos vitia, in quæ nos iam memorati hostes pellicere velint, remedia, si tantū non recusamus oculis cordis eius exēpla fideliter ac studiose intueri, & imitanda suscipere.

Cur em̄ alioq nos seq iuberet, nisi ipse p̄be nosset, in sua vita, tanq̄ in speculo clarissimo omnigenas relucere virtutes, quibus nos contra omne vitiorum genus, qualia

M

Carni hosti q̄ resistendū sit.

Matth. 23. Marc. 1. Luce 4.

Mūdus hostis quā vincēdus.

Matth. 8. Luce 9.

Dæmon hostis quā superādus

Ioh. 6.

N

Matth. 4.

Tepor hu
ius seculi
Christia
noꝝ quan
to lachry
mar font
te plangē
dus.

qualia ea sint, communire queamus? Vnde maximopere dolendum, & omni la chrymar fonte plangendū est ab oim fere Christianoꝝ cordibus, eoꝝ que idem ipse benignissimus Saluator noster ppter nos assumpfit, fecit & perpeffus est, memoriam ita prorsus exclusam, vt nihil minus libeat, q̄ eoꝝ vel tenuiter meminisse. Et tamen ipse dñs sciens ex quanta, quamq; incōprehensibili charitate & misericordia talia egisset ac pertulisset, quātus item ad nos ex grata & pia illoꝝ recordatione redeat fructus & vtilitas, præcellissimū sui corporis & sanguinis sacramentū instituit, nobisq; cōficiendum & sumendū dereliquit, in sui, vt ipse ait, cōmemorationem, vt scilicet im mensæ charitatis, ærumnosæ vitæ, acerbæ passionis, & ignominiosissimæ mortis ipsius perpetim memores essemus, atq; q̄tidianus tanti sacramenti vsus & aspectus hoꝝ nobis memoriam iugiter refricaret: ex ipsa autem frequenti & sedula eoꝝ commemo ratione primo quidē videremus, atque perspiceremus, quænam eligenda, quæve fugienda sint, deinde etiam ad ea siue amplectēda, siue respuenda accederemur. Hoc enim præstat deuota & frequēs vitæ & passionis Christi cōmemoratio, vt nō solum quid vitium, quid virtus sit, inde perspicue intelligamus. Verū etiam paulatim magis ac magis vitioꝝ odio, & virtutum amore inflāmemur, atq; adeo etiā ad omnem diuinam capeñdā gratiā apti, ac habiles reddamur. Nec poterit vnq; præstare id quod Christus hortatur & iubet, dū vt se sequamur præcipit, quisquis illius vitæ & passionis vitam ducit immemorem. Quomodo em̄ sequeris illum, cuius nō habes vllā certam notitiā? Qui vero illum nosse queas, cuius res gestas ac vitæ ordinem, itemque exempla & vestigia contueri, & explorata habere non curas? Ergo vt idonei simus sectatores Christi, nō nos pigeat identidem animo & cogitatione cōplecti ea, quæ ipse propter nos agere ac perpeti non est dignatus. Et vt libētius his commemorandis operam demus, quādo ita se offert occasio, placet hoc loco nouem recensere haud vulgares vtilitates, quas dominus Iesus cuidam amico suo per reuelatiōem indicauit assequi eum, qui eius passionē subinde ad memoriam reuocet. Prima vtilitas est, quod hoc ipso ab omnibus repurgatur vitijs, & quicquid neglexit, Christi

Passionis
dñicæ fre
quens cō
memora
tio qd fru
gis adie
sat.

Passionem
dñicā de
uote medi
tarā nouē
proferre
vtilitates.

meritis refarcitur, atque restituitur. Secunda, quod aduersum hostes suos vsque adeo corroboratur, vt eum superare non possint. Tertia, qd vires accipit ad qualibet colendas virtutes, & quæuis bona exequenda opera. Quarta, quod quamlibet breui temporis spatio in ea commemoranda sese occupet, semper anima illius in Dei gratia renouatur. Quinta, quod de uote eam commemoranti, Christus ipse libet adest. Sexta, quod arcana, quæ Deus pater Christo manifesta reddidit, etiam ipsi libenter Christus reuelat. Septima, quod ante obitum ad perfectionis eum apicem Christus perducet, & vita functum cum amantissimis amicis suis remunerabitur. Octaua, quod nulli vnquam seriæ ac rationabili petitioni illius Christus negabit assensum. Nona, quod in morte Christus ei aderit, atq; ab hostibus defensum, de vita æterna certum ac securum efficiet. Has vtilitates quum dominus, vt iam diximus, cuidam excellentis meriti amico suo reuelaret, simul eidem conquestus est paucissimos inueniri, qui ipsius velint leuare onera, eiusque angustijs, doloribus & afflictionibus compati, & ad mentem reducere, quæ propter nos perpeti dignatus est, quum tamen certissimum sit, etiam neglecta & perdita omnia in præclarissimo passionis eius thesauro reperiri, restaurari, ac recuperari posse. Atque equidem affirmare nō dubitem non aliam esse causam maiorem, cur Christianorum multo maxima pars vsq; adeo in omne vitiorum genus præceps ruat, nisi quod tantam Christi charitatē, quā nobis in assumpti hominis vita & passione abundantissime declarauit, nolunt reuocare ad memoriam, atque pro ea debitas Deo gratias agere. Multa hinc leguntur tremenda & metumenda in scriptis sanctorum virorum, atque etiam in Reuelationibus sacratissimæ illius viduæ Brigitte, quarum non est leuis apud pios omnes autoritas. Verum dum hæc de dominica passione agimus, videbimur fortassis dilectissimi, recessisse ab instituto. Sed quisquis rem bene perpenderit, nihil nos alienum attulisse sentiet. Cum enim dominus nos se sequi hortetur, id autem fieri non possit, nisi quæ ab illo nobis imitanda proposita sint nouerimus, eaque non nisi sedula eorum quæ pro nobis egit & perpeffus est cōmemoratione discatur, nihil

P
Pecorum
multiplic
catione
hoc est
seculo
sæ præcipi
quæ sit.

D. Brigitte
æ librop
authoritat.

Ioan. 21

1. Ioan. 2

Solennita
tes sancto
rum cele
brandi ra
tio quæ,

Q
Ioannis
Euangeli
stæ prog
tiua & san
ctitas quæ
ta.

nihil à proposito fuit alienum ad commemorandam vitam & passionem illius vos adhortari. In ijs enim maxime elucent virtutes eius, ad quarum imitationem nos inuitat, dum ait: Sequere me. Quod paulo significantius sanctus Ioannes Euangelista his verbis expressit: Qui dicit se in Christo manere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare. Cuius quidem admodum præcellentis apostoli & Euangelistæ, quando festū hodie diem colimus, committere nō debemus, quin vestræ charitati ad honorem Dei vestramq; ædificationem de illius eximijs quibusdam virtutibus atq; prærogatiuis non nihil proferamus. Cur enim sanctorū ab Ecclesia solennitates celebrantur, nisi vt illorum res præclare gestæ virtutesq; & dona, quibus diuinitus aucti sunt, hominibus proponantur, quo ea tum imitari, tum desiderare, quatenus fas est, studeant, atque eorum implorent patrociniū, & apud seuerissimum iudicem Deum eos sibi adiutores ac defensores parent? Difficillimum autem reuera fuerit, imo & impossibile huius præclarissimi apostoli merita pro dignitate extollere, atque eius virtutes congruis celebrare encomijs. Sed tamen propterea eas omnino ceu canes muti silentio præterire non debemus. Dicamus ergo inde vel parū aliquid ad honorem Christi, & tanti apostoli venerationem. Certe dubium non est, quin in hunc vnum tot suæ gratiæ dona contulerit dominus Iesus, vt merito Christiani omnes singulari eum studio, amore & honore prosequi debeant. Et vt multa summatim perstringamus, fuit apostolus, & quidem ex præcipuis vnus: fuit Euangelista, imo princeps Euangelistarū: fuit propheta, fuit martyr, fuit cōfessor, fuit virgo pudicissimus: in cœna supra petrus domini recubuit, dulcedine corporis & sanguinis eius ebriatus, haustumq; sapientiæ & gustum dulcedinis diuinæ percepit: fuit post mortem Christi peculiaris virginis matris custos & filius, fuit Christo inter apostolos longe charissimus, fuit eiusdem Christi confobrinus, fuit denique Christo patienti & morienti comes pene indiuiciuus atque fidissimus. Vides quam multis sit decoratus ornamenti: quæ si particulatim fusius explicare ac pertractare velimus, quanta hic erit laudum eius materia, quam ingens campus? Sed fortassis o-

nerosi essemus. In ipso Euangelio quod scripsit, in epistolis item & Apocalypsi suæ nonne singulari quadam cœlestis gratiæ aspiratione vsus videtur? Quā cūcta illius verba ȳe ignea sunt, & diuinū spirātia amorem, vt de eo peculiariter dictū videri possit: Ignitum eloquium tuum vehementer. Quantopere conatur tum Dei erga nos cōmendare nobis amorem, tum nostrum in Deum & proximum verbis mellisuis & vere aculeatis accendere? Quam dulcissimo vbiq; spiritu vtitur, vt vel ex hoc ipso agnoscas in eis castissimo pectore nil nisi amorem, benignitatem, dulcedinem, pietatem, misericordiam resedisse. Iam quid non venerationis habet, quod (sicut in Ecclesiastica refertur historia Eusebij Cæsariensis) quum iuuenem quendam cuidam cōmendasset Episcopo, isq; primo quidem diligentissime eius gessisset curā, sed postea remissius se gerens, iuueni tantorum quodammodo malorum præstitisset occasionem, vt flagitijs omnibus se manciparet, multis que sibi adiunctis, atrociniā crudelissime, ceu eorum princeps exerceret, idq; aliquāto post sacratissimus Christi apostolus rescisset ex ipso cui eum commendarat Episcopo, scidit vestimēta sua, & cum ingenti gemitu feriens caput suum, ita ait ad Episcopum: Bonum te custodem animæ fratris dereliqui. Nec his contentus, mox iter arripuit ad montem, in quo iuuenis ferocissimus demorabatur: cumque ad eum venisset, & iuuenis agnito eo, actus pudore in fugam verteretur, D. Ioānes etatis oblitus, tantum salutem illius miserī cogitās, eum insequitur, atq; post eum clamat: Quid fugis o fili patrē tuum? Quid fugis inermem senem? Miser hære: noli timere, adhuc habes spem vitæ. Ego Christo rationem reddam pro te, &c. His auditis substitit iuuenis: & vehementissimo animi dolore cōpunctus, apostoli pedibus prouolutus est. Sed & apostolus eius genibus prouolutus eius dexteram tanquam iam per penitentiam purgatam osculari cepit. Deinde ad Ecclesiam eum reduxit, & indefinēter pro eo orationes profundens, & cum ipso pariter ducens crebra ieiunia, indulgentiam à Deo, quam ei pollicitus fuerat, expetebat. Nec prius abstinit, quam eum in omnibus emendatum etiam Ecclesiæ præficeret. Si cui libet huius rei pleniorē habere notitiā, legat historiam Ecclesiasticā Eu-

Psal. 118

Zelus anti
marū quā
r' pectori
D. Ioann. s
apostoli
incederit.

scij Cafariensis, libro III. cap. XXIII. Nos in compendium, que ibi latius referuntur, contraximus. Quis hanc tantam apostoli iam senio grauari charitatem non toto animi affectu & summo studio exosculetur & prædicet? Quis non omni amore & veneratione tam pñssimum senem prosequatur? Audiuit ouem raptam lupi tartari dentibus, nec sine vitæ periculo eam recuperare licebat, & tamen intrepidus pergit ad ipsam latronum arcem, & quasi tota salus sua ex illa anima penderet, ita anxius eam nitebatur ad viam reducere, & ne peccatorum suorum magnitudine deterreretur, etiam se pro ea Christo rationem redditurum pollicebatur. O quam excellenter ipse egit, quod in sua docet epistola, ita dicit: Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Agedum dilectissimi honoremus tam præcellentis meriti, tam flagrantis charitatis apostoli Dei, eiusque suffragia apud Deum quotidianis precibus ambiamus. Nec dubitemus, quin propensissima voluntate nostri apud Deum curam sit habiturus iam beatus in cælis, qui olim adhuc fragili indutus carne, tanta sollicitudine perditum iuuenem quæsiuit, inuentum reduxit, ac reducto veniam impetrauit. Nemo prorsus ambigat charissimi vnum ex præcipuis esse beneficijs Dei, vt quis erga illius sanctos, maxime tam illustres & eximios piæ deuotionis & amoris affectu præditus sit. Esto Lutherus & eius assecclæ sanctorum inuocationem damnēt. Num propterea nos non debemus sanctos venerari, eorumque postulare suffragia? O venenatam diaboli linguam, quæ per os Lutheri miseram ac rudem plebeculam intantum fascinauit, vt etiam idololatriæ crimen putent sanctis honorem exhibere. Et tamen

R

2. Ioh. 1.

Beneficij Dei quale vt est lan- g. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Luthera- norum in sanctis im- pietas quanta.

pi omnes nihil dubitant clementissimum Deum innumeros à grauibus periculis, imo & ab ipsa æterna damnatione sæpius liberasse, eo tantum nomine, quod sanctos eius aliquo venerationis studio prosequuti fuerint. Hæc ita sunt manifesta, et infinitis pene probata exemplis, vt superfluum sit pluribus inde agere. Gaudeant & gratias agant Deo, quotquot se alicuius sancti amore præditos sentiunt, nec quicquam curent dæmonis præstigia, quibus hodie innumeros à diuorum veneratione penitus abstraxit, non aliquo sanctorum damno, qui iam perfecta cum Deo beatitudine perfruuntur, sed ineffabili misero detrimeto, qui cum Deū suis peccatis grauissime offendunt, etiã oēm sibi spem veniæ pcludunt dū amicos Dei cōtemnunt, quorum meritis & precibus possent adiuuari apud Deū, quæ admodū innumeris euenisse constat. Possent hoc loco etiã certa recitare beneficia, quæ Deus omnipotens speciatim per hūc B. Ioannem apostolū suū multis impertit ipm pie inuocantibus, sed vitāda prolixitas est, & finis nostro sermoni imponendus. Itaque dilectissimi, vt ab initio dixi, sequamur Christum, & quicquid siue caro, siue mūdus, siue diabolus, quod ab illius voluntate discordet, nobis ingesserit, penitus contēnamus, atque vt hac in parte firmiores simus muniamus nos sedula vitæ & passionis eius cōmemoratiōe: & ne forte nostris vitijs Deus offensus gratiā suā nobis infundere nolit, quæ hæc præstare possimus, hūc B. apostolū & Euangelistā p nobis apud Deū intercessorē adhibeamus: quod quidem facillime efficiemus, deuotisque eū precibus pulsauerimus, vt suis precibus Christi nobis gratiā cōciliet, quæ cum patre & spiritu sancto vinit & regnat deus in secula seculorum.

IN FESTO SANCTORVM INNOCENTVM martyriū, Lectio epistolæ loco, ex Apocaly. Ioannis apostoli, cap. XIII.

IX.



IN diebus illis, Vidi supra montē Sion agnū stantē, & cū eo centū quadraginta quatuor milia, habentes nomē eius, & nomē patris eius scriptū in frōtibus suis. Et audiui vocē de cælo, tanquā vocē aquarū multarū, & tanquā vocē tonitruū magni: & vocē quā audiui, sicut citharæ dorū citharizantium in citharis suis. Et cantabāt quasi canticū nouū ante sedē, & ante quatuor aīalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticū nisi illa centum quadraginta quatuor milia, quæ empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coniungati, virgines enim sunt.

Hi

Hi sequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiis Deo, & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula sunt ante thronum Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Vandoquidem hodie sanctorum innocentum martyriū, solennitatem celebramus, quod Christo recens nato neque intelligendo, neque operando, sed tantum moriendo reddiderunt, atque eo genere martiriū ab impio Herode coronati sunt, quod solo opere non voluntate suscipitur, congrue nimirum præsens Lectio Epistolæ loco in Ecclesia recitatur, utpote in qua mentio fit virginum simul & martyrum, cuiusmodi hos beatissimos paruulos fuisse constat: tamen si ipsa Apocalypsis verba ad solas virgines possint accommodari. Ait ergo S. Ioannes: Vidi per spiritalem intelligentiā, aut imaginariam visionem, agnum stantem, de quo sacratissimus Christi Baptista Ioannes olim dixerat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: agnus utique ob singularem innocentiam & mansuetudinē, qui peccatum non fecit, & coram tōdentibus se ministris diaboli prorsus obmutuit, ne vnū saltē aspius verbū pferēs. Hūc ergo stantē vidi, tanquā paratū ad ferendū auxiliū cunctis eius opē polcētibus, supra montē Sion. i. vel militatē, vel triumphantē Ecclesiā. Vtriusque enim rex & princeps atque caput est Christus, sicut eius verbis in Psalmo dicitur: Ego aut constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius. Et cum eo centū quadraginta quatuor milia, subaudi, stantes erant. Siquidem etiā sancti mortalibus auxilio sunt. Positus est autem hic numerus de finitus per indefinito, quo sanctorum illorum vniuersitas compræhenditur, de quibus hic agit. Per ipsa vero centum quadraginta quatuor milia intellige cunctorum martyrum agmina, qui carnis & mentis integritatem seruauerunt. Apud Deum enim illi maiori excellunt dignitate, quos martyrum simul & virginitas exornat: quæquidem prius ad eū accedunt, & quocumque ierit, eū sequuntur, eo quod non modo corporis integritate sed etiā ppassionis amaritudine ipsi imitant. Aut si magis placet, de solis virginibus accipe. Porro numerus iste magno haud vacat mysterio. Per centū enim sepe quæ perfectum est in diuinis literis significatur.

Ioh. 1.

1. Pet. 2. 2. 3. 4. 5.

Psal.

Martyrii simul cum carnis virginitate quæ excellens sit munus

B

Numerus centenarius usque ad mille significat

Quadragesimus quoque numerus vel decalogi & legis completionem, vel alijs occultis rationibus in mysterio est consecratus. Quadragesimus itē vel propter quatuor Euāgelia, vel quatuor paradisi flumina, vel quatuor paradisi virtutum principaliū exercitationē sacratus est. Mille narius denique etiam crebro tanquam absolutus ponitur. Vnde quod alibi Sanctus Ioannes in Apocalypsi dicit sanctos eum Christo mille annis regnuros, non ita accipiendum est, ut quod inepte fecerunt, quod post resurrectionē in terris tot annis sint regaturi, sed quod semper in omnia futura secula seculorum. Neque otiose hic trāseundū est, quod ait hæc centū quadraginta quatuor milia supra montē Sion stetit. Cū sint enim ipsi montes Sion, quod stant supra montē. Itaque hoc de ipsorum excellentia intelligendū est, quod aliorum fidelium sublimitatē transcendunt: aut certe quod etiā seipfos trāscēderint. In carne enim propter carnē viuere, angelicæ potius dignitatis, quæ humanæ fragilitatis est. Habentes nomē eius. i. fidē vā appellant Christiani, & nomē patris eius. i. fidē quæ vocant filij Dei scriptū per indeficientē pseuerantiā in frōtibus suis, per publicā ac manifestā cōfessionē, quæ non erubuerunt cōfiteri ea quæ sunt vitæ fidei Christianæ quæ filius Dei, ut à patre dicerat nos edocuit. Et audiui auribus internis vocē de cælo siue triumphantis, siue militantis Ecclesiæ tanquam vocem aquarum multarum vel quia multi erant, quorum audiebat vocem, vel quia ardentissime & totis viribus laudabant, Deum. Et vox quam audiui sicut citharæ dorum citharizantium in citharis suis. Namque & Deo sanctisque angelis eius gratissima, & mihi Ioanni eam audienti longe suauissima erant Et cantabant quasi canticum nouum, i. de incorrupta mentis & corporis integritate, & pro Deo ppassis cruciatibus gaudebant. Nō dicit, nouū, sed quasi nouū. Nō dū enim perfecta est sanctorum beatitudo, quæ tū cōplebitur, cum corpora sua receperint, in quibus dum hic essent Deo & iustitiæ militauerunt. Cantabant autem ante sedem Dei, id est, coram angelicis spiritibus, in quibus Deus residet, & ante quatuor animalia & seniores, g. iij. id est,

Quadragesimus numerus quod in libro Apoc. significat

Mille narius numerus quod significat Apoc. 19

Hierony.

Rom. 1

C

Beatitudo sanctorum quæ perfectus

g. iij. id est,

id est, præcipuos sanctos, vel prædicatores & iudices. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milia. Non enim poterit de mentis & corporis incorrupta virginitate gaudere, nisi quæa perditus fuerit, ne ipse quidem Apostolici ordinis princeps Petrus Apostolus, qui uxorem habuit. Qui empti sunt de terra, redempti pretioso sanguine agni immaculati, & a terrena concupiscentia eleuati, aut ab hominum carnalium numero selecti & segregati. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Ecce habes carnis integritatem. Hi sequuntur agnum quocumque ierit: habes & passiois imitationem. Vel intellige de solis virginibus, qui mentis & corporis intemperatam seruauere castimoniam. Hi empti sunt ex omnibus, id est, tota hominum frequentia primitiæ Deo & agno, tanquam præcipue illis chari ob virginitatis ac passionis meritum, vel ob inuiolatam corporis pudorem: & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Non enim potuerunt abduci villo suppliciorum genere, ut dæmonum idola mentirentur Deos esse, sed veritatem constantissime professi sunt. Quod ad nostros beatissimos innocentes martyres attinet, eos quidem certum est nullum unquam mendacium protulisse. Sine macula sunt ante thronum Dei: qui tamen si originis maculam contraxerint, tamen vel circuncisione, vel sanguinis sui effusione penitus sunt expiati. O beatos & vere immaculatos paruulos, in quibus nihil hæsit vitij, qui ante pro Christo & Deo occisi sunt, quam vllam vel Christi vel Dei notitiam haberent, quos sibi Christus in hunc mundum editus martyrum suorum primitias consecrauit, & paruus adhuc paruulos collegit, tanquam iam tum diceret: Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum cælorum.

EXEGESIS EVANGELII

in eodem festo. Matth. II.



DN huius diei Euangelio luculenter nobis describitur tum ipsius domini vixit nati eiusque matris dux & miserabile exilium, quod ob declinandam Herodis re-

guli scruentia Rex cæli & terræ propter nos infirmus tolerare voluit: tum beatissimorum paruulorum crudelis ac inhumana necatio, quos idem Herodes humana quidem usus calliditate, sed plusquam belluina feritate neci dedit eo consilio, quod se speraret inter cæteros etiam illum quem quærebat, sed ignorabat, infantem posse perimere. Atqui o quanta est humana versutia contra Dei consilium. Vnum Christum molit extinguere, & non solum Christo nihil nocere, sed etiam illos quos se occidisse putauit, potius ad vitam misit coronandos. Inter hæc dilectissimi id primum debetis aduertere, quam tener dominus noster Iesus Christus huius mundi persecutiones & odia ac iniurias ceperit experiri, quam ab ipso matris utero pro nostris peccatis Deo patri satisfacere innumeris perferendis incommodis, subeundis laboribus, tollerandis poenis & cruciatibus sit exorsus. Verum ad ipsam iam Euangelij explanationem accedamus.

Angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens.

Posteaquam enim puerum Iesum in templo obtulerant parentes eius, iam redire parabant in Nazareth. Sub idem autem tempus Deus misit angelum suum, qui diuini adhuc ignarum consilij sanctum Iosephum admoneret, ut cum puero & matre eius secederet in Aegyptum. Factaque est hæc apparitio sub specie seu visione imaginaria. Solent enim in somnis fieri diuinæ reuelationes, quod tum sensus vacent, & phantasia quietior sit. Sapientius autem huic beatissimo patriarchæ Iosepho angelus domini apparuisse legitur, neque id immerito: quando quidem præcellentis meriti virum eum fuisse multa declarant: unde iam non nihil obiter dicturi sumus. Et iustum quidem eum fuisse etiam antenatum saluatorem, Euangelista Matthæus testatur. Quod si attendas verissimo matrimonio iunctum eum fuisse sacratissimæ virgini Mariæ, qua nihil unquam sanctius mundus habuit: quæque mox Deum paritura erat, nonne hoc ipso omnino persuadere tibi cogaris, nunquam id Deum permissurum fuisse, nisi illi tam singulari virgini & corporis ac animi pudicitia, & morum integritate

tate & vitæ sanctimonia maxime consimilis fuisset, atque ob id dignus plane, qui filij Dei nutritor & pater putatitius, tantæque virginis coniunx fieret? Credamus ergo (nam id quoque ad Saluatoris nostri cedit honore) hunc reuerendissimum virginitate purissima, humilitate profundissima, tum Dei tum proximi amore feruentissimo, contemplationis gratia haud vulgari salutis animarum zelo vehementissimo multisque alijs præclaris virtutibus & charismatibus instar sponsæ suæ sacratissimæ virginis Mariæ præditum fuisse. Et quia diuinis abunde illustrata fulgoribus virgo beata eum sibi sponsum & virginitatis suæ custodem ac vitæ solatium, itaque nutritiū ex se nascituri filij Dei diuinitus datum optime nouerat, omnemque interioris hominis eius statum non ignorabat, nihil ambigi potest, quin cum castissime & feruentissime dilexerit. Quomodo enim non posset non modo non vehementer amare, sed etiam præcipua in veneratione habere eum, cui præ cunctis mortalibus id à Deo honoris delatum cerneret, ut filij eius custos & nutritius esset? Quis vero cogitare sufficiat quæ ignitas pro illo ad Deum preces sæpe fuderit, quantumque ipsdem suis præcibus illi profuerit apud Deum? Si enim virginitatem sacratissimam omni gratia & virtute plenam fuisse credimus, qui fieri possit, ut cum continuis uteretur beatissimi Iosephi seruitijs, non rursus illi quicquid potuerit præstiterit, maxime apud Deum, feruentissime pro illo obsecrando, ut Deus in eo sua dona magis ac magis augmentaret? Nam nisi ita egisset, posset ingratitude argui, quæ ab ea semper longissime abfuit. Iam si diligenter perpendas tam diuturno eoque perpetuo & admodum familiari vsum tantæ virginis & ipsius quoque filij Dei consuetudine, habes nimis rationem efficacissimam, qua etiam cogaris credere in omni virtute in dies mirifice eum profecisse ac summe perfectum fuisse. Si enim cum sancto sanctus & cum innocente innocens eris quomodo ille non sanctissimus & innocentissimus habendus est, qui cum sanctissimis & innocentissimis putat matrem Dei, & filio Dei, cui usque ad vltimum spiritum, ut pater officio, & nutritius beneficio coniunxit, asidue verisatus est? Porro si attendas eundem Dei filium eidem reuerendissimo viro & beatissimo patriarchæ semper pro-

ptissime obtemperasse, ac ei ceu patri reuerenter detulisse, sapientius quam eum dulcissime amplexatum, deosculatum consolatum fuisse (Hæc enim omnia pia mens libere secum cogitare potest) omnino sentias oportet, non potuisse non summo eum diuinitatis amore accendi, qui tanta tam stupenda & cunctis inaudita secularis in se experiretur beneficia Dei. Non enim fas est putare filium Dei non maximis eum affecisse beneficijs, cuius erga se perpetuam eamque ineffabilem curam, sollicitudinem, ministerium experiebatur. Quam etiam curam & sollicitudinem beata virgo manifeste in eo deprehendit, quando filium suum amiserat. Vnde postea eidem inuento sic ait: Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. O quid non doleret venerandus patriarcha amississe se Deum ac dominum suum in quem vnum totum cordis, & spiritus sui amorem contulerat? Denique si omnipotens Deus ei quem ad aliquem statum vel officium eligit, etiam cuncta gratiæ suæ dona illi vel statui vel officio necessaria infundit, hunc autem beatissimum Iosephum ad tantam elegit dignitatem, ut filij sui patrem eum secum vellet haberi, efficaciter ratio sumi potest, summis eum & præclarissimis virtutibus ornatum fuisse. Non enim decuisset talem ac tantum filium, patrem quamuis putatitium se indignum vel saltem minus dignum habere. Minus dignus autem videri poterat, si non omni virtute admodum præcellenter instructus atque decoratus fuisset. Sed hæc tenus de tanti patris sanctitate & præstantia singulari dictum sit satis. Utinam cum mereamur habere propitium apud Deum. Tali igitur tanque illustri patriarchæ angelus domini in somnis apparuit. Sed cur non potius ipsi virgini & matri Saluatoris? Potest dici, quod Spiritus sanctus in hoc deferre voluit sancto Iosepho, ut qui à Deo ad id electus erat, ut tum Saluatoris, tum matris virginis curam gereret, etiam diuinitus, qua id ratione fieri oporteret, edoceret. Quid autem angelus sancto Iosepho mandauerat, sequenti uerba declarant.

Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.

O ve

1. Pet. 1

Matth. 19

Matth.

Reuelationes quæ per eum factæ sunt.

Matth. Iosephus excellentissimus quantus eris

Amor in ter sancta Maria & diuum Ioseph & fuerit castissimus

Ioseph sanctus & castus & fuerit

Psal. 17

E

F

Conueritio pueri Iesu cum Ioseph & Maria facta.

Lucas

Matth. 19

G O vere triste nuntiū, ipsi qdem S. Ioseph graue, sed virgini matri, p̄sertim tā teneræ, tā verecundæ longe grauiſſimum, id que non tam sua, quam infantuli Iesu, cæius vicem summe dolebat, causa. Surge inquit. Non licebat filio Dei in illa tam tenera ætate vel quietum somnum capere, lube tur sanctus Ioseph e somno surgere. Ergo non poterat Deus pater filiū suū tueri, nisi in tenebris fugientē. Sed nolebat parcere amātissimo vnigenito suo vt nobis miseris, nobis p̄ditis parceret. Vide in hoc ipso immēsam erga nos charitatē dei, vt scias q̄ntū illū amare, quā illi gratus esse debeas. O quā verū est, quod per prophetam quendam ipse dicit: Diligam eos spontanee: & per alium: In charitate perpetua dilexite ideo attraxi te miserans. Quomodo enim nos vnquam mereri potuissemus tantam erga nos benignitatem Dei, nisi quia ipse suapte sp̄ote, ac gratuita bonitate sua talem se erga nos præbere voluit? Simul autem consideres hic velim, quam molestum fuerit tum matri virginæ, quæ plus minus sextum decimum ætatis annum tum agebat, tum domino Saluatori adhuc tenerimo infantulo, tum ipsū venerando seni Ioseph, tam longinquum & ignotum carpere iter. Vides nimirum, vt Saluator p̄ſſimus in ea ætate, quæ omnis laboris & doloris summe impatiens est, laborem & dolorem molestissimum perpeti voluerit.

Attēde singula curiosus. Ioseph admonitus ab angelo confestim surgit & matrē excitat. Illa totis concussa visceribus anxia & tremens arripit paruulū Saluatorē & iter accelerat. Puer ita præter solitum excitatus mœstos ædit vagitus, non tam sua incommoda, quam nostra demerita lugens. Ad hoc enim venerat, & suis immeritis p̄enis & laboribus nostra peccata aboleret. Ita iam in tenebris incipiunt proficisci. Interim nulla hic fit mentio alicuius magni apparatus, non famulorum, non currū, non equorum, sed filius omnipotētis Dei cum pauperula virgine, & simplici sene iter ingreditur, relicta patria, relicta domo relicta notis & cognatis oibus. O vos q̄ semper mollia quæritis, & nihil vnq̄ molestiæ perpeti vultis, huc quæso oculos animunq; aduertite, & vel tanto admoniti exemplo discatis ppriæ salutis causa vel pax aliqd̄ p̄peti, cuius gratia Dei filius tanta perferre voluit. Vos delicias expetitis, cas-

que indebitas: non enim decet in exilio voluptatibus operam dare, ille cū omniū esset dominus, & eo nomine omni commo do & quiete dignissimus, tamen dura & aspera amplexus est. Sed qd̄ sibi vult, quod in Aegyptum dominus mittitur? Vt scilicet impleretur S. Esaiæ vaticinium, quā ait. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulachra Aegypti à facie eius: atque vt hoc ipso ostenderetur eum, quem impij Iudæi non essent recepturi à gentibus suscipiendum: quod etiam post eius mortem & ascensionem euidentissime impletum est, hodieq; impletur, quando innumeri in ignotis orbis partibus summa cū auiditate Christi fidem amplectuntur, & Saluatorem mundi ingenti cum feruore excipiunt.

Et esto ibi vsq; dum dicam tibi.

Hæc verba spiritali significatiōe nō carent. Solet omnipotēs Deus q̄nque feruis suis subtrahere om̄nem deuotionem & gratiam sensibilem, omnem pium affectū & illuminationem internam, & in tantis eos relinquere tenebris vt sibi videantur relictī à Deo, perinde ac si nullam illius vnq̄ notitiam habuerint. Interim etiam grauē & horrendæ sæpe accedunt tentationes, quales cōmemorare forte nec expedit propter inexpertos. Isti ergo in Aegypto degunt, quamdiu tali in derelictione versantur. Sed quidam impatientes, dum diuinā sentiunt abesse consolationem, vanam & temporariam inordinate aucupantur. Tales seipos liberare volunt, nec expectant donec diuinitus liberentur. Faciūt igitur contra hanc admonitionem angeli, imo spiritus sancti dicētis: Esto ibi vsq; dū dicā tibi. Cum enim gratia sensibilis non arri det, sed tenebræ & torpor quidam hominem occupant, non debet ex vitæ huius noxijs oblectamentis remedium ac leuamentum quærere, sed fideliter perseuerare Deo ac domino suo, semper in animo suo propositam sibi gerens illam Apostoli sententiam: Fidelis Deus, qui non patiet vos tētari supra id qd̄ potestis, sed faciet etiā cū tentatione prouentum, vt possitis sustinere: sicque æquanimiter præstolari, donec visum sit sancto spiritui ex eiusmodi eum tenebris educere, & reuocare in terram Israel vbi iam Deum & diuina cognoscat

In Aegypto cur Christus dilata sit Esaiæ 10

I

Ambitio in q̄ mala hominū p̄cipit

H Deū suos electissimos in d̄re exponit ut regni diuinitus

Simulatio hypocrisis

Gratia sensibilibus

1. Cor. 10

gnoscat & contempletur, ac solita gratiæ affluentia visitetur, & piæ deuotionis affectū recuperet.

Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendū eū.

Videmus hic dilectissimi, quantū malum sit execranda ambitio. Herodes iste homo, alienigena apud Iudæos dominium atque regnū p̄ter ordinē obtinuerat. Itaq; vbi didicit ex Magis natū verū Iudaici regni hæredē & successorem, veritus ne si is à populo agnosceret, ipse tanq̄ regni inuasor depelleret, mox animū ad infantē illū extinguendū adiecit. Atq; ea de causa Magis p̄uasi, vt irent puerum exploratū, ac deinde si qd̄ certi cōperissent, ad ipsum referret, vt & ipse puerū adoraret, imo vero profusus neci daret. Ita enim iam occupauerat quædā licet iniqua & indebita dominandi libido, vt contra fas & ius oē innoxiiū paruulum, quibus legitimum Israelitarū principē extinguere sit molitus. Quod vt facilius posset, simulatū spondet obsequiū, & cuius interitum animo iam conceperat, ei se supplicem fore cōfiteb. Ita vt possit in regno perseuerare inuictus, libenter Dei legem & præcepta cōtemnit. Quam pulchræ sane in hoc ipso hypocrisis typum gessit, qui cum nihil minus appetant, quā debitum p̄stare cultum omnipotenti Deo, tamen vt humanā captēt gratiam, & hominū laudibus vehantur, opesq; sibi & honores accumulēt, interim foris, quædā ostentant recte facta & studia pietatis, quæ, nisi eiusmodi iam dicta sperarent, nunq̄ sectarent. Verū vt Herodes Christum, quem falso se adoraturum promiserat, nunquā inuenit tamen regnum retinuit, ita & hoc hypocritarum genus nunq̄ verā potest adipisci salutē, cuius autor est Christus Iesus eo qd̄ sic tētrū & simulate eā quærant, licet sapius quædam præsentis vitæ momentanea prosperitate patiunt, sed in exitū dū taxat suū. Caueamus ergo dilectissimi ambitiois & hypocrisis execranda flagitia. Honores & mūdi p̄speros successus despiciamus potius q̄ appetamus. Nā vana sunt & periculis plena. Ita fiet vt non solū nō inuideamus, nec quicquam mali machinamur, q̄bus hæc arident, sed potius miseremur ac condoleamus, tanq̄ in maximis periculis cōstitutis: nosq; scelices iudicemus, vt quibus tantis malis carere liceat.

Obiter circa hæc Euāgelij v̄ba monēdi estis charissimi, vt ne q̄s frangat ex vobis si d̄i ḡppia boni agere instituit, mox aduersis affligat. Ecce em̄ ipse d̄ns Iesus Christus vt nos ad p̄ferenda huius vitæ mala corroboraret, statim ab ipso vitæ suæ exordio persecutionibus fatigari voluit: vt scilicet sua patientia nos ad malorū tolerantiam puocaret. Semp enim oēs conatus boni habent p̄sertim in initio difficultates & molestias multas: sed propter eas desistendum non est, imo vero tanto virilius perseuerandum. Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Qui confurgens, accepit puerū & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis, vt adimpleretur qd̄ dictum est a domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum.

Habemus hic p̄fectissime obedientiæ exemplum. Poterat sanctus Ioseph respondere angelo: Puer tenerimus est, & mater itidem tenera ac delicata puella: fortassis in itinere p̄e labore deficiat: nec habemus vitæ sustentandæ necessaria, & terra illa cultui dæmonū dedita est. Sed his omnibus omissis ac tacitis, sine vlla vel calcitratiōe vel dilatiōe ad iter se accingit. Discamus ergo & nos promptam exhibere obedientiam Deo, tū superioribus nostris. Hæc em̄ ad eruditionem nostram scripta sunt, vt quicquid vel Deas, vel superiores nostri iusserint, sciamus obediendum nobis esse, vel tolerabile etiā interdū minus rationale videat: ipsa autē obedientia quanto fuerit velocior, tanto semper & Deo gratior & nobis fructuosior erit. Mansit autem S. Ioseph in Aegypto cū paruulo Dei filio eiusq; pudicissima matre vsq; ad obitū Herodis. Ergo sane diuturnum fuit illud exilium. Posset hic pia fieri inquisitio, quid interim egerint in Aegypto, vnde vixerint, quo hospitio vsi sint: aliaque huiusmodi: sed satius est, ea vnicique secum studiose meditando relinquere. Habent enim piam & dulcē valde cōsiderationem: nec fructu suo defraudabit, q̄s exilium domini sui matrisq; eius sanctissimi

Ok 14 Hiero 31

In qua sua gr̄ate christus participauit

Fugachri si faupri ma in Aegyptum q̄ fuerit

Rom 8

K Obedientiæ p̄fectæ forma videtur

Obedientiæ p̄fectæ q̄n p̄stas

ma li

mae libenter erit meditata. Homines mudo dediti & fastidiosi talibus non capiuntur, quia vani sunt.

Tunc Herodes videns quonia illusus esset a Magis, & iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, secundum tempus quod exquirat a Magis.

Magi in somnis admoniti ne rediret ad Herode, per aliam via reuerfi fuerant in regionem suam. Quod quidem principio Herodes ita interpretabat, vt putaret eos illusos, & ea ob rem non fuisse ausos redire ad ipsum. Postea vero quod rumor sparsim de illis qui circa dñi ortu, ac presentatione in templo euenerat, dilatarī cepit, puenitque ad aures regis quod pastores, quid Simeon & Anna de nato saluatore retulissent, persuasit sibi Magos, vt ipsum fallerent, rem ei certam iudicare noluisse. Quapropter ira inflammatus, communē in cunctos Bethlehemiticos & locorum circumadiacentium paruulos tyrannidem exercuit, & qui puerum suspectum nesciret, saltem inter alios vel incognitū trucidaret. Quod tamen metū non est assecutus, tamen tanta crudelitate vehementissime piissimum cor paruuli saluatoris afflixit, totque illud acerbissimi doloris confodit gladijs, quot infantes propter ipsum occidit. Patiebat enim ipse in omnibus, illis tanquam membris suis, quorum cruciatum & mortem sine maximo tormēto sentire non potuit. Sed & parētibus atque cognatis paruulorum, maxime matribus exaio condolebat. Neque ab hoc tum dolore, tum condolentia virginem beatissimā immunem fuisse credendum est. Occidit autem omnes pueros a bimatu & infra, id est, ab infantibus duorum annorum vsque ad vnus noctis. Non tamen statim post Magorum discessum eos occidit, sed iam anno euoluto, cum ab Augusto redisset. Quae causa fuit, vt etiam in infantes maioris aetatis defeueret.

Possit sane pie credi hos beatissimos paruulos, qui singulari quadam prerogatiua pro ipsa Christi persona, quod de nullo alio martyre legitur, occisi sunt, dum alij martyres pro fide & charitate Christi perempti sunt, haud vulgare ob id ipsum in co-

lesti patria gloria & beatitudinē adeptos. Cū enim in patiendo Christi personam sustinuerint (non enim aliū nisi ipsum Christum Herodes cupiebat interficere) citra absurditatem, absque tamen temeraria assertionem existimari licet, eos de quibus praemium siue donum quoddam percipere ac eximium, quod eiusmodi percipio, ni respondeat, percipisse. Si huius rei queri rationem, audi apostoli dicentem: Divisiones gratiarum sunt, id est autem spiritus, diuidens singulis ac distribuens dona sua prout vult. Christus ergo qui propter se illos occidit permisit, non poterit etiam sua benignitate singularare quoddam eis conferre praemium. Noli in eis exquirere merita, quos Christus sua gratia prouenit. Paruulus editus in hanc lucem paruulos sibi ascium, electos ante secula, tanquam flores quosdam caelestes & infantiae suae sodales charissimos, qui sicut pro Christo primi occisi sunt, ita videntur etiam abunde redemptoris gratiam participasse.

Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Vox in rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos. Et noluit consolari, quia non sunt.

Probat sanctus Euangelista scripturae autoritate longe ante hoc beatissimorum paruulorum martyriū esse praedictū, sicut & alias saepe scripturae testimonia adhibet, idque eo libentius, quod Euangelium suum Iudaeis hebraice scriberet, quos putabat etiam diuinorum voluminum sententias ad credendum promouendos. Quod autem dicit vocem in rama auditam, in excelso intelligendum est, cū enim multi occisi sint infantes, atque parentes multi suis orbi liberis, communis multorum clamor & planctus exortus est, qui etiam caelos posset attingere. Porro quod Rachel dicit plorasse filios suos, cum Bethleem sit in tribu Iuda, quae ex Lia potius orta est, de locis adiacentibus, in quibus etiam multi occisi sunt, accipiendum est. Constat enim Rachelē haud procul a Bethleem sepultam: & ideo ratione sepulturae mater eorum dicitur, qui illis in locis perempti sunt. Siue etiā quod tribus Iuda & Benjamin finitimae sunt, atque ita dum non modo in Bethleem, sed

1. Co.

1. Co.

Beniamin tribus vñ ortum habuerit

Herodes crudelis in innocentes quā ocisus sit

ad tribum Iuda pertinet, sed in omnibus finibus eius, quos etiā tribus Beniamin quae ex Rachele duxit originem, attingit, occisi dicuntur. Rachel suos plorasse fertur filios per Synecdochen. Et noluit consolari, quia non sunt, quod potest duplicem habere significationem, vel quia non sunt superstitites, vel quia non sunt extincti, sed potius martirij beatitudinem adepti. Dubium autem non est, quin dolor vehementissimus & qui nullam ferme consolationem admitteret, illorum infantium matres inuaserit. Sed Herodes impius diuinam non euasit ultionem. Nam & ipse suis liberis miserabiliter orbus est, & sua manu se intermisisset, nefuisset a quodam praepeditus breui tamen postea obiit vt Iosephus refert, super omnes infelicissimus. Non enim dignus erat diuinam euadere ultionem, qui sine vlla ratione innocuos paruulos tam immaniter trucidarat, & missum modo saluatorem ante extinguere voluit, quam id cuius causa missus erat, id est, humani generis liberationem perfecisset.

SERMO IN EADEM solennitate. Vt mundi huius prospera tanquam pernicio sa contemnda, & aduersa ceu saluberrima amplectenda sint: & de paruulorum innocentia, simplicitate ac humilitate sectanda.

M



Vrge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Matth. II. Quod dñs noster Iesus Christus ab ipso vitę suę exordio pro oibus delicijs & comodis temporarijs, incommoda, miseriam, laborē & dolorē amplexus est, magno mysterio & saluberrima institutione ac efficacissima persuasendi ratione non vacat. Non multis opus est libris, vnde discamus quid praecipue placeat Deo, aut saluti nostrae conducibilis sit. Inspiciamus tantum exempla Christi, & abūde inde de omnibus docebimur. Vis nosce quid potissimum sequi, quid respicere debeas? Ipsa Christi infantia satis superque te docet. Elige non quae Mundus habet in praecio: (haec enim vana & misera, imo & fallacissima sunt) sed ea potius quae mundus fugit & horret. Si ignoras ea, clamati tibi Christus infantulus ad matris

Infantia Christi quae pietatenos doceat quae facienda.

hubera pendens & dicēs: Noli amare voluptates, diuitias, honores, prospera mundi & eiusmodi. Vide vt ego quod dominus omnium sum, quicquid carni molestum est, extremam inopiam, mei contemptum, & mundi aduersa propter te non solum redimendum, sed etiam instituendum, amplector. Nec debes putare paruipendendum esse, exemplum meum. Cum enim Dei patris increata sapientia sim, non possum nisi quod optimum sit agere: neque erro plane, neque fallor: sed quae me contemnere vides, ea reuera vilia sunt, atque ob id merito contemnenda: quae autem me eligere cernis ea omnino salutaria sunt, atque ea re cum primis amplectenda. Hortatur mundus & verbis & exemplis perniciosissimis, & mollia & suauia seceris, vt loquacitati, scurrilitati des operam, vt opes corradas, vt comestationibus & potationibus tempus transigas, vt honores & dignitates ambias: sed si bene attendas, longe aliud te hortatur paupertas mea, stabulum vile & durum praesepium, graue molestumque exiliū, vagitus & lachrimae, taciturnitas, diuitiarum contemptio, sobrietas & abstinencia mea, summa humilitas mea, & ois honoris fastidium. Ista dilectissimi in Christo adhuc infantulo nobis proponunt non tantum legenda, sed etiam imitanda. Ipse ueritas est, ergo quicquid ab eo discordat vanū & fallax est: ipse uia est: deuium ergo & errore obnoxium sit oportet, quicquid ab ipso abducit, ipse denique uita est: exitiale est igitur quicquid ei repugnat. Si beatitudinem, si veram animarum nostrarum salutem appetimus, isti ueritati, huic uiae, huic uitaē inhæreamus. Discamus mundum istum contemnere, si a Deo contemni uolumus. Quid est enim omnis huius mundi prosperitas, quod oblectamenta, quid voluptas, nisi umbra quaedam vanissima, nisi somnium inanissimum? Noli emulari, ait propheta, in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tanquam foenum velociter arescent, & sicut olera herbarum cito decident. Et Apostolus Ioannes, Ecce mundus transiit, ait, & concupiscentia eius. Et D. Ioannes Chrysostomus, Centum, inquit, si placet annos demus delictis: adde & alios centū si libet: adde & decies centū, quod erit ex his ad aeternitatem compensationem? Nonne oē tempus uitaē huius, quod delictis fruimur & indulgere uanitati, quasi noctis vnus som-

1. Prou.

Mundus quod nam male doceat contra ueram Christi institutionem

1. Ioh. 14

N

prosperitas mundi quodnam sit

1. Psal. 36

1. Ioan. 2

Chrysost.

Iob 7

Iob 20

1. Cor. 7

O Prospera huius mundi diuiciae vanae sunt habere noluerunt

Matt. 2

Ecl. 6 Voluptas prospera tempore secum habet in fine lapidabitur 1. Reg. 15 2. Reg. 15

nus ad aeternitatis comparatione videt. Sic etiam D Iob, Parce, ait, mihi dñe: nihil enim sunt dies mei. Atque apud eundem etiam alibi dicit: Laus impiorum brevis est, & gaudium hypocrytae in fine puncti. Si ascenderit usque in caelum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolans non inueniet, transiet sicut visio nocturna. Quid his verbis possit dici efficacius? Sed haec iam attendere nolumus quando ea summa cum utilitate attendunt. Itaque velimus, nolimus tamen ea attendemus, quoniam iam eorum consideratio plane infrugifera erit. Interim mundi prosperitas & vanissima gaudia ac oblectamenta audivissime appetunt tanquam ea finis noster sint, ob quem conditi sumus: & tamen etiam cum iam habentur, continenter praeterfluunt, nec possunt vlla vi aut arte retineri. Praeterit enim figura huius mundi, praeterit quicquid temporarium est, & quo quisque maioribus se putat huius vitae frui oblectamentis, eo se inaniorem magisque delusum sentiet, ubi ad extrema peruentum erit.

Itaque sciens benignissimus Salvator noster prosperos huius mundi successus ut plurimum periculosos & pernicioses esse hominibus, noluit unquam quicquam habere prosperum toto vitae suae spacio non quo sibi timeret, sed ut nobis suo exemplo consuleret. Unde factum est ut paulo post natiuitatem suam angelum mitteret ad S. Ioseph, qui eum moneret secedere in Aegyptum. Et reuera quid poterat illi tantillae aetati accidere grauius? Tamen hoc non coactus sed sponte sua suscepit, & aliquot annis pertulit. Poterat omnibus bonis rebus, omni honore & dignitate regia, deliciis quoque saltem licitis & commodis perfrui: & quidem nemo iustius. Quid enim unquam peccati admiserat, cuius causa aduersa praeterire deberet? Sed haec omnia contempsit & fastidiuit, ut nobis contemnenda & fastidenda persuaderet. Ergo dilectissimi non queramus, praesertim immodice, huius labentis vitae prosperitatem. Multum enim reuocat animam ab utilissima futurorum consideratio ne de qua Sapiens quidem ait: Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. O quam multos, misere euertit, atque in extremam miseriam horrendamque damnationem adduxit rerum voluptatumque affluentia, quae si aduersis fortunae flatibus iactati fuissent, nunquam fortas-

sis in tota aetate pericula incidissent. Exemplo nobis sunt Saul, Absalom, Salomō, Ieroboam, atque innumeri alij, quae prospera fortunae aura in maxima impulit pericula & in ipsa quoque, ut veremur, tartari voragine, quando de Salomōe dubium adhuc est seruatus ne sit acciderit. In Euangelio secundum Lucam diues quidam introducit, indutus purpura & bysso & splendide quotidie celebrans conuiuia: Sed post momentaneas illas sui corporis voluptates sepultus dicitur in inferno. Contra vero miser quidam & medicus Lazarus commemoratur, quae etsi aliquid molestiae sensit dum viveret, postea tamen receptus est in sinum Abraham. Equidem facile crediderit diuites illum si Lazari penuria & morbo laborasset, nunquam ad id calamitatis peruenturus fuisset: atque ediuerso Lazari si diuitis esset fortunam expertus, in idem damnationis periculum potuisset incidere. Hoc est praeter cetera mali habent secundum ac laeti huius temporariae vitae successus, quod saepe etiam bene firmos & robustos animos emolliunt ac labefaciunt, atque sensim ita penitus eneruant, ut omnis virtutis ac pudoris oblitum, in quibus vitiis gurgites sese emergant. Exempla possunt ex scripturis peti.

Atque sicut pessimos plerumque exitus habet mendacitas prosperitas, & pauci ea bene uti nouerunt, fitque plurimis male agendi & aeternae damnationis occasio: ita ediuerso multis laborare aduersitatibus, multasque afflictiones, tentationes, miseras praeterire ac experiri totum cum fructus & utilitates aduehit, ut eas nemo satis capere, nedum explicare queat. Danda tamen opera est, ut aequanimiter ferantur. Quod si obmurmuret carnis infirmitas, id nihil obstat tamen voluntas & ratio superior patiens sit. Libet hic commemorare primum exempla quaedam, quibus quantum praesentia aduersa prospiciuntur fiat. Populus ille Israeliticus durae ceruicis quies relicto vero Deo ad colendos daemones sese contulit, mox ab hostibus suis grauiter afflictus fuit. In ipsa autem afflictione cepit redire ad agnitionem patris sui, clamauitque ad dominum, & relicto idolis, uni Deo seruiuit, isque eorum misertus, ab hostibus eos liberauit. Quando illi unquam ad sanam mentem redissent, nisi vexatio dedisset intellectum auditum? Ioseph filius Iacob patriarchae plus vexationibus creuit etiam in solo peregrino, puta apud Aegyptios, quam unquam in paterna domo crescere potuisset, apud patres suos. Sub Iosue duce populi Israel nunquam legitur idem populus ad adoranda daemonum simulachra

1. Reg. 11 1. Reg. 14

Luce 16

Iudith 8 Gen. 22

Gen. 26

Gen. 30, 31 Exod. 23

Dan. 3

Dan. 4

Aduersitates huius mundi quae multum de obnoxiis

Iudith 8

Esaie 41 Gen. 17

Amicos suos Deum affligere multis flagellis & prostratis

Iudith 8

1. Reg. 21 2. Para. 33

Iudith 8 Gen. 22

Gen. 26

Gen. 30, 31 Exod. 23

Dan. 3

Dan. 4

Q Ecclesia catholica tempore ex persecutionibus creuit se. Acto. 8

Amicos suos Deum affligere multis flagellis & prostratis

lachra, defecisse (nam continuis ferme bellis & laboribus vexabant) mox autem ubi ceperunt otio & quiete perfrui, animum suum ad idololatriam adiecerunt: ex quo uno exemplo & aduersitatis utilitas, & prosperitatis pericula satis possunt animaduerti. Manasses rex impiissimus, cum propter immanissima flagitia sua ductus esset captiuus in Babylonem, in ipsa captiuitate resipuit, & tanta dominum, quem prius contempserat, humilitate & instantia praecatus est, ut suo regno restitutus sit. Non oportet singulis recitandis immorari. Carptim tamen hinc inde quaedam adferimus. Iudith vidua illa singularis & admirabilis, castitatis exemplum cum suos admoneret, inter cetera haec quoque ait: Memores esse debetis, quod pater noster Abraham testatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Quam prope ad sit dominus afflictis, & tribulatis, etiam ex Daniele satis colligi licet, apud quem Nabuchodonosor rex legitur cum tribus sociis eiusdem Danielis in fornacem coniectis quartum vidisse similem filio Dei. Idem ipse Nabuchodonosor rex felicitate nimia in intolerabilem erectus superbiam, tandem usque ad bestiarum conditionem reductus & extreme humiliatus, recuperavit sensum, & multa laude persecutus est Deum caeli uiuentem in secula seculorum in quem prius blasphemus fuerat. Et haec quidem ex veteri testamento desumptasunt, pauca e plurimis. Possunt itidem multa ex nouo adferri, sed omnes oibus hoc tamen dicamus Ecclesiam & fidem Christi ac veram pietatem nulla re magis quam persecutionibus & vexationibus creuisse. Lapidato a Iudaeis Stephano protomartyre, facta est persecutio magna in Ecclesia quae erat Hierosolymis, ac omnes dispersi sunt per regiones Iudaeae & Samariae praeter Apostolos: sed hac occasione longe lateque diulgari cepit Euangelium Christi. Sed haec tenus quanta sit aduersitatis utilitas exemplis declarasse sit satis: iam de eadem etiam alia ratione non nihil dicamus. Libenter enim hac de re & loqui & audiri debemus: siquidem id potest prodesse multis, maxime qui afflictis sunt & aduersis casibus fatigant, quibus gradis numerus est. Solet omnipotens Deus electos suos multis affligere incommodis, & duris ac aspis castigare flagel-

lis. Posset id videri ex odio perficisci. Sed ab sit, ut benignissima dei natura talis sit. Cur igitur eos praecipue flagellat, quod tamen illius student voluntate exequi, ac eius obedire mandatis? Non aliam vtiq; ob causam, nisi quia eos praecipue diligit. Ergo singularis dilectionis indicium aciora flagella sunt: Ita plane. Quae enim diligit Deus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Noli iudicia mansuetissimi & clementissimi creatoris ex teipso metiri. Tu forsitan neminem nisi iratus percute res: ille suos non nisi summe diligens castigat. Imo vero etiam improbos & iniquos non nisi summo cum amore flagellat, hoc scilicet solum efficere cupiens, ut resipiscant. Et ut iam partim exemplis probatum est, innumeri vexationibus ad rectam viam reducuntur, quae si semper secundis vterentur successibus, nunquam salui fierent. Vis autem nosse, quomodo se gerat Deus erga eos quos vere & iuste odit? Audi eum per Psalmistam dice ntem: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Ergo illos summe odit, quos licet male viuentes flagellis affligere non vult, sed in hoc mundo prospere agere permittit. Sed graue est aduersa perpeti. O quisquis ita dicis, vide obsecro quid dicas. Graue quidem est aduersa perpeti, sed humanae infirmitati. Verum audi quid per prophetam dominus polliceatur ei, quae aduersitate laborat: Cum ipso sum inquit, in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Esto iam carni molestus sit: nisi enim molestus foret, quae virtus esset aequanimiter praeterire? sed dominus prope est, ut eruat afflictos omnes, ut cum eis portet onera quibus praemuntur, imo ut ipse maximam oneris partem in se recipiat, & spiritui quandam addat fortitudinem, quae etsi non semper hilariter, tamen patienter ferat, quicquid oneris quicquid molestiae impositum erit. Carnis obmurmuratio nihil verae patientiae derogat: tantum si spiritus suo sit subditus creatori. Ait quidam eximius Theologus Deum se aequae praebere in afflictionibus, sicut in venerabili sacramento. Facile id credi potest, si quis afflictionum multimodo fructus attendat. Afflictionibus omnipotens Deus tanquam aptissimis instrumentis uti solet ad expurgandam praeparandamque hominis animam, ut gratiae illius capax fiat: & quo sublimius quempiam euehere ac praeclearioribus ornare virtutum & charismatum mun-

Heb. 12

Iniquis cur Deus subinde flagellat etc.

R Psal. 10

Quotnam Deus summo odio habere dicatur

Psal. 9

In afflictionibus quomodo secundum Deum praebent & exhibentur.

Afflictio non fructus multiplex quis

neribus constituit, eo solet durioribus & acerbioribus, tum externis, tum internis eum doloribus affligere. Ita si cunctos superiorum temporum sanctos aspiciamus, vt quique Deo fuere charissimi, & vitę sanctimonia præcellentius instructi, ita eos videbimus plura immanioraq; perpeffos cruciamenta. Putas si in huiusmodi cruciatibus & afflictionibus non maxima inesset utilitas. Deus benignissimus talibus amicos suos vexari permitteret? Minime vero. Non enim delectatur pœnis nostris: & tamē affligit nos, quia cupit nos maximis afficere beneficijs gratiæ suæ: sed ea capere non sumus idonei, nisi prius bene purgemur: nihil tamen tam efficax est ad purgandas & excoquendas animarum sordes, q̄ ignis tribulationum & vexationum temporalium. Quæ res multos permouit amicos Dei, præcipue martyres sanctos, vt ad immania quamuis tormenta haud aliter, quam ad epulas alacriter accurrerent, & quippiam se pati posse gratularentur. Sicut etiam de Apostolis S. Lucas refert, qd̄ gaudentes ierint à conspectu concilij, quoniam digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam, imo & verbera pati. Nam flagellis tum cæsi erant. Huc etiam, vt scilicet aduersa libentibus animis perferantur, multum confert non tam ipsa considerare aduersa, quam amore m. benignitatem & beneuolentiam ea nobis irrogantis Dei. Nihil enim vnquam quicquã nobis in hac vita molestiæ vel doloris accidit, quin ex æterna & incomprehensibili Dei charitate proficiatur. Dum igitur flagellis qualibuscunq; nos inuisit, cogitemus ex amantissimo & vere paterno corde eius xenia præclarissima nobis donari: & licet ipsa per se molesta & aspera sint, tamē contemplatione mittentis Dei paulatim dulcescent. Quanto autem plus habent amaritudinis diuinæ flagella misericordiæ, tanto maiori ex beneuolentia & dilectione ea manare prorsus certissimi sumus. Atq; vtinam ea essemus animi fortitudine & constantia p̄diti, vt afflictiones auidissime siti remus, quemadmodum Saluator noster vnigenitus Dei filius nihil æq̄ tota vita sua appetisse videt. Imo in ipso matris suę vtero crucē sibi tanq̄ sponsam gratissimã & electã ex millibus ardentissimo amore coniunxit, & vsq; ad vltimū vitæ articulū nullo quous breuissimo tēporis spacio dereliquit.

Et vt nulla electorū suorū ætas à cruce immunis esset, statim post ortū suum innocētissimos paruulos grandi numero, id est, vt habet missa Aethyopica, quatuordecim milia, crudeliter extingui pmisit, q̄ simul etiã tãto gloriosius coronarent. Quisq; igitur in mēbris Christi appetit numerari, crucē amplectat, crucē semp & vbique ferat, à cruce nunq̄ se auelli patiat: mollia autē & fallacia temporalium vanitatū & oblectamentorū blandimenta & illecebras carnis, tanquã insidiosissimū diaboli laqueū semp fugiat quantū potest. Sed ne beatissimorū paruulorū, Christi innocentiū martyre solennitatem absq; fructu nostro celebrare videamur, debemus charissimi ex eis quædam nobis imitanda sumere. Neque est quod putemus in tantilla ætate defuisse virtutes, quas etiam viros imitari deceat. Nam hoc ipso qd̄ paruuli fuere, summam in se nobis innocentiam, mansuetudinem, humilitatem simplicitatē, pluresq; alias virtutes exhibēt. Vnde etiam Christus ad beatã nos infantiam reducere cupiens, Nisi, inquit conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorū. Imitemur igitur primo paruulorū innocentiam, ne cui vnquam noceamus. Nullus in animo rancor nulla maleuolentia, nulla nocendi libido, nullum odium resideat. Si quandoque subita subrepat iracundia, non retineatur: non hæreat animo, non erumpat in vindictam, sed mox sopita cōquiescat. Imitemur etiam humilitatem. Paruuli quãuis diuites non fastidiunt consortia pauperū paruulorū, eadem facilitate iungunt infimæ sortis puerulis, vt maxime fortunatis: non se extollūt, non sunt ambitiosi, nō suas opes aut generis dignitatē iactitant, nō cupiūt alijs anteferri. Quid non in his est, qd̄ oī Christiano maxime sit expetendū? Atq; hæc oīa vera p̄stat humilitas, q̄ virtus sicut est p̄cipue necessaria filijs gratiæ q̄ à Christo iubent discere qd̄ sit mitis & humilis corde: ita pene apud Christianos oēs prorsus sepulta & explosa videt. Si q̄s iã mūdi factū sectari nolit, sed Christi humilitatē in se malit vtrunq; exprimere, nō aliter q̄ amēs q̄spiã aut barbarus irridet. Vex tanto nos magis oportet tã eximiã excolere virtutē. Hoc ipsum em̄ argumētō est multū eã placere Deo, & inuisam esse diabolo, qd̄ in sapiētes & miseri filij seculi huius vsq; adeo eã cōtēptui habēt. Porro ad obtinēdã ve-

Cruce ob
cuiusq; e
rende.

Innocenti
martyre
q̄ imita
di fine

Mansuet
virtutes
innocenti
quoniam
tandem.

Innocenti

Humili

Humili

Humilita
ti obmen
da quæ
nam nec
saria sint.

Bernardus

Psal. 93

Paradig
ma.
Sysois

Humili
tas vera
vt homi
ni sua bo
na temper
abscondat
mala autē
ob oculos
ponat.

4. Reg. 10

Humili
tas beatif
simæ Ma
riæ quan
tū deo pla
cuert
Psal. 44

Lucæ 1

rã humilitatem maxime cōducit agnitio sui vt agnoscas ppriã vilitatē & fragilitatē: q̄ q̄sq; bene agnoscit, nō solū ea sibi imputat p̄ctã, quantū qdem ad ipsum p̄tinet, in q̄ plapsus est, sed etiã in q̄ plabi potuisset & haud dubiq; plapsurus fuisset, nisi dei benignitate seruatus esset, nisi occasiões & tētationes ipsi subtractæ essent, dicitq; cū D. Bernardo ex sentētia: Nisi qd̄ dñs adiuuit me, paulo minus cecidisset in oē p̄ctm̄ aia mea. Atq; hac cōsideratiōe nō se extollit, etiã si se sentiat nō admodū grauiter peccasse. Sic em̄ hoc nō suæ virtutis, sed solius esse m̄iæ Dei: nec facile sibi tribuit innocentiam, sed potius mortaliū oīm miserimū se confitetur. Nec opus est id vt simulate faciat. Nã reuera ita est: & esset sane miserimus omniū, nisi diuinitus p̄tectus foret. In vitis patre de beatissimo abbate qdam Sysois vocabolo exemplū memorabile p̄fundissimæ humilitatis legit, qd̄ cū multis annis sanctissime & seuerissime vixisset, videretq; angelos veniētes q̄ eius animã ducerent in cœlū, petierit spaciū sibi cōcedi, quo adhuc pœnitentiã ageret: & cum astantes fratres dicerent eum non habere opus pœnitētia, responderit nescire se si vel initium pœnitētiæ fecisset. Ecce quantū ab eius oculis omnē antea ctam perfectissimam vitã summa humilitas abscondit, quæ eū nō sinebat aspicere qd̄ fecisset, sed qd̄ esset ex seipso. Semp em̄ vera humilitas abscondit homini bona illius, tanq̄ quæ solius Dei sint: mala autē, q̄ proprie nostra sunt semper ab oculos ponit, nisi forte quandoque nimia animo obrepat pusilla nimitas vel despacio, p̄pter q̄ vtile sit & expediens recte facta sua ad memoriã reuocare, quemadmodū Ezechias rex in se mortuus putaret, flens dixit ad dñm: Memento quæso quō ambulauerim corã te in veritate, & in corde p̄fecto, & qd̄ placitum est coram te fecerim. Hæc humilitatis virtus in tantū placuit Deo in beatissima sempque virgine Maria, vt illius specie ac pulchritudine captus, nimisq; delectatus, vltra se cohibere nō posset, qn̄ in ea & ex ea naturam humanã assumeret. Erãt qd̄ in illa sacratissima virgine plures aliæ imo & oīs generis virtutes etiã in summo gradu, & tñ nulla sic regē gloriæ illexisse & attraxisse videt, vt eius in æstimabilis humilitas. Potest hoc ipius venerandæ virginis testimonio comprobari. Respexit inquit, dñs humilitatē an-

cillæ suæ. Nō dicit virginitatē, q̄ in ea erat integerrima, nō charitatē, non sapientiam nō quauis alias virtutes, sed tñ humilitatē. Et qd̄ mirę, si tantã apud Deū gratiã nobis conciliauit humilitas, qñ superbia ex angelis dæmones, ex paradisi habitatoribus exules & dæmonū seruos fecit? Si em̄ tantum potuit nocere superbia, cur non multo amplius humilitas prodesset, cum superbia vel diabolicæ vel humanæ malitiæ vicium sit, humilitas autem donum gratiæ cœlestis? Se ctemur hanc virtutē dilectissimi, vt nos q̄q; apud Deū gratiam inueniamus. Excelsus dñs, ait propheta, sed humilia respicit, alta autem, id est, superbos à longe cognoscit. Atq; idem ipse superbis resistit, at humilibus dat gratiam. O q̄ multi simplices & idiotæ suæ humilitatis merito ad maximã euecti sunt Dei familiaritatē, vbi contra multi philosophi, multi etiam seculi sapiētes ob suã supbiam demersi sunt in cœnū stultissimæ opinionū & portētosa heresū, & q̄ magis horredū est, in p̄fundissimã tartari abyssum. Sed p̄ga mus nūc ad cæteras paruulorū virtutes cōmendādas, q̄ etsi plures sint q̄ vt hoc loco cōmode tractari q̄ant, ex ijs tñ vel vnã, nepe simplicitatē vobis charissimi imitandã p̄ponemus. Hæc em̄ vt Christiani oēs sectarent, Christus ipse admonuit vbi ait: Estote simplices sicut colūbæ: q̄ virtus etiam in S. Iob diuino testimonio laudat, dicēte scriptura qd̄ fuerit vir simplex. Hæc virtus p̄cipue ornat oēs e religioē Christianos, à q̄bus maxime abesse debet oīs duplicitas, oīs simulatio & hypocrisis, q̄ppe q̄ simplicissimæ veritati. i. dño nostro Iesu Christo in baptismo nomē dedere. Absit igit, vt q̄ quã q̄q; erga pximū suū per fraudem, dolū, & calliditatem gerat, absit vt q̄q; mendaciorū cuniculis fratres euertere velit. Sit in omnibus vera & Christiana simplicitas, q̄ syncere & ex aīo cunctis gratificari, prodesse & opitulari pro sua q̄sq; virilicupiamus neque tamē pro huiuscemodi studijs & officijs beneuolentię & charitatis, humanas captemus laudes: nam & id quoq; duplici tatis est, quam dñs cōdemnat, vbi ait: Nemo potest duobus dominis seruire: sed simplici corde vni Deo ac dño nostro in omnibus placere appetamus. Ita nimirum vere paruuli erimus, & faciemus satis dominicæ ad hortationi quæ ait: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nō intrabi-

Esaiã 14
Gen. 3

Psal. 137

Prou. 29
Iacob. 4
1. Pet. 5
Humilitas
simplex
q̄nti meri
ti sit apud
Deum

V
Simplici
tatis virt
quæ sit
facienda

Mart. 10
Iob 1

Duplici
tas q̄ dif
plicat
Deo
Matt. 6

Matt. 18

h iij trabi-

Ignis tri
bulationū
vri exco
quat aias
fideles
Acto. 5

S
Aduersa q̄
que quō
leuis & iu
cūda fiant
Dei amj
eig.

trabit in regnum caelorum. Iam si-
nem sermoni nostro imponere liberet: sed
quia superius multa de aduersitatū tolerā-
tia ac utilitate dicta sunt, quādam hic exem-
plum memoratu dignissimum recitare pla-
cet, quod possit animos vestros ad aduer-
sorum persequentiā vehementer accēdere.
Neque me putetis narrare fabulam, sed rem
gestā, quam fide dignissimus D. Ioannes
Cassianus Abbas in XVIII. Collatione pa-
trum commemorat in hęc verba. Fœmina
quædam haud obscuris orta maioribus,
Alexandriæ degens in domo quæ ipsi à parē-
tibus fuerat derelicta, religiose dño deser-
uebat. Hęc igitur veniens ad beatæ memo-
riæ Athanasium Episcopū, precabatur ut ali-
quam sibi alendam viduam daret, quæ ec-
clesiasticis sumptibus pascebat. Et ut peti-
tionē eius verbis ipsius exprimamus, Da
mihi, inquit, aliquam de sororibus, in qua
repausē. Sacerdos igitur cum laudasset pro-
positū fœminæ quædam eam ad opus misericor-
diæ vidisset esse promptissimā, iussit ex om-
nibus eligi viduam, quæ & honestate mo-
rū gravitate ac disciplina omnibus præfer-
retur, ne forte desiderium largitatis perci-
pientis vitio vinceret, & quæ mercedē quæret in
eigena, dānū fidei prauis eius offensa mori-
bus pateret. Cui cū domū abductæ omni-
bus deseruiret obsequiis, virtutē modestiæ
eius ac lenitatis experta, vidensque se ab ipsa
momentis singulis gratiæ actiōe pro of-
ficio humanitatis honorari, post dies pau-
cos ad memoratū reuertit sacerdotē, Roga
uerā ingens, ut mihi dares quæ ego reficerem
& cui morigeris famularer obsequiis. Cū-
que ille necdū propositum fœminæ ac de-
sideriū intelligens, æstimasset petitionē e-
ius dissimulatione propositi fuisse neglectā,
causasque moræ illius non absque animi sui
commotione pergens, protinus agnouisset
honestiorē ei cæteris viduā deputatam, oc-
culte præcepit, ut ea illi quæ esset cunctis ne-
quior traderet: quæ scilicet vel iracundia,
vel rixis, vel violentia, seu verbositate atque
etiam vanitate cunctas, quibus hęc vitia domi-
narēt, excederet. Quā cū multo facili-
us inuentā sibi traditā domi habere cepisset,
atque eadē ei diligentia quæ priori illi viduæ
vel etiā studiosius ministraret, hoc solū ab
ea prætantis obsequiis recipiebat gratiæ, ut in-
dignis iugiter afficeret iniurijs, cōiurijs
que ab ea exprobrationibusque cōtinuis vexa-
ret obsequiis ei & male dicis obsequiis

bus increpantis, eo quod se non ad refrige-
rium, sed potius ad cruciatum & contume-
liam ab episcopo poposcisset magisque se
de requie ad laborem, quæ de labore tractulisset,
ad regem. Cū ergo assiduitas iurgiorū
eiusque prorumperet, ut ne ab iniectioe quæ
de manuū procax mulier temperaret illa autē
humilioris obsequiū ingeminaret officia,
non furentē vincere renitendo, sed semetip-
sam humiliter subiiciendo discebat, ut mul-
timodis indignationibus lacerata, iurgan-
tis insaniam humanitatis mansuetudine deli-
niret. Quibus ad plenū exercitijs cōfirmata,
perfectamque virtutē desideratæ patientiæ
consecuta, ad memoratū sacerdotem, tam
pro electionis illius iudicio, quæ etiam pro
beneficio exercitationis suæ gratias rela-
tura perrexit, eo quod secundū desiderium
suum tandem ei magistræ patientiæ di-
gnissimā prouidisset, cuius iniurijs iugibus
ut quædam palestræ oleo quætidie roborata, ad
summā animi patientiam pueniret. Tandem in-
gens, dedisti mihi in qua repausarem. Nā
illa prior suis me potius honorabat ac re-
frigerabat obsequiis. En dilectissimi quan-
topere fœmina hęc, ut eiusdem D. Ioannis
Cassiani, ex quæ ista descripsimus verbis utar
nō solū tentationū nō vitaret incursum, sed
etiā molestiæ sibi occasiones procurarit.
Ut igitur tādē finē nostro sermoni impona-
mus discamus obsecro vana mundi blādi-
menta flocci pendere, discamus pro Deo
& amore Dei libenter aduersa prosequi, certi
quæ blāda plerūque fallacia, aduersa vero semp
salutaria sunt. Imitemur beatissimorum inno-
centiū martyrum innocentiam, imitemur hu-
militatem, atque eorum quædam possumus simpli-
citem vere colubina sectemur non ita tñ
ut sensibus sed malitia paruuli simus. At-
que ut ad hęc imo & ad virtutes omnes excolen-
das ac apprehendendas magis sumus apti & in-
structi, vitemus immoderatam volupta-
tem quæ ex cibo potuque capitur, vi-
temus somni intemperantiam ac nimi-
etatem, vitemus occupationes, & studia in-
frugifera, vitemus animi multiplicē distra-
ctionē ac dilacerationem, vitemus cōfabu-
lationes & inaniloquæ, vitemus omnem duplici-
tatem & hypocrisim, vitemus denique res la-
bētium ac viliū appetitiōes. Hęc septemque sunt
vitauerit, facile virtutes omnes adipiscet gratia
& benignitate dñi nostri Iesu Christi, cui
cū patre & scō spū vnæ est gloria ac indissi-
milis potestas per infinita secula seculorum. A.

IN

IN FESTO CIRCUNCISIONIS DOMINI
IN FESTO CIRCUNCISIONIS DOMINI
nostri Iesu Christi, epistola B. Pauli Apostoli
ad Titum tertio.

X



Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri
Dei. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed
secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per
lauachrum regenerationis & renouationis spiritus
sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Chri-
stum Saluatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipsi-
us, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ, in Christo Iesu domi-
no nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Postquam Apostolus, quam vi-
tiosi, mali, malignique fuimus
ante conuersionē & viles, mon-
strauerat, quod ex gratia Dei iam
simus, quid Christi nobis contulerit incar-
natio, indicat hac lectione, dicens: Appa-
ruit nobis benignitas Dei, misericordiæ
sue largitatē in nos effundens, simul ac hu-
manitas saluatoris nostri Dei, puta à Chri-
sto Dei filio adsumpta, se nobis in sua na-
tiuitate manifestans, nobis illuxit. Inde enim
salus nobis orta est. Neque enim hęc venit
ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: quia
hęc nulla feceramus, unde salus nobis pro-
ueniret, nec vñ meruissimus, ut salus nobis
pueniret: sed ipse secundum misericordiam
suam nos iniquos ac perditos saluos effe-
cit: & hoc per lauachrum, seu baptismum, quo
sumus regenerati & innouati, veniente in
nos spiritu sancto, per quem datur nobis
remissio peccatorum. Vide tamen, quia
hic alibi quæ sapientius, ubi dicimur salui facti,
nō, ut quidam, perperam intelligas de salute vi-
tima, quæ nobis promittitur: illam enim nō-
dum assecuti sumus, nisi in spe: quāuis hęc
adeo (si tamen ipsi nos per peccata impedi-
re, & per impœnitentiam à nobis Dei gra-
tiam excludere noluerimus) est nobis cer-
ta, ut iam dicamur salui facti: quo intelli-
gimus nos in statum, quo saluari possumus,
perductos. Quod nisi ita intelligatur, nul-
lus foret Christianorum, qui damnaretur:
quod manifesto apparebit falsum. Multi
enim à sinistris erunt, & plures, quam à de-
xtris, iudicandi & reprobandi: inter quos
non pauci erunt Christiani nomine ac fide
per charitatē non viuente: quia multi sunt
vocati, pauci vero electi. Itaque empti sumus

1. Petri
Romæ
Possit quæ
que Chri-
stianorum
culpam à
salute exci-
dere.

precio magno, hoc est, sanguine immacu-
lato agni Christi Iesu. Et hęc redemptio in
baptismo nobis comunicata est: quia me-
rito conuersionis & passionis suæ nos
saluos à iugo diaboli, & à seruitute pecca-
ti fecit, ut iam (quomodo alibi dicitur) spe
salui facti sumus, nondum re. Neque enim
adeo sumus propter mutabilitatem arbi-
trij nostri securi, ut à salute nostra non va-
leamus denuo excidere. Quod tamen si ita
cōtingat, ex culpa sola est nostra. Igitur
per lauachrum regeneratiōis & renouatio-
nis spiritus sancti, quem effudit in nos per
varia dona abunde, hęc salus & redemptio
nostra nobis operata est per Iesum Christū
saluatorem nostrū, ut nō nostris meritis, sed
ipsius gratia iustificati atque à peccatis exuti
per spem quoque simus hæredes vitæ æternæ.

EXEGESIS EVANGELII
in eodem Festo. Luca. II.

1. Petri
Romæ
Possit quæ
que Chri-
stianorum
culpam à
salute exci-
dere.

Christo dño nostro
Dei filio incarnato,
& nato ex Maria vir-
gine, mansit exigua
hęc familia, Ioseph
puta & Maria cum
infante in domo, ubi
virgo pepererat. Vo-
luit autem beatissima virgo per omnia sub-
dere se legi, nec vlla gaudere, quātum legis
attinet obseruantiam, prærogatiua. Eam
ob rem, licet virgo conceperat absque viro,
filium virgo pepererat, quomodo tamen
purificationis ritum suscepit, ita etiam in-
gressu templi & consuetudine hominum,
legi obediens, abstinuit, puerumque cir-
cuncidi fecit: tametsi nullo pacto legi ad-
h iij strin-

Paradig-
ma.

X

Salui facti
quod dicitur
omnes
Christiani
mi.

Matth. 23

Cor. 6
March. 23

X

1. Petri

Romæ
Possit quæ
que Chri-
stianorum
culpam à
salute exci-
dere.

B

Lucæ 8

stringebatur ipsa, sed palam eximebatur, lege dicente: Mulier quæ suscepto semine, & cæt. Quod prorsus erat à beatissima Dei matre virgine Maria alienum, Tamen, vt dixi, noluit apparere singularis, sed ex humilitate se conformare cæteris. Ideo ab exordio nostræ salutis, à natiuitate infantis, postquam consummati sunt dies octo (octauo enim die natiuitatis necesse erat circumcidi puerum) infans Dei & virginis filius circumciscus est. Quod Euangelista breuiter sic refert:

Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer.

Præceptum datum erat Abraham, vt Geneseos habet liber, de circumcidendo omni masculino. Ita enim dictum est illi: Ego factum pactum meum inter me & te, & semen tuum post te in generationibus suis scedere sempiterno, vt sim Deus tuus & seminis tui post te. Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum scederis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis: eritque pactum meum in carne vestra in scædus æternum. Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Vides igitur, quam erat necessaria circumcisio sub lege, & à tempore Abraham vsque ad Christum. Si interrogas, quare erat necessaria: dicendum, ideo, quia à Deo præcepta & instituta, non omni populo, sed genti tantum Hebræorum: hoc est, Abraham, filijs eius ac vniuersæ posteritati eius, quæ diu genti essent Hebræorum adunati. Si quæris, quare fuerit instituta circumcisio: dicendum, in remediū originalis peccati. Adam enim peccans atque præcepti sibi dati à Deo transgressor, originale iustitiam in qua creatus fuerat, amisit, & sententiā damnationisq; Dei, dicentis, In quacunque die comederis de ligno hoc, morte morieris, incidit, & seipsum vniuersamque suam posteritatem immortalitate, hereditateque cælesti priuauit. Huius enim originalis peccati, huiusque sententiæ diuinæ latæ sup genus & posteritatem Adæ, oēs, quotquot ex ipsi us semine nascimur, participes efficimur.

Veruntamen, misericordia Dei noluit nos omnino perire, sed contra hoc pec-

catū originale remedia mundo nullo non tempore prouidit, ne perpetuo essemus dā nati: sed in Christū, siue olim nasciturum ac promissum, siue iam natū, quisquis crederet, saluus esset. Eadem enim fides est omnium eorum, scilicet qui Christi præcesserunt incarnationē, & qui sequuntur. In eūdem nempe redēptorem pariter credimus quæ ante Christū & post Christū nati sumus: nisi quod pro tempore veteris testamenti, patres illi crediderūt in venturū, nos in eum qui iam venit. Huius fidei professio seu professio quæ dā fuit sub lege naturæ sacrificiū aut Dei cultus. A tempore vero Abraham, & sub lege scripta circumcisio: quæ à tempore illo vsq; ad Christi passionē durabat: nunc vero sub lege gratiæ baptismus. His remedijs liberamur ab originali peccato, quamuis nullum remediū ante baptismum institutum, & antequam Christus pro omnibus nostris peccatis satisfecit, aperire nobis potuerit regnum cælorum, sicut hic dicit Beda in homelia: Scire debet fraternitas vestra, quia idem salutiferæ curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod nūc baptismus reuelatæ gratiæ tempore agere consuevit: excepto quod cælestis regni ianuā necdū intrare poterāt, donec adueniens benedictionē daret, qui legē dedit. Quod tamē ita intelligendū non est, quod circumcisio, sicut nec alia sacramenta veteris legis, hominem iustificauerit (quia contrarium ad Romanos scribit Paulus) quod contulerit dederitque gratiam ex opere operato, seu ex virtute sacramenti, sed erat signū & protestatio fidei iustificatiōis. De his autem qui sub lege vixerunt naturæ, testatur D. Gregorius, dicens: Quod apud nos iam valet aqua baptismi, hoc apud veteres potuit per infantibus fides (puta actus ille exterior, quo fidem protestabantur suam parentes pro puero) in adultis vero virtus sacrificij & oblationis. Itaque vt Beda testatur, vtraque purificatio, circumcisionis videlicet in lege, & in Euangelio baptismatis tollendæ præuaricationis primæ gratiæ posita est. Et ne cui seculi labentis ætati superni respectus munera deessent, illi quoque qui à mundi exordio, vsq; ad tempora datæ circumcisionis, vel post datam circumcisionem, de alijs nationibus placuerūt Deo, vel hostiarum oblationibus, vel sola certæ fidei virtute suas Deo suoque creatori animas cōmendantes, à primi

Leuit. 12

Genes. 17
Leuit. 12

Genes. 17

Circumcisio cur in veteri lege fuerit necessaria.

Circumcisionem valuisse contra originale peccatum

Genes. 17

C

Fides qui omnium sit eadem.

Remedia quæ tempore fuerint contra originale peccatum.

Beda.

Psalm. 117

Circumcisio non acuta sacramenta veteris legis iustificare non potuit quia quædam sacramenta.

Gregorius

Beda.

D

Circumcisio cur data sit Abraham.

Idololatria & peccatum contra naturam quando ortum cepit.

Genes. 17

Genes. 16
Genes. 17

Genes. 22
Genes. 26
Genes. 28

Quinam omnium circumciderebant.

Genes. 17
Exodi 12

à primi reatus vinculis absoluere se curabant. Quod si quis dixerit, cum fides & oblatio, siue sacrificium sub lege etiam naturæ essent in remediū originalis peccati, quid opus fuit vt institueretur circumcisio? Dicendum, circumcisionem datam esse, non solum ad purgationem, & in remediū originalis peccati, sed etiam in signum distinctionis ab alijs nationibus, quo scilicet discerneretur hic populus Deo electus atque peculiaris, ex quo Christus erat nasciturus, singulari sanctitate, præ alijs populis clarus Deoque dilectus. Atque ideo huic soli populo Hebræorum in signum distinctionis erat circumcisio danda. Sed, inquis, quare potius id tempore factum est Abraham? Quare non antea, aut post? Dicendum: Ante Abraham tempora non fuit necessarium, propterea quod tunc pene omnes erant fideles, nec clara erat aliqua promissio de Christo. Abraham vero tempore cepit idololatria & peccatum contra naturam. Abundare quoque cepit & crescere omnis iniquitas. Quare tunc etiam recte promissio erat facienda de Christo nascituro, qui peccata mundaret, signum quoque fidei ponendum erat contra infidelitatem, & signū castitatis contra luxuriam: quæ (vt dixi) ceperat abundare. Huiusmodi itaque Deus sibi populum se gregare cupiens sanctum, ex quo nasceretur, Abraham dedit de circumcisione præceptum, in signum scederis ac pacti sempiterni cum eo, & cum semine eius, hoc est, in signum nascituri Christi ex semine eius. Exhibuit autem Abraham benignitatem & dilectionem magnam Deo: atque (vt ita dicam singularem amicitiam ad Isaac filium eius: ad Iacob quoque filium Isaac ostendit. A quorum sanctitate dum inciperet degenerare eorum filij & filiorum filij, tempore Moysis denuo vniuersum populum ex Abraham per Isaac & Iacob (ad quos facta erat repromissio) natum sibi segregauit, atque lege data restrinxit. Ante igitur quam legem daret, necesse erat gentem cui legem esset daturus, puta semen Abraham in Abraham adoptare, signoque circumcisionis hæc (ui faciebat repromissionē de Christo nascituro) ab alijs distinguere. Circumcidetur itaque solus hic populus peculiaris, aut ex Abraham genitus, aut ei familiaris: hoc est, vernaculus & emptitijs, & qui in Iudeorum voluit transire coloniam. Quia soli huic populo præceptum à Deo hoc datū

fuit pro maribus, non pro feminis. Eua enim si sola transgressa fuisset Dei præceptum sine viro, mansisset Adæ & nobis omnibus originalis iustitia. Per Adam igitur mors in omnes intrauit, ideo singulari mares purgatione egebant, dum mulieribus interim fides sufficeret. Verum, obijcis fortasse, cur Christus voluit circumcidi, quum fuerit ab omni culpa alienus. Licet enim veritatem adsumpserit carnis, non tamen adsumpsit veritatem carnis peccati, sed similitudinem, sicut scriptum est: Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos Deus, misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Si ergo Christus carnem habens, peccatum autem aut carnem peccati non habens voluit circumcidi, quæ illius circumcisionis ratio fuit? Dicendum, id factum fierique conuenisse: Primo, ad Iudaicæ perfidiæ confutationem. Futurum enim erat, vt ipse (quemadmodum Apostolus ait) per semetipsum euangelizando minister foret circumcisionis propter veritatem Dei, & ad implendas promissiones patrum. Ne ergo iustam prætereundam posset occasionem Iudæi, ad refutandam illius doctrinam, aut rationem prætereundam, quare Christum non reciperent, voluit circumcidi. Nisi enim circumciscus fuisset, dixissent, patribus dissimile, nec de gente ipsam esse Iudæorum, aut semine Abraham, vnde Christus foret nasciturus: atque idcirco nec David esse filium, nec Christum. Vt igitur nihil illis relinqueretur, quo suæ malignitatis obumbrarent inuidiam, aut se excusarent, voluit circumcidi, & in se circumcisionem finire. Acceperat enim Abraham circumcisionem in signum scederis inter Deum & se, & quod semini eius Deus daturus esset terram hæc promissionis, & in eius semine benedicerentur omnes gentes. Quod quid aliud fuit, quam quod ex eo foret nasciturus Christus, in quo omnes nos benediceremur, atque per fidem filij Abraham facti, fratres vero Christi, per eundem possideremus portas inimicorum nostrorum, possideremus terram promissionis, quæ si gurabat terram viuientium, hoc est, cælestem patriam. Credidit igitur Abraham Deo, scilicet in seminis promissione, quod esset sibi futurum, in quo benedicerentur omnes gentes, & fidei suæ signum à Deo accepit, vt inter illum semenque eius & Deum esset scædus sempiternum. Cuius tam fidei Abraham, quam scederis diuini, signum erat circum-

Gene. 1
Mulieres quæ cum à peccato originali purgabantur. Roma. 9

E
Christus cur circumcidi voluerit.

Ephes. 5

Circumcisio Christi ratio triplex. Roma. 15

Gene. 17

Gene. 22

Gene. 17
Galat. 3

Fircuncisio. Quisquis igitur Abrahamæ fidem imitans circumcidetur, ipsa circuncisione se semen illud, hoc est, Christum nasciturum expectare profitebatur. Circuncisio enim futuri seminis expectandi professio erat. Neque enim de seminibus Abrahamæ promissio facta est, tanquam de multis, sed de semine vno, quod est Christus. Hinc iam liquet, quare circuncisio iam abolita est, & per Christum est finita: adeo ut si quis circumcideret se, Christum negaret, quia & Apostolus dicit: Si circumcidimini, Christus nihil vobis prodest. Loquebatur autem gentibus ad Christum conuersis. Sed quare Christus illis non prodesset? Quia circumcidendo se, testarentur se Christum expectare venturum, qui iam venit: quod est Christum negare. Nam si alius expectatur adhuc venturus Christus, fuisse Christus ille qui venit, negatur. Abolita igitur atque prorsus illicita est posthac circuncisio. Quod si Iudæi dicant, perpetuo circuncisionem mäsuram, propterea quod Abrahamæ dixerit Deus: Statuam pactum meum inter me & te, & semen tuum post te in generationes suas fœdere sempiterno: & iterum, Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Sed respondendum illis, circuncisionem non esse fœdus, sed signum fœderis, sicut dixit ad Abraham Deum eodem loco: Circuncidetur omne masculinum, & cæterum, ut sit signum fœderis inter me & vos, & semen vestrum. Fœdus itaque Dei, siue pactum nobiscum manet, æternum perpetuumque. At signum fœderis nihil obstat mutari. Secundo, Christus voluit circumcidi, propter exemplum, & ad instructionem humilitatis. Qui enim natiuitatis suæ die paulo minus minoratus est, non solum formam hominis, sed etiam formam exhibens peccatoris. Puerum Iesum alloquens Bernardus, dicit: Ad quid tibi circuncisio necessaria, qui peccatum non commisisti nec contraxisti? Quod ipse non feceris, ætas manifestat: quod non contraxeris, multo certius probat patris diuinitas, & integritas matris. Summus sacerdos es, quem nec super patre, nec super matre contaminandum prophetatum est in lege, potius quam mandatum. Est enim tibi pater ab æterno, sed Deus est, in quem peccatum non cadit. Est & mater ex tem-

pore, sed virgo, nec parere potuit incorruptio corruptelam. Super hæc omnia circunciditur puer, agnus sine macula: & si non eguit, tamen voluit circumcidi. Nec vestigium quidem vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris. Sed non sic agit peruerfitas elationis humanæ. Erubescimus vulnerum alligaturam, qui de vulneribus etiam interdum gloriamur. Quem nemo arguere potest de peccato, ipse peccati remedium, & verecundum pariter & austerum sine vlla necessitate suscepit. Nos e contrario inuerecundi ad obsecrationem culpæ, erubescimus agere penitentiam (quod extremæ demeriti est) male proni in vulnera, peius in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit, non indignatus est peccatorem se reputari: nos & esse volumus, & non æstimari. Itane sanæ opus est medicina, & non potius male habentibus? Sed Christus patienter quæ non rapuit, exoluit, qui venit purgationem facere, non suscipere delictorum. Sed dicit: Quid ni susciperet paruulus? Imo vero, quod ni susciperet humilis & mansuetus? Quid ni obmutesceret coram circumcidente, qui coram tundente obmutuit, coram crucifigente siluit? Alioquin non erat illi difficile carnem suam integram seruare, ne scinderetur, qui fecerat, ne virginalis vteri porta in exitu suo aperiretur. Non erat difficile paruulo prohibere, ne caro illa circumcideretur, quando nec mortuo difficile fuit custodire, ne corrupteretur. Hoc igitur nos exemplo docere voluit, ut qui adeo sumus proni ad vulnera suscipienda, hoc est, ad delicta admittenda, tardi ad remedia, discamus pro remedijs esse solliciti ad exuenda sanandaque delicta: quandoquidem ille, in quo peccatum non fuit, peccati remedium admisit. Tertio, ut doceret nos spiritualiter circumcidendos, voluit ipse corporaliter circumcidi. Debemus enim circumcidi, tam interne, quam externe. Primo, quantum ad ea spectat, quæ extra nos sunt debemus circumcidi, resecando superflua: quod Christus docuit, dicens: Veruntamen quod superest, date elemosynam. Et Ioannes: Qui habet duas tunicas, det non habenti. De duabus tunicis loquitur, quando alteram dare iubetur non habenti. Nam vnâ habens, non habet quod inde tribuat. Si enim vna tunica diuiditur, nemo est qui vestitur. Et Ioannes apostolus:

G

Matth.

Psalms

Hebræi

Esaiæ

Ibidem

Quo sp

liter ho

mo circ

cidere d

debet.

Lucæ 11

Lucæ 11

Psalms 99

Esaiæ 30

Esaiæ 6

Galat. 3

Circuncisio

cur in no

ua lege ab

dita sit, &

illicita.

Galat. 3

Genes. 17

Ibidem.

Ibidem.

Phillip. 3

Bernard.

Humilitate

Christi

quantam

prograrie

in sua cir

cuncisione.

Num. 6

1. Ioan. 3

Lingua

quò sit cir

cuncidenda

Matth. 12

Ociosas

ba quam

vitanda.

H

Sensus no

stri quò

circuncidē

di sint.

Esaiæ 3

Iob. 31

Circunci

no mysti

ca q̄ grata

fit Deo.

Genes. 17

Nomina

in circunc

sione olim

imponi so

lita.

Psalms 118

Psal. 144

Psalms 99

Esaiæ 30

Esaiæ 6

stolus: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab illo, quomodo charitas Dei manet in illo? Secundo debemus linguam nostram circumcidere à detractione, contentione, & ab ocioso sermone. Siquidem Christus dicit: De omni verbo ocioso reddendam hominibus rationem in die iudicij. Si ociose nobis loqui Christus non concedit, quid monachorum arguimus instituta, qui propter cauendum sermonem ociosum, silentium indicunt? Calumniator igitur est, quod quis reprehendit id, quod ne Euangelium transgrediatur, custoditur. Tertio, sensus nostros circumcidere debemus à vanitate. Prohibemur enim in scriptura oculos habere sublimes, vagosque. Nisi enim pudicos habeamus oculos & aures, non possumus castum habere cor. Quæ enim videmus, hæc meditamus & concupiscimus. Quæ autem quis nunquã vidit, nunquam etiam concupiscit. Quobrem prudenter oculos suos circumciderat, qui dixit: Peperi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem de virgine. Breuiter, omnia in nobis debemus circumcidere, quæ nos coram Deo dehonestant. Quicquid eius oculis ingratum didicerimus, circumcidendum est nobis. Hæc circuncisio purgat, nosque commendat Deo. Huius circuncisionis alicia, quæ est legalis & Abrahamæ data, fuit figura, & significabat resurrectionem futuram, qua circumcidemur ab omni corruptione & defectu corporali.

Vocatum est nomen eius Iesus.

Nominis impositionem in circuncisione fieri traditio creditur habuisse antiqua à tempore Abrahamæ. Idcirco hic quoque Christus nomen accepit, quod ab æterno habuit. Hoc est, nomen eius hodie euulgatum est, quod habet æternum. Vocatum est enim nomen eius Iesus, id est, saluator. Hoc certe nomen, quo ad rem præcipue, diu expectatum, diu desideratum, hodie est exhibitum. Olim enim longe erat à peccatoribus salus. Petebatur, sed non sentiebatur, ut prope esset dominus omnibus inuocantibus illum. Sentiebatur magis & vocabatur etiam Deus vltionum dominus, Deus iudicij, Deus exercituum, & hu-

iusmodi: quibus nominibus satius Dauid petijt, dicens: Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Quasi dicat: Satis sensimus te vindicem iniquitatum, Deum iudicij, dominum exercituum. Abscõde nunc nomina potestatis: audiamus nomen benignitatis. Sentiamus nomen bonitatis & salutis. Quod hodie impletum est, ut in epistola significatur hodierna: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Hoc est nomē quod impositum est à patre Deo, sicut in Esdra legitur: Reuelabitur filius meus Iesus cum his qui cum eo iucundabuntur. Et iterum: Et erit post annos hos, & occidetur filius meus Iesus, & conuertetur seculum. A prophetis quoque hoc nomē est cognitum. Vnde Abacuc dicit: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Nomen denique hoc est, ab angelo reuelatum. Dicitur namque fuit beatæ Mariæ per angelum: Vocabis nomen eius Iesum. Ad sanctum Ioseph quoque cum grauidam cerneret coniugem suam virginem Mariam, & turbaretur angelus dixit: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nomen etiam hoc ab apostolis prædicatum. Non est enim, inquit Petrus, aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Est & hoc nomē ab omni creatura honoratum. In nomine enim Iesu omne genua flectitur cælestium, terrestrium, & inferorum.

Quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.

Antequam angelo consensisset beatissima Maria ad concipiendum filium Dei, reuelatum est ab angelo nomen hoc sanctum. Vbi sciendum, quando nomina ab hominibus imponebantur, plerunque ab euentu infantes nomina sortitos fuisse, ut Phares, qui ita vocatus est propter euentum diuisionis mæcerie. Et Esau, quia rufus, & Gerson filius Mosi, quia pater eius aduena in terra erat aliena. Et Manasses filius Ioseph, & alij multi, quorum nomina rationem scriptura suis in locis explicat. At vero, quando Deus nomen imponit,

Psalms 14

Titum 3

Abacuc 3

Lucæ 1

Matth. 4

Actor. 4

Phillip. 1

Lucæ 1

Nomina

quò olim

imponer

bantur.

Genes. 38

Genes. 25

Exodi 2

Genes. 41

nit, ex ipso nomine significat donum ali-
quod gratiæ ei, cui nomen imponitur, col-
latum. Sic Christo collatum est, vt saluaret
omnes: idcirco votatum est nomen eius
Iesus, vt Euangelista ait: Ipse enim saluum
faciet populum suum à peccatis eorum.
Quapropter charissimi, quia scriptum est,
Et erit, vt omnis q̄ inuocauerit nomen: do-
mini saluus erit: inuocemus in hoc nomi-
ne, & petamus ea, quæ nobis salutaria sunt.
Neq; enim fieri potest, vt aliquid in huius
nomine petentibus negetur ab eo, qui est
benedictus Deus in secula, Amen.

SERMO IN EODEM
Festo. Quid nobis sit Iesu no-
men, & vnde efficiamur filij Dei.



Vocatum est nomen eius Iesus.
Lucæ secundo. Duplex hodie
nobis seruanda est Iesu memo-
ria. Siquidem hodie primo san-
guinem pro nobis suum adhuc infans ten-
nellus fudit, circumcisus, matrique teneræ
haud dubium compassionis vulnus acer-
bum infixit, ipse vehementer dolens. Ne-
que enim in eo locum habuit, quod de cæ-
teris solet dici infantibus, quod minorem
sentiant dolorem in principio suæ infant-
tiæ, propterea quod minorem tunc habe-
ant imaginationem. Certe hoc de Christo
non potuit dici infante. Omnia enim in eo
erant perfecta in primo puncto temporis,
quo fuit in vtero virginis incarnatus. Hoc
igitur primum est, quod Deo pro sangui-
nis eius effusione agere debemus gratias.

Secundum, quod saluificum sibi nomen
imponi voluit. Nomen, quod tantæ foret
dulcedinis, tanti amoris, tantæ reuerentiæ
deniq; vt nemini illud non gratum, nemi-
ni non consolatorium ac saauæ sit. Quis e-
nim vnquã dulce hoc nomen horruit? Cæ-
tate igitur & benedicite nomini eius, annũ-
ciate de die in diem salutare eius. Confite-
mini, inquam, & benedicite nomini eius,
quia exaltatum est nomen eius solius. Ex-
ultate domino quia venit, quoniam venit
non iudicare, sed saluare terram. Bene au-
tem simul refertur, infantem Christum cir-
cunciditur, infirmitatem carnis demon-
strat: quod Iesus vocatur, potestatem diui-
nitatis. Est enim nobis salus tantũ in Deo

nostro. Nam vt sanctus dicit Bernardus,
magnum hic & mirabile est sacramentum.
Circunciditur puer, & vocatur Iesus. Quid
sibi vult ista connexio? Circuncisio nempe
saluandi magis, quam saluatoris esse vide-
tur: & saluatorem circuncidere magis de-
cet, quam circuncidi. Sed agnosce media-
torem Dei & hominum, qui ab ipso suæ
natiuitatis exordio, diuinis humana soci-
at, ima summis. Nascitur ex muliere, sed
cuius fecunditatis fructus sic accedit, vt
nõ decadat flos virginitatis. Pannis inuol-
uitur, sed ipsi panni angelicis laudibus ho-
norantur. Absconditur in præsepio, sed pro-
ditur stella radiante de cælo. Sic & circun-
cisio veritatem probat susceptæ humani-
tatis, & nomen, quod est super omne no-
men, gloriam indicat maiestatis. Circun-
ciditur tanquam verus Abrahamæ filius: Iesus
vocatur, tanquam filius Dei. Hoc autem no-
men verbum Deus ex tunc habuit, ex quo
caro vel homo factus est. Sed causa, cur fa-
cto homini tale nomen positum est, nõ ex
natura humana, sed ex diuina virtute pen-
det. Vnde enim nos saluat, aut saluator nõ
ster est, nisi ex eo quod non homo tantum,
sed & etiam Deus est? De hoc nomi-
ne in Canticis olim scriptum est: Oleum
effusum nomen tuum; aut, vt alia habet trãs-
latio, vnguentum effusum nomen tuum.
Tres conditiones sunt olei, huic nomini
sancto peculiare. Lucet enim oleum, pa-
scit & vngit. Dicitur autem lucere, quia so-
uet ignem. Nutrit carnẽ, idcirco cibus est,
aut condimentum cibi. Doloremque lenit,
atque ideo hoc nomen medicina est. Iam
vide si non hæc conueniant nomini Iesu
proprietas? Lucet nomen Iesu prædi-
catum, pascit recogitatum, inuocatum le-
nit & vngit. Est itaque, vt dixi, primo lux.
Quod autem lux sit, diuinus testatur Ber-
nardus, dicens: Vnde putas in toto orbe
terrarum tanta & tam subita fidei lux, nisi
de prædicato Iesu? Nonne in huius nomi-
nis luce Deus nos vocauit in admirabile
lumen suum? Quibus illuminatis, & in isto
lumine videtibus lumẽ, dicat merito Apo-
stolus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc au-
tem lux in domino. Hoc denique est no-
men, quod coram regibus & gentibus &
filijs Israel portare iustus est idem Apoſtò-
lus. Ob quã rem, nisi vt hoc illuminaretur
nomine, quicumq; venerit in hũc mũdum?
Quibus illuminatis & diceret Apostolus:
Fuiſtis

Bernard.
& Tim.
Lucæ
Matth.
Phillip.
L
Cantic.
Olii condi-
tionem
nomen
sup. peculiar.
Nomen
su quod sit
lux.
Bernard.
i. Petr.
Psal. d.
Eph. 1.
A. G. 17.
I. G. 1.
I. G. 1.

Eph. 1
Bernard.
Nomen le-
su vt sit
cibus.

Fuiſtis aliquando tenebræ, nũc autem lux
in domino. Tenebræ ex vobis, lux autem
in domino Iesu. Secũdo est nomen Iesu
cibus. De quo loquens Bernardus: An nõ,
toties cõfortaris, quoties Iesu recordaris?
Quid æque, inquit, mentẽ cogitãtis impin-
guat? Quid ita exercitatos reparat sensus,
virtutes roborat, vegetat mores bonos at-
que honestos, castas fouet affectiones? Ari-
dus est omnis animæ cibus, si nõ oleo isto
infundatur. Inſipidus est, si nõ hoc sale cõ-
diatur. Si scribas, nõ sapit mihi, nisi legero
ibi, Iesum. Si disputes, aut conferas, non sa-
pit mihi, nisi ibi sonuerit Iesus. Iesus mel in
ore, in aure melos, in corde iubilus.

M
Nomen le-
su quod sit
medicina.
A. G. 4
Matth. 1

Tertio, est nomẽ Iesu medicina. Siquidem
per huius sancti nominis virtutem, remissi-
onem accipimus peccatorũ. Quod sancto
Ioseph angelus clare explicãt: Vocabis, in-
quit, nomen eius Iesum. Ipse enim saluum
faciet populum suum à peccatis eorũ. Et Io-
annes in epistola, Scribo vobis, inquit, filio-
li, quoniam remittuntur vobis peccata in
nomine eius. Et beatus Petrus, Huic, inquit,
omnes prophetę testimonium perhibent,
remissionem accipere peccatorum per no-
men eius omnes qui credunt in eum. Nul-
la igitur confidentia iustior, quam à salua-
tore peccatorum remissionem petere, roga-
re à Iesu salutem. Hoc enim vere in nomi-
ne Iesu est petere, petere ea ppter quæ Chri-
stus ipse, qui hoc nomen sibi delegit, descẽ-
dẽs de cælis, venit in mundũ, propter nos
incarnatus est, passus est, & mortuus est. Et
quid est propter quod maxime venit in mun-
dum? Nonne vt nos patri suo recõciliaret,
saluosq; nos faceret à peccatis scilicet no-
stris? Est igitur nobis Christus medicina.

Bernard.
Idem.
Matth. 11

Nihil enim, vt verbis vtat Bernardi, ita iræ
impetum cohibet, superbiæ sedat tumore,
sanat liuoris vulnera, restringit luxurię flu-
xum, extinguit libidinis flammam, sitim
tẽperat auaritiæ, ac tocus indecoris fugat
pruriginem. Non autem putemus in li-
teris aut syllabis his consistere tantam vir-
tutem, efficaciam, ac medicinam: sed in re,
quæ literis significatur. Siquidem, cum no-
mino, inquit Bernardus, Iesum, hominem
mihi propono mitem & humilem corde,
& omni deniq; honestate ac sanctitate cõ-
spicuum, eundemque ipsum Deum omni-
potentem, qui suo me & exemplo sanet &
roboret adiutorio. Hæc omnia mihi sonãt

simul, cum insonuerit Iesus. Habes itaque
in nomine Iesu vnde actus tuos corrigas,
vel minus perfectos adimpleas: itemq; vn-
de sensus tuos aut serues ne corrumpãtur,
aut, si corrumpantur, sanes. Secũdo, no-
bis hoc nomen est medicina, quia necessa-
ria nobis impetrat ad salutem. Multis ege-
mus omnes, sumusq; ante ostium domini
quotidie mendicantes. Neq; enim peccato-
rum duntaxat remissio, vulnerumq; cura-
tio est nobis necessaria, nec hac tantum re-
egemus vt purgemur: sed vt & reficiamur,
sustentemur, confortemur, vt eitemus de
niq; pericula & aduersa. In omnibus his ad
virtutem nominis Iesu recurramus oportet.
Sese enim dominus noster Iesus Chri-
stus quicquid à patre quæsierimus media-
torem salubriter vult agnosci, adeo vt ne-
minem ad patrem venire, nisi per illum, ne-
mo à patre quid possit impetrare, nisi per il-
lum. Est igitur primo nomen hoc Ie-
sus desolatis omnibus in refugium, est spes
vera, vnicaq; pœnitentium. Nam quicum-
que inuocauerit nomen domini, saluus erit.
Est deinde ægrotantibus & infirmis re-
medium, quod in Euangelio dicit domi-
nus: In nomine meo dæmonia eijcient, lin-
guis loquentur nouis, serpentes tollent: &
si quid mortiferum biberint, non eis noce-
bit: super egros manus imponent, & bene
habebunt. Videsne quantas virtutes hoc
nomen Iesus interpellatũ impetrat? Ter-
tio, est pugnantibus omnibus in præſidiũ.
Nam in Christi nomine, dixit sanctus Mar-
tinus, hostiũ cuneos transibo securus. San-
cta Agatha quoq; Si feras, inquit, adhibue-
ris, audito Iesu nomine, mansueſcũt. Et di-
scipuli, ait Lucas, reuersi ad dominum, di-
xerunt: Domine in nomine tuo etiam dæ-
monia subiiciuntur nobis. Non sunt autẽ
subiecta dæmonia, nisi vincantur: non au-
tem vincuntur, nisi in nomine domini Ie-
su Christi. Ipse enim fortem illũ armatum
vincit, & omnia eius spolia distribuit. Hæc
sciebat David quoque, qui aduersum se ve-
nientem Goliath alloquẽs, dicebat: Tu ve-
nis ad me cum gladio & hasta, & clypeo:
ego autem venio ad te in nomine domini
exercituum Dei Israel. Hoc modo nos quic-
que per inuocationem nominis domini opor-
tet vincere, vt cũ Psalmista dicamus: In no-
mine tuo spernemus insurgentes in nobis
Est enim, vt in Prouerbijs dicit Salomon,
turris fortissima nomen domini, ad ipsam
confu-

Ioan. 14
Ioan. 15
N
Ioel. 2
A. G. 1
Marc. 16
S. Martin.
S. Agatha.
Lucæ 10
Lucæ 11
1. Reg. 17
Psal. 49
Prouer. 18

Matth. 1
Ioel. 2
K
I. Iusto
sanguinis
Christi
prima.
Nomen Ie-
su quantæ
sicut dulcedi-
nis.
Psal. 95
Psal. 148
Psal. 97
Osee 13

confugiet iustus, & liberabitur. Quarto, hoc nomē benedictum patientibus est in solatium. Ibant, inquit Lucas, gaudentes apostoli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et quid apostolus Paulus dicebat Agabo propheta: Ego inquit, non solum alligari, sed & mori paratus sum pro nomine domini Iesu. Hæc autem aduersa & calamitosa, vt sunt carceres, mundi persecutiones, odia, pœnæ, & huiusmodi alia, alioqui molesta, quam tolerabilia & suauia facit amor Iesu: Quam dulcis fuit apostolis inter aduersa recordatio illa suavis verborum Christi: Hæc autem facient vobis propter nomen meum: Hoc est: persequuntur vos, occident vos, propter nomen meum: hoc est, in odium neminis mei, ipsi quidē hostes hæc mala inferent vobis, propter odium neminis mei: Vos autem hæc omnia ob amorē neminis mei sufferetis. Si impijs est gaudium, quod odio neminis mei vos persequuntur: sit vobis ediuersio quoque gaudium & consolatio, quod mei nomine patimini. Quid em̄ aliud fecit sanctos martyres exultare in pœnis, nisi quia nō patiebantur vt scelesti, puta vt latrones, homicidæ & flagitiosi alij: sed patiebantur amore Iesu Christi: cuius amor omnia graua & intolerabilia, faciebat leuia, imo & suauia ac desiderata. Esto, pœna sentiebatur vt pœna, dolor sit dolor martyribus: testimonium tamen altissimū quod moriendo reddere se veritati cognoscebant & Christi nomini, Christi quoque amor, cuius gratia & contemplatione hæc tolerabant, & securitas futuræ expectationis martyres tanta intus repleuit virtute, tāta gratia, tanto amore & tāta deuotione ac consolatione, vt non solum nō graua aut immania se cogitarent sustinere, sed propter desiderium placendi ac opus acceptū offerendi Deo, nollent etiam his, alioqui tristibus doloribus ac pœnis, carere. Neque enim in ea, quæ patiebantur, animum figebant, sed in eum, cuius amore & intuitu sustinebant. Qui cum cordibus illorū adeo esset charus, adeo preciosus, adeo suauis, nihil purabant sufficere, in eius honorem, & in ipsius gloriā quicquid paterent etiam: quia nihil se tecisse, nihil adhuc passos se esse arbitrabantur, nisi vniuersa quæ habebant, ac tandē vitam pro illius amore in mortē tradidisset. Quinto, est nomē

Iesu credentibus in honorē & fastigiū. Si quidem dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Quid honoratius nominari, quid, vt ita dicā, etiam ambitiosius posset desiderari, quā esse filij Dei? Omnibus tamē data est facultas fieri filios Dei, his puta, qui credunt in nomine eius. Nolite excogitare o filij hominum, vt sitis potentes & magni in terra. Filij huius mundi de terra sunt, & terrena loquuntur, terrena cogitant & terrena ambiunt: quia ibi est cor eorum, vbi est eorū thesaurus. Quia enim terrena preciosū æstimant thesaurū, ideo hunc quærunt. Hunc si inueniunt, cū gaudio & amore possident, cuius etiā amore, & Deū, & omnia ipsius dona spernunt. Vos autem filij adoptionis non sic, thesaurū supremum esse æstimate, esse filios Dei. Hunc desiderate, hūc quærite, & amore huius mundana, caducaque omnia spernite, abijcite, conculcate. Hunc si obtinueritis, summopere & humilitate maxima custodite. Sexto, est nomē Iesu amātibus in suspirium. Nam sponsa in Canticis ante quam diceret, Oleum effusum nomen tuum (puta quod tam esset odoriferum, vt abscondi non posset) dicebat: Trahe me post te: curremus simul in odore vnguentorum tuorum. Senserat eius nominis odoriferi fragrantiam, ideo non solum vt sequeretur, sed vt curreret etiam post illū, precabatur, pellecta odore vnguentorum eius. Trahe me, inquit, post te. Inuitat me odor tuus, trahit me amor tui & desiderium, sed non adeo, vt curram. iam quæso non solum afficiat, non solum alliciat, sed trahat me quoque tui amor, quo ego cum meis in amore solalibus dicere possum: Curremus simul in odore vnguentorum tuorum. Hoc idem ne Esaias quidem propheta ignorabat, dicens: Domine nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Hoc est nomen quod beatus Ignatius martyr in corde suo scriptum circumferebat, sentiens in se illud in scriptū cordi suo, propter amoris illius vehementiam. Quod quia in vita dixerat in se scriptum, post eius martyrium consummatū, corpore exciso & aperto, in eius corde inuentū est nomē dñi Iesu aureis literis scriptū. Septimo, est gēraliter oibus orātib⁹ exauditionis suffragiū. Neque em̄ fallax est Christi promissio, dicens: Amen amen dico vobis, quicquid petieritis patrem in noīe meo, dabit vobis. Sed quæ paulo ante

Act. 1
Nomen Iesu quod sit in solatium. Act. 11

Ioan. 10

O Martyres sancti exultate in pœnis.

Nomen Christi quod in superabundantia robur induit martyrib⁹

Ioan. 1
Nomen Iesu cui credentibus sit in honorem & fastigiū.

Ioan. 1

Matth. 4
Filios Dei confirmantur quærit nobilitate.

P

Nomen Iesu quod amantibus in suspirium.

Ibidem.

Esaias 11
S. Ignatius amor ad nomen Iesu quod suffragiū.

Nomen Iesu cui credentibus sit in honorem & fastigiū.

Ioan. 1

Filij Dei dicendi sunt, & quod cognoscatur.

Hebr. 11
Fides quæ nam filios dei nos efficiat.

Osee 1
Galat. 3

Puritas cordis modo obtinenda sit. Leuit. 11

Leuit. 19

Sanctus esse quid sit. 1. Ioan. 3

Peccata sua quibus modis sint homini persequenda.

Ioan. 13

Lucæ 11

Humilitas quod faciat filios Dei.

Matth. 11

ante in superioribus cū dicerē credentibus nomē esse Iesu in fastigiū (si quidem dedit nobis oibus Deus potestatem filios Dei fieri) restat quærendum quæ sint per nomen Iesu exaltati, quæ sint quæ vocari debeant filij Dei. Dicendū primo, filios esse Dei, hosque cognoscendos per fidei veritatem. In his em̄ ipsis verbis hoc ostendit, quibus hæc potestatem dederit quicquidem sequitur: his qui credūt in noīe eius. Quapropter pagani, idololatæ, Iudei hæreticique oēs, quia nō sunt filij Dei, ab hereditate Christi excluduntur. Sine fide em̄ impossibile est placere Deo. Qui em̄ Ecclesiæ nō est filius, non est etiam Dei, vt sunt scismatici oēs & hæretici, qui à matre deserunt, matri rebelles, quibus stolidiores. Neque em̄ matris, quod agni agnoscunt vocem (matrem Ecclesiā dico) quā vt Osee ait, sp̄saut sibi in fide. Oēs quoque (Paulus dicit) filij Dei estis, per fidem in Christo Iesu, vt pote ex eadem matre geniti. Secundo, efficiuntur Dei filij, per cordis puritatem. Quod ex Leuitico colligitur, vbi dñs dicit: Immundū ne tetigeritis, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios. Sanctus enim ipse pater & Deus noster, nosque vult esse filios sanctos. Sancti, inquit, estote, quoniam ego sanctus sum dñs Deus vester. Sanctum autē esse, est à peccato esse mundū, præsertim mortali. Et om̄is, ait Ioānes, qui est ex Deo, nō peccat sc̄ mortaliter. Cauemus igitur peccata, fugiamus, odiamus, & persequemur eadē in nobis gemendo, flendo, vitia castigando, occasiones infirmitati nostræ subtrahendo & orando. Non est vnde excusemus nos, quasi à peccatis non possimus abstinere, aut tentationes superare. Iubemur em̄ in Euangelio petere & accipere. Quicquid igitur nobis deest virtutis aut auxiliij, Hoc à Deo in nomine filij eius petamus. & dabitur nobis. Intra nos est quod retinet nos, quod minime ad radicem pertinentes studemus euellere. Est enim concupiscentia peccati in nobis radicata: huic blandimur, assentimus, hæc toleramus, dissimulamurque. Quam si strenue, seuerèque persequeremur diuino auxilio inuocato, citius liberemur. Tertio, filij Dei efficiuntur per vitæ humilitatem. Præ alijs nanque omnibus virtutibus dominus Iesus humilitatem suam ac mititatem in exemplum nobis posuit, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Quo exemplo vt disceremus nos fieri filij Dei, & verbo & ope

re inuitauit nos ad sui imitationem, quam præcipue in hoc fitā esse voluit, si fuerimus humiles & mites corde. Si quidem humilitatem vbiq; in vita ac moribus ptulit. Nam quasi Dei filium se ignoraret, quasi nesciret se regem angelorum, ad Ioannem venit baptizandus. Nullum remedium peccati à se voluit esse alienum. Vbiq; se depressit, vbiq; humiliavit. Idcirco post illam humiliationem sui audire meruit, voce cœlitus delapsa: Hic est filius meus dilectus. Quarto, filij Dei efficiuntur si pacem, si concordiam & charitatem cum proximis nostris seruemus. Quod dominus quoque Iesus ipse confirmat, dicens: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Christus nanque mediator noster pacem inter homines & Deum, pro nobis moriendo fecit: cuius signum præbuit, quando in cruce à terra eleuatus inter cœlum & terram medius pendens, mortem sustinuit. Simus ergo pacifici, vbiq; cauentes omnem occasionem delinquendi, & circuncidentes linguas nostras, ne quid à nobis prodeat, quod pacem aliorum turbet, quod scandalizet, quod vnitatem scindat, aut vulneret charitatem. Quod Apostolus quoque monens ait: Quantum in vobis est, cum omnibus pacem habentes. Quinto, per misericordiam & pietatem filij Dei efficiuntur. Et ideo in Ecclesiastico scriptū est: Pupillis esto misericors & eris velut altissimi filius. Christus quoque id ipsum iubens, Estote, inquit, misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Per misericordiam igitur diuinam naturam imitamur, atque Dei filij efficiuntur. Sexto, Dei filij efficiuntur, in flagellorum assiduitate, quæ à domino patimur. Ita em̄ Hebræis hoc Paulus loquitur, dicens: Quæ diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate: tanquam filij vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem nō corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Videte igitur quanta sit hic consolatio mœretium, gementiumque sub disciplina patris. Omnes à correctione eius esse vellemus liberi, cum tamen correctio ipsa signum est nobis, quod sumus filij Dei. Expediit autem, nobisque utilissimum est, pro singulis excessibus hic castigari. Neque enim bis Deus punit: sed quod hic castigatū est, parcitur in futuro. Siqui-

Imitatio Christi in quæ præcipue fita.

Matth. 3
Ioan. 1

Marci 1
Lucæ 3
Circumdati vbi filios dei dicuntur. Matth. 3

1. Tim. 2

Pacificus quod quis fiat.

Roma, 19

R
Misericors dicitur vbi nos filios dei confituar. Eccle. 4
Matth. 5
Lucæ 6

Flagella Dei patienter terre vt confituar filios Dei. Hebræ. 12

Natum 1

Prouer. dem in Prouerbis legitur: Quem dñs diligit, corripit, & quasi pater in filio cōplacet sibi. Et in Ecclesiastico: Qui diligit filium assiduatur illi flagella. Videte igitur quātam gratiam, quātamq; charitatem fecit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus. Ex hibeamus igitur nos vt filios Dei, non vt Deum imitari velimus in potentia, in sci-

entia, in gloria, in dominatione: sed in miseratione, in innocentia, in puritate, in benignitate, in dilectione inimicorum, in largimitate, & huiusmodi virtutibus alijs, quibus sese nobis Christus p̄buit in exemplum, qui cū patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

IN SOLENNITATE APPARITIONIS DOMINI nostri Iesu Christi, loco epistolæ lectio Esaiæ prophetae, cap. LX.

XI.



Vrge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & vide, oēs isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiae tuae de latere sugent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Ephra. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annunciantes.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Inter omnes prophetas clarissimus, fufiusq; de Christo & Ecclesia Esaias propheta. Atq; ideo vbi de vocatione loquitur gentium, hodierna lectio desumpta est. Nam primitiae gentium in fide, puta tres Magi hodie conuersi sunt ad Christum. Videns itaque propheta in spiritu Ecclesiam ex gentibus colligendam, Surge, inquit, Ecclesia militans Hierusalē. Ibi enim Ecclesia exordium sumpsit noui testamenti, & primitiae credentium in fide ibi coaluerunt, quos Petrus coadunauit: quoniam salus ex Iudæis est. Nam ex Iudæis Christus, inde nati sunt apostoli atque discipuli domini. Inde quoque sunt nati, de quibus dixi, primi qui ad fidem sunt conuersi, igitur, Hierusalem sige ab amore & curis terrenarum rerum, eleuare ad Deum & illuminare. Prope enim est cōsolatio tua, ad quam recipiendam te parare decet: quia venit lumen tuum, lumen illud oriens ex alto, quod ad te venit, illumi-

nare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes, hoc est, ad sectus tuos, in viam pacis. Hoc est lumen, de quo Christus conqueritur: Lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis, q̄ lucē. Itaque venit tibi lumen tuum, tibi promissum: & gloria domini super te orta est. Viderūt pastores claritatem Dei se circumfulgentem. Viderunt Magi stellam se ad sequendum inuitantem, & locum pueri nati, qui est salus omnium, inofstrantem. Videbis tu quoque gloriam domini super te ortam, tunc quando illustrabit te eius potestas, diuinaque maiestas, ex cognitione scilicet secretorum cordium, & ex virtute signorum & miraculorum. Quia ecce tenebrae, ignorantie, operient terram, & caligo populos. Apud omnes homines, qui sunt extra Ecclesiam, & qui non pertinent ad Hierusalem, sunt tenebrae & caligo. Super te autem orietur dominus. Tibi innotescet illius cognitio: & gloria maiestatis eius per opera diuinitatis manifestabitur.

Hierusalē
vri signet
Ecclesiam

Actor. 13
Ioan. 9

Luce 1

1004

Luce 1

Matth. 2

Tenebrae
obscure
vt sint ob
hoies ex
era Ecclē
sue vni
tem ex
tes.

dæ

Actor 13
Matth. 15

B

Bæ in te videbitur. Tibi itaq; venit lumen, tibi missum est verbum salutis, puta ad saluandas oues domus Israel. Tamen non sola tu Iudæa huius particeps eris, sed ambulabunt etiam gentes in lumine tuo. Conuertentur gētes quoq; ad Christum, ambulabūt vias iustitiæ post eum, & reges terræ in splendore ortus tui, id est, participes erunt gratiæ, & sapientiæ Christi. Hęc enim est lux mundi, de quo dicit Saluator ipse: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. De quo & Esaias idem dicit sub persona patris ad Christū: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea ad vltimū terræ. Itēque: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione & umbra mortis lux orta est eis. Puer enim natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, &c. Quapropter leua in circuitu oculos tuos, & vbique circumspecte, & vide: omnes isti, tam ex Iudæa, quam ex gentibus ad Christum conuersi, congregati sunt, & ad constituendam Ecclesiam per fidem & charitatem adunati venerunt tibi, quia in Ecclesiæ vnitatem tibi incorporandi sunt. Filij tui licet per vniuersum orbē dispersi, tamen electi Dei de longe venient, vt tibi per fidem & charitatem incorporentur, & per fidei vnitatem socientur. De longe qui dem venient, quia in regione dissimilitudinis constituti venient, vt filij fiant adoptiui: & qui fuerāt à Christo longe, fiant prope, accedant per fidem & illuminentur: & filiae tuae, infirmiores scilicet animæ, de latere, aut, vt alia litera habet, lac sugent, id est, consolatione fouebuntur spiritus sancti, & faciliori apostolorum indulgentiorique doctrina. Tunc videbis impleri ea, quæ dico: Nam afflues diuitijs gratiarum, donorumq; exuberantia locupletaberis: afflues denique multitudine filiorum conuertentium se ad Christum, adeo vt etiam admiretur & lætitia dilatetur cor tuum, quando conuersam ad te videris tam subito multitudinem insularum maris, quando brachium, fortitudoq; gentium, qui in potentia & æstimatione sunt mundi, venierit seu accesserit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij regionum Madian & Ephra. Si secundum literam quærimus hic sensum, ille est, vt tot homines in Hierusalem aduenturi dicantur, vnde vel

Eph. 2
Psalm. 33

ex multitudine camelorum aut dromedariorū quibus aduecti sunt, Hierusalem operiatur. Sed propheticus est modus loquendi, significans tātā multitudinem in Ecclesiam, quæ per vniuersum orbem vna est, ingressuram, fidemq; & Euangeliū Christi susceperam, quorum mores camelis et dromedarijs similes ante fuerant, vt Ecclesia videretur operiri magis, quam impleri. Vno nanq; sancto martyre pro fide Christi patiente, & gloriose tormenta ac bestias vincēte, interim sæpenumero tria milia hominum conuertebantur, nec poterant tot occidi, quot Christus subito fecit inde renasci. Et ita in vniuerso mundo splendebat Euangelium, Christi que fides, quo sancta Hierusalem, id est, Ecclesia domino extrueretur. Omnes, id est, de singulis regionibus ex Saba venient aliqui, aurum & thus deferentes, & laudem domino annunciantes. Quod futurum tres hodie Magi præfigurauerunt, qui ex gentibus primitiæ gentium in fide Christum quæsierunt, Christū adorauerunt, Christosq; munera, aurum, thus & myrrham obtulerunt.

Cameliæ
dromedarij
mystice
qui dicantur.

Matth. 9

EXEGESIS BVANGELII in eodem Festo. Matthæi secundo.



Non parum ad rem pertinebat, vt quum Euangelista scripturas Christi esset apparitionem Magorumq; aduetum, neque locum neq; tempus taceret. Multum quoq; fidei astipulatur, vbi rei quæ describitur, tam ad locum, quam ad tempus testimonia prophetarū consentiunt. Quando enim Iudæorum magis confutari posset impietas, q̄ dum ex eorum libris, ex rerum euentu, ex prophetarum oraculis, & ex eorum tandem confessione probari potuit: vt quod consententur ipsi, & alijs astruant, ipsi credere nolunt? Sciebant ex prophetia Iacob tempus adesse Christi nascituri: puta cum iam ablatum foret sceptrum de Iuda, cū tempus item hebdomadarum à Daniele p̄dictum, foret impletum. Quāobrem cum omnia iam viderent impleta, de Christi nascituri tempore non poterāt dubitare. Ad hæc autem non ignorabant i iij locum

C

Gen. 49

Danie. 7

Mich. 5

locum ex Michæa propheta. Quæ omnia tacite hic Euangelista indicat, cum dicit:

Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes.

Herodes Ascalonita quis fuerit.

Hic Herodes alienigena fuit, non de semine Israel, patre scilicet natus Idumæo, matre Arabe, à Romanis, quibus Iudæa facta est tributaria, Iudææ constitutus in regem. Hic alioqui Ascalonita vocatus est: cuius filius Herodes erat Antipas, qui decollauit Ioanem, & Christo in passione in alba veste illudit. Huius tēpore (vt prophetia impleretur Iacob patriarchæ, dicentis: Nō auferetur sceptrum de Iuda, & dux de scemore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium) debuit nasci Christus. Debuit etiam nasci in Bethleem Iudæ, quomodo Michæas ante prophetauerat. Vbi Iesu domino nostro nato, impleta quoque alia est prophetia. Nam Iacob fratrem suum Esau in Mesopotamiā fugiens, & in eodem loco dormiens, quod dicebatur Bethel, vidit per somnium scalam positam, cuius summitas pertingebat ad cælum, angelosque ascendentes & descendentes per eam. Quamobrem dixit: Quam terribilis est locus iste. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Reuera Christo ibidem nato, erat ibidem domus Dei. Corpus nanque eius de virgine sumptum, domus est Dei. Porta autem est & cæli, per quam intramus in cælestem hereditatem, idem Christus. Hęc porta primo hoc in loco nobis manifestatur. Siquidem hic Magi primi sunt ex gentibus, qui ad hanc domum accedunt. Vide autem quanta sit Magorum deuotio. Mox vbi ex stella, quæ illis apparuit, regem didicerunt natum, nullam facientes moram, adueniunt, vt suo aduentu, & gētilium futuram ad Christum deuotionem præsignarent, & impietatem confutarent Iudæorum. Illi enim exultabant propter natiuitatem Christi, hi dolebant. Sequitur enim paulo post omnē Hierosolymam cū Herode ex Magorum aduentu & rei nouitate turbatam. Illi, inquam, regem quærebant alienum, hi spernebant suum. Illi rogabant vt ostēderetur, hi quidem indicauerunt locū, vbi esset inueniendus: sed nemo Iudæorum vel ex cu-

Herodes Antipas quæ fuerit. Matt. 14 Marc. 6 math. 27 Luc. 23 Gen. 49

Mich. 5

Gen. 28

D

Deuotio Magorum quanta fuerit.

riositate mouebatur, vt cum Magis ad quærendum, ad contemplandumque regem suum se fatigaret.

Vbi est qui natus est rex Iudæorum?

Quid facitis o Magi, quid facitis: Cur sic loquimini in terra aliena? An nescitis in Iudæa nullū alium vocari regē, nisi quem Romanorum potestas constituit? Num ignoratis regem alium ibi adhuc viuētem? Qua temeritate audetis alium nominare regem, cum sciatis iustitiam legis, crudelitatemque tyranni, qui non sinat alium honorari regem, se in potestate regni constituto? Cur periculo tanto vos exponitis? Si regem, inquit, timeremus presentem ac temporalem, non inquireremus futurum ac cœlestem. Sed quid de periculo mortis, cui vos inuoluitis? nonne prudentius fuisset tacuisse? Si periculum timeremus mortis, ad hanc regionem nunquam aduenissemus. Videsne Magorum deuotionem, fidem atque confidentiam? Nondum viderāt Christum, & parati iam erant mori pro Christo. Nondum Christum nouerant, & parati erant coram crudelissimo rege in illius præiudiciū Christum confiteri, Christum adorare, Christum offerre munera.

Qui fuerunt, inquis, hi Magi? Fuerunt, inquit Chrysostomus, sapientes in Perside, quia eo tempore ibi regnabant sapientes. Hi enim, hoc est, eorum maiores audierant Balaam diuinatoris olim prophetiam, seu oraculum, de stella hac loquentis. Orietur stella ex Iacob, & exurget virga de Israel, & prutiet duces Moab, &c. & erit Idumæa possessio eius. Propter hoc vaticinium, per sapientes successores obseruabatur aduentus, seu apparitio huius stellæ. Verisimile est autem, stellam hanc apparuisse tanta singularitate ab alijs stellis distinctam, vt dubitare non possent, singulari maximi regis cuiuspiam ortum hanc significare. Neque enim de illis stellis erat vna, quæ ab initio fuerunt creatæ, sed ad Christi natiuitatem significandam esse cepit, & peracto ministerio suo iterum desijt. Hanc enim vbi viderunt Magi & sapientes in dinoscendis astris periti, intellexerunt hanc regis Iudæorum ortum significare. Per hoc enim puer ille Iesus reges, seu Magos hos illuminabat, per quod erudiri & certiores fieri poterant. In hoc,

inquam

Fide Magorum quæta fuerit.

E Magi tres qui dicuntur Les fuerunt. Chrysost.

Num. 14

Stellarum apparitio quæta fuerit.

Gen. 1

Inquam, eis loquebatur, eorum opinioni condescendens, in quo intelligebant. Nō enim tam facile credidissent (angelo) si forte ad illos fuisset missus) quam crediderunt stellæ: Angelorum enim notitia apud illos fuisse minor credenda est, quam stellarum. Siue autem allocutione per stellam, siue illuminatione erga Magos Deus fuerit usus, nihil refert, cum constat eos de ortu plene informatos noui regis Christi nihil dubitasse. Erant igitur certi Christum regem Iudæorum natum, licet vbi natus foret id nescirent: nisi quod suspicabantur magnum gloriosumque regem in maxima, nobilissimaque ciuitate, inter ditissimos, interque peritissimos (maximi enim faciebant ipsi sapientiam, cum nemo apud illos nisi sapientissimus regnaret) quærendum, inueniendumque. Quapropter Hierosolymam primo accedunt, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Vides, quia non interrogant, an natus sit. De hac enim re non ambigunt, sed, Vbi, inquit, natus est?

Magi quō de ortu Christi fuerint certi.

Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum.

Vidimus stellam eius natiuitatis ostensuam, in oriente nos constituti, quam eius esse intelleximus. Deo enim vt dixi, eis inspirante, aut quocumque modo reuelante, didicerunt hanc esse stellam à Balaam vaticinatam: quam mox quoque deuote secuti sunt. Illis itaque Hierosolymam ingressis stella disparuit, quo Christi fieret natiuitas manifestior, & Iudæorum ignauia magis detestanda probaretur. Neque enim interrogati, & de loco natiuitatis certa indicia scripturarum testimonia proferentes, excusare se de ignorantia poterant, quod inquirerentibus Christum, locum, vbi inueniret indicabant. Itaque si voluissent, Dei admonitione merito intellexissent, Magorum deuotione & exemplo inuitati, qui indicabant Iudæis tempus, ab iisdem vero sciscitabantur locū natiuitatis Christi: quo citius, quod in salutem fiebat omnium, Christum scilicet esse natum euulgaretur. Quod Leo papa luculenter enunciat, dicens: Ad omnium hominum spectat salutē, quod infantia mediatoris Dei & hominum iam vniuerso declarabatur mundo, cum adhuc ex quo detineretur oppidulo. Quamuis enim Israeliticam gentem, & ipsius gentis vnam

Num. 24

Leo papa.

1. Tim. 3

familiam delegisset, de qua naturam vniuersæ humanitatis assumeret: noluit tamē intra maternæ habitationis angustias ortus sui latere primordia: sed mox ab omnibus voluit agnosci, qui dignatus est pro oibus nasci. Tribus igitur Magis in regione orientis stella nouæ claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris, pulchriorque sideribus, facile in se intuentium oculos, animosque conuerteret: vt confestim aduertetur, non esse ociosum, quod tam insolitum videbatur. Dedit ergo aspicientibus intellectum, qui præstitit signum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniendum obtulit requisitus. Ideo absque dissimulatione ingenue Hierosolymis confitentur: Et venimus adorare eum. De longinquis adeo regionibus adueniemus, vt adoremus eum. Vide hic, quomodo puer ad quem festinabant, non modo eos illuminabat, sed etiam, quo nullam metueret potestatem, quin libere voluntatem suam confiteri auderent, confortauit.

Stelle Magorum claritas quæta fuerit.

Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.

Nunquā non grandis potestas timori subiecta est. Erat autē rex Herodes nō in iuria pauidus, quippe qui timore anxius, nec vnquam securus regnum suū tutabatur. Erat præterea execrabilis parricida, multo sanguinis effusi sibi male conscius, qui nec Hircano socero suo regi summo sacerdoti, nec uxori suæ Hircani propinque, nec proprijs ex eadem susceptis filijs pepercit, quos omnes aliosque multos truculentus carnifex morte damnauit. Premit enim tyrannos, quoque metus, quomodo eorum quidam dixisse fertur: Quem multi timēt, vt multos quoque ipse timeat necesse est. Verum quam pulchre Herodi hymnus insulstat Ecclesiasticus in hæc verba loquens: Hostis Herodes impie, Christum venire quid times? Non eripit mortalia qui regna dat cælestia. Attende præterea hic peruersam adulationem Iudæorum: quia vt refert Euangelista, turbata est omnis Hierosolyma cum illo. Vt quid enim turbantur propter natum sibi regem? fortasse respondet quispiam: Timebant (quoniam de Christo futuro, & iam, vt ferebatur, nato carnaliter sentiebant) ne duobus regibus inter se decertantibus, ipsi perturbationibus inuol-

G

Herodis crudelitas quæta fuerit.

Timoris Iudæorum causa quæta fuerit.

uerentur. Timebant sane. At quæ est hæc ignauia, temporalem & malam inter peccandum pacem adeo præferre, vt malint impio Herodi subijci, quam à rege cælitus veniente, cælitusq; misso & nunciato, gubernari? Figurabatur quoq; in hac Herodis ciuitatisq; propter Magorum Christum quærentium aduentum turbatione, infantumq; cruenta perditione, turbatio futura Iudæorum, quando post Christi ascensionem apostolis prædicantibus, gentibusq; Christi Euangelium suscipiētibus Hierusalem, vniuersumq; Iudaicū regnū turbabatur atque tumultuabatur, quoniam apostolorum prædicationem exterminare, Christiq; nomen conabantur persequēdo, fugando, occidendoque sanctos Dei prædicatores extinguere.

Et conuocans oēs principes sacerdotum, & scribas populi, scisci tabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerūt ei: In Bethleē Iudæ. Sic em̄ scriptū est p̄ Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, ne quaquā minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Quando Herodem audimus ppter Christi natiuitatem turbatū, nō potest ex pietate euenire, qd tam studiose de Christo nascituro interrogat. Audiuit enim ex Magis natum regē Christum: ideo vult scire ex sacerdotibus summis & scribis, quorsū erat regere, docereque populum, & explanare legem, vbi Christus nasceretur. Quæ, inquis, Herodi erat notitia de Christo? Intellexit em̄ Magorum interrogationem, non de quouis rege, sed de maximo ac summo rege Christo, quem Iudæi expectabant. (Licet in hoc errabant, qd temporali potestate & in gloriosa maiestate illū regnaturū putabant.) Dicendum: Herodē proselytū fuisse Iudæorū, id est, ad Iudaismū conuersum, sed imperfecte in lege institutū (qd actus eius & vita testant) ideo audierat Messīā venturum, quē suspicāt hunc esse regem natū, quem Magi quærebant. Cupit igitur, vbi ille sit nasciturus, vbive expectandus, discere ex sacerdotibus & peritis in lege, Respondent illi quomodo legerunt in Michæ scriptum, Quid de scri-

pturis tu interrogas Herodes? Si scripturis credis, cur iam acuis gladiū in puerum, meditans, illū quō possis perdere? Num poterit homo corrigere ne fiat, quod Deus, vt fieret, ordinauit & prædixit? Quod si scripturis non credis, quid de his, si iuxta mentem tuam vaniloquæ sunt, interrogas? Respondens Chrysoctomus, Credebat, inquit, Herodes in malo, in bono non credebat: quoniam quidem quod inde nasciturus foret Christus, vt scripturæ dicebant, credebat: quoniam aut̄ aduersus illū agere nō poterat, quē Deus mittebat, non credebat: quia non suo consilio gubernabatur, sed vinculo diaboli trahebatur ligatus. Sic sunt omnes homines peccatores: in quibus diabolus operatur: credunt scripturis: & non credunt: quia hoc ipsum quod credunt: perfecte credere nō permittuntur. Siquidem oēs q̄ Christiani sumus, & legimus & scimus, quia mundus consummandus est, & quia morituri sumus: & hoc ipsum tamen perfecte non credimus. Si em̄ perfecte crederemus, sic viueremus, quasi post modicum transaturi de hoc mundo, non quasi in æternum mansuri.

Tūc Herodes clam vocatis Magis, diligenter ab eis didicit tēpus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleē, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero. Et cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.

Duplici modo credibile audierat Herodes à sacerdotibus responsum. Primo, quia à sacerdotibus fuit dictum: deinde quia exemplo prophetico fuit comprobatum. Non tamen ad deuotionem flectitur nascituri regis, sed ad malitiam interfectionis eius per dolum. Malus enim homo, q̄ Dei sunt intelligere potest, quæ Dei sunt autem agere non potest. Quapropter vide, quam insidiose ad se vocat Magos Herodes, nihil mali suspicantes. Explorat tempus, hoc est, diem apparitionis stellæ. Deinde diligentem inquisitionem de puero mandat. Tertio, renunciari sibi rem postulat, puta puerumne, ac vbi inuenerint. Quarto, quo dolus non sentiat, adorare puerū se fingit, ac muneribus honorare, quem tamen gladio parabat occidere. De quo

quo elegāter sanctus Leo papa differit, dicens: Audiens Herodes rex, Iudæorū principem natum successorem suspicatus, expauit, & molitus necem salutis auctori falsum spondit obsequiū. Quam felix foret, si Magorū imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem qd disponebat ad fraudē. O cæca stultæ & mulationis impietas, q̄ per turbandum putas tuo furore diuinum cōsiliū. Dominus mundi tēporale nō querit regnum, qui præstat æternum. Quid incōmutabilem dispositarum rerū ordinē vertere, & aliorū facinus præoccupare disponis? Mors Christi non est tēporis tui. Ante condendum est Euangelium, ante prædicandum est Dei regnum, ante sanitates donandæ, ante sunt facienda miracula. Cur Herodes qd alieni est operis, tui vis esse criminis: & non habiturus effectum sceleris, in solum te reatum præcipitas malæ voluntatis? Nihil hac molitione proficis, nihil pagis. Qui voluntate natus est, arbitrii sui potestate morietur. Renunciate, inquit, mihi, vt & ego veniens adorem eum. Videte serpentinam vocem. Ex illorum enim erat numero vnus, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala aut̄ in cordibus eorū. Simulat se adorare velle, quē necare decreuit. Quam misera aut̄ (ait Bernardus) est ciuitas aut congregatio, in qua regnat Herodes, quoniam Herodianæ sine dubio participes erit malitiæ, & ad nouæ salutis ortū Herodiana mouebitur turbatione. Nam Herodiana malitia & Babylonica crudelitas est, nascentem velle extinguere religionem, & allidere paruulos Israelis. Si quid em̄ ad salutem pertinet, si quid religionis oritur, quicumq; resistit, quicumq; repugnat, plane cum Aegyptiis paruulos Israelitici germinis necare conatur: imo cum Herode nascentem persequitur saluatorem.

Qui quū audissent regē, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos, vsque dum veniens, staret supra vbi erat puer.

Viderat magnā Magorū deuotionē Herodes erga Christum: nec sperabat eos blanditijs, nec minis, sed nec auro posse corrumpi, vt in nati pueri necē consentirent. Quia igitur aliud non potuit, deuotionem ipse quoque simulabat, & reges in

nocentes abire dimisit. Vide autem & ab initio quanta sit pietas, quanta deuotio Magorū, quanta fides gentium. Vna stella eos per alienas terras, vt in Christum crederent, permouit: Iudæos vt crederent, nec solius iustitiæ Christus ipse mouere potuit. Stella, inquit, antecedebat eos, puta Magos ab Hierusalem recedētes. Hæc erat stella quā in oriente viderant, & quæ eos ducatu suo in Hierosolymam duxerat: q̄ denique non longe ab Hierusalem se, q̄ Magi interrogare cogentur, subduxerat. Hæc euntibus versus Bethleem Magis iterum præcedens sociata est, donec staret supra locū, vbi puer erat. Quia em̄ loquendo nō poterat, stādo Christum locumque eius indicabat. Noli autem mirari, quod stella seruit Magis Christum quærentibus: mirare potius quod non vna stella tantum, sed omnia etiam elementa tibi seruiunt delinquenti, Deiq; inimico.

Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.

Multum ex stellæ ducatu, quem se amississe putabant, exhilarati sunt Magi. Videbant enim se haudquā deceptos, p̄sertim cum etiā testimonia sacerdotū & scripturæ interim accessissent: vnde ad inueniendum regem, quem quærebant Christum, certiores redderentur. Videtis quam sapientes fuerunt hi tres viri. Nihil numinis tribuerunt stellæ: puerq; vt Deum adoraturi quærebāt. Stāt iuxta domū, parāt munera: nec scandalizātur de neglecto tantī regis apparatu. Nullā em̄ ibi curiam, non altum palatium, non ædes regales, nullos ministros, nec signum aliquod temporalis maiestatis offendunt.

Et intrātes domū inuenerunt puerum cū Maria matre eius: & proidentes adorauerunt eum.

Mis: fuit deuotionē tantorū virorū nō perisse, cū regē quærerēt, inuenirētq; nullo schemate regio insignitum, non viderunt purpuram aut regium aliquid, sed mirabilem inopiam & paupertatē. Viderūt domum vilem, & animalibus magis q̄ hominibus ad inhabitandum idoneam. Viderunt matrē eius, vix, vt Chrysoctomus ait, tunicā vnā habentē, non ad ornatum corporis, sed ad tegimē nuditatis. Viderūt puerum vilibus pannis inuolutū, & sordior

Turbatio hæc Iudæorum & Herodis qd̄ turbauit.

Acto. 1

Mich. 1

H

Herodes fuisse profelytū Iudæorum.

Leo papa.

Chrysa.

Scripturis do credis & quod credunt peccatores.

Psal. 27

Bernardus

Herodiana malitia & Babylonica crudelitas myrice, que

Exod. 1

Herodiana staret supra vbi erat puer.

K

Pietas deuotio fides Magorū quanta.

Sapientia magorū quanta.

Chrysoct.

In fano
Christi q
modo Ma
gos exce
peris

diori in præsepio positū. Quamuis credē-
dum potius sit, hac hora in gremio matris
sedisse, atq; hospites tam deuotos blando
atque amicabili contuitu oculorum beni-
gne recepisse. Vide aut quantæ fuerit reue-
rentiæ, ante puerum inopem mox procide-
re, & vt Deum adorare:

Et aptis thesauris suis, obtulerūt
ei munera, auræ, thus & myrrham.
Et respōso accepto in somnis, ne re-
dirent ad Herodem, per aliam viā
reuerſi sunt in regionem suam.

Munera
Magorū
etia mysti-
ce quid.

Nunq̄ satis Magorum horum laudari
potest deuotio. Siquidem non satis illis e-
rat adorasse, sed etiam muneribus oblatiſ
sefe profitebantur, obtabantq; feruentissi-
mo desiderio, puero huic vero regi ac Mes-
sæ ludæorum esse subiectos. Offerebāt
munera, quibus iuxta mysticam significa-
tionem, puerum hunc agnoscebant Deū,
agnoscebant regem, agnoscebant morta-
lem. Oblatis aut muneribus, commenda-
tisq; animabus tuis (neq; em̄ dubiū est, hac
præcipue hora summa exultatione, alacri-
tateq; spirituali perunctos, sentiētes in pue-
ro hoc, qd̄ lingua non possent explicare,
nec corde comprehendere) moniti sunt in
somnia responso accepto, quippe qui solli-
citi fuerant, inter se consultantes, an ad He-
rodem sibi foret redeundū, nō nihil fini-
stri suspicantes. Moniti igitur ne redirent,
per aliam viam reuerſi sunt in regionem
suam. Et nobis à regione similitudinis,
ab innocentia, ab originali iustitia, qua
olim excidimus, hallucinamurq; opus est
redire in regionem nostram vtputa, cæle-
stem patriam, per aliā viā, quam per illam
per quam excidimus, præstante domino
nostro Iesu Christo, qui est benedictus in
secula, Amen.

SERMO IN EODEM
Festo. De Magorum deuotio-
ne, studio ac muneribus.

M



Ntrantes domū, inuenerūt pue-
rū cū Maria matre eius: & pro-
cidētes, adorauerūt eū. Et aptis
thesauris suis obtulerūt ei mu-
nera, auræ, thus & myrrhā. Matth. II. Memo-
riam apparitiōis dominicæ hodie agimus
filij Charissimi, qua puer Iesus, & adhuc in

fans seipsum gentibus, hoc est, primitijs
gentium se exhibuit. Itaque hos Magos
Christum quærentes, ex Aethiopia aut
Perside venisse multi volunt, quos tam lō-
go itinere breui potuit tempore adducere
puer Iesus. Fuisse autem horum aduentus
occasione Chrysostomus hanc ita nar-
rat, dicens: Legi Magos istos ex libris Ba-
laam diuinatoris apparituræ huius stel-
læ scientiam accepisse: cuius diuinatio
posita est in veteri testamento: Orietur
stella ex Iacob, & exurget homo de Isra-
el, & dominabitur omnium gentium. Au-
diui aliquos, inquit, iterum Chrysosto-
mus, referentes de quadam scriptura, & si
non certa, non tamen destruentem fidem,
sed potius delectante, quoniam erat qua-
dam gens sita in ipso principio ipsius Ori-
entis iuxta Oceanum, apud quos fereba-
tur quædam scriptura inscripta nomine
Seth, de apparitura hac stella & muneribus
ei huiusmodi offerendis, quæ per ge-
nerationes studiosorum hominum patri-
bus referentibus filijs suis habebatur de-
ducta. Itaq; elegerunt seipsos duodecim,
quidam ex ipsis studiosiores & amatores
mysteriorum cælestium: & posuerunt se-
ipsos ad expectationem stellæ eiusdem.
Et si quis moriebatur ex eis, filius eius
aut aliquis propinquorum qui eiusdem
voluntatis inueniebatur, in loco confi-
tuebatur defuncti. Dicebantur autem
Magi in lingua eorum, quia in silentio &
voce tacita Deum glorificabant. Hi ergo
per singulos annos post messem triturato-
riam ascendebant in montē aliquē positū
ibi, qui vocabatur lingua eorum: mōs Victori-
alis, habēs in se quædam speluncā in saxo,
fontibus & electis arboribus amenissi-
mam: quem ascendentes & lauantes se, of-
ferebant, & laudabant in silentio Deum
tribus diebus. Et sic per singulas faciebāt
generationes, expectantes semper ne forte
in generatione sua stella illa beatitudinis
oriretur, donec apparuit eis, descendēs su-
per montem illum Victorialem, habens
in se formam quasi pueri paruuli, & super
se similitudinem crucis. Et locuta est eis,
docuitque eos, & præcepit eis vt proficisce-
rentur in Iudæā. Proficiscentibus autē
eis per biennium præcedebat stella, & neq;
escæ, neq; potus defecit in peris eorum. Ce-
tera autem quæ gesta referuntur ab eis in
Euangelio compendiose posita sunt. Tamē-

Magos
patribus
erit

Chryso-

Nunq̄

Chryso-

Magi
de celi
sunt

Magos
etiam
q̄ sunt

N

Causa
etiam
gorum
etiam
erit.

men

Magos fan-
to Tho-
mag aposto-
lo auxilio
fuisse in p-
dicatione
fidei. ac
ab eo ba-
ptisma su-
cepisse.

Bernardus

Lucæ 23

Lucæ 23

Lucæ 18

Fides quæ
lineos ha-
beat ocu-
lus

Ibidem
matt. 2

men cum reuerſi fuissent, manserunt co-
lentes & glorificantes Deum studiosus
magis quam primum, & prædicarunt oī-
bus in genere suo, & multos erudierunt.
Deniq; cum post resurrectionem domini
Thomas isset in prouinciam illam, adiun-
cti sunt ei, & baptizati ab eo facti sunt ad-
iutores prædicationis illius. Hæc omnia
Chrysostomus. Quæ ideo recensere vo-
lui, quia manifestum est, absq; ratione grā-
diq; causa non accidisse, vt tres reges ex tā
longinqua venirent terra, nisi diuina eos
virtus pmouisset ad assumendam tam lon-
gam, difficilemque peregrinationem, ad
pericula viarum sustinenda, ad quæren-
dum ignotum regem adhuc puerum, ad
adorandum infantem tanquā Deum cæ-
lo, mundoq; imperantem. Quod autē
nihil eos nisi fides & deuotio permouerit,
inde perspicuum est, quia mox vbi ado-
rauerant, vbi munera obtulerant, ad pro-
pria reuertuntur, nihil eiusmodi expectan-
tes quod in curijs terrenorum solet regū
exhiberi, puta conuiuari ad tempus com-
morari, gloriam exhibere, & etiam iacta-
re. Nihil horum, inquam, hic fuit, sed ob-
latis muneribus, mox redierunt. Sola fides
& hæc magna valde, eos adduxit, sola re-
duxit. Quapropter Bernardus deuotissi-
mus in horum fide delectatus, Cui, inqt,
comparabimus, aut cui similes æstimabi-
mus viros istos: Si latronis fidem, si Cen-
turionis confessionem, considero, in eo su-
perexcellere videntur isti, quod tunc mira-
cula multa fecerat, iam tunc à multis præ-
dicatus fuerat, à multis adoratus. Attamē
consideremus quid & illi dixerint. Clama-
bat latro de cruce: Domine memento mei
cum veneris in regnum tuū. Ergo ne per
supplicium ille vadit in regnum? Quis in-
dicauit tibi, quia oportebat pati Christū,
& sic intrare in gloriam suam? Tu quoque
Centurio eum vnde nosti? Videns quod
sic clamans expirasset: Vere, inquit, hic ho-
mo filius Dei erat. Mira res, & omnium
admiratione digna. Propterea rogo vos,
intuemini & videte, quā occultata sit fides,
quam Lineos habeat oculos di-
gentius considerate. Cognoscit Dei filium la-
tentem, cognoscit in ligno pendentem,
cognoscit morientem. Siquidē latro in pa-
tibus, Magi in stabulo cognoscūt. Quic-
quid illi sermonibus, hoc isti muneribus
confitentur. Latro regē, Centurio Dei fili-

um, simul & hominē pronunciat. Et hæc
tria ipsorum Magorum munera indicāt.
Obseruemus hic quatuor studia Magorum.
Primum est, qd̄ studiose psecutati fuerunt
Christi ortum, vigilātes q̄tannis, ne præte-
ririt eos stella hæc, quam orituram crede-
bāt. Vide iam si tanta in nobis sit deuotio
fidelibus, quanta fuerit olim in gentibus,
vt adeo simus studiosi ad percipiendā Chri-
sti stellam seu Christum, hoc est, ad inqui-
rendum eius beneplacitum. Fuit autem
Magorum studium huiusmodi, vt digni
essent qui inuenirent. Siquidem scrutaban-
tur inuestigando, vigilando, orando. In-
uestigabant oracula suorum prophetarū
licet paganorum, orabant vt inuenire di-
scereque possent stellam. Vigilabant do-
nec viderent. Hoc modo inuestigare & ex
scripturis discere nos decet voluntatem
Dei. Decet præterea ad fores nos sapientiæ
vigilare q̄tidiē: deinde vigilare nos oportet
in orationibus. Secundū Magorū fu-
it studiū, qd̄ q̄sierunt Christū: & hoc trifa-
riā q̄q; fecerunt. Siquidem quæsierūt eum
fortiter, nullis laboribus nec itineris diu-
turnitate deterriti. Quæsierunt sapienter,
quia astutia Herodis non sunt decepti.
Quæsierunt dulciter, quia Herodes tan-
tam in eis fidem deuotionemq; ad Chri-
stum inueniens, nequaquam audebat eos
promissionibus vt corrumperet, tentare,
Heu quam pauci hodie sunt fidelium, qui
Deum quærant dulciter, vt nullis concu-
piscentijs tentationibusve ab integritate
abducantur: cum vnusquisq; vt Iacobus
ait, à concupiscencia sua tentetur, abstra-
ctus & illectus. Tertiū Magorum fuit
studium, quod syderis ductu præcedentis,
vbi tandem Christum inuenerunt, proci-
dentes ante eundē ipsum adorauerūt. Sic
em̄ narrat Euangelista: Et intrātes domū,
inuenerunt puerū cū Maria matre eius: &
procidentes adorauerunt eū. Sup quo ver-
bo sic exclamat deuotissimus Bernardus:
Vnde hoc vobis o alienigenæ? Neq; em̄ tā-
tam inuenimus fidem in Israel. Sic vos nō
offendit vilis habitatio stabuli, nō paupes
cunq; p̄sepis? Nō vos paupis matris p̄sentia,
non lactentis infantia scandalizat? Quid
facitis o Magi qd̄ facitis? Lactentiē puerū
adoratis, in tugurio vili, in vilibus p̄anis?
Ergo ne Deus est iste? Deus certe in tem-
plo sancto suo, Deus in cælo sedes eius:
& vos q̄ritis eum in stabulo, in matris gre-
mio?

O
Tria Ma-
gorū stu-
dia cōside-
rāda quæ-
runt.

Deuotio
Magorū
quanta

Prout
1. Pet. 4

Quæsierunt
vbi fuerit
Christus
à Magis
trifariam.

Iacob. 1
P
Matt. 2

Bernardus
Matt. 2

Psal. 19

mio! Quartum Magorum erat studiū, quod non solum procedentes adorauerūt Christum infantem, sed eidem etiam obtulerunt munera, illum honorantes atque cultum ei exhibentes. Quadruplex autē est munus qd Magi dño obtulerunt. Primo, est munus à corde, qd in eū tā crediderunt, qd eundem dilexerunt. Quid autē Deo offerre potuissent charius, qd corda sua, qui bus se totos tradiderunt Christo, diligentes eū? Secundo, est munus à lingua seu ab ore, qd est laus Christi, vt scriptū est: Sacrificiū laudis honorificabit me. Deū em̄ verū cōfessi sunt. Tertio, est munus à manu: & hoc modo obtulerunt Magi dño, aurū thus & myrrhā. De hac offerendi ratione exclamat beatissimus Bernardus dicens: Quid facitis Magi, qd auge offeritis? Ergo rex est ipse? Et vbi aula regia, vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum, thronus præsepium, curiæ frequentia Ioseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulum despiciabilem tam sua ætate, quam paupertate suorum? Nōne timendum erat fratres, quod scandalizaretur viri isti, & illusos se crederent, cum tā indigna viderent? A regia ciuitate, vbi regē quærendum coniectabantur, ad Bethleem villam paruulam diriguntur. Ingrediuntur stabulum, inueniunt inuolutum pānis infantulum. Non illis sordet stabulū, non pannis offenduntur, nō scandalizantur lactantis infantia. Procidunt, venerantur vt regem, adorant vt Deum. Sed profecto qui illos abduxit, ipse & instruxit: & qui per stellam foris admonuit ipse in oculto cordis edocuit. Quarto, est munus ab obsequio. Hoc obtulerunt Magi, & quādo longo illo itinere fatigati sunt, ad puerum venientes, & quando procidentes adorauerunt eum. Quid enim aliud fuit ante Christum procedere, quā se totum in eius obsequium obedientiamque tradere? Magi igitur ante dominum procciderunt, quia se ipsos in eius obsequium atq; seruitium totos expenderunt. Restat nunc vt nos quoq; ad Christum ambulemus, Christum adoremus, Christoq; offeramus munera. Esaias olim de gentibus Deo loquens, dicebat: Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Ambulemus nos in lumine Dei, ductu scilicet gratiæ eius, quæ nobis est lu-

men ad dirigendos gressus nostros in semitis mandatorum De i. Ad ambulandum autem ad cœlestem illum paradysum, quatuor lumina sunt nobis necessaria, quæ veluti quatuor nos candelæ præcedāt. Proutidit igitur nobis benignissimus dominus de quadruplici lumine habitantibus in tenebris, & in regiōe vmbre mortis. Est em̄ lumen naturæ, lumen doctrinæ, lumen exemplare, & lumen gratiæ seu illustrationis diuinæ. De primo lumine est illud Psalmi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Omnibus nobis hoc lumen rationis naturaliter inditū est, vt cognoscamus bonum & malum, honestum & inhonestum, quod decet & qd dedecet. Possimus hoc lumen sequentes (tametsi illud nobis haud quaquam sufficiat ad salutem) nos disponere aut parare ad lumen diuinæ gratiæ suscipiendū, puta, vt in nobis non inueniatur obex gratiæ. Si quidem ethnicus aut paganus si dā natur, non nisi iuste damnatur, propterea qd lumine hoc naturæ nō fuit recte vsus. Si enim recte vteretur, & ad Deum (quem lumine potest rationis agnoscere) se conuerteret, non posset fieri, quin per media il luminaretur à Deo, & ad salutem perueniret. Aliud est lumen doctrinæ siue eruditionis, vt quod lucet in scriptura, quomodo Psalmus dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumen semitis meis. Et iterum: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis. Tertium est lumen exēpli, vbi quis opere docet quid fugiendum, quid amplectendum ve fit. Et hoc lumē efficax qdem est, sed nō sufficit absq; lumine gratiæ. Quartum igitur lumen diuinæ est gratiæ necessariū. Hoc lumen in homine tanto radiat clarior, quanto fuerit hominis cor purius. Quā multi enim sunt qui docti prædicare sciunt, & dare consilia alijs: sibi ipsis tñ nihil consulere nouerunt, sed ambulāt in tenebris, nec sciunt quo vadant. Vides saepenumero doctos multos sed inuotos, cū ediuerso offendas simplices, illiteratos, sapientissimos ac spiritu deuotos. Quare quia lumen gratiæ sua negligentia aut nō habent, aut minus habent. Quapropter omnes quantum sufficeret, lumen rationis capaces: videmus quoq; exempla bona: pte rea sumus instituti salutari doctrina, & ta men hæc omnia, quia ad Deum non con-

Manus q̄ duplex Christo oblatamā Magis

Manus à lingua. q̄ Psal. 49. Munus à manu qd.

Bernardus

Munus ab obsequio

Procidere ante christi infantem qd fuerit

Q Esaias 60

Ambulare in lumine Dei qd

Psal. 111

Lumina tuorū huiusmodi necessaria quæ Psal. 111

Lumen naturale in nobis qd dicitur

Ethnicus & paganus cur vult damnari

Lumen doctrinæ siue eruditionis qd dicitur in scriptura

R

Lumen gratiæ qd dicitur in scriptura

Ioan. 1. Doctores cur non inuotos

Acto. 1

uertimus, nec applicamus, grauitur delinquimus, nos ipsos negligentes. Omnibus enim his q̄ dia vtimur ad luminis superni, hoc est, ad gratiæ extinctionē, non potest nobis inesse salus. Quid, inq; faciā, vt diuino lumine illustrer? Deponere omnia peccata p confessionē animūq; posthac delinquendi nullo vnquam tempore admittere, peccādi occasiones fugere, ob nullius hominis amorem, ob nullius cōmodi, nulliusve rei desiderium aut fauorem à Dei voluntate declinare. Nisi hoc, abstinendi scilicet à peccato, declinandi peccatorum occasiones, tam propositum q̄ studium in te firmum sit ac cōstans, vana est correctioris vitæ quæuis promissio. Non adeo grauius & laboriosa est res bonæ voluntati vitam malam deserere, & ad meliora se mutare. Adstet bona voluntas, & sentuntur cuncta leuia, Age tantū vt velis, & ve reuelis te ad meliora conuertere. Verum audio vestrum quosdam dicentes. Voluntatem habeo bonam, instituo propositum sanctum, & dum ab alijs sequestratus sum, vt cunq; recte me habeo. At vbi inter homines viuere cogor, cogor quoq; acquiescere alijs, meq; nisi malim offendere, aut derideri atq; contemni, præsentibus communem conformemq; reddere. Itaq; quāuis bona mihi sit voluntas, impedior. Si enim nō acquiesco amicis, male audio. Quid dicis? Quos habes amicos, qbus placere magis appetis, quā Deo? An plures facies hominis amicitiam, q̄ Dei? Nunquid, ne male audias ab homine, offendas Deū? Nūq; vtilior tibi est amicitia hominis, q̄ Dei? aut potius desereres Deum illo contempto, ne contristes hominem Deo dilecto? Nimis stulte loqueris. Quæ tu cognoscis Deo placita, virtuosa, salutari necessaria, propter hominem desereres? Quæ Deum offendunt quæ tibi noxia sunt, quæ dedecēt, propter hominis fauorem, & ad Dei iniuriam facies? Si te rogaret amicus, vt tibi eruas oculum, num facies? Si vt pecces, animaq; tuæ vulnus infligas homo inuitat, nunquid ne illū contristes, acquiesces? Stulta hæc est excusatio: propter homines, & ne deridearis aut male audias, cogi ad peccandū. Audi quid apostoli fecerunt. Ibant autē, inquit Lucas, gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Exulta & gaude tu quoq; si propter virtutem continentia, si

propter temperantiam sobrius & castus viuis, & si propter quamuis virtutem aliam, vt placeas Deo, aut ne offendas Deum, aliquid agis aut caues, propter quod sperneris, aut propter quod male audis, exulta & gaude, quia pro Christo & pro virtute hoc pateris. Qui enim propter iustitiā patiuntur, beati. Et quis tibi nocebit, si boni emulatores fueris? Grauate fers si despiceris. Audi consilium. Despice te ipsum primus, nec te dignum iudices, qui hominum habes fauorem. Hominum gratiam contemne, ne Dei gratia priueris. Nihil tua interfit quid de te homines loquantur, modo Deo placeas. Quid animæ tuæ conferat aut noxium sit attende: & quid de te homines cogitent aut loquantur, contemne. Vecordia est duntaxat tua, qui voluntate inconstans es, qui parui facis Dei gratiam & amicitiam. Ideo leuiter transgredieris: cedis vno verbo. Et quia homines mollem, inconstantem leuemque te cognoscunt, quem, vbi in animo etiam boni aliquid habueris, sciunt ad verba hominum mutabilem, ideo magis inconstantem reddunt, nec propositi tui te esse finunt tenacē. Ceterum, propone & constans ferua tuum propositum, puta non vorare, non inebriari, non computare, nihil impudicū agere aut loqui, non choreis aut spectaculis interesse: quis quæso te inuitum ab hoc proposito abstrahet? Si tentaris ab homine vt à proposito sancto tuo recedas, noli vacillare tu, sed pertinax etiam, bis terve omnes qui offendi volūt, offende: & quā totius illoꝝ blāditijs aut minus etiā nō acquiescas, vt tandē nemo molestus tibi sit, vemo non laudet etiam te. Habet enim etiā apud inimicos semper tam virtus, q̄ veritas laudem. Nam ab omnino reprobis quid timendum est? Profecto prorsus nihil. His nāq; si acquiesueris, perdēt te: si nō acquiesueris, detestabuntur te. Verum hoc nō ad ignominiam tibi cedit, sed ad laudē. Quid enim illi digne laudēt aut vituperant? Cæci sunt, & iudicio carent. Contra illoꝝ odia Christus te consolatur, dicens: Beati eritis cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanq̄ malum, propter filium hominis. Gaude te & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo. Itemq; Nolite mirari, quia odit vos mundus. Si de mūdo essetis, mūdus quod suū erat in vobis diligeret. Sed

Lumine diuino illustrari volēti qd se faciem dūm.

Voluntas bona me horis vt te q̄ pbet

S

Acto. 1

Matt. 9. 1. Pet. 2

Iudicia hominū nō hilt sint facienda vs Deo obediat.

Propositi bonū q̄ sit mordicus tenendū.

Reprobi hoies q̄ nō sint timendi.

Matt. 9

1. Ioan. 9. Ioan. 19

quia

De mudo
gnam est
dicantur

2. Tim. 3

Gal. 1

Tentatio
prima cō
uerfionis
quam fit
Matt. 11

quia de mundo non estis, ideo odit vos mundus. Quis est de mundo? Profecto q̄ terrena sapit, qui secundum carnem viuit, qui non obedit spiritui Dei. Hi sunt mundus. Hi sunt à q̄bus omnes, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiētur. Itaq; si hominibus huiusmodi placere vis, non poteris placere Deo. Si etiam huiusmodi placeres, id est, placere affectares, Christi seruus non esses. Hęc prima cō conuerfionis tentatio est, odia ac hominum contemptum in Dei seruitio pati. Veruntamen noli tu ad modum harundinis vento agitari. Constans persevera in

tuo bono proposito, præsertim, cui sacra consentit scriptura, & maioris tui aut Ecclesie autoritas: quid vero de te loquantur sentiantve homines, contemne. Postremo vt vnde digressus sum, redeam, cū sanctis Magis Christum queere, Christum inueni, ante Christum prociide; Christum adora, Christo offer munera, aurum charitatis, thus deuotionis, & myrrham abnegationis, ac mortificationis. Quod nobis omnibus largiatur mellifluus amabilissimusque puer dominus Iesus Christus, in secula benedictus, Amen.

IN FESTO SANCTI MAGNIQVE ANTONII
Abbatis ac confessoris. Lectio loco Epistolæ, ex libro Sapie. Ca. X.



Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus, & cōpleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit, & honestum fecit illū. Custodiuit illū ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum: & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hoc venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



ot nobis eximie sanctitatis proponunt exempla, tot incentiua virtutum, vt durissimus quisq; possit corde compungi, & excusato irigidia mundo huic dediti pectoris sui torpore, inflāmari fortiter ad querendum, colendum & amandum Deū. Quod si obrepat pusillanimitas tanq̄ ardua res sit seruire Deo, tamen animari potest exemplis hominum mortalium, quorū certe eadē nobiscū secundū carnē cōditionis ratio, eadē infirmitas fuit, q̄ nihilominus diuina freti ope intantā excreuere sanitate, vt nemo fatis mirari queat. Si illi poterunt, nos itidem nō poterimus? Si illis deus auxilio fuit, vt possent, nobis etiam nō erit? Aut forte illi dormiēdo & otiādo suas sunt adepti virtutes, & Deus illis stertētibus suā impertijt gratiam? Imo vero bonus

dñs, qui nihil sic optat, quam nos sublimis in gratia & gloria efficere, dabit nobis propensissima liberalitate quicquid ad miniculo nobis esse queat, ad apprehendendam iustitiam: sed conatus noster adfit oportet, vt queramus, petamus, pulsemus. Ad hoc incitatur exēplo beatissimi Christi confessoris, cuius nunc festū colimus, cuiq; aptissime accōmodari possunt verba Lectiois hodiernæ Epistolæ desumptæ ex libro Sapientie, quibus dicit: Iustum deduxit dominus, tum continua suæ gratiæ aspiratione, tum angelica inspiratione, tū etiam scripturæ diuinæ institutione multiplici, per vias rectas, vias virtutum: & iustitiæ: quæ rectæ sunt, quia hominem, recta perducunt ad creatorem, eumque rectum & iustum efficiunt, alienum a vitiorum obliquitate: & ostendit illi, siue per specu-

Luc. 6

Vie rō
quænam
dicantur

Cor. 4

speculum in ænigmate, siue per manifestā visionem, siue per crebras & foelices degustationes, regnum Dei, quod est patria omnium filiorum Dei, qui modo quotidie in hoc misero calamitosi seculi huius exilio suspirant, dicentes patri suo cœlesti: Adueniat regnum tuum, quod parasti nobis à mundi constitutione, vt educti e squalore carceris huius videamus faciem tuam, & tibi felicissime copulemur. Dedit etiam illi scientiam sanctorum, vt caperet scripturæ mysteria, & illuminatis oculis cordis Deū ac diuina perspiceret, perspectaq; amaret. Hoc enim præstat salutaris scientia, quam non habent mali, vt mundus & quicquid mundi est, id est, vitia, voluptates, vanitates magis magisq; vertantur in nauseam, & summum bonum, id est, Deus & quicquid ad illū pertinet, vt sunt virtutes, & cō expetatur ac inquiratur. Honestauit illum ac celebrē fecit, in laboribus pijs, qui cederent ad honorē Dei & salutē animarum, & compleuit labores illius, atq; ad finem perduxit, reddens illis mercedem nūquā defuturā. Bonorū em̄ gloriosus est fructus. Hęc tamen labor ipse perpetuus est, sed breuis, vt sit tolerabilis: merces autem sempiterna est, vt non deficiamus benefacientes, sed molestiam quam parit laboris difficultas, præmij contemplatio mitiget & q̄ tēdio lassescimus, spe gloriæ recreemur. Atqui labores impiorum nunq̄ complentur, quia transeunt de laboribus ad labores: de laboribus scilicet iniquitatis ad labores miseriæ semp duraturæ: q̄ vtinā p̄ sua salute tertiā laborū partē insumerent, quā modo pro rebus perituris infatigabiliter impendunt, certe nedum pœnas euaderēt, sed etiam ad maximam pertingerent sanctitatem. In fraude circumuenientū illū, dæmonū & hominū pestiferorū, adfuit p̄ salutaris consilij inspirationē, p̄ promptam & celerem liberationem: & honestū fecit illum, ita vt ab omnibus prædicetur, & magno in pretio ac veneratione habeatur. Solet em̄ Deus seruis suis in bonum conuertere, quæ aduersum eos inimici visibiles ac inuisibiles insidiosè machinātur. Custodiuit illum ab inimicis, ne quod ab eis animæ detrimentum pateret: & a seductoribus tū dæmonibus, tū hoibus, tutauit ac seruaui illū, ne vel dæmonū fallaciosis instinctibus, vel hominū impbis cōsilijs seduceret. Quod sane maximū est bene-

Matt. 5
Luc. 21
Matt. 25

Scientia
sanctorū
quæ sit

B

Matt. 20

Sapient. 3

1. Thef. 3

ficiū Dei, seruari scilicet ab fraudibus & dolis hostium visibilium & inuisibilium. Multi enim seductores exierūt in mundū, & euertunt plurimos, vt nos q̄tidie experimur. Et certamen forte dedit illi, multas ei duras & acres sinens euenire tentationes mundi, carnis, & dæmonis, idque non in perniciem, sed salutem illius, vt vinceret, & post victoriam gloriosius coronaretur, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia Christus Iesus dominus noster, cui nihil potest resistere. Hęc venditum iustum Ioseph à fratribus suis non dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum, eripiens eum de morte quam ei machinati erant, descenditque cum illo in foueam siue cisternam in quam submiserunt eum, & in vinculis carceris non dereliquit eū, donec afferret illi sceptrum & principatū regni Aegyptij, & potentia aduersus eos qui eum per calumniam deprimebant. Habent enim p̄ omnes suos calumniatores, qui cum veritate non possint, mendacijs eos persequantur & calumnientur: verum non nisi in confusionem sui. Bonis enim aliorum malitia nihil officit, sed Deo disponente in bonū vertitur. Et mendaces ostendit re ipsa, qui maculauerunt illū falsis & inigs obrectatiōibus, & dedit illi claritatem æternā. Sic & dominus Deus hunc sanctum suum multis modis defendit aduersus hominum calumnias, & mirifice exaltauit, & nunc tam in militanti quā triumphanti Ecclesia maximam illi cōtulit nominis & existimationis claritatem.

1. Tim. 3

Gen. 37

EXEGESIS EVANGELII
eiusdem Festi. Matthæi
XIX.



Nte huius Euangelij verba locutus fuisse dñs legitur, de diuitibus, quā sit illis difficile saluari. Nempe, q̄ suas solent amare diuitias atq; terrena negocia, nunq̄ non suis in cordibus inquieti ac solliciti, quomodo suas augeant diuitias, quomodo non minuantur. Inter quæ, si quid calamitosum tristeve illis occurrerit, vt terreni lucrari quid amittant, mille telis perfodiuntur. Sunt igitur diuitiæ dulce quidem ven-

C

Diuitiæ
sunt dulce
venenum.

k ij num

Matt. 19
Marc. 10
Luc. 18

Matt. 19

Ibidem.

Ecc. 10

Hierony.
Matt. 4

Chrysoft.

Matt. 19

num, sed inquietum malum, quamuis & apud illos plerumq; ipsa quoq; inquietudo ametur. Dicebat autem dñs facilius camelum transire per foramen acus, q̄ diuitem, puta suas diuitias amantē, atq; diuitijs suis auare incubantē, intrare in regnū cælorū. Qua cōparatione pculsi apostoli, dño dixerunt: Quis poterit saluus fieri. Ac si dicerēt: In vniuersum mundus post terrena abiit, & caducæ rez cōcupiscentia, quasi laqueis qbusdā totus irretitus est. Quis euadet: Nunq̄ oēs in interitū ibūt? Respōdit dñs: Quod impossibile est apud hoīes, possibile est apud Deū, Quasi impossibile dicit esse hoībus ab amore diuitiarū sese extricare: quīs id vt fiat possibile sit apud deū. Huic em̄ oīa cēdūt, huic oīa puia sunt & q̄cunq; vult ea, fecit. Nō deest ei consiliū, qn̄ diuitum quorundam custodiat corda, ne ex diuitijs inflentur, ne alios despiciāt hoīes, ne amēt terrena nimis, ne auare retineāt, sed in subsidiū diuidāt egenorū, neve etiā pdige sumptuosorū ad mūdi fastū consumant. Veruntamen quā rarus sit huiusmodi scriptura enunciat, dicens: Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurū nō abiit, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, & laudabimus etiā? Hac itaq; sententię Christi moderatione audita circa diuites, Petrus nō animogloriandi, sed humiliter inuestigandi sciscitatur quid propterea sibi apostolisque reliquis sit futuri præmij (quandoquidē cum diuitibus ita res agitur) vtpote qui terrena simul omnia dereliquerunt, itaq; dicit Euāgelista Matthæus:

Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?

Grandis, inq̄ Hieronymus fiducia, Petrus piscator erat, diues non fuerat: & tñ confidenter loquens, ait: Dimisimus oīa. Chrysosemus quoque, Quænam sunt, inquit, hæc omnia, quæ te dicis beatissime Petre reliquisse? Arundinem vilissimam rethia, vniuersorūque piscatorum artificium: hæc tu omnia vocas? Ita, inquit: sed nō ambitione quadam, aut inani gloria: verū, vt pauperū plebē hac interrogatione introducam. Nam quoniam à domino dictum est, si vis perfectus esse, vende quæ

habes, & distribue pauperibus: & habebis in cælo thesaurum: ne quis pauperum opinetur non posse ad pfectionē se puenire, cū nō habeat, quæ pauperibus offerat, querit. Petrus, vt tu discas, nihil te minus propter inopiam habiturū. Hæc ille. **D** Vide autem, quia interrogando, ad Christi sententiam alludit dicentis iuueni, qui multas possidebat diuitias: Vende omnia & da pauperibus, & sequere me. Vtrumq; enim apostoli fecerant. Siq̄dem terrena oīa dimiserant, & Christū sunt secuti. Sed quæ inq; adhuc oīa reliquerant? Oīa pfecto q̄ habuerunt, & quæ habere potuerunt. Omnia relinquit, qui nihil sibi retinet, Omnia relinquit, q̄ non solū terrena oīa, sed etiā habēdi à se abdicat animū. Plus itaque S. Petrus, & nōnulli alij apostoli reliquerunt, q̄ licet pauca possiderēt, ea tñ oīa reliquerunt, nihil sibi asseruantes, q̄ alij qdam, q̄ multa relinquentes distribuerūt pauperibus: nihilominus etiā nōnulla sibi interea reseruātes. Hoc modo vidua illa euāgelica, duo sola habens minuta, & eadē in gazophylatium offerens, laudata est à dño, quod plus alijs oībus obtulerit: propterea, quod alij oēs de abundantia sua obtulerint, ipsa vero totum simul quod habuit, obtulit. Et sequuti sumus inquit, te. Hoc potissimum est, qd̄ Christo placet. Nihil em̄ nos cōmendaret Deo facultatibus terrenis nudari, pauperē agere vitā, cū penuria & sobrietate necessarijs vti, nisi id fieret propterea vt illi placeat, Nihil inq̄ cōduceret nobis ad salutē, nisi aīo ac mēte quoq; seq̄mur Christū, vitæ eius vestigia, virtutūq; actus, quos nobis præmonstrauit, imitādo. Quid ergo erit nobis præmij? Fecimus qd̄ iussisti. Optime igitur magister, piissime cōsolator, qui nihil relinquis irremuneratū: omnia relinquentes, vnum te elegimus, q̄ sufficis nobis. In te nanque habemus omnia.

Iesus autem dixit eis: Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Hic, inquit, erit honor vobis, hoc præmij

Marc. 10
Luc. 19

D

Matt. 6

Matt. 10

Apostoli
quomodo
relinque-
runt Chri-
stū secuti.

Marc. 10
Luc. 19

Seq̄ Chri-
stū q̄ sit
glorificat
& cōm-
mendabile.

Merces re-
linquenti-
um christi
amorem
oīa terre-
na quāta-
erit

Apostoli
quomodo
iudicabunt
cū christo
in iudicio
extremo
Sapi. 5

Prou. 3

E

Ioel. 3
iudices in
extremo
iudicio
erunt in
quadruplici
differētia

mium, qui reliquistis oīa, quiq; me perseueranter estis secuti (ne ludā quoque ac reliquos, qui perfectionis aliquando specimen pbuerunt, ac laudatæ vitæ habuerunt initia nō pseuerantiā, putetis adnumerandos.) At vos non soli apostoli, sed quicumque estis me secuti, hic in terris imitando vestigia humilitatis, ac paupertatis meæ: propterea qd̄ non erubissetis p contemptū & probra, p tribulationes & aduersa, p ignē & aquā me seq̄, hoc honore vos dignabor, vt in regeneratione, resurrectionis scilicet futurę, cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, blādus & amabilis bonis, malis terribilis: cū, inq̄, sederit iudex discussurus singulorū merita, & vnumquemq; secundum opera sua iudicaturus, tunc vos assidebitis illi sup̄ sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Iudicabitis, inquit eos ex collatiōe vestræ fidei, qn̄quidem illis non credentibus, vos credidistis. Vos igitur illis eritis in speculū gloriæ, & in terram damnationis: quia videbunt in vobis, quā insensati vestram vitam olim putauerint insanīā: nunc vero inter filios Dei, & iudicis assessoris constitutos. Tūc gementes, agnoscent stupore horribili, & dicēt: Hi sunt, quos aliquñ habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: quorū vitę finem (puta in gladio, in cruce, in flammis, in aquis) existimauimus sine honore. Nos vero (cū illorū vię essent pulchrę, & semitę pacificę) lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimusque vias difficiles, quæ nos duxerūt ad tenebras sempiternas. Hoc itaque modo vos iudicabitis eos, cum securitatem & gloriā vestrā videbūt: suā vero infelicitatē ærūnosam sero pœnitētes, semetipsos condemnabunt, qd̄ nō crediderunt vobiscum in me terrena celestibus pferētes. Ideo nāq; dicēt: Quid pfuit nobis supbia nostra, & diuitiarū iactantia qd̄ cōtulit nobis? &c. Aut ita: Vos assessores mei eritis dñi federo in potestate iudiciaria: q̄ æq̄tatē & iustitiā meā diuinā contēplantes laudabitis, & sententiā approbabit iudicātes impios, & à æterna dānatione eos repellentis. Obseruandum tñ hic in futuro nouissimo die, q̄, iuxta loelis vaticiniū, dñs aduocabit iudicandos oēs, dicēs, Ascēdāt & cōsurgant gētes in vallē Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicē oēs gētes in circūitu, in quadruplici erūt differētia iudices. Beatissima em̄ Trinitas Deus iudicabit oēs, vt

pote cuius est summa p̄cipuaq; autoritas iudicandi, quantū igitur ad autoritatem attinet, p̄cipuā Dei est iudicare. Secundo, Christus homo vt autoritatis huius executor, per prolationem sententię iudicabit, vt ipse testat dicēs: Pater nō iudicabit quēquā sed oē iudiciū dedit filio. Tertio, apostoli veri q; pfecti, vt iudicis assessores iudicabūt, hoc est, iudicis laudabūt sententiā. Quarto, dicunt iudicare minus mali peiores. Hoc modo Niniuitę regina Saba, & Sodomite, Christo asserente, incredulos, eos que qui grauius deliquerant, quasi his iustiores comparatione innocentioris vitæ iudicabunt.

Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Duo hic sermo postulat, Vnū, qd̄ esto oīa relinq̄re. Aduerte tñ qd̄ fit qd̄ dicit, relinqueret. Neq; enim dicit qui oīa amittit, sed qui relinquit. Relinquere est sponte carere habitis, tametsi eadem seruare possis. Hoc modo, si fur, si grando, si miles, aut fortuna mala tua aliqua tibi tollat, & tu noueris de necessitate facere virtutē, vt sponte & absq; tristitia feras, quod tibi res tua sublata est: iam illam magis reliquisti, quam amiffisti. Amittere quid potes inuitus, relinqueret potes nō inuitus. Relinqueti igitur, hoc est, vltro deserenti qd̄ Christus centuplū promittit se restauraturum, quis (vt dixi) contingat sære, vt alij quod relinquant, tibi auferunt. Vbi si resignatus animo fueris æque ad nō habendū, vt ad habendū, foris quidē amittis, animo vero relinqs. Atque ideo Iob sanctus, cū ei ablata forent oīa, dici potuit cuncta reliquisse, quia de illorum amissione nō tristior fuit: nō maledixit, non murmurauit, nec stultum quid ex impatiētia contra Deū locutus est: sed si bona inquit, de manu domini accepimus, mala quare non sustineamus? Dominus dedit, dominus abstulit. Sit nomē dñi benedictū. Secundū est, vt qd̄ relinqs propter Deum, relinquant non more philosophorum quorundam, quibus rerum temporalium cura fuit grauis: quare bona temporalia abiecerunt, vt magis liberiusq; deinde possent

Trinitas.

Christus.

Ioan. 5
Apostoli,
virib; per-
fecti.

Min⁹ ma-
li vt iudi-
cabunt ho-
mines pe-
iores
Matt. 12
Luc. 11
Matt. 10

Relinque-
re qd̄ sit
qd̄q; amitte-
re

Iob. 1. 21

Ibidem
Philoso-
phi qd̄ q̄
re tempo-
ralia reli-
querint
sua.

Centupli accipere q intelligendum fit

Pietas erga parentes pauperes & proles vbi exhibenda fit

Paupertas voluntaria q fit res laudatissima.

Pauperibus admittat regnum celorum

Diuitijs posse laudabiliter vti

Gen. 13 Gen. 25 Ge. 30. 36. Iob 1 mat. 27 Ioan. 11

Ecclesia cur bona possideat si poralia

Philosophari. Hic itaq; q vxorē, aut aggr aut chaz; qdvis aliud relinqt, ait Christus, vt animo iā illud non requirat, non diligat, sed sibi subtrahat, aut subtractū esse cōsentiat propter Deū, hic p vna re centuplū accipiet: non eandē rē centies recipiet, sed pro terre nis celestia, pro tēporalibus eter na, pro carnalibus spiritualia, quæ suo genere meliora sunt, p̄stāt iora vtilioraq; plus quæ tēporalia excedūt, q̄ centuplū excedit simplū. Itaq; tēporalia ppter Deū relinqē da sunt. Obseruandū tñ, ne aut prolibus aut parentibus, qbus debes necessaria vnde viuant, subtrahas sub specie pietatis. Pie tatis enim maxime est, parētes pauperes e nutrire, p̄lesq; ad honestatē, donec seipsas nutrire possint, educare. Quod haudquaq; relinquendū est, vtpote à dño p̄ceptū. Vi de aut, qd dñs nō solū cētuplū se reddidit; p̄mittit in hac vita, sed post hāc vitā nihilo minus vitā pollicet̄ aternā, Laudatissima igit̄ est paupertas, q̄ ppter Deū oīa reliquit, quæ nihil possidet, nihil habere etiā possi dendū q̄rit, vsu necessario; cōtenta. Nemo tñ, q fortasse ppter Deum se pauperē fecit, aut pauperē se gerit, alios despiciat iudicet ve, q opes habēt terrenas. Quō em̄ nō oēs pauperes sunt beati, vt illo; fit regnū cœ lorū, ita nō cuncti diuites à laude merito; sunt paupertatis alieni. Pauperes em̄ q̄s beatos Euangeliū vocat, quibusq; à dño re gnum promittit̄ cœlorum, sunt pauperes spiritu cuiusmodi diuites esse possunt. Siq dem census non facit semper tumidū aut inflatū sed animus, Multos quoq; diuites & fuisse cōstat, & esse, q opes terrenas ha bēt tanq̄ nō habeāt, q de illaz; possessione nō gaudēt, q ad nil aliud has habent, q̄ vt Christo in obsequium, cultum, amorē atq; proximis in subsidū eas impēdāt. Hoc mo do Abrahā, Isaac, Iacob, Loth, Iob: multi que sc̄ti in nouo testamento diuites fue rūt, cuiusmodi fuere Ioseph ab Arimathia, Martha, Sabina, Syluester, Gregorius, Leo sanctiq; p̄tiffices ali; multi, q diuitias non q̄s auare retinerēt, sed q̄s paupibus large erogarēt, habuerūt. Hoc modo Ecclesia bona tēporalia abūdāter accepit, vt ex his qdā in ministro; Ecclesie necessariū vsum cōuerteret: reliq̄ v̄o, q̄ supessent in pupillo rū ac viduaz; in pauperūq; oīm & afflictō rū cōsolationē alimoniāq; expēderet. Diceret q̄s fortasse: Cur tāta Christus p̄misit relinqētibus terrena, atq; tēporalia: Dicē-

dū, ex terrenoz; sollicitudine, actiōe, affe ctioneq; implicari animū, vt totus neqat cōverti adhærere Deo, quāobrē expe dit, & necessarium est, à curis occupatiōi busq; terrenis libere habere animū, quem Deo cōiūgat: Placet aut̄ maxime Deo, of ferri sibi cor mūdū, pacatū & libere, qd to tū solus ipse inhabitet ac possideat. Itaq; apostoli oīa reliq̄rūt: Primo, qd nō tā restē porales, q̄ habēdi animū, amorē, cupiditatē sollicitudinēq; tēporaliū abiecerūt iuxta dñi cōsiliū: Nisi q̄s renūciauerit oibus, que possidet, nō potest meus esse discipulus. Re nūciare aut̄, vt dixi, q̄s potest diuitijs cuius status, officii est & necessitas, vt tēporalia agat, si, iuxta cōsiliū eas apostoli tractat, vt pote q eas habet tanq̄ nō habēs. Secūdo re liq̄rūt apostoli mūdū amorē: quō oibus q; nobis dicit: Nolite diligere mūdū, neq; ea q̄ in mūdo sūt. Quisq; diligit mūdū, nō est charitas patris in illo. Itē: Qui vult ami cus esse seculi huius, inimicus dei cōstituet. Si igit̄ Deo placere, Deo acceptus esse, Dei fieri amicus cupis, & Christi discipulus, oīa relinqs oportet: nō vt, p̄sus nihil habeas, sed vt nulli rei p̄ amorē inherēas. Iā vide tu q̄ fit relinqndū. Id nāq; ego tibi dicere nō sufficio. Interroga iteriora aī tui, medullas cordis tui: hoc est, cogitationū, affectionū & intētionū tuaz; & expēde qd extra deū diligas, hoc abiice, hoc relinque. Eā obrē apostoli reliquerūt (qd secūdo ordine fue rat dicendū) oīa à Dei amore retrahentia, Quod tibi q̄q; p̄suaideas necessariū, si vllō modo ad p̄fectionem anhelas. Oportet em̄ oīa, quæ p̄ter Christū te afficiunt, in te mo riant, vt quō Paulus de seipso loquēs, dice bat, ita dicere vere possis: Viuo aut̄ iā nō e go: viuit vero in me Christus, hoc est: Ego q̄ p̄secutor fui Christi & blasphemus, tumi dus atq; supbus, viuo iā nō vt viuebā. His em̄ vicis oibus, qbus viuebā, sum mortu us. Christus aut̄ in me viuit, qd aliud ni hil in me viuere sentio nisi Christū. Oīe nim cogitatio mea, oīs affectio, oīs q̄sitio, oīs intentio mea Christus est. Tertio, reliq̄ rūt apostoli ea etiā, q̄ mediāt inter hoīem & Deū. Sunt em̄ quædā, quæ licita qdem sunt, & licite diligunt̄, ac sine p̄cō: amor tñ illo; si immoderatus est, impedit Dei amo rē: quia se mediū ponit inter Deum & men tem hominis, quo minus eo tempore, dū fertur erga creaturam, ferri potest in De um. Huiusmodi est amor erga parentes, amicos

Relinque re oīa cur Christus consulit.

Apostoli que oīa re liquerunt, Christi amore Luc. 14

1. Cor. 7 I. Ioan.

Iacob 4

Relinque da oīa modo nō bis fit.

mortib; da quam in nobis possidēda sint. Gal. 2. 1. Tim. 1. Viuens q̄ modo nō Paul' mortu' fuerit

Amor erga qnam de extinguitur amoris para

Exodi 20 Ephe. 5

Luc. 14

Matth. 3 Luc. 9

Periculo sa animaz; quanto pe re relin que da sint

1. Cor. 9

Occasies peccandi quanto pe re fugiēde S. Arteni 2.

amicos, vxorē, & huiusmodi, quos in scri ptura iubemur diligere: si tamen amor im moderatus est, facit mediū inter Deū & ani mā, vt minus libere ferri possit mēs hoīs in Deū. Propterea Christus dicebat: Si q̄s ve nit ad me, & nō odit patrē suū, & matrē su am, nō pōt meus esse discipulus. Deniq; a dolescēti vocato, vt se sequeretur, rogātī, vt primū p̄mitteret sepelire patrē suū, Chri stus r̄ndit: Sine mortuos sepelire mortuos suos: tu v̄o vade, & annūcia regnū Dei. Est ergo in amore licito, etiā s̄p̄numero nō nihil, qd impediāt amorē Dei: ideo qd vel nimīū est, vel inordinatū est. Quarto, re liq̄runt apostoli oīa animę p̄culo sa. Id em̄ in q̄ periculū est, nec tuta securitas, nemo sapiens cauere nō debet. Scriptū nanq; est: Qui amat periculū pibit in illo. Multa sūt, que ḡnatim p̄cepta non sunt seruis Dei, vt faciant, aut euitēt. Veruntñ, vbi periculum sibi q̄s metuit, occasiōeq; delinquēdi ibi, quātum potest, cauere debet. Carnē com edere, vinūq; bibere, & alia multa corporis solatia Christus nō prohibuit. Quare: Po test em̄ his q̄s necessario, & tanq̄ re necessa ria, nō tanq̄ sola re delectabili vti, nec (quia nō ad voluptatē, sed ad corporis vtitur ne cessitatē) Deo propterea displicere. Idcirco nō erat prohibendū. Alius ibi laqueos pa rari sibi ab inimico attēdit, nec hāz rerum sentit necessitatem, caueat periculū, discre te abstineat, memorq; sit v̄bi Apostoli: Ca stigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne forte cū alijs p̄dicauero, ipse reprobus ef ficar. Declinandē igitur societates, fugien da colloquia, relinquendæ sunt occasio nes. Cōsiliū hoc Arsenius quōdam sibi cœlitus dari audiuit: in q̄ reuera p̄fectio nis summa latet: Fuge, tace, quiesce. Occasi ones & pericula fuge, linguam cohibe, & ab oīi cura, occupatione, implicationeq; animi cor liberum & quietū serua. Quod nobis omnibus largiatur dominus Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

SERMO IN BODEM Festo. De monasticæ religionis cōmendatione, & de nouem illius cōmodis siue vtilitatibus.



Vi non renunciat oīibus que possidet, nō potest meus esse di scipulus, Luc. XIII. Quando quidē dilectissimi festū agimus

diem magni & S. patris Antonij, qui oīm monachorum dux est, & signifer eximius, qui innumerabiles ad vitæ monasticæ ca pessendū institutum suo & exemplo & ser mone pmouit, nō ab re fuerit de monasti cæ religionis cōmendatione apud vos age re: maxime qd hoc infelicissimo seculo ex vltimis inferoz; latebris pestilētes quidam prodire, q̄ & scriptis & verbis & factis etiā illā vsq; adeo impugnarūt, nec impugnare desinunt, vt iam multis locis summo con temptu labore. Quod ipsum sane vel ma xime argumēto esse potest monasticā reli gionē, & Deo gratissimā, & dē oīibus sum mā inuisam, & hoibus cūprimis salutife ram esse. Nam semp̄ optima queq; infestis simos sentiūt hostes & persecutores, impel lēte nimiq; diabolo membra sua, hoīes im pios, vt qd ipsi asq; vel nō volunt, vel non valent, penitus extinguere ac profligare nī tantur, si possint, aut certe conuitijs & calū nijs, probrisq; & alijs multis indignis mo dis infectentur ac lacerent. Ita actū est cum vita monastica, quā diabolus nimīū sibi in imicā & aduersam diu multūq; expertus, vel ob id solū, quod innumeri per eā serua ti sint hodieq; seruentur, licet rumpant̄ ar ilia hæreticis membris illius, excitauit quo rundam & ingenia & linguas & manus, quibus, quoad possent, rem optimā & nun quā digne cōmendatam acerbissime & per tinacissime infectarentur. Et res certe ipsis cessit haud incōmode, iacentq; nūc multis locis cœnobita vel penitus destructa & e uersa, vel oīi habitatore destituta, paucosq; hodie inuenire est, qui ad amplectendū ali qd institutum monasticū magnopere aspi rent. Quod licet partim hoīm tepore ac p̄ sentium oblectamentorum studio & amo re accidat, tamē non minimā huic malo an sam p̄buere scripta q̄rundam, qbus mona sticē & cœnobiticā vitam turpiter irrident & iuuentutem in illius cōtemptum ac odi um extimulāt, vt parum illis fuerit propri um excussisse cucullum, quem semel susce perant, nisi & alios omnes inde auertant.

Ex his est Desiderius ille Erasmus Rote rodamus, quē mundus in tertiū vsq; cœlū euehit iudicio suo, vtinā & Christi Iesu, q, vt cætera illius scripta p̄mittamus, Col loquia edidit, teneræ ac simplici iuuentu ti destinata ac elaborata, quibus petulan ter admodum aliquot locis in monachos & vitam monasticam incurrit, ridens suo k iij more

Religionē monasticā probari est se à Deo.

Monasti cū institu tum q̄ per sequatur diabolus per se & per suos.

Religio cœnobiti ca cur ho die rot ha beat oso res.

Colloqua & scripta Erasmi quantum damni at tulerint monasticæ religioni.

more quod tamen teste conscientia sua, q̄ literis quibusdā propria manu scriptis declarat, potius commendare debuerat. De quo viro, quia nimium multis placet, quāquam & non paucis viris grauibus & Deum valde amantibus, nec vulgariter eruditis multum displicet ob petulantissimam mordendi libidinem, quam ille ex monachorum & Theologorum odio contraxisse videtur, nos hic multis agere nolumus. Habet iudicium suū: si recte scripsit & bene vixit, iam felix est: sin aliter, infelicissimus est. Videant qui tātum illi tribuunt, qua id conscientia faciant. Itaq; vt dixi, nos de illo nihil admodū hic dicturi sumus, ne stulti & scioli putent nos affectu non ratione duci: tamen committere nō possumus, qn quid de illius Colloquijs senserit vir extra oēm controuersā & pius & eruditissimus Albertus ille Pighius, hic cōmemoremus.

Albertus Pighius quid de Colloquijs sentiat Erasmi.

Ait ergo Pighius iste (qui non monachus fuit, sed Præpositus Traiectensis, tātā apud eruditos opiniōis, vt qdam eū alterū Albertū Magnū appellēt) libro II. Ecclesiastica Hierarchie, ca. VIII. Dialogis Erasmi (vt dicā ingenuē qd sentio) nihil ad noxā religionis excogitari potuit à diabolo efficiacius, nō solū ob vnū hoc, de q̄ nunc agitur (tametsi hoc ipm̄ satis graue & magnū sit) sed ob eiusdem impietatis plurima, quę illic sub cōpositā & elegantis orationis leuocinio mirā verborū festiuitate ætati p̄p̄inat incautē, melle oblitū sc̄ venenū lethale, & animę topicum. Quo semel imbuta recēs testa, ad q̄s sit vsus valitura in posterū, q̄s deinceps pmittat fructus p̄occupata semel eiusmodi feminibus noxijs indoles tenerā, q̄s non videat: Meo sane iudicio minus læderēt vniuersi blasphemiarū libri ter ex crādi illius Lutheri, q̄bus ex p̄fesso, & apto Marte exporrectaq; frōte cōuellit vniuersa dogmata hactenus recepta catholicæ Christi Ecclesiæ, si legant à viris, quibus vel tantillum est iudicij (quamuis pene nullis nō sit periculosa eiusmodi lectio, quæ fere affricat contagionis & scabiei aliquid, & noxios aliquos scrupulos relinquit in animis legentium, vt de certis discant ambigere) minus inquam læderēt vniuersa hæc lecta ijs, quibus est rationis & iudicij aliquid, quā dialogi eiusmodi lecti pueris & illi cui scripti sunt ætati teneræ: ex quibus religione soluti eorum animi, qua maxime ætatem eam constringi oportuit, discant dein

Colloquia Erasmi plerūq; cōtinere, q̄ Lutheri quædam scripta impietatis.

ceps de rebus diuinis, de Ecclesiasticis dogmatibus & institutis libere iudicare ac p̄nunciare, pro suo quisq; captu & ingenio: discant floccipendere, contemnere, deridere. Ex qua semente, quam messem factura propediem sit Christi Ecclesia quis non intelligit? Vtinam non solum pontificio, sed etiam Imperiali edicto, & anathemate exularent perpetuo à ludis literarijs omnibus, &c. Hæc Albertus ille Pighius vere pius de Colloquijs Erasmi, quem homines tanti faciunt, quanti vix vel Apostolum Paulum, vel Augustinum & Hieronymū: cum tñ scripta eius aliq̄t locis insignes habeāt errores, qd̄ potest doctorū virosq; at que adeo Parisiensis Vniuersitatis iudicio probari. Quę nos hoc loco ob id cōmemorare voluimus, vt nouerint maxime studio si adolecētes nō nimis esse fidendū dictis scriptisve Erasmi, p̄sertim vbi ea vituperat, quę semp̄ apud bonos oēs cōstat plurimū & autoritatis & laudis habuisse: ex quibus est ea de q̄ agimus, monastica religio. De q̄ Erasmi iudicio posthabito & neglecto, (Nō em̄ potuit apostata monachus laudare qd̄ ipse deseruerat) audiamus, qd̄ viri sanctissimi, & sancto spiritu pleni de eadē scriferint. li ergo vna sententia, quia vno spiritu religioni monasticæ præter alia multa encomia, nouem tribuunt vtilitates, quas nos hic tractare statuimus, maxime ob excitandā iuuentutem ad illius amorē, quam impij hoīes summo studio ad illius odium inflāmare conati sunt. Aiunt igitur:

In religione monastica homo viuuit purius, Cadit rarius, Surgit velocius, Incedit cautius, Quiescit securius, Irroratur frequentius, Purgatur citius, Moritur cōfidentius, Præmium habet copiosius.

Primum id hic commonendi estis charissimi, sicut qui aliquādiu monachum religiosum & instituti monastici sedulū ac strenuū egit cultorē facile, propria doctus experiētia, credit verissimā esse hæc sanctorum patrum sententiam: ita q̄ expertus nō sit, vix posse huic fidem accommodare: maxime si oculos intendat suos in plerosque monachos proh dolor dissolute viuentes, & nihil monasticæ grauitatis præ se ferentes, quales passim multi satis visunt. Talis enim

K

enim cum nec ipse expertus sit, & complures ex monachis ita cernat viuere, vt pene nihil horum in eis inesse videatur, ad recte sentiendum de sanctissima vitæ monasticę professione adduci vix potest. Et tamen nouem isthæc iam enumerata tam certum est religioni monasticæ bene obseruatæ inesse, eiusque cultores pios ac integros felicissime experiri, vt prope nihil sit certius. Vnde etiam ab ipso statim nascentis Ecclesiæ exordio monachorum instituta sunt inchoata, agente id nimirum spiritu sancto, & animarum saluti prouidissima benignitate, & benignissima prouidentia consulente, vt haberent omnes, qui cuperent expeditius militare Deo, & laqueos innumeros fallacissimi dæmonis, & impurissimi huius mundi euadere, quo tanquā ad asylum & animarum tutissimum portum cōfugerent. Legat qui exactius nosse hæc vult, Philonis librum, quem inscripsit de vita cōtemplatiua supplicum, & videbit rem esse antiquissimum, & saluberrimo prorsusq; diuino consilio & Dei nutu ac voluntate institutam monachorum viuendi rationem. Et tamen audent homines leuissimi irridere, carpere, rejicere, quod ab ipsius inde apostolorum temporibus per omnium ætates temporum semper à sanctissimis & eruditissimis viris summa laude celebratū est, vt pote propria plerisque doctis experientia, quid ea vita commodi, quid vtilitates haberet. Prima igitur, vt antedictum est, religionis monasticæ vel cœnobiticę vtilitas est, quod in ea homo viuuit purius. Vnde hoc probamus: Certissimis rationibus. Cum enim, teste Ioanne apostolo, omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ sit, sub quibus omne vitiorum genus continetur: vtique consequens est ibi purius vitam trāfigi, vbi isthæc tria studiosius & perfectius profligantur. Id autē fieri in monastica vita satis vel inde liquet, quod monachi omnes, qui tamen regulam, vt vocent. siue institutum ab Ecclesia approbatum & confirmatum sectantur aduersum tria hæc vitiorum omnium capita tribus sese votis cōmuniūt, e diametro cum iisdem pugnantibus, eaq; funditus extirpantibus. Nanq; vt carnis dōmēt cōcupiscentiam, promittunt perpetuā castitatem: vt oculorū cupiditate vacēt, promittūt voluntariam paupertatem, denique

Religio monastica quādo & a q̄ instituta fiat.

Purior vbi in religione monastica.

1. Ioan. 2

Vota monastica cōtra quædam vitia ordinata sūt.

vt superbię pestilentissimū profligēt virus, obedientiā pollicētur. Quare autē sacramēto vel voto solenni se astringūt, nisi vt nō liceat vnq̄ resilire à sancto proposito, nec post missum ad aratrum manum retrospicere, quod nefas est, & hominē Dei regno ineptū efficit: Est em̄ homo ex nature corruptione mirum in modū instabilis & procliuis in omne malū. Quamobrē cōsultissime sane à patribus sancitum est, vt post integri anni probationē professionē solennem faciāt, qui monachi fieri velint, vt vel hoc ipso intelligant, quiduis potius perferendū sibi esse, q̄ ad vomitum reuertatur. Quis autem verbis vllis possit explicare satis, quantam conferant animi puritatem tria isthęc vota bene obseruata? De virginibus scribit Apostolus: Virgo cogitat quæ dñi sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Idem contra de illis, q̄ in matrimonio viuunt, sic habet: Qui cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Quapropter idē Apostolus voluit omnes homines esse sui similes, id est, absq; coniugio: non tamen est ausus imperare, ne laqueum inijceret sese continere nolentibus, aut nimium pronis in libidinem: at tamen absq; vlla hesitatione præfert castitatem matrimonio. Qui nō potest capere tantum donum, agnoscat imperfectiōem suam, & saltem alios patiatur angelicam in terris imitari puritatem. Nō inuideat alijs, qd̄ ipse assequi non potest. Si dulcius est ipsi miserę carnis vinci ac subdi voluptatibus, & contra animæ dignitatem vilis ancillæ seruum emptitium fieri, non prohibeat alios ad sanctæ religionis castra confugere, vbi ab omnibus ex professo castite viuunt, vbi nefas est quicquam admittere qd̄ violet carnis ingritatem: vbi deniq; grauiissima multantur pœna, si q̄ voti sui transgressores possint conuinci. Quod si q̄ hodie in tantā lapsi sint deformitatē, vt publice in cœnobijs incontinenter viuant, illi q̄dem monachorum loco habendi sunt, ne propter eos plurimi innocentes condemnandi, q̄ magno studio & acri contētione nituntur reddere dño quod polliciti sunt, carnem suam vigilijs, ieiunijs, orationibus, alijs q̄ sanctis exercitijs in seruitutem redigentes, ne lasciuat aduersus spiritū. Nanque & hac de causa huiusmodi piæ & utilissimæ exercitationes in cœnobijs vsitantur & excoluntur, vt possit spiritus ple-

Luce 9. Voto solenni cur sese astringant monasticę vitæ profectores.

L

1. Cor. 7

Ibidem

Ibidem

Castitas in cœnobijs ḡ seruatur

M

Imo q̄d dicitur in 1. Cor. 7. qd̄ qui coniugatus est, seipsum ad seipsum obligat, vt seipsum in seipso habet, qd̄ non potest seipsum ab alio separare.

1. Cor. 9

Exercitationes cōtra carnem voluptates in cœnobijs ḡ spectant.

pleno iure suo corpori dñari. Quas certe q
cunq; negligat, vt nũc ph dolor ab hoibus
mũdanis plus satis negligunt, nõ possunt
cõtinenter viuere. Itaq; purius viuũt in reli
gione ab angelicã puritatis ex professo su
sceptã imitationẽ. Qd si dicas, multos etiã
in mundo caste viuere, equidẽ quibusdam
id cõtingere nõ negauerim, sed tã paucos
illos esse res ipsa loquit, vt illoꝝ exemplo
nemo debeat velle inter infinitas peccandi
occasiones hære in mũdo, vbi innumeri
q̃tidie ruũt in turpissima carnis flagitia, eo
potissimum nõie, qd inter occasiones ven
sent: quas si rescinderent & fugerent, atq;
ab hoim consortio abstracti, sanctoꝝ mo
nachoꝝ cõtubernijs sese iungerent, facilli
me, Deo propitio, non solũ eiusmodi non
admitterent scelera, sed etiã purissime viue
rent. Sed ne simus prolixi nimium, omis
so castitatis voto videamus paucis quid pu
ritatis p̃stet homini paupertatis p̃fessio. Cre
scit amor nũmi, ait quidã. quantum ipsa pe
cunia crescit. Et qui volunt diuites fieri, te
ste Apostolo, incidunt in laqueos diaboli.
Eodẽq; autore: Cupiditas radix oim malo
rũ est. Ergo semel oẽ habendi & acquirẽdi
ius a se abdicasse, nihilq; oino habere velle
id est, vitia simul oĩa radicitus euulsiſſe, si i
ta fiat vt oportet. Qui reliquerit domũ, aut
agros propter nomẽ meum, ait dñs Iesus,
cẽtuplum accipiet, id est, mirabiles interio
ris hois consolationes & pectoris suauissi
mã trãquillitatem cordisq; puritatẽ: quam
nihil æque inficit, vt cupiditas, quẽ misero
rum corda mortalium in mundo degenti
um pernitiosissime deuastat. Iam si ad
obedientiam veniamus, velimusq; æque p
pendere iudicio, q̃ illa totius mali fontem,
quẽ est volũtas propria, in hoie p̃fus ob
turet, non poterimus quicq; ambigere, qui
verissimũ sit, longe purius hoim in cœno
bio, q̃ in mũdi strepitu viuere. Vbi em̃ cuiq;
quiduis agẽdi, ac omittẽdi manet potestas
ibi fieri nõ p̃t, quin multa sæpe mala ppe
trent. Animus em̃ hois, p̃fertim in virtuti
bus paũ exercitati, p̃ceps fertur in vitia, ni
si freno qdam contineat, vbi yõ non suo,
sed alieno licet arbitrato viuere, illic sane
peccari vix potest, nisi quis relicto alterius,
suo malit duci arbitrio. Non vacat his sin
gulis diutius immorari, tametsi esset mate
ria copiosissima. Id nimirum ex iam dictis
potest esse p̃spicuum, tãta in religione mo
nastica vitam purius transigi, quanto illic

minus licet omium capitibus vitiorum est.
se deditum. Et quia difficile ac permolestũ
est carni & sanguini carere carnis volupta
tibus, mundi facultates spernere, superbi
am humilitate premere, ea re miseri qui
dam primo ipsi cucullum excussere, & ad
Aegypti ollas reuersi sunt: deinde propria
perditione minime contenti, etiam alios
quotquot possent, nisi sunt, ad similia pro
uocare. Quos tamen p̃h & Deo dediti spre
uerunt penitus: imp̃i vero & stolidi qui
dam non nisi in perniciem suam, & sui si
milium sequuti sunt. Altera religionis
monastica vtilitas est, quod in ea homo ca
dit rarius. Et hoc itidem ea ex causa, quod
rariores habeat peccandi occasiones, & plu
ra bene agendi incitamenta. Fit nonnun
quam vt diabolo tentante & vexante, inci
piat quispiam ad peccandum fieri procliu
or. Qui si in mũdo verset, vbi rarissima cer
nunt virtutis exẽpla, plurima vero, quẽ ad
oẽm improbitatẽ nedum illiciãt, sed etiam
impellant, diabolo tentanti cito obsequit,
& perit miser prauis alioꝝ exemplis euer
sus. Si autem sit in cœnobio bene reforma
to, habet viros virtutis, ad quos confugi
at, quosq; & monitis & exemplis ad resistẽ
dum diaboli suggestionibus accendatur.
Nemo facile crediderit, q̃ magnũ sit ad per
sistendum in bono adiumentum cõuictus
& cõsuetudo hoim Deũ timentiuũ. Testat
hoc Psalmista: Cũ sancto, inquit, sanctus
eris. Neq; sane dubitari p̃t permultos ad
huc in diuersis diuersoꝝ ordinũ cœnobijs
viros religiosos Deũq; apprime amãtes. re
periri. Mundus aut̃ totus in maligno posi
tus est, adeo vt iam virtutis sit improbos
imitari: vitij yõ sectari bonos. Quis illic diu
possit p̃stare fortiter, nisi magna & rara ani
mi fortitudine p̃ditus: Sed auunt scioli qui
dã, maioris esse virtutis inter malos vixisse
bñ, q̃ inter bonos, & ignauie speciẽ esse, oc
casiones peccãdi fugere. Quid dicitis mise
ri: Nõne hac rõne infiniti pereũt, qd nolũt
prauoꝝ consortia fugere? Ipse D. Iohannes
Baptista, quamuis in Dei gratia confirmã
tus, tamen etiam sanctissimos parentes su
os fugit, ne scilicet vel tenuissimam ex ho
minum congressu maculam contraheret:
Et vos illo sanctiores & fortiores in me
dia hominum frequentia viuetis, & viuen
dum cẽsetis. Sed absit vt stultitiam vestram
imitari velint, qui Deo placere cupiant.
Sint certe vestri similes, qui malunt homi
nibus

Differen
tis mon
stac, vñ
quãdã
boiãdã
casione
prãbu
runt.
Cãdẽra
rius quã
contige
in cœno
bio.
Homini
probatũ
conuictus
& cõsue
tudo quã
rum p̃s
rec. ad u
mentia
bene, vt
ueridum.
P̃salm.
1. Iohã.
Consorti
prauoꝝ
quantũ
nocet u
cautiã.
Matth.
marci
Lucã

nibus placere, q̃ Deo, mũdo seruire potius,
q̃ Deo. Tertia religiõis monasticẽ vti
litas est, q̃ in ea hõ surgit velocius. Id yõ ne
mo in dubiũ reuocare poterit, nisi qui ne
sciat, q̃ frequens ac prope cõtinaua fit in cœ
nobijs sacre scripturẽ lectio, q̃ modo terre
do, modo consolando, modo promitten
do incitat lapsos ad resurgendum. Accedit
eo tum superiorum, tum fratrum cre
bra ac seruẽs exhortatio, etsi necesse sit eti
am seuera castigatio. Non enim facile im
pune peccatur in monasterijs bene institu
tis, vt etiam si quis velit, non possit diu ia
cere in vitijs. Dulcissima porro illa necessi
tas est, quã cogit hominem manere in of
ficio, & recte ingredi. Cãterum qui in mũ
do viuũt raro admodũ scripta diuina perci
piũt, & pene neminẽ habet, q̃ ad corrigẽ
dũ perperã admissa hortet. Pleriq; vero ex
ijs, qui docti habentur, eo dũtaxat scriptu
ras sacras & sanctoꝝ patrũ scripta lectitãt,
vt hoibus sese venditẽt, & auras populares
captẽt: qbus ea re plus nocet cognitio scri
pturã, q̃ profit, quando nosse duntaxat il
los volũt ob gloriolã desiderium, non aut̃
p̃stare qd docet. Quod hoim genus vt plu
rimũ superbũ ac tumidũ est, & diuine gra
tiẽ minime capax. Quo fit, vt sepe ingrauiã
labãtur vitia, atq; adeo in hẽreses, vnde vix
vnq̃ emergũt. Non em̃ serunt se admoneri
aut corrigi, qd sibi sapiẽtissimi videantur.
Quarta religionis vtilitas est, qd in ea ho
mo incedit cautius. Cũ em̃ nõ suo sed alie
no, id est, superiorũ suõ, qbus ppter Deũ
voluntatẽ permittit suã, viuatarbitrio, vbiq;
tutus, vbiq; securus est, nec potest vlli pate
re periculo, Christi gratiã eum protegẽte,
cuius amore sese hoibus submitit. Nõ em̃
potest cõmittere Christus p bonitate sua,
qn eiusmodi hoim tum per superiores, tũ
per alios magis expertes, tũ etiã propria ex
perientia abunde instituat ac erudiat, quõ
caute debeat ingredi, ne vsquã inimici frau
dibus ac nexibus implicetur. Qui vero in
mundo viuunt, quicq; libet aut agunt aut
omittunt, atq; eo ipso innumera cõtrahũt
animã vulnerã: & si quandoq; velint serui
re Deo & pie viuere, rarissime ad bonã per
ueniunt frugem, eo qd facillime eos decipe
re potest malus spũs, vt vel plus, vel minus
quam oportet agãt, & aut destruunt sese ni
miate, aut inertia negligant & tepescant:
qñquidẽ suo ducunt iudicio, nec alioꝝ cõ
silijs sese submittũt, qd est reuera periculo

ssimũ. Vix em̃ potest fieri, vt qd ppria du
ctus volũtate ad verã ptingat sanctitatẽ.
Felix aĩa, quẽ Christi illustrata lumine,
& eiusdẽ docta spũ, nõ vult sibi relinq, nec
suo pmitti iudicio, sed magis duci alieno:
nec p̃didit ingenio aut sapientiẽ suã, sed ex
emplo filij Dei subdita est homini propter
Deũ. Quã res monachos in religione facit
cautissime ingredi, & innumera picula eua
dere, qbus inuoluuntur, q ipsos se sibi du
ces cõstituunt, putantq; felicius esse suapte
voluntate, quam sub alterius obediẽtia vi
uere: tanq̃ illud libẽ, istud coactitium sit.
Sed errant. Nihil em̃ gratius Deo, q̃, omni
propria calcata voluntate, ex alterius præ
scripto viuere, nec sibi velle licere quicq; li
bitũ sit, sed id duntaxat quod is, cui se sub
misit, imperarit. Posset hoc innumeris scri
pturã diuine & sanctoꝝ patrũ testimonijs
confirmari, nisi breuitati studeremus.
Quinta monasticẽ vitẽ vtilitas est, qd illius
cultor qescit securius. Quid em̃ illius pos
sit inturbare quietẽ, qui oẽm oino tempo
raliũ reũ curã vanãq; sollicitudinẽ abiecit,
qui nõ est sollicitus in crastinũ, q̃ nesciens
qua hora dñs suus vêturus sit, sic exigit o
mnem diẽ, tanq̃ hodie venturus sit? Quid
vero hac gete suauius, quidve securius, cor
pore qdem in mundo degere, sed animo iã
in cœlis versari, nolle quicq; curare tempo
rarium tanq̃ indignũ, q̃ animus immorta
lis, & ad sublimia vocatus, occupetur ac di
stineatur, atq; iugiter in serenẽ conscientiẽ
amcenissimo thalamo ac tranquillissimo si
nu qesere, & oẽm cogitatiõem, amorem,
studiũ, intẽtionem, desideriuũ suũ in vno il
lo summo & vero bono defigere, illo vnice
delectari: horrere qdq; pacẽ turbat pecto
ris, vt Deus pacis p̃petim in ipso cõmorari
delectet? In mũdo aut̃ q̃ sint perturbata &
tumultuosa oĩa qd nõ videat? Quis ibi vnq;
possit yã mentis gete perfrui, vbi tot pene
sunt pturbatores, q̃t conciuẽs vel cõuictõ
res? Ea ex causa etiã philosophos qdã legi
mus hoim fugisse frequentia, & ad loca so
litaria secessisse, qd liberius possent vacare sa
piẽtiẽ. Vsq; adeo res ipsa loquitur, vix quenq;
posse inter hoies animi tranquillitatẽ asseq.
Sexta monasticẽ vitẽ vtilitas est, qd rore
cœlestis gratiã & diuine cõsolationis illi
us sectator crebrius p̃fundit. Hoc ipse dñs
pmittit dignatus est in Euãgelio vbi ait:
Ois q̃ reliq̃rit patrẽ, aut matrẽ, aut fratres,
aut sorõres, aut vxorẽ, aut filios, aut agros,
pro

Voluntati
proprie
innici q̃ sic
oim malo
rum senti
ua & dam
nationis
causa.
O
r. Petri
Ingressi
caute qua
nam faci
ant cœno
bium.
Quietis
in cœno
bii causã
quã sint.
Matth. 6
Lucã 12
In mundo
non posse
veram in
ueniri quẽ
eternã.
Rore cœ
lestis con
solationis
p̃fundit
monasti
ces veros
professo
res.
Matth. 19
pro

Paupertas
monastica
qui seruã
da quanta
quẽ laude
extollẽda.
1. Tim. 6

Ibidem.

Matth. 19

M
Obediẽtia
cœnobiti
ca quã su
os seruito
res faciat
felices.

Animus
humans
quam fit
in vitia p
clius.

propter nomen meum, centuplum accipiet, id est, ut Sancti doctores exponunt, pro carnalibus & temporalibus quæ contempnit, spiritalia recipiet, ut spiritalibus fouetur delectationibus, qui carnales repudiavit. Iam ante probauimus in religione purius vitam transigi. Vbi autem puritas cordis est, ibi gratia continere se non potest, quin vbertim ac continenter in ipsam influat. Quantum autem eiusmodi supernæ gratiæ, diuinæq; dulcedinis & supernæ consolationis mellifluus ros omnem mundi voluptatem, gaudium, consolationes excedat, nemo vnquam digne exprimere poterit. Et tamen plures inuenias licet, qui monachos putent miseros, eo quod multa huius mundi oblectamēta abiciant, nec fruuntur voluptatibus temporarijs, quasi nō multo felicius sit vel vnam cœlestis roris guttulam percipere, quam omnibus labentis vitæ oblectamentis in vnum cōflatis profui. Secura mens, ait Salomon, quasi iuge conuiuium. Qui autem mundi vanitatibus & voluptatibus dediti sunt, nō nunquā quam diuinæ suauitatis sentire merentur, & viuunt vitam longe miserrimam, post breuissima oblectamēta pænas æternas luituri. Ducunt in bonis dies suos, ait S. Iob, & in puncto ad inferna descendunt.

Seculo de diuohois cur monachos exstimant in felices ipsi multo in feliciissimi

prover. 15

Iob 11

Religiosi cœnobites quinā cito purgatur a maculis culparum.

Liberius viuendo in mundo q̄ mala contrahatur.

tiæ lauacro & continuis lachrymis, alijsq; ante dictis exercitijs citius eluant, expient, aboleantq;. Octaua monasticæ vitæ utilitas est, quod illius alumni confidentius moriuntur. Mortem nō faciūt terribilem, nisi peccati conscientia. Vbi igitur peccatum ex conscientia profligatum est, & animus Deo puri amoris integra consensione, & purissima adhæsiōne vnitus, quid illic terroris omnium licet terribilium terribilissima mors adferre queat? Qui in hac vita sic semper degunt, ut exules & peregrini, nec hic se putant habere manentem ciuitatem, sed futuram inquirūt, qui hic nolunt risu, iocis, ludis, atq; alijs mundi vanitatibus & voluptatibus dissolui: sed aut propriam, aut alienam plangunt iniquitatem, dicuntq; cum Propheta: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Quibus deniq; viuere Christus est & mori luctum, quid illi mortē timeant. Et licet nulla res maiorem in morte prestet fiduciam, quam sanguis & mors agni immaculati, Christi Iesu redemptoris, tamen plurimū etiam bonæ spei, & sanctæ confidentiæ ingerit vitæ bene transactæ cōscientia.

Monachi veri vti cōfidentius mori accipiunt.

Mortem nā faciūt terribilem hominibus.

Heb. 11

Phil. 1

Phil. 1

Philipp. Fiduciam quæ in morte.

Q. Mat. 11

Atque ita necesse est, ut qui in religione Deo strenue seruerit, iugumq; Domini suauē & onus leuē fortiter tulerit, vota que sua debite persoluerit, ex ipsa recte tractæ vitæ conscientia, non solum non trepidet, sed etiā magnopere aspiret, securusque pergat ad mortem. Non enim est alia ad Deum videndum ac fruendum via, nisi corporis dissolutio. Quam scilicet mens, q̄ vbi moriendū est, Christo se vixisse, Christi q; vestigia sectatam gratulari potest, & spretis mundi inanissimis gaudijs, cū Christo & sanctis omnibus gaudet se per arctā salutis viam, & angustam portam ingressū esse. Nona deniq; vitæ monasticæ utilitas est, quod illius cultor copiosius a Deo recipit præmium. Vnusquisq; mercedem accipiet, ait Apostolus, secundum suum laborem. Et qui parce seminat, parce & metet. Si ergo, quod nemo negare potest, in religiosis cœnobijs plures maioresq; pro Deo & virtute labores suscipiuntur, quam ab hominibus in Mundo viuentibus, idq; fere semper ex obedientia, non propria voluntate, qua ut plurimum ducuntur etiam qui bene viuunt in mundo, quis illis audeat maius negare præmium apud Deum? Certe

Marta. Luc. 11. Præmia q̄ magis cōtinentur.

Certe æquissimus humanarum actionum examinador, ac iustissimus remunerador, nec minimum aliquid ipsius amore gestū vel toleratum, sua mercede fraudabit. Ergo dilectissimi cognitis hinc sanctæ religionis monasticæ comodis, in eam queso curam incūbite, ut ne vos vnquam illius odio ab scelestis hominibus inflammari patiamini: & si qui vobis filij aut filij sunt, quos delectet seruire Christo, & institutū aliquod monasticum amplecti, illos non solum non impediatis, quod faciunt multi summo cum periculo ac perniciæ sua, &

Parentes probos debere, p̄ les impedire ab ingressu religionis

prolium suarum, sed etiam adiumento illis fitis, ut tam salutare animi propositum possint exequi. Quod certe vobis summā apud Deum conciliabit gratiam, & in ipso mortis articulo non paruam præstabit fiduciam, quod scilicet proles habeatis, quarum precibus apud Deum vos iuari posse non dubitetis. Tales enim plurimū pro suis parentibus orant, & sæpe illis obtinēt a Deo, quod nunquam ipsi impetrassent, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorū, Amen.

IN FESTO S. FABIANI ET SEBASTIANI martyrum, Epistola beati Pauli Apostoli, ad Hebræos cap. vndecimo.

XIII.



Antei per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem dissentienter sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tētati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circumierunt in melioribus, in pellibus caprinis, egentes, angustia tī, afflictī: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, inuenti sunt in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Ilustres martyrum triumphos, & rosei partas effusione sanguinis victorias gratulabunda celebrat Christi Ecclesia in laudē Dei, ut & suæ satisfaciatur deuotioni & sanctoꝝ tum exēplis incitetur, tam meritis ac p̄cijs adiuuetur ad eosq; sectāda vestigia, quibus certe ingredi nemo potest, nisi magna Dei ac diuinę gratiæ suffultus ope. Recitat aut eadē S. Ecclesia mater nostra in martyrum natalitijs lectio nem admodum congruam, ex D. Pauli ad Hebræos epistola extractam, vbi graphice S. Apostolus militum Christi & amicorū Dei certamina, labores, pericula, cruciatus afflictiones, vexationesq; depingit: nō aliam sane ob causam, nisi ut q̄ ad illarū quan

Diutorum martyrum certamina & triumphos cur nobis ob oculos cōstentur

doq; cōfortium & certā beatitudinē pertinere cupiūt, prius nouerint eodē ex calice sibi potandum esse, vnde & illi biberunt ut exhausto passionū & afflictionū poculo, q̄ ceu amara quadā, sed purgatoria potione penitus ab omni fere repurgētur: deinde ad plenissimā sempiternę vitæ salutē ac incolumitatē prouehant. Non em̄ coronabit, nisi q̄ legitime certauerit: nec decet sub capite spinis cōpuncto & coronato, membra esse molle ac delicatum. Ait ergo S. Apostolus: Sancti martyres alijsq; amici Dei per fidē in Deum regna expugnarunt, ut Iosue & David, pluresq;. Itē tempore gratiæ pluresq; sancti vicerūt regna, etiā amplissima, q̄ ea ad Christi fidē traduxerunt, & Christianę religioni subdidere: vel etiā q̄ omnia tormenta

Phil. 1

Phil. 1

Phil. 1

Phil. 1

Phil. 1

Phil. 1

Phil. 1

Phil. 1

Titum 1

Eph. 9

Deplen. 3
Matt. 13

Matt. 8. 13
& 25

Iudic. 14
1. Reg. 17
Dan. 6. 14.

Leonum
ora obtu-
rare quid
mystice fi-
gnct.

1. Reg. 19

B

formetorum genera à gentibus illata pro
Christi fide superarunt. Operati sunt & ex-
ecuti iustitiam, vt fidem suam sanctis ope-
rationibus testarentur esse germanam atque
religiosam, non qualis est eorum, qui se
dicunt nosse Deum, factis autem negant,
qui Christum & Euangelium ore iacti-
tant, sed vita ac moribus persequuntur. San-
cti autem vt essent imitatores Dei, sicut fi-
lij charissimi, iustitiam Deo gratissimam
coluerunt, peccata fugiendo, & semper re-
cte ac iuste agendo, præceptisq; Dei & con-
silijs obtemperando: atque ita adepti sunt
repromissiones, id est, consecuti ea quæ De-
us pollicitus est sibi ex animo seruietibus.
Siquidem bonorum operum gloriosus
est fructus. Et iusti omnes, qui hic vitam
agunt Deo placitam, fulgebunt sicut sol in
regno patris sui. Impij autem, qui hic no-
lunt diuinæ gratiæ cooperari, sed suis in-
dulgent affectibus, mittentur in tenebras
exteriores: vbi erit fletus & stridor denti-
um. Præterea sancti obturauerunt ora leo-
num, vt Sampson, Dauid & Daniel, & mul-
ti martyres Christi, qui signo crucis edito,
immanissimos leonum impetus fregerunt.
At si ad mysticum respicias sensum, obtu-
rarunt sancti ora leonum, quando dæmo-
num pestiferis persuasionibus viriliter re-
stiterunt, atq; eos ex simulachris responsa
reddere prohibuerunt. Extinxerunt quo-
que impetum ignis, siue corporaliter nul-
lam ex flammaram incendio sentiēdo mo-
lestiam, siue spiritualiter vitiorum æstum com-
primendo, vt etsi sentirent acres vitiorum
impugnationes, non tamen ex consensu
vrerentur. Effugerunt aciem gladij, quan-
doque ex rationis præscripto, vbi nulla e-
rat spes alios lucrificandi, impiorum per-
sequutiones declinando, quod fecit Heli-
as & multi alij, non timore mortis, sed ga-
sic ex instinctu spūs sancti aliter Deo pla-
cere vel nudum adesse tunc vel tempus vel
genus martyrij sui videbant. Vel certe, quæ
admodum vetustus & communior textus
habet, Effugauerunt aciem gladij, hoc est,
hostium faciem habentium gladios acu-
tos: vel, exercitum accinctum gladio, in fu-
gam dederunt, vt fecerunt in veteri testa-
mento frequenter Iosue, Gedeon, Dauid,
Machabæi, alijque complures: in nouo au-
tem testamento hoc ipsum fecerunt pene
innumeri Catholici Imperatores, reges &
principes. Conualuerunt de infirmi

tate diuina virtute etiam post immanissi-
mos cruciatus pristinæ restituti incolumi-
tati: quod multis martyribus euenisse cer-
tum est. Fortes facti sunt in bello, tam ex-
terno contra hostes visibiles, quam spirita-
li contra vitiorum & dæmonum impugna-
tiones. Nunquam enim defunt pñs certa-
mina, quibus probentur, vtrum Deo fide-
les sint nec ne. Castra verterunt exterorum,
nō solum hostes corporeos in fugam ver-
tendo, sed etiam inimicas dæmonis, car-
nis & mundi acies penitus profligando.
Acceperunt mulieres de resurrectione mor-
tuos suos, excitatos meritis & precibus san-
ctorum vtriusque testamenti. Alij disten-
ti sunt, & in eculeis dire torti, nec tamē pœ-
nas euadere voluerunt: quod quidem po-
tuissent, si impijs consentire voluissent, vt
quandoque ad æternæ vitæ capeffendam
hæreditatem possent resurgere. Non enim
volebant breuib; licet duris subterfugi-
endis doloribus amittere cœlestis patriæ
nunquam desituram beatitudinem, & eter-
nos mereri cruciatus. Alij vero ludibria &
verbera experti sunt, in super & vincula &
carceres, instigante maligno spiritu vasa sua
homines impios, vt varijs tormentorum
generibus sanctos à Deo abstraherent. La-
pidati sunt, secti sunt, tētati sunt varijs mo-
dis, tam blandis, quam asperis. Nihil est e-
nim aliud vita hominis, quam tentatio su-
per terram: & necesse est diuersas perpeti
tentationes eos, qui volunt cum Christo
per omnia tentato & probato in cœlesti-
bus triumphare. In occisione gladij mor-
tui sunt, libentissime Dei amore vitam con-
temnentes temporariam, tantum ne age-
rent contra præcepta Dei. Satius est enim
vitam amittere, quam impie viuere. Cir-
cumierunt in melotis, id est, pellibus ouil-
lis: itemque caprinis pellibus, sicut & san-
ctus Ioannes Baptista camelorum pilis te-
gebatur. Sancti enim norunt hic se exules
degere ob pœtā: itaq; cōtemnūt molles cor-
poris voluptates, & aspera tanq̄ exilio ma-
gis cōgrua amplectunt. Qui autē mollibus
vestiunt, in domibus regū sunt, id est, mun-
do huic militāt potius, q̄ Christo. Atq; in-
sup in summa hic re: oim inopia sancti vi-
xerūt, multis pñs angustijs, & vehemētissi-
me foris ac intus afflictis: qbus tñ dignus
nō erat mūdus ob eorū eximiā sc̄ritatē. Et
hodie beati p̄dicant, qbus oia ad votū suc-
cedūt, qbus nihil occurrit aduersi, sed læta
& iu-

Electio de
nunq̄ ab
se certam
na qbus p
benct.

loba

Matt. 13
Marc. 1

Matt. 11

& iucunda eueniunt omnia. Verum hic fal-
luntur miseri. Tanto enim quisq; Christo
dissimilior est & amicis illius, quanto hic
magis affluit præsentis vitæ voluptatibus.
Sed & in solitudinibus errarunt sancti, per
secutorum rabiem fugientes, atq; inibi vi-
tam miseram, quod ad carnem attinet, agē-
tes & domino nocte ac die studiosissime
famulantes: vagātes in montibus, & in spe-
luncis atq; cauernis terræ sese absconden-
tes, vt liberius cœlestia meditarentur. Et hi
omnes testimonio fidei probati ac fideles
inuenti sunt in Christo Iesu domino no-
stro, pro cuius amore & fide libenter oēm
præsentis vitæ miseriam tolerabant, vt in
eius membris possent annumerari. Et nūc
post breues exilij perpeffos labores, viuūt
felices cum Christo: contra vero persequu-
tores eorum, & impij omnes huius mun-
di voluptatibus dediti, p̄trasi sunt in ignē
æternum, & illic semper male habeant, qui
hic noluerunt exiguos pro Christo & pie-
tate labores perpeffo.

EXEGESIS EVANGE

lij eiusdem Festi. Lucæ
vigesimalimo primo.

C



Ominus noster Iesus
Christus omniū mar-
tyrum caput & prin-
ceps, ac signifer filij
charissimi, in huius
diei Euangelio suis
martyribus prædicat
primo quidem cala-
mitates, bella, aliaque huius mundi mala:
deinde persequutiones, quas ipsi pro eius
nōmine perpeterēt, vti eos ad mundi ac
omnium rerum mundanarum contem-
ptum accendat, & ad mala mundi, & ho-
minum impiorum iniurias fortiter perfe-
rendas bene instructos & animatos red-
dat. Minus enim feriunt iacula præuisa.
Vbi animaduertimus pñssimi Saluatoris
erga electos suos summam charitatem ac
beneuolentiam, qua ferre non potuit, vt
improvisi ab hostibus impeterentur: sed
longe ante voluit esse præmonitos, vt sese
commodius præparare, & animos suos
aduersum impendētes inimicōrum insul-
tus confirmare possent. Ait ergo:

Gregori.

Bella & se-
ditiones
vnde ori-
antur.

Esai. 40

Mundus
temnendi
ac fugien-
di ratio
quæ.

I ij tio

tio est mundum contemnendi, quod semper calamitatibus ac tumultibus plenus sit: quod tamen pro dolor cæcus hominum mentes ab illius amore auellere non potest.

Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: & terremotus magni erunt per loca, & pestilentia & fames: terroresq; de cælo, & signa magna erunt.

D His verbis Dominus, quod prius generalius dixerat, specialius exprimit. Et reuera nos hodieque experimur hæc ipsa omnia, quæ tū à Domino prædicta sunt. Cōtinuis Ecclesia bellicis cladibus affligitur, & Christiani in Christianos plusquã leonina feritate incurrunt, & quasi non satis multos habeat Ecclesia hostes externos, in testinis atteritur bellis, vt nihil iã aliud superesse videatur, nisi, vt ipse Dominus ait, regnum in seipsum diuisum penitus desoletur. Verum inter hæc pñ omnes animis in Deum erectis, consolari sese debent, qd mala isthæc nō solum non æterna, sed nec diuturna sint futura. Seminent interim in lachrymis, & euntes eant ac lugeant cum sanctis omnibus, postea in gaudio messuri. Si qua patientur temporalis substantia detrimenta, ferant vt poterunt, certi se aliã habere hæreditatem, quam nullus eripere queat. Hæc autem omnia, quæ hic Dominus commemorat, puta bella, terremotus, pestilentia, fames &c, nihil sunt aliud, q̃ amantissimæ optimi creatoris commotiones, & veræ paternæ castigationes, quibus id solum optat efficere, vt tamen quandoq; calcatis vitijs respiscamus, & suæ voluntati morem geramus. Alioqui sane nō delectatur miseris & afflictioibus nostris.

Matth. 13
Lucæ 11

Psal. 135

Tob. 3

Electos suos cur Deus in misericordia affligit permittat

Iudic. 10

Sed quia videt prosperis successibus nos nimium seduci, & ad perpetranda mala plus satis procliuus reddi, subinde affligi nos finit, vt ad animam redeamus, & mores nostros corrigamus. Vbi autem nihil proficiūt temporaria illius flagella, necesse est ira sempiterna absque vlla misericordia sciat: idque tanto durius, quanto maior benignitas & clementia nobis prærogata est. Sic olim populum Israeliticum in idololatriæ crimen pronissimum crebris

hostium incursum, diuersisque morbis & calamitatibus premi sinebat: & quoties sese emendassent, parcebat oppressis. At vbi tandem in sua malitia perseuerabant, obstinati, abiecit eos penitus: & ita vsque hodie electus ille populus prorsus est alienus à Deo, & vbique contemptui habetur. Timeant ergo quicumque flagellis Dei non erudiuntur ad iustitiam, ne & ipsi similia eueniant. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Libenter parcat poenitentibus, sed obduratos punit acerbissime. Quod autem hic dicitur de terroribus & signis magnis futuris e cælo, & nos itidem frequenter experti sumus, atque vtinam cum aliquo fructu nostro. Quicquid agat Deus, quantumuis terreat, quolibet diras intentet minas, nos semper iidem sumus: & sicut olim Hierosolymitæ licet horrendas easque frequentes nō multo post occisum saluatorem cernerent visiones, plenas terroris & comminationis, nihilo secius corrigi noluerunt, donec per Romanorum exercitum deleti sunt & in seruitutem redacti: ita & nos præfractis animis in eodem semper vitiorum luto hæremus, nec ad poenitentiam compungimur, quamuis dure castigati, donec furor Domini totum in nos sese effundat, mergatque nos in poenas sempiternas. Et quæ potest maior esse in sania, quam re ipsa manifestam Dei iram in dies experiri, & tamen quasi nihil ad nos pertineat, animis dissolutis negligere ac floccipendere?

Psal. 10

Sed ante hæc omnia inſcient vobis manus suas & persequuntur, tradentes in synagogas & custodias: trahentes ad reges, & præfides propter nomen meum.

B Hic iam Dominus martyribus suis predicat mala ipsis euentura. Atque hæc innumeros propter Christi nomen perpressos nouimus, idque tanto mentis vigore, tanta animi constantia, vt nullis vniquam modis potuerint à Christi confessione separari: imo vero haud secus ad ista, quam suauissimas epulas permultos properasse legimus, vtique ob ingentem nominis Christi amorem, qui eos faciebat cuncta mortis discrimina omnigenos que

que cruciatus & persecutiones tyrannorum pro nihilo ducere vt Christum lucrifacerent. Operæpretium fuerit ædificationis causa vnum hic proferre exemplum viri nobilis ac illustri, nempe Gordij centurionis, de quo D. Basilius Magnus ad populum in signem habuit concionem, vbi inter cætera sic de eo ait: Tantum abfuit, vt intentatas horreret poenas, vt eas vltro in se prouocaret, supplicijque moras vehementer increparet. Quid, inquit, tardatis? Quid statis? Corripite corpus, membra frustatim cadantur. Denique quodcumque volueritis de me supplicium sumite. Nolite mihi beatam spem inuidere. Quanto enim mihi plus tormentorum accesserit, tanto plus referam præmiorum. Res enim in hac vita aduersæ, nobis apud Deum perpetuam pariunt voluptatem. Si vulnera mille a cicatrices patimur, in resurrectione splendido induentur amictu. Pro contumelia atque ignominia, palmas coronasque assequemur. Pro vinculis & carcere, per ampla paradisi spacia læti vagabimur. Pro accusatione demum ac iniqua condemnatione, gloriam & Deo & angelis referimus. Minæ vestrae mihi semina sunt diuina, vnde immortalitatem perpetuaque gaudia metam. Datum profecto me facere videor, si sæpe variisque modis extingui, variaque pro Christo pati supplicia nequeo. Hæc ibi.

Basilius.
Gordius
Centurio
martyr
dicitur.

Amor
Christi
quantum
in sanctis
martyribus
fecerit
tormentorū
contemptum.

Eiusmodi vero in sanctis martyribus constantiam & suppliciorum contemptū fecit amor Christi. Cum enim scirent se non ob scelera sua, sed propter nomen Domini lesu poenis affici, promptissima alacritate festinabant ad mortem, certi nimirum se, tamen breui volentes, nolentes, mori oportere. Si ergo illi id, quo nihil est homini charius, id est, vitam ipsam pro Christo, ne illum offenderent, perdere, quanto nos magis viles debemus voluptates contemnere, ne contra Dei præcepta agamus?

Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari, quæ admodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & con-

tradere omnes aduersarij vestri.

Martyribus Christi impiorum persecutio fuit in testimonium eximiam ac insuperabilis charitatis eorum erga Deum. Facile est enim confiteri Christum, vbi nihil inde periculi metuitur: sed si non possis absque vitæ & rerum omnium iactura Christi nomen profiteri, ac nihilominus libera voce & sincero corde veritatem profiteris, id sane magni est amoris argumentum. Ita martyribus Christi inuicta animi fortitudo, quæ nullis potuit frangi tormentis, quo minus Christum confiterentur, cessit in virtutis testimonium, vt vel ex eo ipso certum testatumque habeamus haud vulgari eos Christum amore esse persecutos. Fuit etiam eis in testimonium, quia ob Christi fidem persecutiones & mortem perferendo, martyres, id est, testes Christi effecti sunt. Et quia non sua, sed Christi causa hæc perferrebant, sequutos eos voluit esse dominus, monuitque ne anxie secum perquirent, quid hostibus respōsi darent, pollicens se eis tantam præstiturum sapientiam & eloquentiam, cui nemo posset resistere. Vbi rursus maxima elucet Dei benignitas erga suos electos. Omnem eis aufert formidinis materiam, quando nec id eis curæ esse finit, quemadmodum respondeant aduersarijs, siue ethnicis, siue ludæis, siue hæreticis, vel alijs Dei ac iustitiæ inimicis. Atque id apertissimis pius dominus argumentis sæpe declarauit, quando etiam plane idiotis, aut teneris virginibus tantam indidit sapientiam, vt nedum à nemine potuerint superari, sed etiam ab illis victi sint quotquot eis resisterent. De beato Stephano prothomartyre aperte dicit scriptura, quod hostes eius non potuerint resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Beatus ille homo, quem Christus inhabitat, & tanquam instrumento quodam pro suo arbitrio voluntatis vtitur, loquens per eum, & efficiens omnia opera illius.

Persecutio impiorum quod fuerit iustis in testimonium.

A. Cor. 6. 7

Trademini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non

l iij peri-

peribit.

G Id vero tormentorum genus omnium longe acerbissimum est, quod ab amicis & sanguinis affinitate coniunctis inferitur. Hic enim natura vim quadam patitur, & cum dolore corporis etiam animi diros sentit cruciatus, dum ab ipsis, ut ita dicam, visceribus suis summa crudelitate torquetur. Propterea etiam ipse dominus Iesus proditoris sui iniquitatem tanto ferebat grauius, quanto illum sibi magis habebat intimum ac familiarem, & in apostolorum numerum ascuerat. Testatur hoc illa vox Psalmi ex persona Christi: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, &c. Itemque illa: Homo pacis me in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Sed hoc ipsum debet consolari omnes, qui a suis propinquis infestantur, quod norunt dominum suum ab singulari discipulo proditum, idque pro vilissimo precio. Quod autem hic dominus addit: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, reuera impletum est, & hodieque impletur, si quis olim Christum esset confessus, haud secus quam blasphemus & execrabilis ubique tractabatur: & hodie qui Christi nomen vita & moribus expriment, id est, qui Christi vestigijs ingrediuntur, apud omnes ludibrio habentur, & multa mala ferre coguntur ab impijs & stolidis hominibus, hoc solo nomine, quod dominum Iesum imitantur, quod eius nomen iuste & pie & sobrie viuendo sanctificare cupiunt. Verum sint bono animo, nec frangantur hominum vexationibus. Audiant promittentem dominum, capillus de capite vestro non peribit. Sauiuerunt olim in sanctos martyres Pagani, Iudaei, Haeretici, ac alij inimici Dei. Sed quantum obsecro nocuerunt illis? Corpus occiderunt. Atqui corpus ipsum in extremo die longe gloriosius, prorsusque impassibile & immortale excitabatur, tanto maiori fructurum beatitudine & splendore ac decore, quanto hic durius & indignius tractatum est. Nihil ergo perit sanctis martyribus. Itidemque nihil poterunt nocere pijs persecutiones malorum, quandoquidem dominus Deus omnia eis in summam mutabit gloriam.

Termeto ru genus maximu quodnam sit.

Psal. 54

Psal. 40

Marth. 16 Marc. 14 Luc. 22 Ioan. 19

Hodie qd pios qd per eunt onem pati ab impijs.

Titum 2

Persecutiones malorum non nocent his Deo amicitis.

In patientia vestra possidebitis

animas vestras.

Ergo si vel totus hic mundus, & omnes pariter daemones in vnum aliquem insurgant, tantum sit patiens, & quicquid ab illis inferatur, tranquille & placide ferat, & nullum omnino detrimentum patietur. Sed quamuis corpus forte extinguatur, ac penitus in cineres redigatur, tamen animam nemo illi eripere poterit, ob patientiae meritum, quae hominem efficit dominum ac possessorem sui. Qui autem impatiens est, dupliciter miser est, quia & praesentia & futura mala perpeti cogitur.

SERMO IN EODEM Festo. De commendatione patientiae, & quam vitanda sit impatientia, & de laudibus sanctorum martyrum.



In patientia vestra possidebitis animas vestras. Lucae vigesimo primo. In mundo hoc pressuram habebitis, ait dominus discipulis suis. Et omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur, utique ab impijs & demonibus, quibus pietas omnis crux est & tormentum. Necessesse est igitur, ut quisquis instituit seruire & adherere Deo, stet iuxta Sapientis consilium, in timore, & non suis praesidat viribus, sed in Deo spem suam omnem reponat: atque ita praeparet animam suam ad tentationem modo hanc, modo illam: quia donec corpus erit coniunctum animae, & praestituta diuinitus vitae huius spacia necdum absoluta fuerint, nunquam deerunt tentationes siue daemorum, siue carnis, siue mundi: quas vincere non poterit, nisi aduersa omnia in Deo, & cum Deo, & propter Deum fortiter perferendo. Id autem praestat homini Patientiae virtus, quam frustra quispiam sibi ex seipso pollicetur: quia donum Dei est, ut pulchre ait Propheta Dauid: Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea. Ne quis sibi inaniter placeat, tanquam suis viribus quicquam vel minimum possit perpeti secundum Deum & ex virtute. Quod idcirco ad diderim, ne patientiam tribuamus duris, & sceleratis, atque a Deo alienis hominibus.

Impatiens est quia mala ad rat. Ioan.

H

Ioan. 11

1. Tim.

Eccl. 11

Tentatio

ma omnes vincendi quis solus modus sit

Psal. 11

Patientia vera quae sola sit

Acto. 14 Virtutes vere qd licet habeant efficiant

I Homerus

Basilio

Solonis sententia memorabilis

Gregori Patientia quid sit.

bus: qui etsi ferunt quandoque corporis dolores, caeteraque molesta & aspera, non est tamen ea patientia vera, utpote quae nunquam vera esse potest, nisi sit in causa iusta, atque Dei contemplatione & amore suscipiatur, & ab ipso Deo infundatur. Cum igitur ita, ut dictum est, nunquam nobis desint tentationes & molestiae, communiendus est animus patientiae clipeo, quo securus possit omnes tentationum ac impugnationum quarumlibet ictus & iacula excipere. Nam si patientia firmus desituti, non potest fieri, ut ad caelestis patriae pertingamus beatitudinem, cum necesse sit per multas tribulationes nos introire in regnum Dei. Debet autem nos ad comparandam seruandamque patientiam ipse virtutis splendor & dignitas excitare. Namque veris esse praeditum virtutibus, id sane incomparabile & inamissibile est thesauros possidere. Caetera omnia, quae in humanis habentur, cum ipso homine occubente deficiunt: sola virtus aeternum perseverat.

Apud Homerum Vlysses cum naufragio nudus euasisset, ac reginae Phaeacensium verecundus occurrisset, vestis loco virtutis ornamenta suscepit: qua re tantum effecit apud Phaeacenses omnes, ut contemptis illi voluptatibus, quibus pius nimio dediti fuerant, ad Vlyssis exemplum sese componerent, nihilque se magis optarent, quam Vlysses esse, quamuis nudum & naufragio seruatum. Ex quo id licet colligi, virtutem ante omnia colendam esse, quae nec naufragantem quidem deserat, sed etiam exteris & ignotis maxime reddat honoratum ac venerabilem. Unde etiam illa est memorabilis Diui Basilij Magni sententia: Alia quidem omnia non magis possidentur, quam quorumlibet sunt, velut in talorum ludo huc illuc transposita. Virtus autem sola possessio immortalis atque immobilis, & viuenti & morienti permanens. Quo pertinet etiam illa Solonis ad diuites sententia. Nos nequaquam commutabimus cum virtute diuitias, quod virtus firma sit: diuitias vero alius alias ac aliter interdum habet. Ergo ut dixi, ad comparandam patientiam vel solus virtutis amor & decor inuitare nos debet. Est autem patientia, ut eam Diuus Gregorius Papa describit, aliena mala aequanimiter perpeti, & contra eum qui irrogat mala, nul-

lo dolore morderi. Potest & sic describi, quatenus est virtus infusa diuinitus: Patientia virtus est, quae dolorem vel tristitiam animi moderatur, & aduersitatem, atque afflictionem omnem aequanimiter tolerat ob honorem Dei, & futuram beatitudinem. Solet enim ex rebus iuuis & contrarijs quaedam nasci tristitia mala, necdum animae, sed & corpori vehementer perniciosa, hominemque ad omnes rationis actiones exequendas ad contemplationem diuinorum, & ad virtutis studium reddens ineptum ac inhabilem, vitamque ipsam obrumpens, & corporis constitutionem perturbans. Hanc igitur usque adeo pernitentem siue passionem siue perturbationem. Patientia profligat, id praestans homini ut ob amorem Dei & spem caelestis gloriae res aduersas magno ferat animo, nec praesentibus malis frangatur, quia dura sunt, sed sese consoletur, quod diuturna esse non possint. Merces autem patientiae sempiterna & immensa est. Purissimam autem facit ad placide ferendas afflictiones, ut cogitemus eas nihil esse aliud, quam munuscula quaedam & nutius omnipotentis Dei, quibus nos optat inuisere: & si quidem eas hilariter excipiamus, ipse vna aduenit, & totum se nobis ob sui amorem libenter aduersa ferentibus impendit haud secus, quam in ipso venerabili Eucharistiae sacramento. Testatur hoc Psalmista, dicens ex persona Dei: Cum ipso, nempe afflicto sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. Solent milites strenui quoad possunt ducis aut regis sui fortia facta imitari, & tanto se beatiore credere, quanto illi sint similiores. Et nos igitur ut Christo regi ac Imperatori nostro vtrumque possumus conformes effici, libenter debemus dura & acerbata pati. Talibus enim plena fuit omnis illius vita, & ab illo, quo in matris utero conceptus est puncto, usque ad spiritus extremi in cruce exhalationem, nunquam vel ad momentum liber a doloribus fuit etiam immanissimis. Si cruciat afflictiones molestia (sumus enim homines corporis infirmitate circumdati, non angeli) consoletur certissimum diuino misericordiae auxilium, quod nunquam deest pro Deo patientibus, & doloris acerbis tatem mitiget futurae beatitudinis infinita dulcedo, ubi Deus absterget omnem lacrymam a oculis nostris, & cessabit omnis

Tristitia quam & corpori & animae nocua

Patientiam propriam quod

Aduersitates vix sine munuscula quaedam ac indicia Dei vix suos amicos amorem

Psal. 90

K

Christi ad conceptum materis vtero usque ad crucis mortem semper doluisse ac passum sit

Esai. 25 Apoc. 21

Inustus & dolor, lætitiæque sempiterna perfruemur. Patiens perpeſſio veſtis nuptialis fuit domini Ieſu, quando in crucis altari ſanctam ſibi deſpondit Eccleſiam, atque eadem veſte omnem ſuam familiam iam inde à mundi exordio induit. Libenter enim ſancti omnes qualibet dura & iniuſa perpeſſi ſunt, quando Dei filium talia aut toleraturum, aut toleraſſe perſpexerunt. Quis enim audiat ſub ſpiñoſo, id eſt, ſpinis tranſfixo capite delicias & mollitiem appetere? Quid vero admiracionis habet, ſi puluis & cinis æquanimiter moleſta ferat, quando dominus maięſtatis in ea, quam non aliqua ſua neceſſitate, ſed noſtri amore ſuſcepit, forma ſerui, nunquam voluit vel ad momentum eſſe liber à pœnis. Quod nimirum animas ſanctas vehementiſſime permovere ſolet, vt nolint vnquam ſaltem aliqua carere cruce, vt poſſint domino ſuo vel vtrumque conformes effici. Atque adeo ipſi dominicæ paſſione ſummo iure id omnis debet Chriſtianus, vt ſit patiens. Nã ſi patieſſe nolit, nimium ſe ingratum eſſe declarat erga Deum ac dominum ſuum, qui ipſius cauſa tanta paſſus eſt, quanta mens nulla capere poteſt. Quid autem ſœdus, quid deteſtabilius, quid Chriſtiano homine indignius, quam videre Deum turpiſſimam crucis mortem, non ſua, ſed hominis cauſa non modo libenter, ſed etiam ſummo cum deſiderio perpeti: & tamen nihil velle ſentire aſperum, nihil iniucundum, nihil graue experiri: ſed ſemper ſecundis blandientis fortunæ ſtatibus, ac proſperis ſucceſſibus perfrui? Hoc eſt ineſt per arctam viam, & anguſtam portam ingredi? Multi adeo ſunt ad omnem, quamuis leuiſſimam, iniuriam aut moleſtiam impatientes, vt nec verbulem vnum ferre velint: cum tamen ipſi ſi alios ſæpe dire affligant? Sed tales tam longe abſunt à Chriſti ſimilitudine, vt prope modum Chriſtiani dici non debeant. Sicut autem libenter & moderate ferre omnem iniuriam ſignum eſt hominis ſecundum animam bene conſtituti ac reformati, & qui priuatum amorem ac ſuperbiæ ſpiritum in ſeipſo extinxerit: ita impatientiæ ſanies ex peſſimo philautiæ & elationis vlcere ſcatet, hominemque & Deo, ac ſanctis omnibus iniuſum plane que diſſimilem, & cunctis quibuſcumque viuunt

grauem ac oneroſum efficit. Qui enim impatientes eſt, facile vndecumque & ex quacumque occasione perturbatur, multisque vanis, & falſis agitatur ſuſpicionibus, & vix vnquam poteſt ſuauiſſe & comiter cum hominibus conuerſari. Qui ſi ab hoc morbo curari velit, diſcat ſemper propriam frangere voluntatem, & in omnibus licitis ac honeſtis non ſolum Dei, ſed cunctorum etiam mortalium ſe voluntati conformet & accommodet. Id vero non poterit niſi ex animo humilis eſſe conetur. Superbus enim aut omnino non poteſt, aut nõ niſi ſimulate poteſt ſe alijs ſubmittere. Qui autem filij Dei humilitatem amplectitur, is cum eodem dicit ex ſententia: Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Et ſicut ille non modo Deo patri, ſed etiam virgini matri cunctisque hominibus quantum ſas erat, morem geſſit, ita & ipſe nititur omnibus obtemperare, vbi id ratio dicat, mauitque ſemper alterius exequi, quam propriam voluntatem. Inde porro fit, vt ſemper ſumma pace gaudeat ſemper patiens, nunquam vero impatientes ſit. Cum enim voluntatem ſuam diuinæ ac hominum ſubmiſerit voluntati, nihil poteſt aduerſum vel moleſtum experiri, quia quicquid ipſi eueniat tanquam ex diuina voluntate proſectum ſuſcipit, cui ſe totum conformauit. Et reuera nihil dulcius, nihil tutius, nihil iucundius, quam ita in omnibus diuinæ eſſe conformem voluntati. Id namque inconcuſſam præſtat patientiam. Sed quid mirum, ſi Chriſtiani homines, quibus certa eſt æternæ beatitudinis propoſita ſpes, placide & leniter ferant aſpera quæque, quando multos veræ religionis ignaros legimus patiendiſſimos fuiſſe? Socrates philoſophus icu calcis à quodam percuffus, patienter tulit. Quod cum alij agreſſerent, monerentque, vt ſe vlciſceretur, ait: Si meus me aſinus percuffiſſet, num in quadrupedem recalcitrare deberem? Eiuſdem Socratis faciem cum quidam vehementi impetu cæderet nihil comotus Philoſophus, fui entem de bacchari & iram ſatiare permiſit, donec totus ex plagiſ intumeſceret. Impleuit nimirum ethenicus ille, quod dominus in Euangelio ait: Si quis te percufferit in vnâ maxillam, præbe illi & alteram. Poſſent & alia plura

Nuptialis veſtis Chriſti vt fuerit crucis patiens perpeſſio.

Eccleſia

Patientia aduerſa quæ nam ſclics permouere ſunt.

Matt. 7 Luc. 13

Impatientia vnde p̄cipue ortu habet.

Impatientia moribus quam curat

Ioan.

Homini omni creaturae voluntati propriam quid

Front. 14

Hebr. 11

Rom. 8

Luc. 14

Martyres Chriſti vnde haurerint ſua inuitam tolerantiam in panis.

Socrates patientia qualis ſit.

Matt. Luc. 13

lia plura adferri exempla, ſed nihil opus eſt. Pudeat ergo Chriſtianos nihil velle perpeti, quando ad tolerandas iniurias fortes fuere homines à Deo alieni. Qui impatientes eſt, ait Salomon exaltat ſtultitiam ſuam. Nihil enim ſtultius, nihil tam à ratione & omni prudentia remotum, quam impatienter ferre aduerſa, cum tamen ferre neceſſe ſit: Siquidem & aduerſitas eo ipſo fit acerbior, & præterquam quod premiũ omne amittitur, etiam pœna ſempiterna cumulatur. Multum autem quamuis moleſtas aduerſitates mitigat animi voluntaria perpeſſio: ſicut etiam minimas afflictiones animus obmurmurans & recalcitrans vehementer exaggerat. Itaque martyres ſancti, vt ſe veros Chriſti ſectatores, & ſtrenuos milites probarent, promptiſſimo animi ſeruore, & in ſuperabili mentis fortitudine quicquid humana crudelitas inſtigere potuit pertulere, fidelibus oculis aſpicientes in autorem fidei & conſummatorem Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. Nec putabant condignas eſſe paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis quando videbant oportuiſſe pati etiam ipſum dominum Ieſum, et ita intrare in gloriam ſuam. Non enim minimum ad tolerandum fortiter aduerſitates temporarias adiumentum eſt dominum Ieſum contemplari tam indigna, tam varia, tam horrenda, tam proſus in humana ſupplicia patientem. Quod non ignorantes ſancti martyres, vt ſua mitius ferrent vulnera, Chriſti vulnera attentiſſimi cordibus intuebantur, atque inde fugebant vires & robur, ſufficerent ad omnes hoſtium afflictiones tolerandas. Verfabantur nimirum tota deuotione in vulneribus Chriſti, & iugi meditatione in illis demorabantur: atque inde illis martyrij tolerantia, inde illis magna fiducia apud altiſſimum. Hoc enim & ipſe dominus pro nobis in cruce toto corpore vulneratus optat, hoc expetit, hoc eſſagitat, vt ipſum aſpiciamus tam dire ſauciatum, tam immaniter excruciatum, vt dum illius conſpicimus vulnera, animis erigamur, & ad tolerandum fortiores redamur. Non enim ſentiet ſua, quiſquis Chriſti vulnera fideliter intuebitur. Vnde etiam D. Bernardus ait: Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet la-

cero corpore, & rimante latera ferro, nõ modo fortiter, ſed & alacriter ſacrum carne ſua, circumſpicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus Ieſu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in ſuis eſſet visceribus ſcrutans ea, ferrum proſecto ſentiret, dolorem non ferret, ſuccumberet & negaret. Nunc autem in petra habitans, quid mirum ſi in modum petrae duruerit? Sed neque hoc mirum, ſi exul à corpore, dolores non ſentiat corporis. Neque hoc facit ſtupor, ſed amor, ſubmittitur enim ſenſus, non amittit. Nec deest dolor ſed ſuſperat, ſed contemnit. Ergo ex petra martyris fortitudo: inde plane potens ad bibendum calicem domini. Hæc Bernardus. Eſt & aliud, quod nõ vulgariter ſclics martyres inter ipſa tormenta animabat, & conſolabatur, ſpes certa futuræ beatitudinis, ad quæ ſe nouerant tãto glorioſius & ſclicius euoluturos, quanto exquitiore pro Chriſto ſupplicia paterent. Et nos dilectiſſimi in his inuictos illos regis æterni athletas imitari debemus, vt inter aduerſos labentis vitæ caſus, tum Chriſti patientis, tum promiſſæ nobis beatitudinis contemplatione animos noſtros confirmemus. Ecce beatos prædicamus, & tota vbique ſancta Eccleſia colit ac veneratur eos, qui pro Chriſti amore paſſi ſunt. Vbique vox laudis, vox congratulationis, vox gratiarum actionis reſonat, lætaque hodie pſallit Eccleſia, inuitans omnes nos ad cantica laudis, & ad commemoranda pijs & iucundis animis martyrum certamina, coronas & victorias. Sanctorum, inquit, in hymno quodam, meritis inclyta gaudia pangamus ſocij, geſtaque fortia. Nã glificat animis p̄mere cãibus victor; genus optimũ. Hi ſunt quos retinens mundus inhorruit: ipſum nõ ſterili flore per aridum ſpreuerunt penitus, teque ſecuti ſunt rex Chriſte bone cœlitus. Hi pro te furias atque ferocia calcarunt hominũ ſæuaque verbera. Ceſſit his lacerata fortiter vngula, nec carpiſit penetralia. Cæduntur gladijs more bidentiũ. Non murmur reſonat, nec quærimonia: ſed corde ta cito, mens bene conſcia, conſeruat patientiam. Quæ vox, quæ poterit lingua retexere, quæ tu martyribus munera præparas? Rubri nam fluido ſanguine, laureis ditantur bene fulgidis. De his fortiffimis martyribus

Fortitudo martyrum inſuperabilis vt ex Chriſti vulneribus & paſſione.

N

Martyres Chriſti quanta celeberrime veneretur Eccleſia catholica.

Bernardus

Leo papa. ribus quodam sermone scribit B. Leo Papa in huc modum: Cum omnium dilectissimi summa virtutum, & totius plenitudo iustitiae, de illo amore nascatur: quod Deus proximusque diligitur: in nullis profecto hic amor sublimius excellere, clariusque fulgere, quam in beatissimis martyribus inuenitur: quod domino nostro Iesu Christo pro omnibus hominibus mortuo, tam propinqui sunt imitatione charitatis, quam similitudine passionis. Et paulo post: Ad erudendum Dei populum, nullorum est utilior forma, quam martyrum. Sit eloquentia facilis ad exhortandum, sit ratio efficax ad suadendum: validiora tamen sunt exempla, quam verba: & plenus est opere docere, quam voce. Haec ille. Ergo charissimi, gaudeamus in domino, & laudes gratiasque illi agamus, quod suis martyribus & robur indidit, ut vincerent, & victores gloriosissime coronauit. Discamus illo

Ex triumphis sanctorum martyrum quid discere que debet ad imitandum

rum exemplis mitissima lenitate ob amore Christi pro nobis in cruce mortui, & futurae gloriae beatitudine aspera quaeque peti, ut & Christo compatiamur morientem, & cum illo semper regnemus in caelis coronati. Impatientiae impetus quoad possumus freno timoris Dei cohibeamus, ne & meritum perdamus quod praestatur aequanimiter patientibus, & poenas aeternas incurramus. Adest omnibus nobis certissimum diuinae gratiae auxilium, & sicut fidelis Deus non patietur nos tentari supra id quod possumus, ita bonae voluntatis studium adhibentibus ipse praesto erit, eripietque ex malis omnibus, & in suum translatus regnum, immensis donabit gaudiis, Iesus Christus, spes & corona pro se certantium, qui cum patre & spiritu sancto uiuit Deus: per omnia secula seculorum, Amen.

1. Cor.

Fideles omnes uideantur uirgo & Dei sponsa

IN FESTO BEATAE AGNETIS VIRGINIS ET martyris Epistola Beati Pauli Apostoli, secunda ad Corinthios decimo & undecimo.

XIII.

1. Cor. II



Ratres, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae: sed & supportate me. Aemulorem uos Dei emulatione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Quomodo in potestate euangelicae praedicationis a Deo accepta, quomodo in domo Dei quis alio sit gloriandum si quis gloriari uelit, docet hic Apostolus, dicens: Qui gloriatur in aliquo dono aut gratia sibi data in eo, cuius est gratia haec aut donum, non in se, a quo, praeter peccatum, nihil habet, gloriatur. Neque enim fieri potest ut is, qui suam gloriam quaerit, in domino gloriatur. Quod enim sibi usurpat, hoc non potest tribuere Deo. Et qui seipsum commendat aut spectabilem cupit reddi in hoc, quod opus Dei facit, puta, docens, praedicans, aut potestate euangelicam a Deo sibi collatam esse ferens, non est probatus, seu iustus habitus coram Deo & prudentibus uiris, sed quem Deus commendat testimonio miraculorum gratiarum sanctae conuersationis. Illi autem commendat, approbat aut dignum iudicat, quem ut donum a se acceptum praedicet,

Gloriosi uerum modus sit.

mittit. Est autem regula laudandi, ut nemo seipsum (quod insipientiae est) laudet, sed laudetur ab alio, sicut scriptum est: Laudet te alienus & non os tuum. Contra hanc tamen, aut aliam similem eiusmodi regulam non agitur, si non iuxta uerba regulae, sed iuxta illius intentionem quid fiat. Quapropter sancti si de seipsis, laudes dicant, aut uideantur estimationis laudisue quid illos sequatur, narrent aut faciant non in suam, sed in Dei hoc gloriam faciunt. Ideo a superbia manent incontaminati. Quamobrem cum Paulus non nihil laudis de se propter Corinthiorum aedificationem instructionemque dicere cogeretur, praemisit: Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae, puta ut me laudem paululum, non propter me, sed propter uos, quod aedificandi estis ex me, idque ad gloriam Dei. Si ergo insipientiae est, ferre quae lo modicum insipientiae, imo supportate me,

Lauda regula uerba sit.

1. Cor. II

tate me. Aemulorem enim uos, id est, casto amore uos diligo, & pro custodia uestrae uirginitatis, non mea nec priuata aliqua affectione, sed Dei emulatione uos diligens. Quod hinc liquet: Despondi enim uos uni uiro Christo iudici, assignare sponsam incognitam. Siquidem fideles omnes charitate conexi sunt uni Christi sponsa, unaque uirgo per fidei sinceram integritatem. Quomodo enim uirginitas corporis, integritas est carnis: ita uirginitas cordis, fides est incorrupta, ac sincera.

EXEGESIS EVANGELII in eodem Festo, Matthaei XXV.

B



Domine noster Iesus Christus, fratres charissimi, ob oculos nostros constituit in hac praesentis Euangelii lectione similitudinem, seu parabolam, qua nos docet nos scire facere hoc ad salutem, ut peccata & mala declinamus, sed hoc quodque necessarium fore, ut iustis bonisque in uideamus operibus. In quibus tamen necdum securi sumus, quis bona nulla, ut sint aeternae uitae meritoria, operari nos possumus, nisi Dei gratia in nobis & nobis cum operante. Possumus enim & opera bona operari sine gratia Dei gratum faciente, quod quidem uirtutum ac bonorum habeant operum speciem, non tamen integritatem ac ueritatem: quemadmodum pomum sepe numero foris iudicatur pulchrum ac bonum, quod tamen intus putridum inuenitur, & uermibus corruptum. Dicit itaque dominus apud Matthaeum:

Simile est regnum caelorum decem uirginibus, quae accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsae.

Praesens Ecclesia in hoc inquit similis est decem uirginibus, quae accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponso. Quemadmodum iam caeperam dicere, ut opera bona uere sint bona quae Deo placeant opus est, uti Dei gratia sint nobis cooperante facta: deinde ut absint quoque omnes

conditio mala, seu circumstantia: postremo, ut intentio Deo placendi ad operandum nos moueat, non priuatus aut mundi amor, necesse est. Alibi peccatoribus minatur, & quae poena illos maneat praedicit: hic uero eos, qui iusta se putant agere, quam caute quamque prudenter haec agere debeant, praemonet dicens. Simile est regnum caelorum decem uirginibus. Cuius enim rei gratia dicit uirginibus? Quare non hominibus parabolam accommodat quibuslibet nisi quia uirginitas praeclearum habet laudis titulum in Ecclesia? Eius namque grande est praeconium, magna dignitas, in gestis in obseruando labor. Veruntamen, si haec omnia uiceris, & uirginitatem continendi quod studium non in Deum retuleris, nihil fecisse te credas. Sed quomodo tu Deum ignorasti, quomodo cuius hoc esset donum, & in cuius obsequium honoremque sacrificandum nesci uisti, ita ipse quodque (ut non multo post sequetur) tamen si uirgo fueris, te ignorat. Quamuis enim uirginitatem deus uel uel uel laudauerit, quibus eunuchos quod propter regnum caelorum praedicauerit, tamquam sublimem uirtutem, puta uirginitatem, pro illius ardua nobilitate non omnibus mandauerit, sed quod potest capere, capiat dixerit, commiseritque fidelium hanc uoluntati: Paulus quodque laudauerit quod uirginitatem, adhortatusque fuerit ad illius obseruantiam, praecceptum tamen neque ex se, neque ex domini iussu praeseruanda illa de derit, propterea quod tantae sit existimationis, ut a paucissimis qui sub gratia, seu sub lege gratiae uiuebant uix recte digneque colipotuerit: non tamen omnino adeo est tuta, nec secura, quoniam sub illius praesessione inueniant, quod a regno excludantur caelorum. Quia igitur res magna sublimisque erat uirginitas, maiorisque in Ecclesia existimationis, ne quis, illa seruata, quasi nullo indigens, in alijs esset negligentior, parabolam non de quibusuis, sed de uirginibus, quarum eminentia maior & praeclearior esset opinio, proposuit dominus. Si enim per oleum, leuitiam conscientiae sinceritatemque sanctae deuotionis intelligimus aut misericordiam (quod uirtus si defuerit non iuuabit uirginitas in Christiano) lampades lumina uult esse, quae manibus gestantur, quibus fides significatur & opera. Omnes enim ad iudicium domini essent accessuri, fidem nostram, nobis cum adferemus, & opera. Sicut scriptura dicit: Omnia enim illorum sequuntur eos. Sed dicit: quod quomodo mali

Opus bonum uisum deo acceptum non est nisi quae necessaria

Virginitas quae per se sit uirtus

Virginitas quae non est necessaria

Matth. 25

1. Cor. 5

C

Oleo quod mystice significatur

Lampades mystice quod insinuerit.

Apo. 19 mali

mali bona adferent opera (dicendum, neminem adeo esse malum, qui non aliqua habeat bona, licet non sint tam bona, ut primo coronentur aeterno. Sunt igitur bona, quibus oleum deest syncerae deuotionis, quia amore studioque placendi Deo, non sunt facta. Haec tamen opera nihilominus lampades sunt, quae manibus gestantur. Itaque acceptis lampadibus suis, hoc est, externis operibus, quae homines hic videre potuerunt, & charitate ardentia putare, exierunt de suis habitaculis obuiam sponso & sponsae. Obuiabimus omnes Christo sponso & sponsae, id est, Ecclesiae triumphanti nos, qui sumus Ecclesia militans: ut congregati simus, vna efficiamur Ecclesia atque sponsa Dei. Aut ut, secundum Augustinum, hoc modo obuiare sponse dicamur, velut oibus in Ecclesia concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filijs congregatis, constet ea, quae dicitur mater.

Quinque autem ex eis erant fatuae, & quinque prudentes. Sed quinque fatuae acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

Fatuitatem hic, pro imprudentia accipimus. Quia fatuae sunt virgines, quae opera & studia sua nescierunt ordinare ad rectum debitumque finem. Hoc modo, quae aeternis terrena praefert, stultus est, ac insipiens. Qui item non ob Dei honorem vitamque aeternam, sed aut propter honores temporales, aut propter laudes humanas bona opera agit, stultus est. Quinque igitur ex istis virginibus erant fatuae utpote, quae acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: hoc est, quae fidei & operibus, neque spiritualem deuotionis laetitiam internam, neque conscientiae sinceritatem coniunxerunt. Quisquis enim laetitiam internam, non habet, quae Deo placet, non habet, ait Augustinus oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: hoc est, testimonium syncerae conscientiae bonum curarunt habere. Siue oleum conscientiae dicat serenitatem sinceritatemque, siue laetitiam spiritualem, qua quis in opere bono gaudet propter Deum, puta quod speret illud Deo placere. Vtrunque

ex charitate oritur, atque emanat: idcirco non perperam quis in oleo intelligere potest charitatem.

Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit exite obuiam ei.

Moram facit dominus veniendo ad iudicium. Et haec ipsa mora, tempus est in termedium ab ascensione sua, usque ad finem mundi, quod interim omnes dormiunt somno mortis in sepulchris: inde ad vltimum domini aduentum resuscitandi. Eam enim ob rem, quae a domino resuscitabimur omnes, magis dormire nos scriptura dicit, quam mori. Media autem nocte, hoc est nullo sciente, inopinato & ex improviso. (Hora enim quam non putatis, inquit filius hominis veniet.) Itaque media nocte, ecce clamor factus est. In voce enim Archangeli & in tuba Dei, descendet filius hominis, cui pater dedit omne iudicium: & tunc qui mortui sunt, resurgent: aut, sicut dicitur hic, qui dormierunt, exhibunt Christo obuiam. Hic enim clamor tunc sonabit. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Perpendite filij, quam tristis erit haec vox multis, quam gaudiofara vero ac iucunda alijs. Qui enim graui pondere erunt delictorum oppressi, quomodo non erit illis haec vox tristitia & luctui: quae vero ad beatitudinem resurgent aeternam, quomodo non ad hanc vocem exultabunt? In memoria enim aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.

Tunc surrexerunt omnes virgines illae, & ornauerunt lampades suas.

Omnes quidem resurgemus in ictu oculi, ad vocem angeli, & in nouissima tuba portantes opera nostra, hoc est, tam merita, quam demerita nostra nobiscum. Ornare igitur lampades, est reassumere opera nostra, atque ad reddendam se ratione parare. Surrexerunt itaque omnes, tam iusti, quam peccatores. Surgent iusti de pulueribus, & tumulis ad recipiendam coronam aeternam: Surgent ab expectatione longa & spe, ad recipiendam veritatem. Surgent quoque reprobi a somno negligentiae. Incipient enim tunc timere, incipient in-

ent instantis periculi timore respiscere, incipiet suam fatuitatem detestari & plangere, Tunc intelliget, quae nihil est, quod vixerit in mundo. Tunc, inquit, incipiet videre & sapere, quoniam illis nihil commodi, sed probris & doloris plurimum adferet. Ornare igitur lampades suas est dispicere opera sua ac iudicare. Tunc enim tam boni quam mali interrogabunt conscientias suas. Boni quidem quae in prudentibus virginibus significant, inuestigabunt in se ne quae appareat coram Deo, quod esset despicibile reprehensibileve, non aliter quam sponsa occurreret sponso super venturo, festinat se componere, ne quod in ea, sponso displiceat. Mali vero, in fatuis virginibus significati, pariter se inuestigabunt, si quod in conscientijs inuenerint suis, quod Deo possent placere. Quo non inuenito, se ipsos accusabunt, & iudicabunt apud se. Filij, ut in modo semperque in vita nos iudicare mus, quomodo tunc nos iudicabimus, in Deum nunquam peccemus. Modo itaque poenitentiae maxima foret utilitas, cum post mortem nihil omnino tunc sit profutura.

Fatuae autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quae lampades nostrae extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis. Ite potius ad vendentes, & emite vobis.

Fatuae virgines, reprobique omnes, cum nihil in suis conscientijs inueniant, quo se aduersus iudicis iram tueri possint, aliena auxilia implorant: sed hoc quoque frustra. Neque enim tunc tempus est quaerendi, aut operandi, aut medicandi: Sed est tempus metendi, mercedemque recipiendi laborum. Date, inquit, nobis de oleo vestro. Succurrite nobis de laetitia conscientiae vestrae, aut de charitate vestra qua lucet & ardet lampades vestrae: quae lampades nostrae extinguunt hoc est, quae fides & opera nostra caritatis lumine charitatis extinguunt. Extinguunt lampades homines, quoniam fides deficit, ac despat. Quae admodum enim quae si bene conscius est magnanimiter ac confidenter agit, ita qui mali sibi conscius est, formidat semper. Mali igitur cum in se fide & opera conspiciunt a lumine gratiae aliena obscuratae eorum spes & conscientia. Ceterum quod fatuae rogant sapientes sibi communicari oleum, innuit, malos optare vndique sibi subuenire praesertim si quae incerti sunt, quod de eis iu-

dicabit dominus: utpote quae ante plationem sententiae verentur danari. Verum quod responderunt sapientes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis. Adeo terribile futurus, inquit, est iudicium, ut nulla sibi conscientia confidat. Si enim stella, non sunt mundi in conspectu eius: Si iustus vix saluabitur, quomodo gloriabitur mundum se habere cor? Quod si nemo de se hoc quod praemittere, quomodo tunc ad excusandum alienum peccatum, potest recurre assistere? Tanta igitur tunc omnium erit timor, ut nemo speret se iustum inueniendum: sed adhuc timeat, ne forte non iustus existat. Dicunt igitur: Nihil est, quod superabundet ex meritis nostris: plura potius deficiet, quam sua liberalissima misericordia Deus adiiciet, quae circa minime haec sufficiet vtrisque. Ite potius ad vendentes, & emite vobis. Ite ad sacerdotes, & poenitentiam agite, praesertimque vestra pauperum misericordijs redimite. Hoc consilium dabat, quod solum dari debuit, si tempus adhuc fuisset miserendi, & si prodesse tunc potuisset. Secundum Augustinum, insultando haec dixerunt. Ite nunc, & videte, quae vos adiuent, quae vobis laudes in vita vendere consueuerunt, & in errore vos mittere, ut coram hominibus non coram Deo praesumeretis gloriari.

Et dum iret emere venit sponsus. Et quae paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: & clausa est ianua.

Non est putandum, quod tunc, quoniam separata anima est a corpore, poenitendi meredive tempus sit. Ideo non refert etiam quod oleum emerint, licet ad emendum iuerint: hoc est, huc, illucque praegrangustia se verterint, tremendae sententiae poenarumque meditationes euasione (quod fiet in morte singulis, quod ad animam: in iudicio vero extremo vniuersis, quod ad corpus & animam) Quoad enim corpori coniuncta est anima, adhuc poenitentiae gratiaque diuina, & misericordiae locus patet, nisi quod rarissime, quod illuc tantisper differunt poenitentiam, vix recte poenitere credendi sunt, propter nimiam perturbationem, angustiam temporis grauem metum exulceratamque conscientiam. Poenitet quidem, sed metu mortis damnationisque non odio peccati. Si enim diutius viuere possent, nihil de pristina vita illis adeo displiceret, ut emendarerent. His igitur ad nuptias cum sponso intrantibus, qui oleum habebant in lampadibus: illis vero qui iuerunt oleum emere euntibus, regni caelorum interim clausa est ianua. Non est in parabola quaerenda per omnia ad veritatem cuius est parabola similitudo. Nam ut di-

Obuiare sponso qd mystice

Augusti.

D

Fatuae virgines q in telligant.

Augusti. Virgines prudentes quae intel ligantur

F In extre mo iudicio quod boni & mali diuersi mode suas exanimabunt con scientias

D

Mora

Domi

quod

tu

Luci

1. The

Joan

Ecce

su

gus

stite

buire

tia erit

Pfal

1. Co

1. The

Laps

omn

mysti

fi

Lapsus ho minis quod mystice ex tinguuntur

Iudicij ex tremi hor ror qntus erit

Iob 15 1. Petr. 4 Prouc. 10

G Timor qm tus est in ex tremo iudicio.

Dan. 6

Augusti.

Poenitere differeres quato pculo se exponant.

In parabola qd potissimum spectandus sit.

xi, pro futuro iudicio nemo ab alio petet merita, aut suffragia: nemo quoque ad comparanda plura merita est abiturus. Siquidem neque precum, neque laborum, aut virtutum quarumendarum tunc erit locus: sed intelligenda est ratio, quare hæc dicat. Hic namque sensus est parabole: quod opera sine charitate facta, non lucent, quandoquidem sola fides, quæ per dilectionem operatur, fulgebunt. Non ergo in huiusmodi lampadibus est oleum. Deinde vult nobis palam esse, post hanc vitam si quis pro auxilio quampiam vellet inuocare, aut si redire ad operandum bona vellet, non ei hoc concedi.

Sen' hu
sus para
bolæ quis
sit præci
piuus

Gal

Nouissime veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, domine, apertis nobis. At ille respondens, ait: Nescio vos.

I

Clausula fuit ianua ingressis his, quæ ad nuptias vocati & electi erant, quæ post nouissimum diem, consummato tempore & cuiuscumque vita, quæ ad Deo unicuique ad bona merenda est concessa, non patebit aditus regni celorum. Idcirco, quod fatuæ virgines, tunc ad ianuam pulsantes, introduci petunt, indicat quiddam, quod malis infernalibus carere vellet & introitu ad beatitudinem peterent: at nemo illis aperuit, sed responsum est illis à domino: Nescio vos. Vocatis me, domine, domine. Quid autem me vocatis domine, domine, quando ea quæ facienda cognoscebatis, renuistis facere? Nescio vos: non vos ut filios agnosco, non ut filios adoptionis habeo. Stat itaque firma immutabilisque Christi sententia: Post clausam ianuam post pactum iudicium, imo post vitam exactam, nulli, nisi in hac vita salutem reparandam.

Lucæ 6
Matt. 7

Nulli post
hanc vitam
sperandam
beati tudinis
nisi qui in
hac vita
salutem
reparaverint.

Lucæ 11
Marc. 13

Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Verbatum Christi post parabolam ad vigilandum nos hortantis. Causam namque vigilandi inducit, dicens: Quia nescitis diem neque horam. Cum ignoretis, inquit, quando dominus vester venturus sit, ideo semper interim vigilate, ut quacumque hora pulsauerit, confestim illis aperiat. Quod nobis largiatur dominus noster Iesus Christus, in secula benedictus, Amen.

SERMO IN EODEM

Festo. De laudibus sanctæ virginitatis, quid eadem sit quæque seruari debeat: quæ

denique vere virgines virtutem debeat.



Ecce sponsus venit exite obviam ei. Matthæi XXV. Virginis sacratissimæ Agnetis festum celebrantes diem, gratias agere debemus Deo charissimi, quod alioqui natura & sexus fragiliter tanto suæ gratiæ firmavit robore, ut penas omnes atque ipsam adeo mortem non solum non timuerit, sed læto, etiam & alacri animo perpessa sit. Donum hoc fuit gratiæ divinæ, quæ mira operatur in electis Dei, quam etsi non omnes æque magnam experimur, tamen si in alijs eam diligimus, atque pro ea Deo laudes gratiasque agimus, nos quoque illius reddimur participes: quoniam quidem charitas quæ singulorum sunt propria, omnibus facit esse communia. Quod propterea libentius vos admonere debui, ut etsi in vobis non omnes virginitatis gloriam, quam in hac virgine veneramur, agnoscat, non propterea fitis abiecti animo, quod vos eam non fitis adepti, sed eo magis accendimini ad laudandum Deum, quæ eam huic dulcissimæ sponsæ suæ contulit, atque eo ipso vos quoque tanti doni participes sitis. Est enim virginitas pura ac intemerata manus haud vulgare potentis Dei, quod paucis contingit: quæ pauci sunt, quæ carnis suæ voluptatibus eluctari velint. Cuius laudes arrectis & licentibus animis audire debent etiam qui illa carent, ut se hoc ipso declarent in alijs amare, quod ipsi minime habeant. Id enim maxime decet Christianos omnes, ut aliorum bonis ex animo congratularentur: & ubicumque Dei gratiam agnoscunt, Deum laudent, & pio mentis affectu sese erigant ad laudandum Deum, ex quo tamquam fonte primario bona quævis in creaturas quasi libet promanant. Ergo dilectissimi promptis quæso animis nos auscultate de virginitatis laude dicendos: de qua ut diceremus, ipsa nos sollemnitas tantæ virginis admonuit. Primo quidem admonendi sunt quotquot virginitatis bonum se se retinere norunt, ut meminerint se thesaurum hunc tanquam in Chrysalinis gestare vasibus, quibus, utpote fragilibus magna est cura adhibenda, ne frangant. Ita sane & ipsis ipsæ sollemnitate nauanda est opera, ne preclara virginitatis rosa vel liliolum in eis corrumpatur arefcatur, effundatur, amittatur, deturpetur, intereat: maxime cum huic virtuti præ cæteris quid-

K

Virginitas
casus
cellis
nisi
Dei

Gravitas
bonitas
rum.

Virginitas
tas quibus
se curat
stodit

Virginitatem amissam non posse recuperari

L

Virgines
quæ suam a
more trahunt
ferre debent
ant
Matt. 22
Lucæ 10

1. Ioan. 4

Anima
amans quod
suo spolio
obviam pro
cedat

Matt. 25

Quidnam
singulariter
amantem
animum
consolatur.

tis quiddam peculiare coniunctum & inditum sit. Humilitas quidem, patientia, charitas, & id genus aliarum virtutes si amittantur recuperari possunt: atqui virginitas semel amissa nulla potest ratione restaurari. Quam obrem studio maiori contentendum eis est, & cautius perspicendum, ut eam seruare possint. Sed est sane quod laborè hunc & sollicitudinem ipsis suavitè & iucundè & potest & debet efficere, quoniam virginitas ob Dei amorem conservata sponsa est, vel sponsam efficit summi ac potentis Dei. Noui equidem animos iuueniles amoris expectes esse non posse: neque id ab eis exigo ut amorè omnè abiciant. Immo vero hortor & admoneo, ut eo cordis sui conferant amorem, ubi amor tutissimus, castissimus, purissimus est, atque ubi honestum, laudabile ac meritorium est amare. Id autem ita fiet, si Deum toto ac integro corde diligant, si illum solum quærant, illum unum concupiscant, illum solum spectent, illi vni adhæreant, illi denique soli placere nitantur. Talis amor securus, beatus & iucundus est. Hoc amore præditæ animæ nihil difficile est valefacere omnibus, quæ in mundo sunt: nec molestum illi est laborè omnè, & quicquid certaminis, quicquid aduersitatis summus atque charissimus illius amicus & sponsus ei euenire permittit perpeti: imo aliam quam vicissim amoris ac fidelitatis declarandæ occasionem sese natam gratulatæ erga illum qui ipsum prior dilexit, etiam non amantem, imo nec eum cognoscètem. Neque etiã eiusmodi anima mortem ipsam grauate vel anxia cum formidine, sed magno cum desiderio excipit, spolioque suo longe dulcissimo cupide pergit obviam certa nimirum spūs sui: & propriæ conscientiæ attestatiōne posse se illi cum amore & desiderio occurrere: atque etiã longe maiori cum fidelitate & charitate ex gratia ab illo se suscipi: neque nescia est non aliud patere ostium, per quod ad suum possit proficisci sponsum, nisi mortis ipsius. Non ergo molestum illi est mori: adeoque maxime eam delectat domini illum sermonem vel auditu, percipere vel mente reuoluere, qui est apud Matthæum: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et reuera quisnam tandem putatis sermonis huius dulcedinem digne possit exprimere, Ecce sponsus venit exite obviam ei: Quid nam oro sentit cor amantis animæ, quid inquam sentit, quod experitur, dum audit. Ecce sponsus venit exite obviam ei: Quid possit spō-

se referri dulcius, quod ab ea iucundius percipi, quod sponsum illius aduētare? Quod tamen de ea dictum sit sponsa, quæ sponsum amet suum, quæ illi fide seruet, quæ ita ut dignum est, sponsi sui aduentum auide ac medullitus suspiret. Nam si secus se habeat, si alium quemlibet ardentius diligat, si erga sponsum infidam se prebuerit, nimirum illi gratum non possit esse nuntium de adueniente sponso: potius metum ac terrorem, quam gaudium illi adferret aduentus sponsi. Fateor quidem, sermonem hunc & nuntium suauissimum cunctis Deum amantibus, Deoque fide seruatis ingeri, maxime tamen ad virgines pertinet quicquidem tota illa parabola vnde hæc verba excerpta sunt, de virginibus alijs quidem prudentibus, alijs autem fatuis agit. Virgines igitur sponsa sunt, ut Apostolus ad Corinthios affirmat. Sponsus vero est dominus Iesus. O precipuam virginitatis præstantiam ac nobilitatem, quæ sponsum habere Dei filium meretur. O preclara virginitas, quæ cum sis integra, nihilominus adeo fecunda es: Fructus quidem non alius te decet, neque partus ullus tibi possible est, nisi quod Deum sine dolore adas. O sancta virginitas, quæ doloris non parvis filios, sed plures fructusque semper mansuros. Tanta est celitudo tua o predicanda virginitas, ut Christus te percipere noluerit, sed tamen commendavit. Non enim tantæ virtutem excellentiæ omnibus imperatam esse voluit, sed ipsi duntaxat, quos ipse ex speciali gratia eo eligeret, quosque libentibus animis eam amplecti vellent. Vnde cum de triplici Eunuchorum genere ageret ita inquit: Sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum celorum. Vbi mox subdit: Qui potest capere, capiat: tanquam diceret. Sublimis valde est, & supernaturalis atque angelica vita in carne degere, & carnis inquinamenta nescire. Vtique adeo id arduum est, ut passim omnibus in commune percipere non auisim: tamen qui potest capere, capiat. Aio igitur, o sancta virginitas, quæ in sacratissimo Christi corpore, in dignissima illius genitrice Maria, & in precursore ac baptista illius Ioanne dedicata es. Quid hic ego commemorare scilicet domini apostolus Ioannem, quem Christus præ cæteris apostolis tanquam virginitatis participem charum habuit, & suæ matri de cruce commendavit? Quid plures alios strenuos Christi milites, sanctos Confessores & Dei amicos recensere, quod postea ad Deum se con-

1. Cor. 7
Sponsum
viri se di
gnè dñs
noster Ie
sus Chri
stus vocari

Virginitas
viri vo
ce se cun
da efficiat

Matth. 19

Virginitas
tem cur
Christus
non prece
pit

Virginitas
in quo
dedicata
fuerit.
Ioan. 13
Ioan. 19

m n se con

se conuerterant aut uirginitatem, aut perpetuam castitatem seruarunt? quando in ipso sexu muliebri tot nobis suppetunt præclara egregiaque uirginæ integritatis exempla, ita ut pleræque durissimos maluerunt cruciatus perpeti, quam uiri contactu impudico scædari? Quod si impurus aliquis Epicuri de grege porcus mihi obijciat (ut solent libidinum mancipia hæretici nostri) præcepisse dominum Noe filijs eius, ut crescerent, & multiplicati, replerent terram (quod utique ad fecunditatem, non celibem vitam pertinet) ille idem attendat uelim alia tunc atque nunc fuisse tempora: atque pro diuersitate & mutatione temporum non eadem, sed diuersa nobis præcepta, & institutiones promulgari. Quis enim non aduertat illis Noe temporibus quibus totus mundus, id est, creaturæ omnes uitæ participes diluuiio interierant, paucissimis, nempe octo hominibus in arca Noe seruatis, merito id præceptum esse à Deo, ut crescerent & multiplicarentur, quando totus orbis mortalibus uacuis erat. Nunc uero hisce extremis temporibus, quibus scriptura ait, securim ad radicem arboris positam esse, id est, quando Mundus prope interitui est & fini proximus, quo etiam spectant illa Apostoli uerba, in quos fines seculorum deuenerunt, idem ipse Apostolus prædicat ac præcipit matrimonio iunctis, ut qui uxorem habent, sint tanquam non habentes. Præterit enim, inquit, figura huius mundi.

Gen. 9

Matt. 3
Luc. 3

1. Cor. 10

1. Cor. 7
N

Ecquid uero dubij habere potest uirginitatis custodia quando Christus ipse, eiusque reuerenda parens, & Sanctus Iohannes atque etiam sanctissimi quique modo in cælis degentes, uirgines permanserunt? Utique si aliud uitæ genus, puta matrimonium aut fecunditas prolium Deo gratius fuisset, id Christus amplexus esset, & suo nobis exemplo commendasset. Ne quis tamen putet in ueteri Testamento minus Deo fuisse gratam uirginitatem (licet non perinde tum culta ac celebrata fuerit) legimus apud Esaiam dominum dicentem: Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tinerint scædus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus, nomē sempiternum dabo eis, quod non peribit. Qui

Virginitatem etiam in ueteri Testamento fuisse Deo gratissimam Esaiæ 56

bus uerbis consolatur Eunuchos ne sint pusillo aut abiecto animo, tanquam qui in prolibus nomen suum ad posteros non transmittant, pollicens illis, quamuis ob celibem uitam nullis relictis prolibus uelut extincti uideantur, æternum sese daturum nomen, multo beatius, fecundius, utilius ac durabilius, quam ex filiorum successione sibi conciliare possint. Helias ipse nonne sub lege uixit? Et quis nesciat raptum illum in paradysum, & nec dum mortis soluisse debitum, cum tamen uirgo permaneret? qua re id licet intelligi, uirginitatem nunquam mori apud Deum. Sed ne multis sanctorum enumerandis exemplis prolixior sim, id uos dilectissimi certum persuasumque habetote, uirginitatem omnibus seculis singulari apud Deum gratia & amicitia flagrasse: tametsi à mundi exordio, & post diluuium homines magis procreandis liberis, & mundo argumentando operam dederint, non qui quidem libidinis causa, aut ob carnis explendas voluptates, sed quod speraret pluri ex suo semine posse Christum nasci, aut certe plurimum gauderent, si quem sui generis superstitem relinquerent, qui Christum corporalibus oculis uideret: uel etiam quando uerus Dei cultus apud solos Iudæos extabat, porro apud alios omnes idololatria uersabatur, quod optarent Dei populum, atque eo ipso Dei cultum magnis augeri incrementis. Atque ita solus posteritatis amor causa illis fuit matrimonium contrahendi. Quænam nec ipsa sane uirginitas infœcunda est, utpote quæ cælo fructus pareat æternum uicturos, sicut ex matrimonio fructus terræ nascuntur. Atqui certum est terræ generationem quandoque finem habituram: sed generatio cælestis perennis est. Siquidem coniugium desinet: at uirginitas perpetuo perseuerat, sicut ipse dominus ait: In cælis neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei. Ex quo id etiam potest esse perspicuum, uirgines castas & intemeratas, non terrenam sed cælestem & angelicam in terris uitam agere. Præter hæc uero ne uigilanter considerandum uenit, uile cum primis atque congruum & cõdecens fuisse ut præclarissimæ, elegantissimæ, gratissimæ, suauissimæ, celsissimæ atque angelicæ uirtutis nempe uirginitatis seruandæ magistra dux atque autor fieret uirgo lōge oim integerrima, dignissima

Reg. 4

Virginitatem omnibus seculis singulari apud Deum gratia & amicitia flagrasse.

Parentes uigilanter ad matrimonium contrahendum

Virginitas uelut speculæ puræ

0

gestra dux sic ac speculum omnium uirginum

Psal. 44

Honore quanto deus affecerit formam uirginis

P Virginitas uoto firmata quanto studio custodienda

Parentes uigilanter ad uirginitatem in suis filiabus

simā atque illustrissimā, Dei genitrix Maria: cur id seruatum fuit priuilegij, ut ipsa tanquam omnium sanctissima, formam ac speciem siue speculum se præberet sacratissimæ ac minimæ uulgaris & inusitate cælestisq; uirtutis, suo ipsam in corpore dedicans, & uoto offerrens Deo. Vnde etiam passim nunc offerunt uirgines Deo, sicut scriptum est, post eam, id est, quæ illius imitentur exemplū. Quæ sane tanquam magistrā suam dignum est uirgines omnes imitandam suscipere: atque magnopere lætari, quod filius Dei non nisi uirginem matrem habere uoluerit: attendere etiam quāto Deus honore affecerit sexum fœmineum præ uirili, quando ex fœmina reuera nasci dignatus est. Neque enim id ulli datum est uero, ut sit aut dicatur uerus Dei pater, namque Christus ex uiri semine genitus non est: Atqui uirgini id re ipsa concessum est & præstitum, ad totius fœminei sexus decus & honorem, ut sit & dicatur uera Dei genitrix, Agnoscant igitur quæ se uirgines esse norunt, tantā Dei benignitatē, & sint gratæ uirginis filio, pudeatque eas ullum aliū uel respicere uirgine, aut ipsam admittere, præter ipsam solum quod tamen maxime curandum est illis, quæ uirginitatis uotum edidit: quibus nulla ratione committendum est, ut uel tenuissimo mentis assensu unquam quicquam uelint, quod animi uel corporis possit integritatem infœcere. Debent etiam parentes summo studio proles educare suas, & ab infantia timoris diuini fræno quodam continere, ut nihil nisi sanctū, nisi castū, nisi pu-

dicū uel oculis, uel auribus hauriant, ut cum ipsis ætatis incrementis magis magisque in omni moda mētis & corporis puritate adolescant: & quod alij magno labore assequi habent, illis tanquam naturale sit ob longam assuetudinem & castissimam educationem. Væ autem atque iterum uæ parētibus illis, qui suis & dictis, & factis plures suas ad turpia puocant illisq; perditissimis exemplis suis autores sunt ad perpetranda mala, quibus deberent esse causa salutis. Atque, ut sermone finem imponamus, id uos dilectissimi summopere oratos uelim, si quempiam ex illis, qui uestræ curæ commisi sunt, siue sint filij aut filia, aut alias sanguine coniuncti, ad uirginitatis custodiam aspirare cernatis, uti ne qua ratione illi à tam sancto proposito auocentur: sed potius bene currenti calcari adhibeatis, ut uestris adhortationibus feruentior efficiatur. Non patiamini unquam prolium uestris maxime dum adhuc in ætate tenera sunt, familiares esse siue famulos, siue ancillas, aut quoslibet alios, qui uerbis aut moribus impudici sint, ne ab illis discant, quod postea uix unquam possint dediscere. Christus Iesus sponsus & corona uirginum omnium nostrum cordibus sanctæ castitatis aspiret amorem, ut pro illius desiderio scædas omnes carnis despiciamus voluptates, tanto copiosioribus olim in cælesti paradiso delicijs perfruituri, cum sanctis omnibus. Quod ipse nobis præstare dignetur, qui cum Deo patre in unitate spiritus sancti uiuit & regnat in secula benedictus, Amen.

Proles ad uirginitatis custodiam ut sint à parentibus iuuanda

IN FESTO SANCTI VINCENTII MARTYRIS

Epistolæ loco Lectio Esaiæ prophetæ Capite quadragesimo quarto

XV



Et dicit dominus creans te Iacob, & formans te Israel. Noli timere, quia redemi te, & uocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego dominus Deus tuus, sanctus Israel saluator tuus. Dedi pro pationem tuam Aegyptum, Aethiopiā & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & m iij dabo

dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum sum, dicit dominus omnipotens.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Magna est scilicet sanctorum martyrum constantia, qua minas & tormenta impiorum pinde ut leue quedam auræ flatu contempserunt, & diuino armati presidio casti timoris, & inuicti amoris Dei picula non attenderunt, non carnicum truces vultus & inmanem crudelitatem, non corporis & membrorum omnium dissipationem: non denique acerbissimam mortis pœnā alicuius pensi habuerunt: sed fidelibus animis in auctore fidei & consummatorē lesum aspicientes, id unum curarunt, ut per illius honore nullos subterfugerēt cruciatus, nulla sibi putarent tormenta declinanda, quæ priorē causa salutis suæ scirent tāta ptulisse, quāta mēs nulla quæat capere. Atque ut in duris corporis afflictionibus essent patientes, ac mitissima lenitate furentem hostium tyrannidē eliderēt, non dubium est, quoniam sacrorum voluminum sententiis sese animarint, quales certe plurimæ sunt in utroque Testamento: cuiusmodi etiam haud vulgares habet isthæc p̄sens Esaiæ lectio, qua dñs martyrem suum confortans, ita eū alloquit: Hęc dicit dñs rex omnipotens, cuius nutu cuncta disponunt, creas te Iacob vitiorum supplantatorē, & formans te Israel Dei contemplatorem, quales fuerunt sancti martyres, qui usque adeo in se vitia passim presserunt, ut maluerint vitam amittere, quam vel in vllum consentire peccatum: & Deum per fidem hic contemplati sunt, sicut Apostolus ait, per speculum in ænigmate. Atque recte utroque hoc nomine Christi martyr appellatur nempe Iacob & Israel, quando quidem non potest esse idoneus martyr Christi, qui nesciat dominari vitijs, & Deum per fidem vel vtrumque contemplari. Quomodo enim pro Christo mori poterit, quod vitijs subiacet, & Deum ignorat? Tali ergo dicit dominus: Noli timere hominum minas, pœnas, corporis dolores momentaneos. Fidelis sum, non poterō sustinere, ut ultra vires affligaris quia redemi te, non corruptibilibus auro vel argento sed p̄tioso sanguine meo & vocavi te nomine tuo, quod ex omni æternitate scriptum habui in libro vitæ. Nouit enim dñs quod sunt eius. Ita dixit & Moy si, Nouite ex nomine. Impios autē nescit,

quia eos tanquā spurios a sua hæreditate p̄sus excludit vel nec vitiquā illorū, meminisse dignatur: dicitque illis in extremo die, Amē dico vobis, nescio vos. Suis autē dicit, Meus estis non solū creatiōe, & redēptione, sed etiam voluntatis omnimoda cōsensione, & æterna prædestinatione. Nihil ergo timeas, quia cum sis meus, non poterō non tui curā agere. Insurgant licet creaturæ omnes aduersum te, tamen quia meus es, quod tibi officere poterunt: Cum transieris per aquas temporalium afflictionum, & multimodorum perpeffionum, vexationum, tentationū, tecū ero, te corroborās, & flumina insudant tui malorū non operiet neque obruet te mea virtute munitū. Impugnaberis quidem sed non expugnaberis: senties acres tēstationes foris & intus, sed non cōsenties meę gratiæ p̄sidio vallatus. Cum ambulaueris in igne feruentiū persecutionū, accerrimarum impugnationū & angustiarū, non cōbureris, nec aliquid senties detrimenti sicut nec tres illi pueri in camino ardētī: & flāma vitiorū non ardebit in te, sed potius ignis amoris mei, qui facile oīa te supare faciet & cūctis hostibus & tēstationibus efficiet superiorē. Sed & ipso corporeo igni si traditus fueris, non cōbureris, si id tuę & aliorū salutis p̄desse poterit. Ita multi martyres etiam flāmas illæ si euaserūt. Et quod mirū, si id p̄bet dñs martyribus suis, quoniam etiam bruta animantia quodā in igni viuere dicūt: Quia ego dñs Deus tuus scilicet Israel, Israelis. i. electorū oīm sanctificator, tuusque saluator, dedi p̄p̄tiationē tuā Aegyptū, Aethyopiā, & Saba p̄ te: quoniam quidē tuo exēplo, tua cōstātia, tua insupabili & inuicta charitate multi peccatorū tenebris & erroribus implicati, qui per has gētes significāt, ad me cōuertent, neque p̄p̄tū habebūt idque totū in te redūdabit, eritque in augmentū gloriæ ac meritoꝝ tuorū. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & iudicio meo ob præclarissima merita tua, & gloriosus ob indeniētā p̄seuerantiā, quæ sola coronat. ego dilexi te, amore gratuito & immēso. Et dabo hoīes p̄ te, & populos p̄ aīa tua, ita ut quis crudeles tyrāni ob fidē meā tepenitus extinguere, & memoriā tuā p̄sus oīm delere molīat, non solū tñ id non possint, sed etiam velint nolint videre

Matth. 7
Matth. 11

Lucæ 22

Matth. 16

B

Dia. 1

Aegyptia
Aethyopia, & Saba
quæ quæ
sunt in
gentes.

Matth. 10

Feb. 12

Martyres sancti ut vitam maluerint amittere quam peccatum consentire
1. Cor. 13
Martyres ut mystice vocentur Iacob & Israel.

1. Pet. 1

Phil. 4

1. Cor. 1
Exod. 17

dere cogatur plurimos per te venire ad agnitionem & confessionem nominis mei, & pro te vno multos exurgere, qui meam fidē amplectantur. Noli ergo timere, quoniam ego tecum sum, paratus prestare tibi virtutē & sapientiam cui non possint resistere omnes aduersarii tui. Itaque mea ope fretus noli timere. Non tu tuis pugnabis viribus, sed meis. Caro quidem infirma est, hostes multi & crudeles valde: sed noli timere, quoniam ego tecum sum: tantum cura, ut & tu ipse mecum sis, gratiam meam non repellendo, sed ea digne vtendo. O verbum consolatorium, quod merito attendere debeant omnes qui afflictionibus premuntur, ut certissima Dei sui præsentia & adiutorio erecti, spe bona perseuerent in bono.

EXEGESIS EVANGELII huius Festi. Lucæ nono.

C



Natura hominis in primis parentibus, tanquam in sua radice vitiosa, semper in malum peluis est, adeo ut, nisi diuina gratia retrahatur, nihil sit tam nefarium, tam execrabile, quod non facile perpetratura sit. Itaque semper acriter decertandum nobis est contra nos ipsos, quia hostem domestici. unum quotidie circumferimus, nempe carnem nostram: & multa sane vigilantia ac sollicitudine vtendum, ne qua ex parte vincantur. Non est quod pollicearis tibi o homo Christiane requie, & iucundos dies in hoc exilio. Vt vobis, ait Christus, qui ridetis, quia plorabitis & flebitis. Totus corruptus es ac deprauatus, non licet tibi obtemperare desiderijs carnis tuæ, quæ militant aduersus animam tuam. Laborandum est iugiter, & multa adhibenda industria, ut profligatis vitis, possis ad veram reformari innocetiam. Noli inaniter iactitare Christum pro te satisfecisse. Proderit tibi illius satisfactio, si monitis eius morem gesseris. Vis scire, quod à te exigat? Audi vel præsens Euangelium.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Lucæ 6

1. Petri 2

Matth. 7
Lucæ 6

Hierem. 7

Abnegare seipsum quod nam sit.

Roman. 8
Coloss. 3

Crucē tollere quotidie quod sit.

Crucē ferre quā sit necessarium saluando.

Matth. 23

Seq Christum quid sit.

Ioan. 15. 8. & 10

D Voluntatis proprie abnegatio q̄ sit omni Christiano necessaria. Galat. 1

Mar. 9

tes, non sequeris Christum, qui nō quæ sit gloria suā, sed patris. Ergo omni Christiano id necessario incūbit, vt in omni bus, quæ Dei & Ecclesię p̄ceptis repugnāt, & quæ ad salutem exiguntur, sese abneget, frangatq; voluntatem suā, & tollat crucem p̄nitentię, atq; Christum per arctam salutis viam sequatur. Hęc est totius Euāgelij summa. Quisquis aliud docet, nō habet Christi spiritū, sed est Antichristus, & ob hoc ipsum haud aliter, q̄ cacodæmō respu endus. Sed difficile est naturam in vitia pro cliuē edomare, difficile est carere voluptati bus, difficile est Christum sequi. Verum id est: sed credenti omnia sunt possibilīa, & amanti nihil est difficile. Non vult Deus vt nostris hęc præstemus viribus, sed suā nobis opem pollicetur. Tantum non desit conatus noster, & gratia nullo negotio perficiet, quod nobis esset impossibilē. Difficile est aurum cæteraque metalla e terræ visceribus elicere, difficile est mille subire vitę discrimina pro distrahendis siue comparandis mercibus: denique nihil ferme est in rebus humanis, quod non habeat quandam adiunctam difficultatem: & tamen nemo est qui non difficultatem contemnat, vbi se sperat lucri quippiam reportaturum: sic que fit, vt qd̄ in seipso difficile videtur, fiat ex Dei gratia & amore facillimum.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illā. Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.

Hęc sententia damnatur studia hominū sese amantium, qui aspera quæq; fugiunt, atq; in delitijs corpora sua paulopost in putredinem abitura sollicitè cautiunt, & quasi ad hoc nati simus, vt hic temper vi uamus, omnia sibi præsentis vitę comoda & oblectamēta adhibent: nihil vnquam perpeti volentes. Ieiunia, orationes, vigilias, vitę quādam seueritatem, solitudinem, silentiū, corporis castigationes velut mortem ipsam fugiunt: contra vero quicquid potest esse voluptati, & consolationi maxime expetunt & amplectuntur. Sed audiant tales, quid dominus dicat. Qui voluerit animam suam saluam facere, id est, indulgere affectibus suis, & secundum carnē viuere, perdet animā suam, & flammis nunquam extinguendis reddet obnoxia. Qui

Galat. 1

vero perdidit exiguo hoc vitæ momen taneæ spacio animam suā, oblectando prauis illius desiderijs, & diuinæ legi obtemperando, saluam faciet illam in vitam æternam. Eligat nunc quisq; quod volet. Aut hic breui tempore cum Christo & electis omnibus abstineat à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, & seminet in lachrymis, vt postea cum gaudio metat: aut hic molliter & delicate viuat cū impijs, & reprobis omnibus, vt postea sine fine tormentis ineffabilibus excrucietur. Vix enim cuiquam contingere potest, vt hic floreat & gaudeat in hoc mundo, & postea cœlestibus gaudijs perfruatur. Vtinā hęc domini verba attēderet Euangelici nostri, nō sic habenas laxarent vitijs suis. Verum, nouit dominus qui sunt eius. Habeāt qui volunt temporarias voluptates: qui autem Deum timent, prospera mundi despiciant, & in lachrymis mutant semina bonarum actionum, iugeant sua & mundi peccata, mollitiem omnem aspernentur, & cū Christo moriantur in cruce.

Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?

Cōmunis est hic hoīm error, vt tum demū felices se arbitrentur si illis oīa ex sententia eueniāt, si ad magnos honores & dignitates prouehant, si floreat in hoc mūdo, si affluant bonis huius vitę: nec volunt æquo perpendere iudicio, quam multa his aduēta sint animę pericula: q̄ multi in his misere pereant, q̄ deniq; difficile, ne dicam impossibile, sit fortunę simul & gratiæ donis abūdere. Et tñ si vel oīa vnus aliquis mūdi huius bona obtineat, qd̄ prodest, si cum suæ animæ iactura id fiat: it sapius, vt quidam infimæ conditionis, aut certe nō multum fortunati, paulatim iucundos quosdā fortunæ flatus experiantur, & ex abiectis si ant gratiosi ac sublimes. Iñ iā se felices putant: cæteris item prædicantur. Interim quantum illis accedit temporarię prosperitatis, tanto etiam ipsi sibi plus indulgent, & quasi diuinæ sit gratiæ argumentum affluere bonis & voluptatibus tēporalibus, totos sese quieti & oblectamenti tradūt. Rident, comessantur, potant, exultant, & vitam, vt ipsi putāt, suauissimam transigūt. Sed

Anima

E

Petr

Plat

Greg

1. Tim

Felicitas

Quam ho die viuatur periculum solissimè.

F

Rom. 10

Sed non est hoc abnegare seipsum, & tollere crucē suam, & sequi dñm Iesum, & perdere animā suā. Si sic semper victuri essemus, possent tales felices dici. At nunc infelices merito censendi sunt: quia exilium pro patria amplectuntur: & cum sint in carcere terribi inter hostes inexpiabili odio ipsos prosequentes cōstituti, ita securi & hilares sunt, tanquam nullum impendat periculum. Verum si vel totum lucretur mundū, quid illis proderit, cum seipsum perdant suis obsequendo voluptatibus, & Christum contemnendo? Olim quidem sub persecutione impiorum, qui Christianos affligebāt, quibusdam magna proponebantur præmia, si à Christo deficerent: puta honores, delitię, dignitates, diuitię, largissimę possessiones, quibus nonnulli delinuiti, cōsentiebant impijs: & felices quidem eos iudicauit mundus: sed quid illis profuit momentanea prosperitas, qui animas suas æternæ damnationi obnoxias reddiderunt? Felicissimi sane fuissent, si spretis vanis pollicitationibus, Deo ac dño suo adhęsissent. At illi mala cupidine irretiti, Christum recundabantur confiteri, & falsa Deorum simulachra adorabant. Sed quo tādē fructus? Audiamus infallibilis iudicis sententiā.

Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc & filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.

Non satis est semper corde credere, sed etiam ore oportet cōfiteri, vbi id exigat aut honor Dei, aut vtilitas & salus proximi. Quod si tum aliquis vel hominum fauore delinitus, vel terroribus fractus malit à Christo deficere & eius fidē negare, quam ingenue confiteri ac prædicare, is est magnus acquirat luera temporaria, tamen miserimus est, quia Deum perdidit, & animam suam æternis ignibus addidit. Atque vbi extremus venerit iudicij dies, Christus Iesus illum coram omnibus creaturis & ipso cœlesti patre suo confundet, & summa cum ignominia tanquam alienum & apostatam à se repellet. Possunt autem hęc domini verba etiam ad illos referri, qui ne derideantur, aut illudant ac vexentur ab improbis, sæpenumero cōtra conscientia suā in res illicitas cōsentiant, & dū volūt hoī-

bus placere, aut ipsē displicere timent, à iustitia deflectūt, & peccant in Deū suū. Qui sane hoc ipso stultissime agūt: & iusto Dei iudicio sepe accidit, vt hoībus, quibus se in malo cōformare student, magis displiceāt, prorsusq; derisui & contemptui sint. Sed et si ea re magnā sibi hoīm comparare queant gratiā, semper tamē p̄ferendus est Deus, & ob nullius, vel amorem, vel odiū, quicquā iniquum admittendū est. Alioq; si propter hoīes velimus Deū postponere, ipse itidē in iudicio suos inter suos minime agnoscet. Verum vt id hoībus persuadeatur, difficillimum fuerit. Innumera est multitudo eorū, qui ne hoīm vexatiōibus infestarent, relicta iustitia, ad diaboli & impietatis castra se transfulerūt, & paucissimos hodie reperias licet, q̄ nō libenter Deū offendāt potius, q̄ ab hoībus irrideantur, aut hominū odio laborēt. Qui autē Deū ex animo diligunt, ne utiquā quicq; agunt cōtra iustitiam, etiam si sibi inimicos capiendos esse sciant mortales oēs: nec putant sibi cuiusq; vel ambiēdam esse gratiam, vel odium formidandum cum pietatis iactura ac detrimento. Semper ante oculos obuertant suos diem illū extremę seueritatis, q̄ dñs venturus est in maiestate sua, & patris, & angelorū, & vt illius tunc mereantur gratia per sui, & iram subterfugere, iam libenter humanam oēm, quatenus Deo & iustitię inimicus est, cōtemnuunt fauorē, & malunt apud oēs inexpiabili laborare odio, q̄ à Deo & iustitia discedere. Sed ne tā arduis propositis præceptis, infirmorum animi discipulorum frangerentur, desperarentq; Christi fidem vnquam posse increfcere & perseuerare, iam dominus sententiam subiūgit consolationis plenam, ita dicens:

Dico autem vobis vere: Sūt aliqui hic stantes, q̄ non gustabūt mortē, donec videant regnum Dei.

Passuri quidem estis plurima p̄pter nomen meū, & totus in vos mūdus insurget, omnis dæmonum turba debacchabitur, sed tamen omnis eorum conatus meae virtute & sapientia sic elidetur, vt etiam quidam ex vobis vsq; cōvicturi sint, vt Ecclesiam meam videant mirifice augmentam, atq; lōge lateq; propagatā: nec solum non extingui posse fidem meam, & Euāgelium impiorum persecutione, sed etiam maiorē

Placere hoībus suā dñs quæ retributio sequitur.

In eos quib; ne hominibus displicent, Deum offendunt.

Matth. 23

Matth. 17

Ecclesia q
bus modis
olim cre
uerit.

maioribus inde incrementis augetur. Quamquam possunt etiam hec de Petro & Iacobo & Ioanne accipi, qui Christi gloriam in monte Thabor conspexere. Et vera quidem hanc fuisse domini pollicitationem, ex sacris literis perspicue declaratur. Creuit enim mirum in modum Ecclesia, adhuc apostolis uiuentibus; & licet persecutionibus laboraret, tamen quia nihil potest Dei consilium & voluntatem impedire, nulla inde detrimenta sustinuit, sed gloriosius est sublimata. Vanus est enim & inutilis, siue hominum, siue demonum conatus aduersus Deum, qui sua virtute facile premit & eneruat vires omnium ipsi repugnantium: siquidem omnipotens est. Qua ex re magna nobis prestatur consolatio, ut sicut certi sumus Ecclesiam nullis persecutionibus potuisse extingui, sed magis magisque profecisse: ita & nos domini adiutorio communiti speremus ex hominum ac malorum spirituum impugnationibus non solum nihil accepturos incommodi, sed etiam, modo velimus, maiorem gratiam & gloria augmenta capturos.

SERMO IN EODEM Festo. De tolerandis afflictionibus: & de earundem multiplici utilitate.

H



Er multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Actum XIII. Charissimi fratres in omnibus vitis sancto rum, imo & in vita sancti sanctorum domini nostri Iesu Christi legitur, quanta aduersa, quantas tribulationes & infirmitates, quantas denique persecutiones sustinuerunt, ita ut de nullo sentiendum sit, quod ad vitam aeternam peruenerit sine tribulatione: quia via tribulationis est sola & vnica via, quae ducit ad vitam: quam instituit & ambulauit dominus noster Iesus Christus, & princeps omnibus militibus suis ostendit, sicut principes militiae. Vnde etiam quando sancta mater Ecclesia aliquem vult sanctorum cathalogo ascribere examinat vitam eius, & interrogat praecipue de patientia, vtrum & quomodo sustinuerit tribulationes & labores huius vitae: quia per certissimo habet secundum Apostolum, quod nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Porro, cum videamus quod mali homines ut plurimum prosperant in hoc mun-

Sanctoy
cathalogo
que adscri
bantur
sancti.

s. Tim. 2

do, sancti vero multas sustinent tentationes & pressuras, possumus non inconuenienter causam huius perquirere. Licet enim non dubitemus quin iudicia Dei sint iusta & vera, quamuis nobis occulta, tamen possemus interrogare & admirari cum sancto Hieremia, qui cum Deo disputans, dicit: Quare via impiorum prosperatur & bene est omnibus qui prauaricantur, & male agunt. Plantasti eos, & radicemiserunt: producunt & faciunt fructum, scilicet in temporalibus bonis. Prope es tu ori eorum (scilicet ut exaudias eos, quicquid pro temporalibus te petunt) & longe a corde eorum, scilicet quia non contristas eos, & non punis. Et tamen contra S. apostolus tuus Paulus dicit: Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur. Et tumet dicit in Apocalypsi: Ego quos amo, arguo, & castigo. Refera nobis domine mirabilia iudiciorum tuorum: secretum. Nam eos qui te diligunt affligis, & qui te odiunt foues, & concedis eis prospera. Charissimi fratres, licet dominus noster & omnipotens Deus sit erga nos, ut misericordissimus pater, est tamen etiam verax & iustus, & ita exhibet misericordiam, quod tamen non declinat a iustitia. Sicut ergo ad bonitatem eius spectat, ut nullum bonum maneat irremuneratum: ita ad iustitiam eius pertinet, ut nullum malum maneat impunitum. Constat autem quod nemo ita bonus & iustus est in hac vita, qui non habeat aliqua etiam mala, saltem parua: teste Ioanne in epistola sua: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Sic iterum nemo ita malus est in hac vita, qui non faciat etiam aliqua bona, licet modica & insufficientia ad futuram beatitudinem. Quomodo insufficientia? Quia sine charitate, vel extra charitatem sunt facta. Aut si in charitate aliqua facta sunt, non tamen in charitate permanserunt: & ideo caruerunt praemio infinito. Fructus enim boni operis (secundum Gregorium) perseuerantia est. Ne tamen illa licet parua irremunerata maneat, dat Deus talibus hominibus temporalem mercedem, scilicet bona temporalia, honores, fortitudinem & sanitatem corporis, gratiam & fauorem coram hominibus, bonam fortunam & prosperitatem in agendis, & similia: peccata autem illorum referuntur in futurum punienda: quia non sunt digni, ut hic corripiantur a domino. Hic potest se quisque considerare cuiuscumque

Hierem.

Bernard.

Apost.

Phil.

1. Th.

1. Th.

Gregor.
Fructus
ni operis
quintus

Bona
malis
minis
quod
recom

Gregori.

Seneca.

Augustin.

Bernard.

Ambros.

que sit status, & timere si prospera sibi ueniant, ne forte sibi retribuatur in praesenti: quia, ut dicit beatus Gregorius. Continuus successus temporalium, est certum futurae calamitatis inditium. Seneca quoque licet gentilis esset, dixit: Nihil infelicius eo, cui nunquam accidit aliquid aduersi: male enim de eo iudicauerunt dii. Et sanctus Augustinus, inquit, nullam plagam maiorem esse a Deo, quam quando Deus non defendit hominem a peccato. Et hoc fit quando non corrigit hominem, sed finit cum agere secundum desideria cordis sui, donec veniat tempus, quando completa est iniquitas illius. Tunc enim sustinebit horrendum iudicium. De talibus ponit comparisonem sanctus Bernardus, inquit: Qui in delictis mundi transit huius vitae curriculum, similis est latroni, qui per florida prata trahitur ad suspendium. Vterque enim transit per delectabilia, sed finis malus est. Exemplum habetis in vita sancti Ambrosii, qui quum Romam pergeret, & ad quandam hospitem magnae potentiae & temporalis felicitatis diuertisset, interrogauit de statu suo. Qui respondit: Domine, satis bonus fuit semper felix & gloriosus meus status. Ecce enim diuitijs infinitis abundo, seruos & famulas quam plures habeo, copiosam turbam filiorum & nepotum possideo, & omnia semper ad vota habui, nec vnquam mihi aliquid aduersi accidit, vel quod contristaret aduenit. Quod audiens sanctus Ambrosius, vehementer obstupuit, & his qui cum eo erant in comitatu, dixit: Surgite, & hinc qua totius fugiamus, quia dominus non est in loco isto. Quum ergo fugerent, & aliquantulum processissent, subito terra se aperuit, & illum hominem cum omnibus quae ad illum pertinebant, ita absorbit, ut nullum inde vestigium remaneret. Quod cernens sanctissimus episcopus Ambrosius, dixit: Ecce fratres quam misericorditer dominus parcat, quum hic aduersa tribuit: & quam seuerè irascitur, quum semper prospera largitur. Et hoc est dictum de malis, cur prospere habeant in hac vita, & Deus dissimulat peccata eorum, id est, ita se gerat, quasi non videret: sed in fine apparebit bene, quando retribuetur eis, tunc gaudium peccatorum vertetur in perpetuum merorem. Sice contrario iusti & boni homines non possunt viuere sine paruis pec-

catis, ut scilicet nunquam peccent: quia licet possimus a singulis abstinere, scilicet ab illo vel illo, &c. sed non ab omnibus. Sicut enim nullus est cibus, a quo homo non possit abstinere & viuere: quia si non comedit hoc, tunc comedit aliud: sed non potest abstinere ab omni, scilicet ut nihil comedat. Sic boni homines possunt abstinere a quocunque peccato seorsum considerato, sed non ab omni: quia si cauet ab vno, tunc cadunt in aliud: & quando pugnant aut defendunt se contra vnā malam cogitationem vel affectionem, interim subintrat alia. Et hoc est dictum de paruis venialibus, quia de mortalibus peccatis per gratiam Dei potest quis abstinere ab omnibus & singulis. Haec igitur peccata quamuis parua sint ex suo genere, non tamen dimittuntur impunita: aut si magna fuerint ut mortalia & per contritionem & confessionem sunt dimissa quantum ad culpam, sed non ex toto dimittuntur quantum ad poenam: sed oportet, ut satisfiat, vel hic, vel in futuro. Cum ergo sacerdos nimis paruam imponit poenitentiam multam, & nos etiam nihil adijcimus, tunc Deus vel diuina iustitia supplet quicquid non est purgatum & limatum: quia non possumus intrare in regnum caelorum, nisi simus purgati, limati & mundati ab omni macula peccati, ita ut simus puriores ac clariores sole. Et haec est singularis gratia, quam dat Deus dilectis suis amicis, quod purgat eos in praesenti, & non in futuro: quia illa futura poena in purgatorio est nimis acerba & ineffabiliter molesta ac aspera: & homo quoadiu est adhuc in foro misericordiae, & in statu merendi, potest cum vno vero cordis gemitu, aut confessione peccatorum tamen delere, quantum aliqua anima post mortem multis diebus aut annis in purgatorio, quia est iam in iudicio iustitiae, ubi oportet solui omnia, usque ad minimum quadrante, vel punctum, sine dimissione. Et etiam alia causa est: quia quicquid homo facit vel patitur in hac vita pro peccatis suis, est voluntarium & multum delet: sed post hanc vitam est inuoluntarium & coactiuum. Ut vero sancti recipiant purgationem pro peccatis paruis, & reprobis remunerationem, sit nobis exempli loco parabola, quam dominus posuit in Euangelio de diuite epulone, & paupere Lazaro. Dicatis mihi nunc, quomodo videbatur Lazarus iacens in platea, & tam pauper, quod nec haberet de micis, quae cadebant de mensa diuitis, & quod ca-

Neminem
posse viue
re sine oī
peccatis
telligendū.

K
Electi
sunt peccati
quos Deus
hic puniat

Matth. 5

Luc. 16

nes lingebant eum, quis tunc cogitasset, quod tam magnus esset amicus Dei? quis veneratus fuisset eum tamquam futurum ciuem cœli? Quis quæso putasset nobilem ibi latere margaritam, id est, tam preciosam animam in sacco putrido corporis viceribus pleni? Rursus quando diues processit in publicum cum ingenti pompa ac fastu, quis illum delitijs & honoribus plenum contempsisset, tanquam inimicum Dei, & socium dæmoniorum futurum? In fine tamen patuit Deum aliter atq; homines iudicare, sicuti scriptum est: Mortuus est Lazarus, & portatus ab angelis in sinu Abrahæ. Ecce quantus honor sit pauperi, & despecto Lazaro. Notate, quia ciuis est cœli. Quid ei iam nocet contemptus? Mortuus est aut & diues, ac sepultus in inferno. Ecce quanta desolatio & miseria. Vbi sunt nunc honores, vbi epulæ delicatæ, vbi tenera & preciosa vestimenta, vel cætera pompæ? Ecce quando vterque fuit in vita, quis non potius optasset diuitias diuitis, quam mendicitatem & infirmitatem Lazari? Sed tunc quando iudicatum est de vtroque, quis non magis commendat pauperitatem Lazari, quam velit cum diuite esse? Quid fuit illi dictum posteaquam petiuit guttâ aquæ sibi porrigi à Lazaro, quem despecterat in vita, quomodo fuit ei respõsum: Recordare quia bona recepisti in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc vero hic consolatur, tu autem cruciaris. Ex qui bus verbis innuitur, quod diues ille etiam pauca bona fecerat, pro quibus in hac vita fuit remuneratus: & similiter Lazarus aliqua parua peccata habuit, quorum purgationem recepit in hac vita. Sed tamen quantum dilectus fuerit Deo etiam inter flagella sacra scriptura monstrat, cum scriptum sit: Erat diues quidam, &c. postea subiungit: Mendicus quidam nomine Lazarus. Certe apud nos solent magis sciri & scribi nomina diuitum quam pauperum. Quis enim illum & illum diuitem non sciatis? sed quis de illo vel illo paupere interrogat? Si transit diues interrogatur: sed pauper nec respicitur. Quare ergo Christus in Euangelio non nominat diuitem, sed mendici describit vocabulum, nisi quia illum nouit ex nomine, cuius vitam nouit ex approbatione? Propterea dicit reprobis in iudicio: Discedite a me operarii iniquitatis, quia non noui vos. Quid est, non noui vos?

Id est, non accepto vos, non approbo vos, non volo vos: quia in vita nullam notitiam vel familiaritatem contraxistis mecum, non fuistis me alloquuti, sed pactum fecistis cum mundo, & consilium cum diabolo. Ex his iam dictis intelligitis illam causam, quare sancti multa patiantur & premantur in hac vita: Primo, scilicet ratione culpæ delendæ, & suæ purgationis. Secundo, ratione suæ coronationis, & gloriosæ remunerationis, siue maioris gloriæ promerendæ: quia sicut prius dixi secundum Apostolum, Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et ideo quos Deus altius vult coronare in cælo, illos tolet hic diutius & acrius limare & premere in tribulationibus: sicut metallum. quanto magis & diutius atteritur & limatur, tanto amplius splendet. Quum autem nemo (sicut dicit Augustinus) possit coronari, nisi qui vicerit, & nemo queat vincere, nisi qui certauerit, nec certare valeat, nisi qui habuerit tentationes & tribulationes, ergo hinc consequens fit, quod nemo coronabitur, nisi qui habeat tentationes & tribulationes. Certamen vero nostrum, quo pugnamus, est patientia, qua vincamus nosmetipsos. Vnde dicit Hieronymus: Non nisi per patientiam impletur quod dicitur: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: quia secundum Gregorium, ad sublime præmium non peruenitur, nisi per magnos labores. Et sanctus Hieronymus, impossibile est, inquit, vt quis presentibus fruatur bonis & futuris, vt transeat à delitijs ad delicias. Et diuus Gregorius ait: Non potestis hic gaudere cum seculo, & postea regnare cum Christo. Et diuus Paulus ait: Si compatimur, & conregnabimus. Latro qui Christo socius fuit in passione, fuit: & ipsi eodem die socius indiuiduus in paradisi consolatione. Dominus Iesus non habet duos cœlos, scilicet hic & in futuro: alias iniuriam fecisset sanctis martyribus, cæterisque sanctis omnibus, qui dilexerunt eum, si si que placuerunt: qui omnes, sancta Iudith attestante, per multas tribulationes transierunt fideles. Oportet nos semper considerare, quod hæc via despectionis & tribulationis est via & porta ad regnum cœlorum, per quam ipse Christus dominus ingressus est, & omnes qui volunt eum sequi, oportet eadem via ingredi. Quid quæso scriptum

Lucæ 16

Nomē La-
zarī cur
Euangeli-
um expri-
munt, & e-
pulum ta-
cet.

Matth. 23
Lucæ 16

Eliezer
De arboribus
ob cau-
ditatis

1. Tim.

Augustin.

Coronati
remittunt
culpa, nisi
fuerint tribu-
lationum
terris.
Hieron.
2. arbor.

Gregori.

Hieron.

Gregori.

Rom. 1
Lucæ 16

Iudith

M

Tribu-
tionem
portant
regnum
cœlorum

ptum est de Christo, qui fuit sine peccato? Oportebat Christum pati, &c. Licet Christus etiam si non esset passus, nihilominus intrasset in gloriam suam: tamen decebat vt non potestate, sed merito acciperet sui corporis glorificationem, in hoc quod faceret gratissimum & acceptissimū opus Deo, moriendo pro salute omnium. Super ista verba dicit sanctus Bernardus: Si oportuit Christum pati, & ita intrare in regnum suum, quomodo nos miseri intrabimus in regnum non nostrum, nisi prius patiamur? Et sanctus Gregorius, Si ipse hinc sine flagello (inquit) non exit, qui sine peccato venit, quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato venerunt? Sed inter hæc considerandum est, quod ipse Gregorius dicit: Quid illic sunt passuri quos Deus reprobat, si hic sic cruciat quos amat? aut quomodo ferientur, qui in iudicio arguendi sunt, si sic eorum vita premitur, qui ipso iudice teste, laudantur? Tertio, sancti tribulantur in hac vita ratione suæ utilitatis. Sunt autem multæ utilitates tribulationum. Prima, quia mollit cor obstinatum in malo. Sūt enim multi homines viuētes in peccatis, & quia viuunt in delitijs, prosperitatibus & commodis corporis secundum propriam voluntatē, ideo sic obdurantur in peccatis, vt non possint ea abijcere: & quandiu nihil sentiunt aduersi, putant se impune semper acturos omnia, & nihil cogitant de futura retributione. Sed tamen dominus etiam inexhaustum misericordiæ suæ fontem permittit interdū fluere ad tales, subtrahendo eis prosperitates temporales, & sanitates, & honores, & cætera quæ sunt eis occasio peccati: ita vt ad talem deuoluantur statim, quod amplius non libet eis peccare, vel quod non possunt: & tunc faciunt ex necessitate virtutem. Hinc est quod dominus per Prophetam Osee dicit ad animam peccatricem: Sæpiam viam tuam spinis, id est, impediam propositum tuum malum tribulationibus, vt non possis perficere voluntatem tuam. Et sanctus Gregorius dicit: Mala quæ nos hic premunt, ad Deū ire compellunt. Exemplum habetis in Manasse rege Iudæ, qui super omnes reges, qui ante eum fuerunt in Hierusalem, peccauit in idololatria, & effusione sanguinis, & omni iniquitate: & quam diu fuit in prosperitate sua non agnouit

Lucæ 24

Bernard.

Gregori.

Idem.

Afflictio
num mul-
tiplex vi-
litas.

Tribula-
tio vti cor
obstinari
emolliat.

Prosperitates
cepotes
cur Deus
aliquibus
subtrahat.

Osee 2

Gregori.

2. Par. 33
4. Reg. 21

peccatum suum, nec emollitus est ad timorem Dei: sed postquam captus à rege Assyriorum, ductus fuit in Babylonem, & vincus in carcere, tunc demum illa tribulatio emolliuit cor ipsius, quod recognouit peccata sua, & clamauit ad dominum: & confitendo peccata sua, & orando pro liberatione, & humiliando se, exaudiuit eum dominus & liberauit eum. Postea emendauit vitam suam, & cessauit à peccatis. Simile exemplum habetis in parabola de filio prodigo, qui patrimonium suum accepit, & profectus in longinquam regionem, quam diu fuit in prosperitate, tam diu mansit in iniquitate: sed postea quando nihil amplius habuit, rediit ad se, emollitus per inopiam siue penuriam, ac recognouit se, dicens: Reuertar ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum amplius dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Illuminatur ergo homo per tribulationem, quod venit ad cognitionem sui, & se peccasse erubescit. Sūt enim multi agentes in prosperitate, non cognoscētes peccata sua, quia obcæcatur habent intellectum per peccatum, quod non intelligunt se peccare, hoc est, non aduertunt vel non curant: tamen quando eueniunt eis aduersa, tunc recognoscunt si bi hæc propter peccata sua euenire. Exemplum habetis in superbissimo rege Antiocho, qui Iudæos voluit omnes delere, & eorum legem, & templum, & ciuitatem in cumulum lapidum redigere: sed punitus à Deo in infirmitate maxima, sua recognouit peccata, & glorificauit Deum, & promisit se Iudæum futurum, & multa bona facturum, si superuixisset. Nonne recognouit historiam in Genesi, quomodo filij Iacob vendiderunt fratrem suum Ioseph in Aegyptum ex inuidia, & dixerunt patri, quod fera deuorasset eum: qui tamen diuina prouidentia factus fuit princeps totius Aegypti, secundus à Pharaone, sicuti ad longum tradit historia. Orta tadem fame super terram, venerūt fratres ipsius Ioseph in Aegyptum ad emenda alimenta, & non cognouerunt eum: sed ipse probe cognouit illos. Breuiter Ioseph volens eis in memoriam reducere peccatum, quod in ipsum admiserant, dixit eos exploratores esse, & tenuit vnum captiuum ex eis: & postea quādo iter redierūt, iussit in sacis eorum

2. Par. 33

2. Par. 36

Lucæ 16

Ibidem.

N

P&ā sua
cur qdam
agnoscere
nolint.

1. Mac. 1. 6

1. Mach. 9

Gene. 37

Gene. 40

Gene. 41
Gene. 42

Gene. 43

Gene. 44

Ioseph cur afflixerit fratres suos in Aegypto.

Gene. 42

Per tribulationem hoïem feruari a vitis. Sancti cur in aduersitatibus gaudeant.

Tribulatione a carnis tentationibus liberari.

Tribulatione mentem cuius que reuoletur ad Deum.

rum abscondi ciphum, & furti eos accusauit. Hoc vero totum fecit non vt vindicaret se de fratribus suis, sed ex voluntate Dei & zelo iustitiæ, vt peccatum eorum puniretur. Cumq; hac essent angustia constrikti, collegerunt sese, & peccatum suum vexatione eruditi agnoscentes, dixerunt inter se: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum Ioseph, videntes angustiam animæ eius cum deprecaretur nos, & non audiuimus: ideo veniunt nobis hæc mala. Ecce tantū tempus effluerat, quod hoc peccatum fecerant, nec leguntur pœnituisse, vel cum dolore commemorasse, aut retractasse, sed quando fuere afflicti, recordati sunt iustum esse Deum, & quod eos affligeret, eo qd afflixissent fratrem suum, & didicerunt ex ipsa angustia, quomodo male vexassent Ioseph. Secundo, per tribulationem præseruatur homo à vitis: quia quotidie experientia discimus, vt sanctus quisq; si non habeat flagellum custodiens ipsum, prolabatur facile ad vitia. Et hæc maxima causa est, quare sancti ita dilexerūt esse in infirmitatibus & tribulationibus, quia cognouerunt per huiusmodi se custodiri & refrenari à peccatis. Exemplū habetis in vita sancti Thomæ, & de sancta Catherina Senensi, quæ vsque adeo sitiuit cruce & afflictiones, vt sine illis nollet viuere. Tertio, quia per tribulationem sæpe liberatur homo à tentationibus carnis: quia per illam refrenatur concupiscentia, sicut supra exemplum habuistis de filio prodigo, quod consumpta substantia, quando cepit famē pati & paupertatem, ab eo discessit desiderium luxuriæ. Et in vitis patrum habetis exemplum, quomodo quidam tentatus spiritu fornicationis, nulla ratione potuit liberari: tãdem Abbas illius præcepit monachis fratribus suis vt vexarēt eum, & molestias & iniurias facerent ei, & nihilominus accusarent, quod ipse alijs talia fecisset. Tandem interrogatus, vt haberet erga tentationem fornicationis, respondit: Mihi viuere non licet, hoc est, alius me hic vexat, alius illic, & fornicari libeat. Quarto, quia per tribulationem mens dispersa per exteriora, cogitur redire ad se. Deus enim ita se gerit perinde vt mater, quæ abstrahit filium à lacte: quia quando nō inuenit homo, quod ipsum delectet foris cogitur redire & querere pacem intra se cum Deo: quia si tribu-

lationes nō essent, homines in delitijs cōstituti, obliuiscerentur Dei. Quapropter dicit Gregorius: Electis suis Deus iterasperum facit, ne dum delectentur in via, obliuiscantur eorum, quæ sunt in patria. Exemplum habetis de Salomone, qui in delitijs semper vixit: & quum esset sapientissimus, ad tantam stultitiam deuolutus est, vt idola coleret, victus amore mulierum. Causam huius assignat sanctus Gregorius, dicens: Cor Salomonis idcirco funditus sapientia deseruit, quando ipsum nulla disciplina exterius custodiuit. Et contra sanctus Paulus de seipso dicit: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogavi, vt discederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Hinc est quod sancti in tantum diligunt affligi, quandoquidem re ipsa experiuntur, sicut prosperitas est ruinæ occasio, ita per afflictiones hominem incitari ad consulendum salutis suæ, & virtutes excolendas, Deumque timendum. Quinto, facit hominem seipsum cognoscere. Multi enim sunt, qui tempore pacis putāt se valde perfectos & patientes esse, & proponunt ardua: sed veniens leuis aura aduersitatis dissipat totum quod proposuerunt, atque ita apparet, vix vnum verbum tolerare posse, quibus videbatur quod vellent & possent pro Christo mori. Similitudinem habetis in milite vel pugnatore, qui non potest scire vires suas & robur, quandiu non pugnat. Sic electi discunt sæpe & experiuntur infirmitatem spiritus, & paupertatem in tentationibus, quod, videlicet sunt vsque adeo pauperes, vt nō possint vnā vincere cogitationem, sicque fiunt humiles. Et ideo dicitur in Ecclesiastico: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Sexto, facit hominem de se diffidere, & sperponere in Deo, & querere auxilium ab illo. Vnde dicit David de seipso in Psalmo: Ad dominū cum tribularetur clamaui. Exemplum habetis in libro II. Paralipomenon de Iosaphat rege Iuda, qui quum viderat magnam multitudinem inimicorum venire contra se, à qua se non poterat humano subsidio defendere, clamauit ad dominum, & dixit: Quum ignoremus quid agere debeamus, hoc so-

Gregori

Reg. n

Gregori Salomon cur punitus sit caedere in idola Iosaphat. a. Gou. 11

Tribulatione quæ venit ad sui agnitionem.

Eccle. 11

P Tribulatione discere quæ de suis diffidere vultus. Psal. 119. 2. Par. 10

Tribulatione hoies acquirere consolationes. Psal. 93

Ioan. 16

Augustin.

Iob 7

Sine tentatione quæ nam esse dicatur.

Tentatio periculosa in qua quis sit

Tribulatione acquirere quæ gloriā magnā in celo. Iob 24

Opera nostra quæ pascunt mentem per nā. q. di. gna.

lum residui habemus, vt oculos nostros ad te dirigamus. Septimo, adducit diuinam consolationem, sicut in Psalmo David dicit: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et dominus dixit ad discipulos suos: In mundo pressuram habebitis: mundus gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et sanctus Augustinus ait: Vbi nulla est tentatio, ibi nulla est deuotio. Sed putatis aliquem esse qui nullam habeat tentationem, quum scriptum sit: Tentatio est vita hominis super terram: Haud dubio nemo est sine tentatione. Sed ille dicitur esse sine tentatione, qui tentationem suam non agnoscit. Et hæc est tentatio periculosissima, & perniciosissima, quando scilicet homo non cognoscit se tentari: quia tunc etiam non resistit, sed cadit de vno malo in aliud, & obcæcatus est adeo, vt nesciat quo tendat, aut quid faciat. Et in hanc tentationem digni sunt, vel permittuntur incidere, qui à paruis peccatis non volunt, nec proponunt abstinere, quum facile possint: quia cogitant, quod parua sint: ideo dominus permittit eos sic obcæcari, vt cadant tandem in magna, nec sentiant. Tales similes sunt illi, qui dominum suum non vult qui dem occidere, tamen vult ei dare multas alapas, persuasum habens, quod propter has non morietur dominus. Octauo, auget magnum gloriam tribulatio in futuro: quia, sicut prædixi, vt nullum malum manet impunitum, ita nullum bonum irremuneratum. Sed dicit aliquis: Ergo multa peccata feci, & tanta, quod nec pro vno sufficio fatis & dolere: quomodo ergo possum mereri præmium: quia quicquid facio non sufficit ad soluendum debitum. Debetur ergo adhuc mihi etiam præmium: Respondendum: Verum est, quod omnia opera nostra non sufficiunt secundum se, vel ad delendum debitum, vel promerendum præmium: sed tamē virtute passionis Christi, quæ est infinita possumus aliqua mereri & delere, quia sumus membra Christi, quam diu sumus ei vniti per charitatem: & ideo meritum eius est meritum meum. Sed ad quæstionem, quod omnia nostra transeant ad solutionem debiti, & per consequens nihil ad acquisitionem gloriæ, dicendum, tantam esse Dei bo-

nitatem, vt pro vnoquoq; opere bono facto in charitate reddat duplex præmium. Vnum est essenziale vel substantiale, & est gaudium, quod consistit in visione iucunda & fruitione Dei, in quo est perfecta beatitudo, & secundum illud attenditur magis charitas & bona voluntas, ex qua factum est opus: sicut qui facit ex maiori charitate, habet tale maius præmium, quam qui facit idem opus ex minori. Vnde intellegitur, quod non respiciat quantum, sed ex quanto. Aliud est gaudium accidentale, de aliquo bono creato, vel de remissione debiti, id est, pœnæ, vel collatione donorum Dei. Et in hoc non solum attenditur charitas: ex qua, sed etiam operatio, scilicet quanta, & quam pœnosa: & secundum hoc percipit homo etiam præmium, id est, absolutionem à grauiori pœna, licet etiam charitas in hoc attendatur. Si tamē nō haberet peccata, datur ei aliquid aliud, id est, deuotio, gaudium in conscientia, vel tale meritum conuertitur ad thesaurum Ecclesiæ, vbi sunt merita sanctorum & Christi, quæ supererogantur quam necesse fuit: & inde datur illis, qui propria non habent merita: sicut patet in indulgentijs, quas facit Papa. Et ideo patet, quod in vno, eodemque opere & peccati pœna aliqua dimittitur, & aliquid premij in futuro meretur. Vnde potest recte dici, quod is, qui habuit multa peccata viuens in pœnitentia facit multa opera bona, venit ad maiorem gloriam, quam aliquis iustus, qui pauca fecit peccata, & etiam pauca bona opera fecit: quia, sicut iam audistis, per bona opera simul delentur peccata & datur aliqua gloria. Et ideo dictum est etiam in Euangelio: Maius esse gaudium angelis Dei super vno peccatore, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigēt pœnitentia. Quod est intelligendum de peccatore, qui feruenter pœnitet & operatur bona, & de iusto, qui contentus iustitia sua, nō feruenter operatur bona. Nam, sicut dicit Gregorius: Sunt etiam aliqui iusti, qui desunt pauca peccata, & faciunt pœnitentiam, sicut magni peccatores: & de illis non intelligitur dictum Euangelij, nec illis comparandi sunt peccatores: quia etiam iusti licet non sic peccauerint, æque tamen pœnitent. Quicquid tamen patimur vel operamur, multum iuuat intentio, vtilicet ex charitate omnia procedant. De-

Pro opere bono dari duplex præmium.

Essentiale gaudium quod.

Gaudium accidentale quod sit.

Meritum vnius applicari alteri.

Lucæ 16

Gregori



Inrentio
qualis in
quis ope
re haben
da.

bemus ergo, si volumus multum placere Deo, in omni opere talem habere intentionem, ut scilicet non faciamus ad eandem peccatam, sicut faciunt serui, qui timēt dominum, nec solum ad merendum primum, sicut mercenarij qui pro mercede laborant, sed solum ad placendum Deo: quia

scilicet si vult, facimus, si non vult, non facimus. Et hoc est filiorum verorum, ut scilicet, quod si etiam non esset damnatio & poena, nec retributio, nihilominus ad placendum Deo facerent bene. Quod nobis concedat dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

IN FESTO CONVERSIONIS BEATI PAV

li Apostoli, lectio loco epistolae, Actuum apostolorum capite nono.

XVI.



Aulus autē adhuc spirans minarū, & cædis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: ut si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, victos perduceret in Hierusalem. Et quum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cælo. Et cadens in terram, audiuit

vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum: Surge & ingredere civitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autē illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum in visu dominus, Anania. At ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum, Surge & vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tharsensem, ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introentem & imponentem sibi manus ut visum recipiat) Respondit autem Ananias: Domine, audiui a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem a principibus sacerdotum, alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus, Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut poriet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introiit in domum, & imponens ei manus dixit, Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut vi deas & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius

tanquam

tanquam squamæ, & visu recepit, & surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas, prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos, qui inuocabant nomen istud, & huc ad hoc venit, ut victos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualecebat, & confundeat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

al. in syna
gogis.

PARAPHRASIS IN EANDEM

lectionem epistolae.

A



QVAM ineffabilis sit misericordia Dei erga mortaliū genus si vsquam alibi, in hac præcipue lectione plane aduertit potest. O quam bene, quam vere, quam perite dixit Propheta: Iudicia tua abyssus multa. Et hic idem Apostolus, de quo iam lectio recitata est, O altitudo diuitiarum, inquit, sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis vnquam credidisset hominem vsq; adeo seruorum, imo & membrorum Christi sanguinem sitientem, atque illius crudeliter fundendi causa exteris quoque regiones eum auctoritate petentem, tam subito, tam præter solitum, tam excellenter ad tantam gratiam peruerturum fuisse? O vere bonus es tu domine, & natura tua non nisi mcerissima & benignissima bonitas est. Ideo benefacis & gratificaris etiam indignis, præuenis immeritos, reuocas auersos, blandiris odientibus te, & hostes tuos summa beneuolentia, & omni pietate prosequeris. Venite omnes, qui amantissimo patre vestro Deo Optimo Maximo relicto, vitijs totos vos deditis, & iam spem omnem resurgendi pene abiicistis. Aspicite in signe diuinæ miserationis exemplum, auribus cordis & corporis haurite historiam vere iucundam & salutarem quæ vobis licet desperatis animum possit addere ut respiretis, ac resipiscatis, itemque modum ostendere, uti resurgere debeat. Saulus adhuc spirans minarum & cædis in di-

scipulos domini. Toto pectore inexpressibile conceperat quidam. Saulus in discipulos domini, ideoque non nisi iram & minas spirabat. Et licet necdum grandi admodum ætate esset, tamen iam tum maximo feruebat zelo paternæ legis etiam supra multos cœtaneos suos, ut ipse de se Galatis scribit: Quo incitatus zelo non contentus erat Hierosolymis intolerabilem exercuisse inhumanitatem ac crudelitatem in fideles, sed etiam procul ad externa loca ire instituebat, ut scilicet Christianum dogma penitus deleret. Interim ardebat & furebat, & velut indignatione ebrius, nihil nisi Christianorum interuersionem meditabatur. Et ut maiori esset suffultus auctoritate, accessit ad principem sacerdotum, non quidem vocatus, sed ipse vltro se ingerens. Ergo sane ipse erat de illorum numero, de quibus dominus Iesus prædixerat: Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et de quibus ipse Paulus ait: Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Quam bene, quam recte se moueri putabat, nec tamen propterea non erat impius, & blasphemus, & persequutor vltra modum, quibus nominibus ipse se appellat. Nemo igitur nimium sibi præfidat, quantumvis bono zelo duci se putet. Multis modis humanum iudicium falli potest: at que ideo nihil tutius, quam non altum sapere, sed timere. Petijt autem Saulus Epistolas à Pontifice in Damascum

Galat. 1

Psalm. 35

Roma. 11

Ioan. 16

Rom. 10

1. Tim. 1

Roman. 4
Roma. 12

B

A in ad

lacte fouet ac nutrit, & gratia sensibili at- que internis consolationibus afficit, non quod magna sint sanctitate & perfectione præditi, sed quod bene nouit eos, si aliter ipsis eueniret, haudquaquam in bono diu perseveraturos. Et abiit Ananias, & introiuit in domū, & imponens ei manus, dixit: Saule frater, dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua ueniebas, ut videas oculis externis, & implearis spiritu sancto, tinctus aquis salutaribus baptismi. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. Vbi sic ait Beda venerabilis: Serpentes sunt & genimina viperarum, quorum perfidiam Saulus secutus, quasi pelle serpentis oculos cordis texerat: sed cadentibus squamis sub manu Ananiæ, monstratur in facie, quod lumen recepit in mente. Squamas autem istas dicunt quidam fuisse maculas albas & duras instar squamarum, quibus piscium corpora teguntur, quas Saulus ex lucis apparentis nimietate contraxerat. Et surgens baptizatus est, totusque secundum veterem hominem consepultus Christo in baptismo, nouumque indutus hominem in iustitia & sanctitate veritatis. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Iam vehementer corpus illius confectum & exhaustum erat illis visionibus internis, & tri-duano ieiunio. Itaque cibo sumpto, recreatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo, statim post baptismum ingressus in synagogas prædicabat Iesum, cuius nomen vsque adeo paulo ante persecutus erat, quoniam hic est filius Dei, non adoptiuus, sed consubstantialis & eiusdem cum patre naturæ. Nota hic quæ non erubuerit Paulus id quod perperam prius asseruerat nunc publice recantare, malueritque aliquam sustinere verecundiam ob sententiæ mutationem, quam veritatem agnitam vel impugnare, vel non ad omnium notitiam perducere. Quod uti nam imitari voluissent quidam tum superiorum tum nostrorum quoque temporum viri seculari sapientia tumidi, qui pernitiosissimis scriptis suis multa in orbem Christianum mala se inuexisse non erant nescij, & tamen admoniti ab alijs pertinaciter suos errores tueri quæ humiliter corrigere maluerunt: quos tamen mundus hodie vsq; in cælum euehit, licet omnibus vere pijs imo & ipsi Deo Opt. Max. omni stercore penis sordeant. Stupebant autem omnes qui audiebant & dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabant nomē istud domini Iesu? Et huc ad hoc venit, ut vinc-tos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multo magis conualescebat, vulgi atq; hominum sermonibus & iudicij contemptis, ut ei placeret, cuius ineffabilem erat consecutus misericordiam: & confundebat aper-tissimis & certissimis scripturæ testimonijs Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam Iesus Nazarenus Hierosolymis crucifixus est Christus promissus patribus, mundi Saluator, per cuius mortē im-meritam à merita damnatione redimendū esset totum genus humanum. Hoc exemplo armati quotquot ex Dei gratia vitam suam in melius mutare instituunt, discant hominum ludibria & iudicia floccipendere, imo quo se senserint magis retrahi & impugnari ab huius mundi sectatoribus, eo conualescant magis, & perseuerent fortiter vsque in finem ob honorem & amorem Saluatoris sui, qui pro ipsis sanguinem suum fundere & crucis ignominiam perferre dignatus est confusione contempta.

EXEGESIS EVANGELII
in eodem Festo. Matthæi
XIX.



Vangelium huius diei licet verbis breue sit, sed cœlesti consolatione refertū est, qua possint haud mediocriter exhilarari corda eorum qui plentis vitæ bona siue facultates & qcqd, id est, quod homini quo minus Christo perfecte adhæreat, possit esse impedimento, contemnūt & abijciunt, ut Christum expeditius sequantur, qui tantā propter nos reæ omnium penuriā amplexus est, ut nō haberet, ubi caput suū reclinarēt. Et si quis bene ppēdat videbit huius Evangelij di-

Beda, Iudæi cur dicitur sint serpentes

Squamæ in oculis Apostoli quod fuerint

Eph. 3

E

Acto. 4

Vincula melius ut ueriusque a gente de beati

Hebr. 11

Matt. 9

Matt. 4

Philosophos reli-gisse diuitias q; intel-ligendum

Matt. 1 Luc. 1

Hierony.

gentis dictis permotos eos qui primi domino crediderūt, ut omni proprietate reiecta, in commune sua omnia distribuerēt, vel facerent omnibus communia: quod tametsi postea apud populum Christianum abiit in desuetudinem, tamen constanter in hanc vsque diem seruat in cœlestis bene reformatis monasterijs, utpote in quibus nulli quicquam licet habere proprii, sed bona quæ habent æquabiliter in vsus omnium distribuuntur, quantum cuiusque necessitas, & monasticæ vitæ ratio exigit. Et quia beatissimus Christi Apostolus Paulus ad eorum pertinebat numerum, qui sua omnia reliquerant, & Christum secuti erant, commode satis hæc die per Euangelium istud legitur, ubi Petrus ex persona omnium Apostolorum ita dicit ad Christum:

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Quid ergo erit nobis?

Quibus id uerbis in primum cuiquam mirum uideri possit, quod Petrus alioqui reuera pauper se reliquisse omnia tam libere profiteretur. Sed ut diximus non in sua duntaxat, sed etiam cæterorum persona Apostolorum hæc protulit. Constat autem inter Apostolos quosdam fuisse diuites, ut Matthæum, & Bartholomæum, qui iure dicere poterant se cuncta reliquisse. Sed & Petrus ipse etsi pauca reliquerat, nihil tamen sibi ex omnibus quæ habuerat fecit reliquum, cum rebus possessis omnem simul habendi & acquirendi spem cupiditatemq; deferens, quod est reuera non vulgaris perfectionis, si Christi contemplatione id fiat, non ob mundi hominumque captandam gloriam, aut aliud quiddam a charitate alienum, quibus Philosophi permoti uidentur, qui opes suas penitus abiecerunt. A quibus ut Apostolorum cæterorumque Christifidelium erga contemnendas opes & alia quæ mundi sunt studium discerneret, adiecit D. Petrus, & ait: Et secuti sumus te: id est, non solum tui amore nos rebus cunctis nudauimus, sed etiā uestigia uirtutesq; tuas atq; præcepta sectati sumus. Id Philosophorum gentilium nemo unquam præstitit. Circa hunc locum Diuus Hieronymus ita ait, Grandis fidu-

cia, Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter. Reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum est, Et secuti sumus te. Hæc ille. Nemo putet hunc mundi & rerum omnium contemptum in Apostolis paruipendendum esse. Vocati à Christo, etiam cum nullum adhuc uidissent miraculum, nullam futuræ beatitudinis pollicitationem accepissent, libenter non solum facultates & bona temporaria, sed etiam cognatos omnes reliquerunt. Nos qui tot prouocati exēplis, tot firmati pollicitationibus, tot comminationibus deteriti sumus, neque sic adhuc nisi ægerrime ab rerum præsentium amore auellimur, & non solum eo adduci non possumus, ut propter Christum & futuram beatitudinem uilia & caduca huius vitæ commoda despicimus sed vix paucissimis e nobis persuaderi potest vlla ratione, ut saltem nihil inique, nihil præter fas & iustitiam acquiramus, rebus concessis non nimium nec nimis impie abutamur. Felix sane fuit illa primitiæ Ecclesiæ conditio, quando facultates omnium in commune conferebantur, & paucorum administratione ac procuracione singulis necessaria præbebantur, cæteris interim liberius cœlestium contemplationi, orationi, alijsq; pijs studijs noctes atque dies vacantibus. Sed quæ hodie eo adhortari passim omnes non expedit (non enim ea hominum perfectio est, id ut sustinere queant) maximopere tamen admonendi sunt Christiani omnes ut bonis à Deo concessis non ad iactantiam, non ad voluptatem, sed tantum ad necessitatem utantur. Etsi ante aduentum Christi etiam quidam sancti patres diuitijs abundasse leguntur, tamen postquam per Christum iam nobis cœlestis patriæ inestimabiles diuitijs promissæ sunt, & cœlum iam patefactum omnino stultissimū est temporarijs auare conquirendis diuitijs nauare operam. Qui enim ihs inhiant, vix fidem adhibere uidentur pollicitationibus Christi. Si enim credunt non habere nos hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirere, cur opes tanto studio corradunt? cur non potius necessarijs rebus contenti sunt? Sed volunt scilicet prouidere prolibus suis. O si illis bene prouidere uolūt, contemnendarum potius quàm accumulanda

Acto. 4

Diuitijs nam utrum sit

Heb. 13

Prohibus de quibus prouidendum sit

Matt. 6 **1. Tim. 6** **1. Tim. 6** **Matt. 16** **Matt. 19** **Lucæ 18** **Paup. 16** **Matt. 19** **Lucæ 18** **Marc. 10**

lādarum opus eis exemplum relinquant. Audiant Christum dicentē. Nolite solliciti esse in crastinum. Multi proles suas diuites facere voluerunt, sed interim & seipfos & proles suas traxerūt in tartara, vbi summa rerum omnium penuria est. Verissime namque dicit Apostolus. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in in teritum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Vnde etiam idem statim præmiserat. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Quod si omnino volunt & sibi & prolibus suis bene consulere, sequantur eiusdem Apostoli consilium ita scibentis Timothæo: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimis sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Et tamen etiam cū diuitijs suis bene vsi fuerint, sciant beatiore eos esse, qui cum Apostolis dicere possunt Christo: Ecce nos propter te reliquimus omnia. Nisi enim id se haberet, frustra dominus Iesus diuiti illi adulescenti præcepta domini etiam inter diuitias obseruanti dixisset, vt si quidem perfectus esse vellet, iret & venderet omnia sua, & daret pauperibus, & sic pauperem Christum ipse quoque pauper sequeretur. Et ne quis putet nihil obesse diuitias, attē dat hūc ipsum adolescentē hac dñi adhortatione vsq; adeo animū deiectū esse, vt abi ret tristis: siquidē multas habebat possessiones, quæ eius animam tanto sibi amore deuinxerant, vt Christi, id est, ipsius filij Dei sectatorem & comitem, quo illi nihil poterat contingere scelicus se præstare non posset. Itaque non ignorans filius Dei ægre diuitias sine multis vitijs possideri, vitam egit pauperrimam, non vt sibi, sed nobis suo exemplo consuleret: & quos in suam ascieuit disciplinam itidem pauperes esse, nihilque proprii habere voluit: atque interim etiam terribilibus quibusdam sententijs contra diuites vsus est, vt est illa, Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorū. Et: Facilius est camelum per foramen a-

cus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum, Item illa. Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Cuius simile quiddam legitur in Amos propheta: Væ vobis qui opulenti estis in Sion. Et quia Apostoli spretis facultatibus Christi paupertatem imitabantur, recte dicit Petrus: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te pauperem pauperes, nudi nudum: quanquam non de sola paupertate, sed etiam cæteris virtutibus Christi quas Apostoli in se exprimere nitebantur, hæc verba accipienda sunt. Quid ergo erit nobis id est, quid propterea gratiæ ac beneficij præstabis nobis? Hæc præcontatio non nihil imperfectionis præ se ferre videtur. Et reuera Apostolos ante domini mortem & aliquamdiu postea non omnino perfectos fuisse certum est. Non debebat Petrus exigere præmium, nam id mercenariorum est: sed amore liberali seruire Christo. Multos hodie mercenarios inuenire est etiam inter illos, qui alioqui pie & honeste viuere videntur: quorum tamen admodum obliquus & impurus est amor: quandoquidem in omnibus quæ recte faciunt fere semper ad seipfos reflectuntur, & quandiu gratia sensibilis aut consolationes arrident, libenter seruiunt Christo: Ast vbi gratia non nihil se abscondit, & ipsi quibusdam aduersis casibus aut tentationibus & molestijs diuexantur, facile Christo nunciū remittunt. Non enim amant neq; spectant pure Christum, sed seipfos: tametsi id ipsum nō putent. Vitium istud communissimum est, & paucos inuenies, qui puro amore semper ferantur in dilectum Deum. Et licet plerique sentiant multum se afficere Deum, at tamen fieri potest vt amor ille non nisi naturalis sit, non autem gratuitus, atque ideo nec meritorius quidem.

Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Hæc

H

Hilarius

Hierony.

Augustin.

Chryso. gregori.

Apostolus ante in tuus factus aduersus non nihil temporis etiam hanc fide

Mercenarios seruati Christi sit quam hodie numerus

Gloria quam sit leg dñm. Eccl. 13

Matt. 18

Hæc verba quibus dominus ait, vos qui secuti estis me in regeneratione & cæter. ancipitem habent significationem, propter variam distinctionem. Diuus Hilarius ita distinguit. Vos qui secuti estis me in regeneratione: & exponit, id est, in lauacro baptismi, in fidei sanctificatione. Sed Diuus Hieronymus hæc verba, in regeneratione, necit consequentibus, cui astipulatur etiam D. Augustinus libro de ciuitate Dei, & Diuus Chrysostomus, & Gregorius, & alij quidam. Isthæc enim sententia rectior est. Absit enim vt qui baptismi & fidem Christi consecuti sunt, oēs cum eo iudicaturi credantur. Nam innumeri licet baptizati fuerint & crediderint, tamen quia fidem bonis operibus non sunt persequuti, neque seruauerunt ea quæ Christo in baptismo polliciti fuere, iam apud inferos direpuniuntur. Sed neque in differenter cunctis credentibus, etiam illis qui recte vixerint dictū putandum est, quod eam cuius Christus hic meminit, iudiciariam potestatem sint habituri in extremo iudicij die: quandoquidem ea solis perfectis & apostolicis viris promittitur, quæ etiam multorum electorum iustitiam transcenderint: quos hic dominus sub Apostolorum duodenario tanquam perfecto numero vult intelligi: quemadmodum etiam vbi consequenter duodecim tribus Israel commemorat, non ludæos tantum, sed etiam vniuersitatem humani generis designat. Vides hic quantam gloriam sibi parant, qui Christum perfectæ sequuntur. Recte nimirum ait Sapiens quidam: Gloria magna est sequi dominum. Tales enim non solum impios omnes, sed etiam electos multos iudicabunt: atque insuper incomparabili in cælis gloria & beatitudine supra multos alios perfruentur. Sed nemo sese decipiat, vt tum se putet sequutum esse Saluatorem, cum eum credit morte sua nostra peccata expiisse. Hæc enim perfectæ iustitiæ non nisi particula quædam est, quæ si sola sufficeret, frustra Saluator noster tot nobis virtutes alias in se imitandas proposuisset frustra charitatem, frustra humilitatem, frustra mansuetudinem, patientiam, iustitiam, misericordiam, aliasque in numeras virtutes tā opere nobis commendasset: frustra deniq; dixisset Apostolis iamq; in cælum ascensurus. Eūtes docete omnes gentes, baptizantes eos in noie Pa-

tris, & Filij, & Spiritus scilicet: docentes eos nō credere duntaxat, sed etiā seruare oīa quæcunq; mandauit vobis. Quod vtinam diligenter perpenderent Euangelici nostrorū temporum, qui primo quidē & maxime seipfos, deinde etiam miseram plebeculā misere euertunt, solam fidē eis vsq; ad nau seā ingerentes, cæteris virtutibus tanq; supfluis aut neglectis, aut reiectis. Ostultis & miseri quem fallitis? Num semper victuri estis ad tribunal æquissimi iudicis, qui vnicuiq; reddet secundum opera illius? Stultus cur non vel flammæ tartareæ vos perterret vt tandem desinatis euertere ac perdere animas tum vestras, tum aliorū, quas Christus Iesus redemit sanguine suo? Sed his omissis, exponamus verba Saluatoris, quæ iā commemorauimus. Ait ergo: Amē dico vobis, qd vos q secuti estis me, q virtutum mearū pfectionem imitati estis, nō cōtenti languere circa cōmunia, & quæ ad salutē necessaria sunt, nec solum pcepta, sed etiā cōsilia mea executi estis, in regeneratione, id est, vbi mortalia hæc corpora e terre puluere excitata immortalitate donabunt atque in meliorem cōditionē transferent, cū sederit filius hoīs in sede maiestatis suæ, quod erit in extremo die, quando vnicuique restituet pro meritis singulorum, sedebitis & vos super sedes duodecim, id est, locis præcipuis, iudicantes duodecim tribus Israel, imo etiam iudicandos omnes. Hic enim vterq; numerus duodenarius, si cut iā dictū est, non ad apostolos, neq; ad ludæos tantum, sed ad perfectos & iudicandos oēs referri debet: quāquā potest & de Apostolis intelligi & ludæis, vt propterea ludæos Apostoli iudicaturi sint, quod ipsis credentibus, ludæi per plures credere noluerint. Sed quia multos illic iudicatos ex scripturis colligitur, dicamus ex sententia Theologorum, quomodo singuli iudicaturi sunt. Iudicabit primum tota Trinitas vnus Deus per autoritatem: iudicabit Christus quatenus homo per executionem. Vnde dicitur: Pater nō iudicabit quenquam, sed iudicium omne dedit filio. Iudicabunt Apostoli & viri perfecti per assessoriam dignitatem: cæteri electi per approbationem: nimis mali per cōparationem, quemadmodum regina Saba, Ninuicia, Sodomitæ ludæos in sua malitia obstinatos iudicaturi dicuntur?

Luthera mi euangelici quoniam alios doceant

Psal. 61 Apoc. 18

Iudicium extremū p q̄s nam futurum. Ioan. 5

Matt. 18 Marc. 10 Lucæ 14

Et

corā gētibus & regibus portauit. Accepit euangeliū, qđ pdicauit, nō ab hoīe, nec ab hoīe didicit, sed p reuelationē à Deo. Vtilissima igit supra omnē modū Sauli huius (ita em ante cōuersionē vocabat) cōuersio Ecclesię fuit. Fuit qđq; diuinā bonitatis, & sapientiā mirabiliter offēnsua. Fuit p̄terea misericordiā eius in eū, qui dedita opera erat in studio actūq; ecclesiam persequendi constitutus, suauiter declaratiua. Postremo, fuit nobis omnibus p̄nitendi forma exēplaris, atq; ad Deū p̄fecte nos conuertendi regula. Gaudet qđq; de eius conuersione ecclesia. Siquidem magnus ecclesię hostis & persecutor, mutatus est in amicū & in apostolū Iesu Christi. Nō tantū nocuit ecclesiā (tametsi vehemēter aduersa res) p̄secutor, quantū cōuersus postea profuit piissimus p̄dicator. Persequabatur autē Dei ecclesiam in incredulitate zelator legis, quā p̄ Christi fidē p̄sus relinquit, & perire metuebat. Erat enim de illis, de quibus dominus dicit: Veniet hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium p̄stare Deo. Putabat itaq; Paulus bene se agere, si tutaretur legem, cuius seruandę propugnandāque gratia, omnia destrueret contraria, cuiusmodi secta erat Christianorum. Quā vbi inualesceret, de lege & gente Iudæorum actum esse sentiebat. Hanc igitur quantum valuit persequens, exterminare moliebat. Veiuntamen, qđ vir fuit bonus & zelosus, & per ignorantiam peccabat, propterea quod credebatur se ad hanc obligari defensionē & zelū legis, misericordiā (qđ ipse quoq; fatetur) à dño cōsecutus est. Neq; em tā grāde eius fuit peccatum, quā pharisæorum & tyrannorū q̄rundam, q̄ Christi fidem ex malitia & odio p̄secuti sunt, nō amore zeloue legis, q̄ ne ipsi qdem obseruabāt. Et hęc de eius cōuersione, q̄ ante cōuersionē habuit dicta sunt. Deinde cuiusmodi in cōuersione, & post conuersionē fuerit dicendū. In itinere erat ad Damascū, in volūtate ac studio malo, ad persequendos Christianos cōstitutus. Quare dicendum, Pauli conuersionē, fuisse potentem, miraculosam, ac plane diuinam. Siquidem circūfulsit illū lux de celo, quā terruit atq; mutauit de impio faciens piū, de supbo humilē, de minaci atque crudeli lupo, mansuetū agnū. Vide em qđ cōfō fuit mutatus & cōuersus ex p̄secutore dicēs: Dñe qđ me vis facere? Circūfulserat em

illū lux de celo, audieratq; vocē sibi dicēte: Saule, Saule, qđ me p̄sequeris? Illustrabatur cœlesti fulgore vel à foris, intus ad huc luminis incapax. Vere deprehensus est Saulus. Non est dissimulandi locus, nō est vlla facultas negandi. In manibus sunt literę crudelissimę legationis, autoritatis exērandę, potestatis iniquę. Quis, oro, innocentum non formidaret istius persecutoris animositatem? Quis furenti, liganti, trahēti, pcutienti non expauesceret obuiare. Saulo: Proh dolor adhuc aspersū sanguinē p̄tomartyris Stephani gestabat in vestibus, adhuc sc̄m̄ lābebat cruorē, & n̄ adhuc stitibat. Tenuerat lapidatiū vestimēta, saxa porrexeat oīmq; manibus lapidauerat, & nihilominus sceleribus istis grauiora addere p̄ctā durabat. Talia perro illo agēti pluręq; molietī multo execrabilia, ingēti lumine p̄fusus affuit dñs Iesus, voceq; tonāti illū affatus est dicēs: Quid agis Saule? Cur sc̄tis meis necē adeo crudeliter intētas? Vt qđ nomē meū diuinum conaris extinguere? Desine oro patrare eiusmodi. Sufficiat tibi qđ hactenus p̄tinaciter nimis pegisti. Exue te lupo, & agni formā induere. Vex hęc paucis de sc̄ti Pauli apostoli conuersione plus satis superba & crudeli, cōuersioneq; plane omni admiratione digna, egisse sufficiat. At quō omnis Christi actio nostra est instructio, ita etiā ex sc̄torum vita, & gestis cōuenit fugere semper aliquid quod in nostrā trahamus instructionem. Quare op̄ p̄cium duximus hic paulo fufius tractare de vera cōuersione cuiusq; veri Christiani hoīs, quā nā videlicet ea esse ferique debeat, qđq; sit ad salutē (qñquidē oēs declinauerūt, nec est qđ faciat bonū) necessaria, iuxta illud Sapiētis cuiusdā: Ne tardas cōuerti ad dñm: & ne differas de die in diē. Subito em veniet ira illius, & in tēpore vindictę dispdet te. Cū igit nihil sit hoī formidandū magis, qđ vel momentū vnū viuere extra gratiā & in ira Dei, nihil vsq; adeo admiratiōe plenū est, qđ audere quēq; cōsentire in qđcunq; p̄ctm̄ mortifery, quale quale illud sit. Id em certissime priuat hominē gratia & charitate Dei, & efficit inimicum Dei, Deoq; odibilem, & dignū cruciatibus sempiternis inferorū. Et th̄ q̄tusq; qđ hodie est mortalū, qđ vel alicuius p̄si habeat violare legē Dei, cuius trāsgressio peccatū cōstituit, q̄tusquisq; est, qđ nō ita licenter ac intemperāter q̄bulibet passim vitijs ac sce

galat. 1
Cōuersio
S. pauli
q̄ vtilis
fuerit ec
clesiā.

Ioan. 16

1. Timo. 1

Ibidem.

Cōuersio
S. pauli v
tiferit po
rens, mira
culosa ac
diuina.
Acto. 9

Bernard.

Adm.

Gregor.

Philon.

Eccl.

M

Rom. 2

psalm. 61
Apoc. 22

Eccle. 5

Mundus q̄
bulsiā vi
tīs modo
do feruiat

Eph. 5

Luthera
ni euāgeli
ci quibus
medijs re
formare
nitantur
christia
norū mo
res.

1. Tim. 6
2. Timo. 3
Phil. 3
Iudæ. 1
2. Tim. 3

Hiere. 6

Esaiā 48
Lutheri
sini fructus
quis
1. Cor. 15
Marth. 24

Rom. 3

Psalm. 13. 52

ac sceleribus sese implicet & obstringat, ac si non modo nulla constituta supplicia, sed magna etiam p̄mia flagitijs proposita sint? Videt hoc omnipotens, magnus tremendus & iustus Deus, videt ab toto ferme hominum genere tam impudenter, tam indigne contemni se ac negligi, & tacet: imo etiam s̄pe multa finit euenire prospera impijs ac peccatoribus. Sed audiant isti Apostolum dicentem: An diuitias bonitatis eius, & patientiā, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad p̄nitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & imp̄nitens cor, thesaurizas tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnici que secundum opera eius. Audiant item & diligenter animaduertant eam quam superius cōmemorauimus Ecclesiastici sententiam: Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem: Subito enim veniet ira illius: & in tempore vindictę disperdet te. Totus iam mundus per p̄ceps ruit in vitia, & timor Dei nullus est in hominibus. Editur, bibitur, luditur, garritur, flagitia alia super alia admittuntur. Et reuera iam dies mali sunt. Quis vnquam credidisset populum Christianum tot, tanque eximij Dei beneficijs affectum ad tā tam Dei obliuionem, incuriam & contempum deuolutum iri? Extiterunt quidē nostris temporibus, qui se Euangelicos iactent, & corruptos Ecclesię mores reformare se velle polliceantur, sed si rem penitus inspicias, nihil aliud quam seipsos, suam carnem, suas voluptates, sua oblectamenta quærunt: homines corrupti mente & re prohi circa fidem: quorum Deus v̄ter est, qui terrena sapiunt, animales, spiritū non habentes, sine affectione, sine fœdere, sine pace, voluptatum amatores magis quam Dei: qui dicunt hominibus impie agentibus, pax, pax, cum tamen verissime scriptura dicat, non esse pacem impijs. Non ergo reformare in melius, sed bonos etiam mores potius corrumpere, & omnia humana ac diuina miscere conantur. Ita iam vbiq; iacet pietas, dominatur iniquitas, Deus summe verendus contemnitur & quantumcumque minetur gehennam solo auditu nimis terribilem, tamen non est quia faciat bonum. Adeo nunc omnes declinauerunt non à malo ad bonum, sed à bono ad malum, à iustitia ad iniqui-

tatem, à virtute ad vitia. Et quod acrius dolendum est, etiam illi qui miserę ac rudi plebeculę bene ac beate viuendi exemplā p̄ferre deberent, magis hi simul confrugerunt iugū, ruperūt vincula. Incrassati sunt & impinguati, & p̄terierunt sermones Dei pessime: & non dixerunt in corde suo, Metuamus dominum Deum nostrum. Vere dolendam humani generis, maxime plebis Christianę, quam Princeps Apostolorum genus electum, regale sacerdotium, populum acquisitionis appellat, conditionem. O miserandam & expauendam humanorum pectorū duritiam & excæcationem. Itaque spiritus sanctus, cui in diuinis personis proprie tribuitur charitas, vehementissime fitiens hominum errantium salutem & conuersionem, vtilissimum & efficax valde hodie nobis p̄fectę conuersionis in sancta Ecclesia proponit exemplum, quo possint quantumuis scelesti peccatores moueri ad agendum p̄nitentiam. Ipsi enim sancti spiritus instinctu effectum est, vt hodie beatissimi Apostoli conuersionem celebremus, in quo sicut immanis iniquitas & færa crudelitas, ita nihilominus inestimabilis abundauit gratia, & singularis misericordia Christi. Ibat animo frendens & furibundus ad victos etiam ex longinquis regionibus pertrahendos Christicolos Hierusalem ad principes sacerdotum, Hoc est, Christum dominum in membris crucifigere, trucidare, extinguere moliebat: & in ipso itinere diuinitus correctus totum se ad eum promptissime & p̄fectissime conuertit, quem crudelissime persequabatur. Non igitur patiamur charissimi tantum exemplum frustra nobis propositum: sed respiscamus etiam nos & conuertamur ad dominum. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: non permittamus tantam Deum nobis conciliandi p̄terfluere oportunitatem. Audiamus non corporis tantum, sed & cordis auribus admonitionem spiritus sancti, quam in initio & Ecclesiastico recitauit, hanc videlicet: Non tardas conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Iam agendum conuertamur omnes, prosternamur cum Apostolo in iniquitatibus nostris, & resurgamus cum eodem in vitę nouitatem. Quid prodest obsecro hærere in vitijs: quid prodest vo-

Hiere. 2
Deut. 32

Hiere. 5

1. Pet. 2
N

Gratia sp̄
ritus sc̄ti
quantam
cōuersione
Pauli apo
stoli cla
ruerit

Ioelis 2

1. Cor. 6

Eccl. 9

Rom. 6

luptatibus & vanitatibus tempora non nisi agendæ pœnitentiæ indulta miserabiliter transigere: Et si quædã est in vitijs voluptas & delectatio, tamen præterquam quod illicita & pernitiõsa est, etiam celerime fugit, hominemque prorsus miserũ relinquit, in Deo aut Optimo Maximo non modo summa & infinita, sed eadem etiam stabilis, casta, firma, honestissima ac suavissima delectatio est. Quam magna, inquit, Propheta, multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Ad ipsum ergo totius veræ voluptatis & delectatiõis fontem inexhaustum dilectissimi toto corde conuertamur. Quod si quis scire cupiat, qua ratione se debeat conuertere, id iam explicabimus. Omnipotens Deus, rex & pater noster ex immenso amore certas quasdam nobis præfixit leges omnino rationabiles & quæ nõ excedunt vires nostras diuinæ gratiæ, quæ nulli petenti denegatur, ope subnixas, quas si seruemus, æternam nobis pollicetur beatitudinem: si violemus, supplicia minatur æque æterna. Sciebat enim duabus potissimum rebus ad aliquid adduci homines siue fugiendum, siue appetendum, puta vel amore voluptatis, vel timore pœnarũ. Ne igitur aut temporarijs delectationibus illecti, aut vitæ huius cruciamentis perterriti à legum illius obseruatione discederemus, ediuerso æternas delectationes promittere, & nunquam finienda supplicia minari dignatus est. Cæterum vbi quis aut pœniæ carnis infirmitate, aut mundi vanitate, aut diaboli insidijs eo perducitur, vt plus moueatur aut bonis aut malis temporalibus quam æternis, malitque transgredi legem & præcepta Dei, quam vel bonis istis carere, vel malis affici, is iam misere auertitur à Deo, summo & vero bono, caducaque & vana ac prope nulla, & quorũ finis mors est, infelix & insanus præferre non erubescit æterni patris amoris & honoris immoque cum dedecore & ignominia contra natalium suorum dignitatem ac nobilitatem per amorem inordinatum his infimis rebus sese subijcit, quibus tamen omnibus à Deo prelatas est. Et quia eo ipso peccati demerito spirituali gustu intus priuatur totum se in præsentibus rerum labentium voluptates cupiditatesque demergit, tanquam vento sese exaltare querens, cum tamen nec corpus volu-

ptate nec cor cupiditate fatietur. Huic tali si vnquam seruari debeat, conuersio necessaria est, Auersus est à Deo, id est, à vera vita, vera felicitate, vera voluptate, & in creaturas defluxit, quarum amor immeratus non nisi mortem, miseriam, cruciatum adducit. Neesse est igitur, vt relictis creaturis, reuertatur ad creatorem. Sed nõ tam facilis est conuersio, quam fuit propèsa auersio: eorum autem difficillima est conuersio, qui prauæ consuetudinis mole deprimuntur. Sunt enim in peccatis gradus quidam. Alij peccant solo cogitationis consensu, alijs operis perpetratiõne, alijs iniqua consuetudine, alijs contemptu. Impius enim cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Hi posteriores duo ægerime conuertuntur. Et tamen nisi conuertatur, nulla eis salutis spes reliqua esse potest. Quid igitur agendum est tum ijs, tum alijs conuerti volentibus? Principio quidem confugiendum est ad implorandum auxilium & misericordiam Dei. Nam absque gratia cœlesti nemo vnquam vere conuersus est. Hoc inuocato auxilio, magno & firmo animo secum constituent valefacere omnibus quibus offendatur Deus, & libèter amplecti & aggredi ea, quibus eius gratia sibi conciliare queant. Sed hic principio labor & dolor sentietur, isque tanto molestior, quanto diutius vitijs inseruitus est: itaque sæpius animo frangi, ac nonnunquam relabi continget ijs qui non satis forti & constanti animo sunt. Verum etsi interdum labi contingat, non tamen desperabunt, sed rursus ad Christi poscendam opem, suumque renouandum propositum & conatum sese conuertent. Non deerit misericordia Christi viriliter decertantibus: imo vero etiam pro sua benignitate tentationes & impugnationes aduersæ partis mitigabit, ac temperabit, & sicut Apostolus dicit, non patietur eos tentari supra id quod poterunt, sed faciet etiam cum tentatione prouentum vt possint sustinere. Cæterum vt recto quodam ordine in sua ad Deum conuersione vtantur (ordo enim vbiq; maxime seruandus est vt pote sine quo nullum virtutis exercitium potest aut laudabile, aut frugiferum, aut diuturnum esse) septem quædam hic proponemus, in quibus sese excitare debent. Quod si fecerint, nihil eorũ omisit se videbuntur, quæ ad veram conuersionem

P
Cõuersio vera cui nõ necesse est
Cõuersio qualem difficillimam sit.
Gradus peccati quidam sunt.
Cõuersio recte vt lenis addeum quod certe dicitur.
Q
In conuersione ad Deum præsentium quædam sunt.

psalm. 30

O

Bisariam hoies at trahi siue ad bonũ siue ad malum

Humilitas quam Deũ facilius recõciliat

Lucæ 13

Quisnam bene moriatur.

contritio vera quæ fit scilicet donũ Dei.

contritio vera quam habet efficaciam

pertineant. Primo quidem peccata sua præterita ad memoriam reuocare studebunt. Hoc maxime necessarium est. Hic tamen obseruandum est, vt ne nimiam faciant moram in illis recogitandis peccatis quæ adiunctam habent fœdam delectationem, cuiusmodi sunt peccata venereæ. Alio qui fieri poterit vt memoria talium immerata cogitatione refricata praua excitet desideria, quibus animus inflammatus, rursus in eadem prolabatur. In hac peccatorum commemoratione profundissima est adhibenda humilitas, qua in tantum sese abijciant coram Deo, vt se omnium indignissimos ex animo fateantur: quæ humilitas quanto fuerit demissior, tanto facilius veniam epud Deum & gratiam impetrabit. Secundo amaram de admissis peccatis cordis contritionem & dolorem asument. Magna res est vera contritio. Solent stulti homines quandam sibi in peccatis suis impunitatem polliceri, atque ita se cum cogitare: Quid necesse est, vt dum ad huc ætas viget, voluptatibus renũciemus? Licebit in ipso mortis articulo impetrare veniam. Et interim proponunt sibi latro-nem, qui in cruce veniam meruit: itemque nõnullos alios, qui in extremis gratiã adepti sunt. Sed si attendere vellent quam pauci bene moriantur, qui dum incolumes sunt, Deum ac salutem suam negligunt: deinde etiam quam nõ fit in nostro arbitrio situm, vt nos peccasse vere doleamus, non tam misere sibi ipsis imponerent. Esto interim multis qui semper improbe vixerint, tantum concedatur vitæ spaciũ, vt ante obitum confiteantur, & sacramentis ecclesiæ muniantur, num propterea certum est eos bene obiisse: Bene moritur, quisquis vere dolet vnquam se peccasse. Sed hic dolor non est sine charitate. Caritas autem præcipuum Dei donum est, quod raro præstatur sero pœnitentibus. Ergo dum adhuc vita incolumis est hanc veræ contritionis gratiam lachrymis, precibus, votis ac suspirijs à Deo petamus. Eius enim donum est, quanquam etiam multa sunt, quæ diligenter considerata animos nostros eo permouere quæant, vt nos peccasse se pœniteat, de quibus iam nimis prolixum foret latius agere. Hoc paucis dici potest veram contritionem tantam habere vim & efficaciam, vt etiam facile peccata simul omnia pœnamque delere possit atque ni-

hilominus confessio semper facienda est, vt etiam Ecclesiæ iudicio satisfiat. Tertio igitur peccata sua fideliter, humiliter & integre confitebuntur. In confessionem omnia mundantur. Non frustra Deus dedit clauis Ecclesiæ suæ quibus voluit cœlum patefieri pœnitentibus & peccata sua integre confitentibus. Sed iam quidam existunt, qui putent peccatorum licet mortalium enumerationem non esse necessariam. Sed quo spiritu hæc dicunt? Suo videlicet. Homines stulti & scioli volunt opiniones ex suo parum sanonatas cerebro totius Ecclesiæ iudicio anteferri, valeant deliri isti cum somnijs suis. Norunt Christiani fideles vel propria edocti experientia, quantam peccatoris pacem adferat, vera ac pura confessio. Necessaria plane etiam ipsa est ad veram conuersionem o quam pauci hodie bene confitentur imo quam pauci bene confiteri norunt. Qui confessiones recipiunt, quandoq; ita sunt rudes aut negligentes, vt de eis verissime dici possit illud Saluatoris: Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. Quidam etiam eorum adeo sunt incurij vt penitus non curent instituire eos & examinare, quorum confessiones auscultant, etiam si animaduertant eos non recte confiteri. Ideo sine numero ruunt hisce temporibus homines in tartara. Quã obrem qui confiteri volunt, eiusmodi sibi virum eligant, qui non minus religiosus quam doctus sit. Quarto etiam satisfactioni, quæ est tertia pœnitentiæ pars, operam dabunt. Id vero ita est conuersioni necessarium, vt sine ea nemo recte conuersus dici queat. Hic curandum est, vt pro ratione culpæ etiam studeant satisfacere. Si multa & magna admisere peccata, maior quæ exigitur satisfactio. Nemo sibi imponat nimium sibi blandiens de diuina misericordia. Quicquid hic expiatum non erit, postea nimis dire expiabitur. Christus quidem abũ de satisfecisset pro nobis, sed oportet nos illius gratiæ & satisfactioni cooperari. Vtinam hac in parte diligentius magisque serio admonerentur homines tum in priuatis confessionibus, tum concionibus publicis, vt pro peccatis suis dignos studeant pœnitentiæ fructus facere, & iniurias summæ Dei, quas accipit ex peccatis nostris, in seipos castigare. Sed non patitur sermonis angustia hic cuncta perstringere.

R

Confessio peccatorum quæ sit necessaria

Matt. 18 Lucæ 6

Confessio nari quæ sit cuique sit relige dus

S Beneficia quanta Deo moralibus cōtulit

Beneficio rum Dei generalit̄ catalogus quidam Gen. 1. 2

Quinto vt vehementius doleant de peccatis suis, maioremque erga Deum cōcipiant gratitudinem, beneficia Dei attēte considerabunt. Quis enim non acriter doleat eum se vel semel offendisse, à quo se p̄spicit tot tamq; p̄claris affectū beneficis vt ea nec numerari nec digne p̄derari queant: Præter priuata autem beneficia, quæ innumera singulis præstantur à Deo, sunt quædam generalia, puta creationis, q̄ nos ex mera & summa charitate fecit ad imaginem suam, vt ipsius beatitudinis simus participes: item incarnationis, passiōis & mortis, quod solum si bene ruminetur possit ad quamuis ferrea emollienda corda sufficere: adhæc p̄seruationis, quo ab innumeris nos seruauit corporis & animæ malis, præsertim horrenda damnatione æterna, qua innumeri iam puniunt, minus atque nos peccauerint. Hæc aliaque stupēda Dei beneficia cum ingenti suæ ingratitude detestatione, & diuinæ benignitatis admiratione recogitabunt. Sexto alacriter, feruenter, fideliter ac perpetim Deū laudabunt. Id planè exigit tanta erga nos di-

uinæ pietatis multitudo. Et quisq; Deum creatorem, redemptorem, conseruatoremsuum non laudabat, omni bruto deterior ac vilior est. Itaq; ad hoc ipsum veræ cōuersioni necessariū est. Septimo quoad poterunt ne recidant in peccata cauebunt fortiter in bono perseuerabunt. Sola enim perseuerantia coronabitur. Multi bene inchoant, sed pauci perseuerant. Non potest autem vera dici cōuersio, vbi perseuerantia deest. Quod si quandoq; ex infirmitate labi contingat, curent saltem vt ilico resurgāt: & si millies ceciderint, millies resurgāt nec vnquam iaceant in vitis: sicq; perseuerent vsque in finem. In his septem q̄ quis bene se exercitauerit, veræ cōuersionis fructu nō fraudabitur. Itaq; dilectissimi dum adhuc licet, respiscamus cum Paulo. Habeant sibi corui cras suum: nos hodie potius conuertamur. Habemus patrem clementissimū, in cœlis, q̄ nihil magis optat, quā cōuersionem, salutem ac beatitudinē nostram, dominum nostrum Iesum Christū, cum patre & sancto spiritu viuentem & regnantem in secula seculorum, Amen.

Matth.

Angelus vt dicitur sit Ioannes Baptista. Ioan. 1.

Leuit. 12

Matth. 5

Esaie 9 Ioan. 15

Lucæ 10

Dan. 7

Zacha. 9

Sapient. 2

IN SOLENNITATE PURIFICATIONIS IM-

maculatę semperque virginis Marię, Lectio Malachię prophætę, loco Epistolę Malachię III.

XVII
Matth. 11
Marc. 1
Lucæ 1
Luc. 7
Esa. 17



MAc dicit dominus: Ecce, ego mitto angelum meū, & præparabit viā ante faciē meam. Et statim veniet ad tēplum suū dominator quem vos queritis, & angelus testamenti quē vos vultis. Ecce venit, dicit dñs exercituum. Et q̄s poterit cogitare diē aduētus eius? Et q̄s stabit ad videndū eū? Ipse em̄ quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans quasi argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui, dicit dominus omnipotens.

conflabit.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Quā pulchræ isthęc lectio hodiernæ celebritati cōueniat, ita est cuius p̄picuū, vt id declarare nihil sit necesse. Loquitur enim per prophetam suum Malachiam filius Dei: Ecce ego mitto angelum meum, nempe Ioannem Baptistam (ita e-

nim hæc verba exponit ipse Saluator apud Matthæum & p̄parabit viā ante faciē meam, adhortādo homines vt dignos agant fructus p̄nitentię, vt vitis repudiatis, virtutibus animę suę domiciliū decēter exornēt, vt sic libeat mihi in ipsum ingredi, in eoq; cōmorari, Nāq; in maleuolā animā non in-

Sapient.

non in-

non introibit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: vel sua doctrina & baptismo Iudæos ad meā doctrinæ & baptismatis receptionē aptos ac habiles reddendo. Dicitur autē Ioannes angelus, ratione ministerij, q̄a nuncius & p̄cursor Christi fuit, de q̄ apud Ioannē legitur: Fuit homo missus à Deo, cui nomē erat Ioannes. Et statim, id est, paulo post ortum Ioānis, veniet ad tēplū suū dñator quē vos queritis, id est, ipse ego veniam ad tēplum offerendus iuxta legem à parentibus meis. Non enim veni soluere legem, sed implere. Et angelus testamenti, quē vos vultis: q̄ idem ipse Christus Iesus est, autor & institutor noui testamēti, & magni cōsiliij angelus, qui omnia quęcunq; audiuit à patre nota fecit nobis, & nomen patris sui annunciauit fidelibus suis. Quod autē dicit, Quē vos queritis, & quē vos vultis, de bonis omnibus, & iustis à mundi exordio accipiendum est. Illi enim Christi aduētum summo opere desiderarūt, de quibus dicit saluator in Euāgelio: Multi reges & prophætę voluerunt videre quę vos videtis, & nō viderūt. Ecce venit, dicit, dominus exercituum, cui præsto sunt innumerabiles legiones angelorū, cui millia milliū ministrant, & decies millies centena millia assistunt.

Angelus vt dicitur sit Ioannes Baptista. Ioan. 1.

Leuit. 12

Matth. 5

Esaie 9 Ioan. 15

Lucæ 10

Dan. 7

Zacha. 9

Sapient. 2

A

BEt quis poterit cogitare diem aduentus eius? Etenim diabolus non potentia, sed humilitate & patientia debellaturus, mitis ac humilis veniet, nō regio stipatus exercitu, non seculari fastu tumidus, sed sicut Zacharias ait, pauper, id est, humilis & vilis, quantum ad humanum iudicium attingit: ideoque à paucissimis cognoscetur. Nam diuinitatis maiestatem in serui forma occultabit. Et quis stabit ad videndum eum? Multi enim vbi viderunt dominum Iesum tam humilem ac simplicem ducere vitam, eum penitus despexerunt, nec eum aliquo in precio habere voluerunt. Alij etiam eo quod eorum vitia acriter reprehenderet, inexpressibili eum odio prosequabantur, itavt eis etiam grauis esset ad videndū. Ipse enim quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonum. Vt igni purgatur aurum & herba fullonum vestes mundantur: ita dominus Iesus ignitis sermonibus suis, multos purgavit à vitis, & ad meliorem mentem animiq; puritatem reduxit. Et sedebit conflans, excoquens igni amoris sui, ignitoque eloquio sup sordes peccato-

rum: & emundans in se credentes quasi argentum quod igni purgatur, & purgabit filios Leui, vt quemadmodum scriptum est, iudicium incipiat à domo Dei. Per filios Leui sacerdotes & templi ministri accipiuntur, qui sæpe maioribus inquinantur sordibus, quam homines laici ac vulgares. Quo enim status dignior, eo vita mala sceleratior ac impurior. Hos igitur dominus quandoq; duris permittit vexationibus affligi, vt eiusmodi flagellis correcti, suis monitis & exemplis alios ad Dei timorem & amorem reducant, quos sua improbitate & pessimis exemplis auertūt à Deo. Atque vtinam vel vexatio daret intellectum auditui. Et conflabit eos quasi aurum & argētum, vt impleatur Esaie sermo, dicentis: Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriā tuam. Et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, non sicut multi faciunt, qui pollutis manibus regem glorię & totius puritatis autorem tractare & offerre non verentur: quæ res vel præcipua istarum perturbationum & scandalorum causa est. O respiscant tandem qui tales sunt, & non sint miseræ plebeculæ in ruinam & laqueum mortis. Alioqui timendum est, vt ira Dei intolerabilis sæuiat in nos. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, id est, oblatio sacramēti altaris, quod Hierosolymis primo constat esse institutum, sicut dies seculi & sicut anni antiqui, id est, longe magis, quam vnquam antea. Hebraismus enim est. Veteris enim legis sacrificia hæcenus placebant Deo, quatenus pijs ac deuotis animis offerebantur: sed nostrum sacrificium in seipso sanctum est, nec potest non placere Deo: quāquam ministri illud offerētes ob vitā indignam sæpe vehementer displiceant.

1. Petri 4
Leui filij
qui mystici
ce sint.

Esaie 9

Esaie 1

EXEGESIS EVANGELII

in eadem Solemnitate
Lucæ II.



Magnæ humilitatis exemplū nobis ob oculos statuit Euangelium diei huius, tum in ipsa virgine matre, tum in vnigenito filio Dei. Autor legis ceu pec-

C

o iij cator

cator quispiam legi se subiicit, & mater in temerata, quæ absque viri commixtione conceperat, atque ea re lege nõ tenebatur, legis præscriptum studiosissime exequitur. Quia de re pulcherrime dicit diuus Bernardus: Qui sine peccato est, non dedignatur peccator reputari. Itemq; Putas non poterat animus virginis commoueri ac dicere: Quid mihi opus est purificatione? Cur abstineam ab ingressu templi, cuius vterus nesciens virum, factus est templum spiritus sancti? Cur non ingrediar templum, quæ peperit templi dominum? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impure fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: nimirum cum proles ista fons puritatis sit, & purgationem venerit facere delictorum. Quid in me legalis purificet observatio, quæ purissima facta sum ipso partu immaculato? Vere o beata virgo, vere non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nõquid filio tuo opus erat circuncisione? Esto inter mulieres tanquam vna earum: nam & filius tuus sic est in numero puerorum. Ergo his maxime confunditur superbia nostra, qui cum reuera miseri ac vitij pleni sumus, tamen non solum non ferimus tales ab alijs nos haberi, sed sæpe etiam iusti & sancti videri volumus. Non sic humilis Deus, non sic humilis mater Dei. Sed videamus ipsa Euangelij verba.

Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Hierusalẽ, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur.

Diuina lege præceptum fuit, vt mulier si suscepto semine peperisset masculum, immunda esset septem diebus, quibus nedum à templi ingressu & tactu sacrorum, sed etiam ab hominum consortio excluderetur. Octauo autem die puer circuncidetur, atque tum liceret matri hominum quem vti consortio, sed tamen adhuc triginta tribus diebus à templi introitu abstinere. Sin vero fœminam peperisset, dies tam quo ad hominum consortium, quam templi accessum duplicarentur. Deinde expletis diebus purificationis, tem-

plum ingressa, si diues esset, agnũ, sin pauper, duos turtures, aut duos pullos columbarum offerret. Et ista lex generatim ad omnes recens natas proles pertinebat: præterquam alia erat specialis, quæ sola primogenita, tam iumentorum, quam hominum complectebatur, vt, quandoquidem dominus cuncta Aegypti primogenita occiderat, ea illi consecrarentur. Beata igitur Dei genitrix semperq; virgo tametsi ipsius Mosi verbis ab hac priori lege excepta fuit (Non enim concepit suscepto semine: quæ verba ob illius reuerentiam Moses ex sancti spiritus instinctu adiecit: alioqui superfluo adiuncta videntur) nihilominus libenter passa fuit, velut immundam, tam ab hominum consortio, quam templi aditu se arceri, manens interim in paruo illo & vili Bethlehemitico tugurio cum filio suo longe amantissimo, cuius vnus præsentia omnium hominum consuetudine longe illi & suauior & gratior fuit. Sed & ipse filius Dei tanquam vnus ex cæteris vt peccator, vt seruus, vt pauper redimi voluit. Nã postq̃ impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Hierusalẽ, vt sisterent eum domino. Vides quantopere oẽm singularitatem, omnem ostentationem filius Dei, & mater eius fugerint. Sed quæ vult mater Dei & suæ purificationis & filij presentationis obseruare legem, cum vterq; ab ea immunis esset? Multis videlicet ex causis: quas quia omnes enarrare longum foret, dicamus vel paucas. Fecit igitur hoc, tum ne ludæis vllam vel scandali, vel calumniam materiam præberet: tum ne legem diuinitus datam contemp̃tū habere ac negligere videretur: tum ne gratiã Dei sibi p̃stitam, & vix paucissimis cognitam, tanq̃ humanę laudis auida, omnibus ostentare crederetur: tum vt perfectæ obediẽtiæ ac humilitatis nobis præstaret exemplum: tum vt diabolo diuinę incarnationis mysteriũ penitus occultaretur. Si quis plures velit nosse causas, legat scripta doctorũ. Tulerunt, inquit, Iesum in Hierusalẽ, vt sisteret eum domino, id est, offerrent ac præsentarent: & quia primogenitus erat, etiã redimeret, sicut Euangelista subdit:

Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum.

Orem

Dorem omni admiratione prosequendam. In templo præsentatur is, qui pios omnes suum sibi templum efficit: quinque scilicet vt seruus redimitur, cuius ditioni ac imperio totum subiacet vniuersum: offertur pro eo sacrificium, quo velut peccator expietur, qui cunctorum peccata expurgauit: à matre virgine paruulus gestatur, qui immensus & omnipotens omnia portat & sustentat verbo virtutis suæ: non diuitum sed pauperum oblatione vtitur, qui solus est diues, qui per Salomonem dicit: Mecum sunt diuitiæ & gloria. Tenet puella suum & omnium creatorem, nutrit suum & omnium nutritorem: portat ad templum suum & omnium rectorem. Sed quærat merito aliquis: Cum certum sit Magos inter cetera munera etiam aurum, & quidem vt tantos decebat viros, haud exiguum domino obtulisse, quid causæ est, vt virgo beata agnum offerre noluerit, turtures vel pullos columbæ instar pauperum obtulisse contenta? Si habuit vnde agnum emeret, & noluit, videtur fraudem fecisse sacerdoti: sin vero non habuit, vbi Magorum aurum reliquit? Sed virgo p̃missima amatrix summa paupertatis, intelligens certissima sancti spiritus inspiratione mentem ac propositum filij, quomodo paupertatem maxime amaret, & toto vitæ suæ spacio amplecti statuisset, vt erat in proximos, maxime inopes & miseros longe p̃missima, totum illum thesaurum per sanctum Ioseph creditur statim in pauperum solatium distribuisse. Si dicas: Vnde ergo victura erat cum domino saluatore & sancto Ioseph? Nos respondemus, Occupet eiuscemodi sollicitudo eorum animos, qui nesciunt diuinæ se committere prouidentia, qui non audent confidere Deo quod posteaquam corpus & animam dedit libentissime sit etiam vitæ necessaria præstiturus. Beata autem & gloriosa virgo, quæ totam spem suam contulerat in Deum, non poterat nec tenuissimam in animum suum inanem curam aut pusillanimitatis cogitationem admittere. Quã obrem pro filij nutu ac voluntate cuncta disperfit in miseros, malens nudari auro, quam pietate ac misericordia. Curam autem omnem sui in Deum reiecit, conuenienter illi admonitioni Propheticae acquiescens: lacta super dñm curam tuam, & ipse te enutriet. Nouerat namq; etiã alibi eundem dixisse Prophetã: Non vidi iustum derelictum

nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit. Animaduertat hæc diuites auari, qui semper metuunt, ne nõ satis multa relinquãt prolibus suis omne fortassis patrimonium suum comessando, potando, luxuriando absumpturis, & nec tenuem ipsis gratiã habituris, atq; interim pauperes & miseros crudelissime negligunt.

Et ecce homo erat in Hierusalẽ, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini.

Hic porro commemorat Euangelista senem iustum & sanctum, dignum qui videret Christum domini, & qui nato saluatori redderet testimonium. Dicitque eum fuisse iustum & timoratum: iustum quidem non modo ob iustitiam, quatenus ea virtus particularis est, qua redditur cuique quod suum est: sed etiam quatenus est virtus communis seu generalis, virtutes omnes in se complectens, quam Augustinus definiens, ait eam esse, qua Deus, proximusque diligitur. Fuit etiam timoratus, non eo timore, quo metuunt homines ne bonis temporarijs priuentur, ne vitam amittant temporalem, ne temporale patiantur incommodum: quæ omnia ad mundanum, aut seruilem timorem pertinent, quem perfecta charitas foras mittit. Non enim est fidelis domino suo, sed proprijs duntaxat lucris ducitur, quod est à vera charitate maxime alienum, quæ non querit quæ sua sunt, sed tendit in alterum. Nõ ergo ex hoc timore laudatur sanctus Simeon, vt qui magis in vitio est, quam in virtute: sed illo casto & sincero, qualis est filiorum, qui plus veretur iniuriam & offensam Dei, quam quoduis proprium incommodum, de quo scriptura dicit: Qui timet Deum, nihil negligit. Et: Timor dñi sanctus permanens in seculum seculi. Expectans consolationem Israel, Hoc proprie in hominibus sanctis charitas efficit, vt multorum optet salutem. Ita beatus iste senex,

non

Bernard.

Hebræi

Hebræo. 1

Prover. 3

Math. 2

Aurũ tris Magorũ in pauperes fuisse expũm.

Purificatiõis legẽ cur beata Maria seruauit.

Leuit. 12

psalm. 54

psalm. 36

Simeon cur fuerit iustus.

Iustitia qd

August.

Simeon vt fuerit timoratus.

1. Ioan. 4

1. Cor. 13

Timor sincerus & castus quis.

Eccle. 7 psalm. 118

non sui duntaxat, verum totius Israel, c m
nium videlicet electorum consolationē ac
liberationē, quæ in Christi aduentu p̄stan
da erat, expectabat idq; ardentissimo desi
derio, & q̄tidianis perpetuisq; p̄cibus, qui
bus intantum placuit Deo, vt etiā iucūdis
ma illius reuelatione de aduētū saluatoris
certior effectus fit. Et spiritus sanctus erat
in eo: à quo etiā responsum acceperat, non
visurum se mortem, nisi prius videret Chri
stum domini. Beatus plane ille homo, cu
ius habitator est spiritus sanctus. Non po
test ille non sanctis feruere desiderijs, & in
animum suum aduentum optare saluato
ris. Olim sancti homines, grauissimi hu
ius exilij & miserandæ captiuitatis pertæ
si, vehementissime Christi nascituri p̄senti
am suspirabant. Sic David sanctus: Oſten
de, inquit, nobis domine faciem tuam, &
salui erimus. Itemque: Oſtende nobis do
mine misericordiam tuam, & salutare tuū
da nobis. Et Esaias propheta: Vtinam, ait,
ccelos dirumperes, & descenderes. Talis
erat & hic venerandus & amabilis senex Si
meon, quem dubium nō est quotidie igni
tis precibus dōminum vt veniret, pulsasse.
De talibus dicit S. Bernardus: Ardorē desi
derij patrum suspirantium Christi in car
ne præsentiam frequētissime cogitās, com
pūgor & confundor in memetipso: & nūc
vix cōtineo lachrymas, ita pudet me tepo
ris torporisque miserabiliū tempore horre.
Cui nāq; nostrum tm̄ ingerit gaudiū gra
tiæ huius exhibitio, quantū veteribus san
ctis accēderat desiderium promissio: Lege
hinc plura apud ipsum Bernardum Sermo
ne II. in Cantica canticorum. Hodie mise
ri magis aurum & argentum, id est, lutum,
aut corporis voluptates, id est, porcorum
siliquas, aut honores & fastus seculi, hoc
est, vanitates & insanias falsas, & diaboli
pompas appetimus, quam Christum eius
que gratiam. Verum non nisi nos ipsos sal
uimus. Sequitur:

Et venit in spiritu in templum.
& cum inducerent puerum paren
tes eius, vt facerent secundum con
suetudinem legis pro eo: & ipse ac
cepit eum in vlnas suas, & benedi
xit Deum.

Ne sanctus & venerabilis senex frau
daretur desiderio suo, eodem tēpore, quo

Christus ferebatur in templum, intus ad
monitus est à spiritu sancto, vt iret ad tem
plum. Ita factum est, vt eodem reuelate spi
ritu cognosceret p̄uex qui illuc adduceba
tur, esse mundi saluatorem, cuius conspe
ctum ipsi promiserat spiritus sanctus. Ac
currit itaq; & feruētī desiderio petijt à ma
tre præberi sibi infantulū, quē vbi pia ma
ter præbuit, accepit eum lætus in vlnas su
as, nō vtiq; sine maxima humilitate, deuo
tione & reuerētia. Magna profecto huius
senis charitas fuit. Nō enim dubitabat De
um ac dominum suum esse quem sic am
plectebatur: vnde merito poterat horrore,
timore ac tremore concuti: sed amor præ
stitit fiduciā, vt securus p̄ns stringeret am
plexibus, quem super se etiam angelicę po
testates verentur. Hanc fiduciam non præ
stat fides sterilis ac bonis operibus vacua,
sed feruens & perfecta charitas, quæ vbiq;
& semper & in cōmibus domini Dei sui vo
luntatem diligentissime exequitur, idque
non ob aliud, nisi quia nouit ita velle eum
quem diligit. Sequitur:

Et dixit. Nunc dimittis seruum
tuum domine, secundum verbum
tuum in pace. Quia viderunt ocu
li mei salutare tuum, Quod para
sti ante faciem omnium populor
rum, Lumen ad reuelationem gen
tium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Iam adeptus erat, quod sperauerat, qd
totis animæ visceribus concupierat, quod
tot annis tam anxius expectarat: ideoque
nihil iam superesse arbitrans, cur diutius
viuendum sibi putaret, pijsimo & trāquil
lissimo animi affectu exclamauit: Nunc di
mittis seruum tuum domine, secundum
verbum tuum in pace. Vidi Christum sa
lutare tuum, vidi Deum ac dominum me
um, quem semper videre concupiui, vidi
eum, qui est summa vnica & vera pax ani
mi, tranquillitas mentis: ergo iam dimitti
cupio, sicut pollicitus es, in pace, vt in ipso
obdormiam & requiescam, quem vlnis te
neo, qui, vt dixi, vera pax est omnium ele
ctorum. Quid mihi iam vltius cum hu
ius miseræ vitæ perturbationibus? quid
mihi cum hac vita misera, mille periculo
rum, tentationum, vexationū procellis ex
posita? Dimitte me in pace, vt anima mea
ab huius

ab huius exilij erepta ergastulo ad sinū A
brahe feliciter quietura trāseat, donec per
actus omnibus, quæ ad salutem nostram
pertinent, Christus filius tuus me ex infe
ris eductum cum iustis om̄ibus in cælum
secum abducat, id est, supernam Hierusa
lem, visionem pacis sempiternæ.

G
pacē verā
quā prę
pediant.

Ad hanc pacē quisquis pertingere appetit, ex
purget se à vitijs, quæ sola impedimento
sunt, ne vera pace perfruamur. Quia, inq̄t,
viderūt oculi mei salutare tuum, quod pa
raſti ante faciem om̄ium populorum: Lu
men ad reuelationem gētium, & gloriam
plebis tuæ Israel. Salutare Dei Christum es
se vel ex hoc loco satis intelligitur. Eum Si
meon sanctus vbi vidit, iam præter eum ni
hil optat videre amplius. Fastidit omnia
quæ mundus habet, postquam Deum Dei
filium vidit. Quid enim possit in rebus cre
atis libere ei, qui om̄ium creatorem vidit?

Amare im
modicē tē
poralia
vnde con
tingat.

Itaque quod multi vilissima præsentis vi
tæ bona & res caducas charas habent, in
de potissimum fit, quod summi boni nul
lum adhuc gustum perceperunt. Quod si
vel tenuiter gustassent, sentirent nimirum
eius comparatione merito contemnenda
esse, quæ cunq; mundus suis offert amicis,
sicut verissime dicit Papa Gregorius: Gu
stato spiritu desipit omnis caro. Quod au
tem ait: Quod paraſti ante faciem om̄i
um populorū, lumen ad reuelationem gen
tium, manifeste indicat dominū toto hu
mano generi saluatorem venisse. Ipse est e
nim lux vera, quæ illuminat omnē homi
nem venientem in hunc mundum. Væ au
tem illis, qui suis peccatis aditum præclu
dunt huic luci, quo minus eorum pectora
illustrare queat: de quibus dicit Euangeli
sta: Et lux in tenebris lucet, & tenebrę eam
non comprehenderunt, id est, admittere
noluerunt. Qui enim peccat, lucem exclu
dit, nec sinit gratiæ lumen in se operari. O
si homines vitijs dediti aduertere vellent,
quantum bonū à se excludant, quanta lu
ce se priuent, quantis immergant tenebris
internis, horrerēt sane, & minus essent p
cliues in vitia: Dominus Iesus verum lu
men est, remoueat quicquid illi obicem
ponit, & confestim gratiæ suæ splendori
bus totos nos collustrabit. Sed quid
dicit sanctus Simeon, Lumen ad reuela
tionem gentium, & gloriam plebis tuę Is
rael? An ne etiam Iudęos Christus illumi
nauit: an ne etiam toti humano generi ma

Gregori⁹

Ioan. I

Ibidem.

Lumen ve
rū qui sit
dominus
Iesus.

Simeoni
charitas
quanta fū
erit.

Psalms 4

gnam attulit gloriam, quod Dei filius ho
mo fieri voluit? Missus plane erat domi
nus ad oues quæ perierant domus Israel,
& illis illuminandis quantam nauauerit
operam, Evangelica scripta declarant. Sed
quia paucissimi eius lucem recipere volue
rant, ad gentes gratia eius translata est. Vn
de Esaias dicit ex persona Dei: Ecce testem
populis dedi eum, ducem ac præceptorem
gentibus. Dicitur ergo lumen gentium,
quia post eius aduentum gentes dæmo
num cultui deditæ ad vnus Dei viui & ve
ri agnitionem conuersæ sunt, & Iudæi in
sua cæcitate permanserunt. Gloriam au
tem plebis Israel eum vocat, quod illi po
pulo maximam attulerit dignitatē, quod
Dei filius ex ipso carnem sumere voluit:
quod idem ad totum humanum genus re
ferri potest, cui id non vulgarem aduexit
gloriam, quod Dei filius homo fieri di
gnatus est. Rogemus nunc dominum
dilectissimi, vt dum adhuc in hoc exilio de
gimus veram pectoris & conscientiæ pa
cem, cunctis vitijs & perturbationibus ex
clusis ac sopitis adipisci, Christum veram
salutem interioribus oculis, vel per specu
lum & in enigmate conspiceret, atque eius
luce, ne erroribus & mendacijs fallamur,
illustrari, atque ipsum tandem; qui certa
gloria est plebis suæ in cœlesti patria feli
cissime possidere, atque in eius populo, id
est, veris Israelitis adnumerari mereamur,
Amen.

Matth. 15

Esaias 55

1. Cor. 14

SERMO IN EADEM

Solennitate. Vt Christi ac ma
tris eius humilitatem &
obedientiam imitari
debeamus.



Vum inducerent puerum Ie
sum parentes eius, vt facerent
secundum consuetudinem le
gis pro eo. Lucæ secundo. Et si
dubium non est dilectissimi totam domi
ni Saluatoris vitam omnigenis claruisse
virtutibus, nullam tamen fere tam studio
se, ac sollicitè in seipso expressisse, nobis
que colendam tradidisse videtur, atque
veram & profundam humilitatem. Vn
de ipse ait: Discite à me, non fabricare cœ
los, non excitare mortuos, nō mortalium
omni

H

Matth. 23



Vscipimus Deus misericordiā tuā in medio tēpli tui. Psalmo XLVII. Charissimi fratres sancta mater Ecclesia peragens solennitatem hodiernam, solennitatē Christi, solennitatem etiā beatæ & perpetuę virginis Marię, excitat filios suos ad deuotionem & gratiarū actionem dño Deo patri pro natiuitate filij sui in carne, pro circuncisione eiusdem, & pro præsentatione seu oblatione illius in templū, & pro illius manifestatione, quæ hodie clarior fuit, quam in eius natiuitate vel apparitione. Nam in natiuitate solis pastoribus, in apparitione magis, hodie vero apparuit omnibus fidelibus cum testimonio solenni iusti Simeonis, & deuotissime viduę S. Annę. Idcirco statuit mater nostra sancta Ecclesia in principio Missę præalligata verba cātari hodie: Suscepimus Deus misericordiā tuā in medio tēpli tui. Quæ verba tripliciter possunt intelligi, secundum quod tēplum tripliciter potest accipi: scilicet literaliter pro templo materiali, vel mystice pro beata virgine Maria: siue moraliter p nobis ipsi. Primo, literaliter & secundum historiam accipitur templum pro materiali templo Salomonis, in q̄ hodie suscepimus misericordiam Dei, id est, Iesum Christū dñm nostrū, qui nō venit iudicare mundū, sed saluare, qui semetipm hodie Deo patri obtulit, & seipm redemit, & obtulit hostiā pro pctō. Non tamen se redemit quasi obnoxiiū peccato, vel in aliquo debitorem: sed redemit nos in seipso: quia nos corpus vnum multi sumus in ipso. Hanc porro oblationē & præsentationem Christi in templū materiale docet hodie Euāgelica hystoria, in qua breuiter tangitur quō Christus Dei et virginis filius voluit in templum offerri. Sed dicitis: quare voluit in templū offerri? Interrogo & vos: quare voluit nasci? quare voluit circūcidi? quare voluit & postea crucifigi, & tandem mori? Omnia charissimi propter nos fecit. Nam sicut non habuit necesse, propter se, scilicet crucifigi aut mori, ita non fuit ei etiam necessarium in templum præsentari aut nasci. Nobis necessarium fuit, nobis vtile fuit, nō solum ad redemptionem nostram, sed etiam ad instructionem nostram. Talia enim sunt opera, & passiones Christi, tam fructuosa, quod non solum profunt, sed etiam erudiunt. Profuit quidem hæc obseruantia legis,

Nā vt sanctus Thomas dicit, Christus voluit sub lege fieri, & præcepta legis seruare, quum tamen esset autor legis, vt eos qui sub lege erant redimeret, & vt iustificatio legis in suis mēbris impleteretur. Duplex enim præceptum in lege de prole nata traditum erat. Vnum quidem generale, quo ad omnes, vt scilicet completis diebus purificationis matris, offerretur sacrificiū pro filio vel filia. Et hoc sacrificiū erat ad expiationē peccati, in quo erat proles concepta & nata, & etiam ad consecrationem quandam ipsius pueri: & idcirco offerebatur aliquid in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis, tam in hominibus, quam in iumentis. Sibi enim deputauerat Deus omne primogenitum filiorū Israel, pro eo quod ad liberationem populi Israel pcusserat primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis. Quia igitur Christus natus erat ex muliere, & erat primogenitus, & voluit sub lege fieri, idcirco hæc duo seruauit, quod scilicet fuit in templū præsentatus, & pro eo oblatū sacrificiū scilicet, par turturæ vel duo pulli columbarū. Et quia erat etiam primogenitus, ideo fuit redemptus quinq; siclis. In hac aut præsentatione habemus tria magna documenta, siue exempla trium magnarū virtutum, tam ex parte domini Iesu, quā ex parte beatæ virginis Marię. Primum exemplum vel documentum fuit, magnę humilitatis. Primo in Maria virgine: quæ licet virgo conceperat, virgo, & clauso ventre, & sine dolore genuerat, nec cæteris defectibus & incōuenientijs muliebribus, quæ euenire parientibus solent, subiacerat, tamen ex humilitate voluit se assimilare cæteris corruptis mulieribus. Nam abstinuit per septem dies a consortio hominum, tãquam immunda, & triginta tribus diebus ab ingressu templi, & alia seruauit, quæ in lege habebantur, ac si indignisset tali purificatione. Seruauit bene illud dictum sancti Gregorij, dicentis: Bonarum est mentium ibi culpam agnoscere, vbi nulla est culpa. Et illud sancti Bernardi: Verus humilis non vult humilis prædicari, sed vilis reputari. Secundo, magna humilitas apparuit Iesu Christi, quod voluit pro se hostiam offerri pro peccato, ac si fuisset conceptus & natus in peccato, a quo oportuit

S. Thom.
Galat.
P
Queniam
purificatio
dis lex
scriptura
Leuit.
Exodij
Leuit.
Numeri
Exodij
Presentio
Christi
in tem
plo qua
virtutes
nos docet
at.
Humilitas
in purifi
catione
Marię
ta fuerit
Leuit.
Gregorij
Bernard.
Humilitas
Christi
sua p̄sent
iōe qua
ta fuerit

Psalm. 47
Templum
triplex q̄
qui intel
legendum
Ioan. 8
Christus
quō seipm
redemit
Ephc. 4
Christus
cur volue
rit hodie
offerri in
templo.
Opa & pas
siones vt
nō solum
p̄sent, sed
& erudiāt

eum expiari. Sed bone Iesu quid habes expiari? Vnde contraxisti peccatum? Non a patre, quia pater tuus Deus est, in quem nō cadit peccatum. Et tu Deus es ex Deo: non tamen duo dñi, sed cum patre & spiritu sancto vnus es Deus. Nam secundum carnem non habes patrem, sed tantum matrem, sed virgo est, tota pulchra, & macula non est in ea. Non concepit libidine, sed fide. Accessit ad eam spiritus sanctus, & de purissimis guttulis sanguinis eius formauit tibi corpus in vtero virginali, & virginem intactam & clausam reliquit, sicut inuenit. Non est ergo in te peccatum, qui est speculum sine macula, imago Dei patris, & figura substantiæ eius. Nos sumus qui expiamur a peccato in te, quia membra tua sumus. Tu caput es. Sanum quidem est caput, verum membra infirma sunt, a capite, id est, a te sananda. Secundo, exhibuit exemplum magnæ paupertatis, quia voluit offerre pauperum hostiam, id est, par turturum, vel duos pullos columbarum. Nam soli diuites offerebant agnum. Non autem est mirum, quod etiam hic seruauit paupertatem, quam in tota vita sua semper elegit. Nam quum in sua optione esset eligere tempus, locum, modum, & conditionem, & parentes de quibus vellet nasci, elegit, quod mundo esset abiectius & despectius, & carni pœnalius. Nam parentes pauperes, locum despectum, derelictum, & magis ignotum elegit, tempus quod esset pœnalius in fanti, scilicet, propter frigora. Vnde voluit nasci in tempore magis contrario infanti, scilicet hyeme, & de nocte. O bone Iesu, quum sis creator omnium, & tuæ sint diuitiæ & gloria, quare præ omnibus diuitijs elegisti paupertatem? Si bonum est, quod elegisti, quare non omnes eligunt hoc bonum? quare filij hominum, filij huius seculi sic quærunt diuitias, sic quærunt magnificari super terram, exaltari super homines? quum tale exemplum a te non viderunt, qui es summa sapientia. Certe si hoc bonum esset, tu ipse hoc elegisses. Sed quia non elegisti, vel tu errasti, vel ipsi errant. Sed quis dicere potest te errasse, qui es sapientia summa & æterna? Ergo quia non errasti, nec errare potes eligendo paupertatem, sequitur, quod totus mundus errat, qui quærunt

& colligit perituras diuitias. Tertio, exhibuit exemplum magnæ obedientiæ, quia seruauit beata virgo cum filio legem, ad quam non tenebatur. Notate verba legis, & videte si beata Maria debuit illi subñci. Dixit dominus ad Moysen: Hæc dices filijs Israel: Mulier si suscepto semine, peperit masculum, immunda erit septem diebus. Quid necesse fuisset addere, suscepto semine, nisi Moyses a domino illuminatus, cognouisset Mariæ virgineum partum sine semine? quia nisi cognouisset, superfluum fuisset addere, suscepto semine. Nam nulla alia mulierum concepit sine suscepto semine. Vnde nisi voluisset excipere Mariam, superflua fuisset talis loquutio. Nam talis est eiusmodi locutio, ac si vobis diceretur: Quicumque frangerit filētium lingua, recipiet disciplinam. Quid est necesse addere, lingua? Non enim frangitur silentium manibus vel pedibus. Sic non fuisset necesse dicere: Mulier quæ suscepto semine parit, quia omnes de semine pariunt viri. Sed Moyses ex inspiratione diuina noluit blasphemiam irrogare in matrem domini, vt diceret: Omnis mulier quæ parit, immunda erit: sed propter ipsam excipiendam a tali lege, dixit: Mulier quæ suscepto semine parit, immunda est. Sic non peperit Maria: ideo hæc lex non tangebatur eam, nec tenebatur eam seruare. Attamen propter obedientiam (quæ facit, plus quam tenetur) voluit seruare legem istam. Hic iam licet vobis cogitare, & vobis formare hystoriam, quomodo scilicet, & cum quanta deuotione beata virgo Maria & Ioseph cum puero Iesu ascenderint de Bethlehem in Hierosolymam. Non sunt omnia scripta gesta saluatoris, nisi quæ maxime necessaria fuerunt fidei: quia Deus voluit vt in talibus nos exercitarem, cogitando quomodo facta sint. Indubium tamen est, quin beata virgo maximam deuotionem habuit & gaudium, quod Dei filium & suum baiulauit in templum, & obtulit Deo patri, & redemit ipsum quinque siclis. Intellexit quoque, quod hoc præsignatio quædam erat, quod videlicet Christus filius suus se postmodum in perfecta ætate oblaturus erat Deo patri in cruce pro peccatis totius mūdi, & redempturus omnes homines quinq; vultu neribus suis. Interea autē venit ille san-

Obedien
tiæ exem
plum qua
le Christ
& eius ma
ter nobis
reliquerit
in sua pu
rificatione
Leuit. 12
Mariā pa
rientē &
se purifi
cantē ex
ceptam tu
ille a lege
Mosi.
Gesta & y
ba omnia
Christi
cur non
sint scri
pta.
Deuotio
& gaudiū
B. Mariæ
in filij ob
latione
quanta.

Simeon vti
venit in
spiritu in
templum.

Etus Simeon, de quo audistis in Euange-
lio. Venit autē in spiritu in templum, hoc
est, ex reuelatione spiritus sancti, qui reue-
lauit praesentiam Mariæ, cum filio Chri-
sto & vero Messia, & dixit: Ecce Simeon
completum est desiderium tuum. Ecce iam
videbis Messiam tibi promissum. Vade igitur
cito ad templum, & ibi eum reperies,
& brachijs tuis eundem accipies, & deuote
adorabis.

S

Deuotio
simeonis
ad Christum
infantem
quanta.

Cogitate nunc, cum
quanto gaudio, cum quanto seruore san-
ctus ille senex properauit ad templum: cō-
siderate cum quanta reuerentia Saluato-
rem mundi adorauit, cum quanta fiducia
ipsum de manibus beatæ virginis accepit,
quæ illum benignissime & libentissime ei-
dem dedit: cum quanta item dulcedine &
amore illum inter brachia ad pectus su-
um strinxit, & osculatus est. Credendum
est, quod hæc vel similia verba potuit di-
cere: O benedicte puer, tu es creator me-
us, tu es Deus meus, tu es redemptor me-
us, tu es redemptio Israel, & expectatio gen-
tium, tu desiderium patrum nostrorum,
tu prophetarum oraculum. Istæ sunt ma-
nus, quæ fabricauerunt vniuersum mun-
dum. Isti sunt pedes quorum scabellum
adoratur. Isti sunt oculi contemplantes
bonos & malos, quibus nihil est abscon-
ditum. Nunc lætus moriar, quia videre te
merui. Nunc ergo dimitte me exire de hoc
seculo, vt tam felix & bonum nuncium
deferam patribus in lyngo, qui te expe-
ctant. Dimitte me cum gaudio mori, ne
cum tristitia postea videam te à populo
nostro reprobari, crucifigi, & inter duos
latrones mori. Tunc conuertit se ad cir-
cumstantes & prædicauit, quia ipse erat
Christus, & quod positus est (sicut in Eu-
angelio habetur) in ruina, & resurrectionem
multorum in Israel, & in signum,
cui contradicetur. Et ad Mariam: Tuam,
inquit, animam pertransibit gladius. Vbi
prædixit ei filij passionem, & eius scilicet,
matris compassionem. Postea in gratia
rum actionem cantauit canticum, quod
hodie cantatur in receptione candelarum:
Nunc dimittis seruum tuum domine, se-
cundum verbum tuum, id est, secundum
promissum tuum, in pace, & cæt. Adu-
niebat etiam sancta Anna, non mater bea-
tæ Mariæ, sed prophetissa, filia Phanuel,

Oratio Si-
meonis ad
Christum
infantem.

Prophetia
& conu-
sionis
Lucæ 2

Canticum Si-
meonis.

Annæ vi-
dæ & pro-
phetisse
cōmenda-
tio.

quam laudat Euangelium. Hæc vixerat se-
ptem annis cum viro suo à virginitate sua.
Et hæc vidua erat vsque ad annos octo-
ginta quatuor, quæ non recedebat de tem-
plo ieiunijs & obsecrationibus, seruiens
Deo die ac nocte. Et hæc ipsa hora super-
ueniens confitebatur domino, & loque-
batur de illo omnibus, qui expectabant
redemptionem Israel. Et quum omnia
peracta erant secundum legem domini,
rediit Maria cum Ioseph & puero in Ga-
lilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Iuit
etiam Simeon domum laudans, & benedi-
cens Deum. Et quum ad domum suam
peruenisset, genibus flexis in terram, ma-
nibusque & oculis in cælum eleuatis gra-
tias agens Deo de tanto mysterio sibi re-
uelato, feliciter reddidit spiritum.

Cogitate inter hæc, quantum gau-
dium habuit beata Maria quum hæc om-
nia tam miranda aspiceret: quantum gau-
uisa fuit, quod obtulit Deo gratissimam
hostiam scilicet, filium suum: & idcirco pla-
cauit eum mūdo. Non fuit talis hostia ob-
lata ab initio mundi. Quantum gauisa fu-
it, quod filius suus ita agnoscebatur, & præ-
dicatur Christus à viris & mulieribus tam
mirabiliter ad Dei gloriam. Habebat tamen
dolorem mixtum cum gaudio, quando
audiuit mentionem fieri de passione filij,
sicut Simeon prædixit: licet ipsamet meli-
us sciret ex scripturis & reuelationibus,
quam Simeon: tamen ex verbis Simeonis
in memoriam reducebatur magis. Se-
cundo dixi, quod verba thematis possunt
mystice intelligi, vt per templum intelli-
gatur beata virgo Maria sic: Suscepimus De-
us misericordiam tuam in medio templi
tui, id est, in beata virgine, quæ est templū
Dei, non solum ob hoc, quia Deus in ea
etiam corporaliter habitauit: sed etiam pro-
pter multas condiciones conuenientes cū
templo. Nam sicut ad templum confugi-
unt omnes, diuersas petitiones & vota of-
ferentes Deo: sic ad beatam Mariam speci-
aliter omnes deuoti currunt, qui habent ali-
qua vota offerre Deo, quæ citius volūt im-
petrare. Et sicut templū, id est, Ecclesia ha-
bet priuilegium, vt rei qui illuc confugiūt
sint immunes ab omni violentia, & iudex
non potest contra eos agere: sic confugiē-
tes ad beatam Mariam, immunes sunt à vi
olentia

Lucæ

Mors si-
meonis.

Hostia
quæ præ-
dicatio
dicobatur
re B. Ma-
ria in tem-
plo.

Cōpōsio
B. Mariæ
mixta ad
gaudio.

Templū
vii signet
B. virgi-
nē Mariæ.

Templū
misericor-
diæ cur re-
uera sit B.
maria

B. maria
vt sit re-
giū curū
oim pec-
cato rū

Cathari-
na senēsis.
B. maria
vt sit esca-
desperatis
hoibus

V

Christus
cur magrē
suā fecerit
dispensari-
cē suæ re-
gnū miæ.

olentia dæmoniorum, & suspēdunt sententiā
iudicis Dei quousque beata virgo ipsum
placauerit: quia Deus neminem damnat,
qui sub alas confugerit Beatæ Mariæ.
Propterea dico quod ipsa est templum
misericordiæ. Quis fugit ad hoc tem-
plum, id est, ad Beatam Mariam, & non
munitus est? Quis invocauit eam pro mi-
sericordia, & exauditus non est? Quis cla-
mauit ad eam in tribulatione, & conso-
latus non est? Quis habuit fiduciam in
illa, & deceptus est? Quis commisit se illi,
& derelictus est? A solis ortu vsque ad oc-
casum non est qui se abscondat à calore
misericordiæ & pietatis eius. Ipsa est po-
tentissima & benevolentissima reconcilia-
trix omnium penitentium peccatorum.
Per ipsam venimus ad Dei gratiam, quot
quot venimus. Sicut piscibus ponitur in
hamo esca, vt intrent & capiantur: sic do-
minus Deus (sicut reuelauit Sanctæ Ca-
tharinæ de Senis) beatam MARIAM
posuit escam miseris & desperatis pecca-
toribus, vt intrent hamum penitentiae,
Multi sunt, vt innumerabiles peccatores,
indurati & desperati in peccatis, qui con-
siderantes sua scelera & Dei iustitiam
& seueritatem, non audent se conuer-
tere & intrare hamum penitentiae: quos
tamen feliciter & misericorditer Deus
decipit, capit, & imponit eis escam, id
est, recordationem mansuetudinis, pie-
tatis & dulcedinis MARIÆ: & ad
illam accedunt, ad illam mordent, & ca-
piuntur: quia acquirunt amorem ad il-
lam incipiunt ei seruire, & paulatim cog-
nitionem & confidentiam de Deo, & sic
incipit displicere eis vita ipsorum: quia be-
ata domina non cessat, donec deuotos
suos reconciliet cum Deo. Deus
& dominus noster Iesus Christus est iu-
stus & misericors, & fecit quasi quandam
diuisionem cum matre sua. Reseruauit si-
bi iustitiam, & matrē suā præfecit super mi-
sericordiam, fecitque eam thesaurariam &
dispensatricem. Quare non seruauit si-
bitalem dispensationem? quare commisit
matrē? Quia scit omnes indigere miseri-
cordia, omnes clamare pro misericordia:
quia omnes sumus miseri. Nemo autem
clamat ad Deum pro iustitia. Quare?
Quia omnes sunt rei, malefactores, sibi-
que male cōsci. Omnes autem, vt dixi, cla-

mant & quarunt misericordiam, & idcirco
dispensationem misericordiæ commi-
sit non viro, sed mulieri piissimæ, be-
nevolentissimæ, largissimæ, dulcissimæ,
amicabilissimæ, ad quam omnes bene
audent accedere, quia neminem spernit,
nemini impropertat delicta, sed com-
patitur, excusat, & omnia vertit in me-
lius, tantum vt se peccator peccatorem
agnoscat. Et ideo confidenter ac-
cedamus ad eam pro misericordia, quia
hoc est officium eius, commissio eius,
vt subueniat penitentibus. Ad hoc e-
nim est ipsa electa, & facta mater Dei,
vt per eam peccatores inueniant gratiam.
Et ipsamet dixit ad quendam suum de-
uotum, quod peccatores sunt gloria sua.
Quare? Quia sicut Christus non fuit in-
carnatus & passus, nisi propter peccato-
res (sicut ipsemet dicit: Non veni vocare
iustos, sed peccatores. Et: Non est opus
sanis medicus, sed male habentibus) sic
beata virgo MARIAM non fuisset mater
Dei, si non fuissent peccatores. Quia si
nullus fuisset peccator, non fuisset opus
Deum incarnari. Et si non fuisset DEVS
incarnatus, ipsa non fuisset mater DEI
quod est maxima gloria eius. Ergo pro-
pter peccatores venit ei ille supremus ho-
nor, quo non potest maior esse post De-
um, id est, esse DEVM. Ideo hoc officium
non negligit, sed nec cessat, donec Deum
reconciliet omnibus deuotis suis peniten-
tiam facientibus. Tertio po-
test accipi templum pro anima hominis
deuota, secundum quod dicit apostolus:
Nescitis, quia templum Dei estis vos? Et i-
terum. Nescitis quia mēbra vestra templū
sunt spiritus sancti qui in vobis est? Sumus
igitur templum Dei, si in gratia Dei sumus
si charitatem Dei habemus & proximi. Et
in hoc templo suscipimus misericordiam
Dei & domini nostri Iesu Christi per reno-
uationem seruentioris charitatis, si nobis
insunt illæ condiciones quæ scribuntur
de sancto Simeone, qui figuram gessit no-
stri. Primum quod de eo scribitur, est in-
terpretatio nominis. Simeon enim inter-
pretatur audiens tristitiam. Ille ergo au-
dit tristitiam, qui compatitur super affli-
ctione, pximi, q tristitiā fratris sui reputat
suā, q portat patienter onera & defectus px-
mi sui, Tales sunt misericordes cōpatiētes,
p iij & re-

Pādes
cur sine
gloria bea-
tæ mariæ
Matt. 9

Ibidem

X
Templū
vii signet
hois curū
sq animā
1. cor. 3
1. cor. 6

Simeō qd
signet.

dæmoni p̄stitū violassent supplicia & terribile mortis genus. Quæ tñ hoc loco exēpla referre sup̄fluū fuerit, qñquidē eiusmodi vel cōtinentia vel virginitas nullā neq; laudē, neq; gloriā, neq; coronā aut p̄mium habet apud Deū, eo qd̄ ob Dei nomē & gloriā in recta & vera fide minime seruata sit. Et abūde quidem cuilibet sufficere possunt sacre historię Ecclesię catholicę, vbi plurima pponunt sanctę virginitatis exēpla, etiā in tenerrimis ac ditissimis & nobilissimis puellis, quæ p̄plures suam Deo obtulerunt virginitatē, neq; vllis siue ignis, siue aquę, siue eculei, siue gladij tormentis, nō auulsione vberum, nō totius corporis dissiipatione, aut etiā denudatione, quæ castis virginibus sæpe molestior est quā alijs cruciatus, non deniq; violentę mortis acerbitate eo adduci potuere, vt à virginitatis p̄posito discederēt, & extra amantissimū sp̄sum suū. Christū Iesum, cui se dediderant, vllum alium virum amoris aut voluptatis causa admitterent. Vsq; adeo fortis erat in eis Dei dilectio, imo ipsa morte fortior. Hęc exēpla & res gestas, quæ iā nō iā scripta sunt in cœlis, quæq; annuā in Ecclesia eamq; honorificā obtinere memoriam ob oculos versare debent qbus est virginitatis studiū, vt eas imitent. Porro carnales & impuros hereticos, votifragos monachos & moniales sināt lutherū suū, eius que similes sectari: nec eorū dictis offendāt quorū vita non est cōsona spiritui, neq; Euāgelio, aut verbo Dei, quibus ore multa garrant de scripturis, & etiā literis qbusdam verbū Dei suis gerāt assutū manicis aut vestibus. At vita illoꝝ nō nisi carnalis libertas, erga sanctā Ecclesiam catholicā p̄fracta inobedientia, Dei contēptus, & puerfa ac cōtorta scripturę sacre interpretatio est. Sed illos modo p̄mittimus, sentiēt, sentiēt p̄pediem seueꝝ districtumq; Dei iudicium. Cæterum, hortamur & obsecramus oēs in dño Iesu, q̄ virgines sunt, ne tñ thesaurum, virginitatē loq̄r, adeo sibi patiānt vilescere, vt p̄vilissima ac monachica delectatione illū velint amittere. Si qbus alijs mūdo huic deditis nō libet cōtinēter viuere, sināt illos inire matrimoniū, à q̄ vix anno absoluto se cupiant absolutos, vbi multa ferre habeant iurgia, vbi semp̄ necesse sit timere pellicem aut adulterū, vbi longe maiora pluraq; experiant fastidia, q̄ gaudia, vbi deniq; innumeras cogant experiri

calamitates, & curis angipetuis. Virginitas sponsum habet immortalē, oīpotentē, nobilissimū, pulcherrimū, nunq̄ defecturum aut interiturū, cuius pulchritudo & amabilitas nunq̄ imminuit, cum q̄ & ipsa manet immarcescibilis, & eternis p̄fructur gaudijs. Sponsum iste nunq̄ senescit, nunq̄ discedit, nisi ipse prior derelinquatur. Ipse prior dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo, & annulo fidei & charitatis despōdit sibi, & mortē nostra causa p̄pessus est. Absit igit, vt qui virginitatem suam dño dēdicarunt, doleant si cōsanguineos aut cognatos suos vidēant gēmis, auro & argēto, p̄clarisq; monilibus ac ornamentis fulgere, imo luto & stercore obuolui, se vero mundo despectos viuere. Illi de terra sunt, & terrenā aucupant gloriā, lutoq; sese ornāt, deturpant p̄pe dixerim: qd̄ totū vanū & caducū est. Vos autē (virgines alloq̄r) meliorem partē elegistis, portio vestra neutiq; de terra est. Niteāt illi in oculis hoīm: vos potius curetis, vt in oculis dñi humilitate, castimonia, māsuetudine & diuina charitate fulgeatis. Hęc vestrę gēmę, hęc vestra monilia & margaritę sunt. Nihil vos pmoueat, qd̄ illos hic cernitis celebrare nuptias & iucundos dies ducere: neq; eorū optetis similes effici. Nō vos mæror cōtrahat, tanq̄ q sine nuptijs, sine sp̄so vel sponsa, sine tri pudio & gaudio sitis. Tēporaria miserorū gaudia cōspicitis, sed qd̄ obsecro D: lob ait de illis, qui absq; Dei timore exultant: Tenent timpanū & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducūt in bonis dies suos, & in p̄cto ad inferna descendūt. Ecce hec merces eorū, q sine timore Dei lætant. Quāuis aut nō nullos repire liceat Deū timētes, atq; etiā in ipso cōiugio multi fortassis degāt, q tñ in morē peccorū nō totos sese in libidinem abijciant, sed metuant dominū, eidemq; per amorem potius, q̄ cōiugi deuincti sint: at nihilominus, qui virginitatē suam dño dēdicarunt, ob carnis integritatē & munditiā p̄ illis qui in matrimonio vixerint singulari eaq; splendida fulgebūt corona, non nisi virginibus p̄standa: qd̄ tñ de illis dictū sit virginibus, qui virginitatē custodiunt ob honorem Dei, secumq; firmiter statuunt perpetuo virgines permanere, propter Deum. Qui vero sic mātēt virgines, vt oportunitatē & felicem aliquā conditionē sibi obtingere cupiāt q̄ possint inire coniugium, nec hixum habent perferre

Sponsum
qualit
ber vir
nitas
Ga.
I. Ioh.
Apost.
Virgini
tas quæ
condit
debeat
sp̄s
reparat
D
Lucas
Oratio
ta virg
nitas
sint.
Virgini
tas quæ
gaudij
rona in
celo de
nabitur

Virginitas
rūdam cō
stantia qñ
ta in cor
mētis hor
ribilibus.

Matth. 5
Cant. 8

C
In voti
fragos de
fertores
monachos
religiōis
carnales

Miserias
quantas
habeat cō
iugalitas
annexas

Virgini
tas gnam
min² pla
cat Deo

E
Virgines
esse vere
quanta sit
dignitas

Caste se
gerere qd
sit.

Virginitas
tem tucri
vt sit mar
tyrium qd
dam

1. Cor. 10

Virgines
esse Christi
si sp̄sas
& reginas

uerare in virginitate, n̄ etiam si moriantur virgines, non tamen habent virginum coronam aureolam, eo quod ita decesserint ex hac vita, vt si eius grata se offerret conditio, matrimonium cōtrahere voluerint, si manerent superstitēs. Cæterū qui vel in cœnobio vel extra cœnobium fixā habēt volūtātē causa amoris Christi in virginitate p̄seuerandi, n̄ si p̄be se gerāt, cœlestē etiā in terris agūt vitā: adeoq; angelica natura virginibus veris tā familiaris & amabilis est, vt fratres suis sororibus. Quod em̄ angeli ex natura obtinēt absq; carne & sanguine, virgines ex Dei gratia in carne possidēt: atq; eo ipso maior est victoria virginum, q̄ angelorū. Vnde etiā delectat angelos adesse virginibus, vt pote in qbus sibi gratissimam inueniunt puritatem, etiam si id ipsi non sentiant modo tamen caste & pudice sese gerant. Caste autē sese gerūt, si nulli sensuū aut carnis volūtati cōsentiāt. Porro si qd̄ in somnis aut vigilia inuitis eueniat, nihil cōscientiam aut animā lædit quādoquidem nihil inquinare eos potest, nisi qd̄ volētes siue agāt, siue patiant. Quicq; aut volūtati cōtrariū est, nō delectet id qdem, etiā si inuiti delectationem sentiant, sed est animi crux quædā. Et reuera virginitatē p̄be tueri martyrij genus est. Atq; ea re si rite decertēt virgines, vt iā diximus, habēt coronā aureolā instar martyrii. Sigdē hostē quendā in expiabilē p̄petuo circūferunt, puta carnē suā: quā si iuxta Pauli doctrinā ita possint vincere ac mortificare vt secundū sp̄m nō secundū carnē viuāt, magnā sanecōsecuti sūt victoriā, digniq; sūt p̄ alijs nō virginibus, coronā recipe singularē, eo qd̄ multas superat tētatiōes, sintq; sibi p̄p̄s mortui p̄pter Christū, sicut & Christus iliorū causa mortuus est. Nimis Christus ipse sp̄sus virginū virgines amat, expectatq; eos vt in suū & ipsorū regnū eos introducat. Cū em̄ castę animę sint sp̄sæ Christi, certū est etiam reginas eas esse, & confortes regni ac regię dignitatis illius. Igitur curandū est virginibus, vt nullis sese cogitatiōibus, desiderijs, imaginatiōibus scēdis carnaliū nuptiarū, oblectamentorū aut gaudiōꝝ cōmaculari sināt: sed certū habeāt, q̄ hic mō etiā summis vident pollere honoribus, eos vbi in regnū suū ad sp̄sum suum venerint, vix famuli loco se habituros. Nō est em̄ vlla cœlestiū & terrenorū cōparatio. Quod altū est hoībus in mūdo, vile est apud deū: & qd̄ mūdo despectui habet, deo charius est. Tēporales nuptiæ & gaudia plerumq; in tristes desinūt exitus: & licet initio magnā p̄ se ferāt iucunditatē: tñ paulo post multis p̄miscēt curis & angoribus, & gaudia vana vndiquaq; congesta cito euanescūt. Virginū autē nuptiæ nō aut duos, aut sex vel octo dies, sed æternū durabunt, accipientq; coronam immarcescibilem, gaudium immortale, nuptias nunq; desituras, & castissimo diuinoq; cœlestis sponsi amplexu sine vlla separationis metu p̄fruentur. Abstergetq; Deus, vt ait scriptura, omnē lachrymā ab oculis eorū, nec dolor amplius erit siue cordis, siue corporis, neq; luctus vllus: sed lætitia sempiterna super capita eorū, qua cuncta eorū explebuntur desideria, licet modo id cōprehendere nequeant, dicente Esaiā & Apostolo, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. Hęc pro sanctę virginitatis laude diximus charissimi, vt qui ea p̄diti sunt, tantum donum omni studio & cura asseruare nitantur: qui vero eam in se non agnoscunt, congratulentur habentibus, vt quod in se non habent, per charitatem possideant in alijs p̄stante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Virginibus
quæ nā cas
uenda

Lucas

F

Nuptiæ se
culares qñ
tis sint my
serijs in
nexæ
Nuptiæ
virginū q̄
quante
sint felices
Esaiā 35
Apost. 21

Esaiā 35
Eial. 102

Esaiā 64
1. Cor. 5

IN FESTO S. MATHIÆ APOSTOLI, EPI.
stolæ loco Lectio Actuum Apostolorum, Cap. 1.



N diebus illis. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. (Erat autem turba hominum simul fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri scripturam, quā p̄dixit spiritus sanctus per os David de Iuda q̄ fuit dux eorū, q̄ cōprehēderūt Iesum q̄ cōnumeratus erat in nobis, & sortitus erat ministerij huius. Et hic quidē possedit agrum de mercede iniqtatis: & suspēsus crepuit medius, & diffusa

XIX

Psal. 40
Ioan. 18

Matt. 27

uera

fusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem: ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldemach, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatū eius accipiat * alius. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiit inter nos dominus Iesus, incipiens a baptismo Ioannis vsque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam. Et orantes, dixerunt: Tu domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo prauaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Aominus noster Iesus Christus duodecim sibi Apostolos elegerat ex cunctis discipulis suis, non absque gratia mysterio vnus tantam gratiam contempsit, atque auaritia infania correptus, beatissimo sanctorum Apostolorum collegio indignum se fecit, ne tamen propositum domini, quo Apostolus duodenario voluit numero constare, illius improbitate ac exorbitatione impediretur, statim post suam ascensionem discipulos excitauit, ac instigauit, ut in impij Iude locum alium subrogarent. Huius rei gestae historiam praesens lectio complectitur. In illis enim diebus, quibus post Christi ascensum Hierosolymis in cenaculo discipuli & credentes sese ob Iudaeorum metum continebant, Petrus tanquam Christi vicarius, & ceteris ab ipso Christo prelatas, exurgens in medio fratrum, id est, eorumque vnica Christi fide amplexi per baptismum renati, atque per eiusdem regenerationis gratiam vere fratres, non tantum carne, quam spiritu effecti erant: qui eodem in loco circiter centum ac viginti collecti fuisse scribuntur, ita dixit: Viri fratres, oportet implere scripturam, quam praedixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda. Iam Christus eis sensum apperuerat, ut intelligerent scripturas: quamobrem ut voluntas Dei suam haberet effectum, Petrus diuinitus permotus proponit in communi ut in Iudae locum alius substituatur, qui idoneus sit testis resurrectionis dominice. Interim quaedam intermiscet de Iuda, ducem

eum vocans eorum qui comprehenderunt Iesum, quod & Euangelica testatur historia, atque connumeratum eum fuisse in ipsis, & sortitum sortem ministerij illius, nempe Apostolatus, non quod sortito illi obtigerit ea dignitas. (Est namque electus a Christo) sed sortem pro parte vult intelligi, tantam qui in Apostolica gratia & officij partem a Salvatore ascitus & admissus fuerit. Et hic, inquit, possedit agrum de mercede iniquitatis. Nam illo pretio, quo dominum vendiderat, ager ille emptus est. Atque ita tametsi Iudas non fuit possessor agri illius (cessit enim in sepulchrorum peregrinorum) tamen eius pecunia comparatus est, quam rectissime S. Lucas mercedem iniquitatis appellat, quod pro execrabili proditoris scelere ei a pontificibus numerata sit. Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Non enim congruum fuisset, ut illa impiissima anima ex ore quod Christus deosculatus erat, exiret: & viscera quae prodicionem conceperant iure in terram effusa sunt. O breue auaritia gaudium, o dignum auari proditoris supplicium.

Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita ut appellaretur ager lingua eorum, Haceldemach, hoc est ager sanguinis quia pretio sanguinis Christi emptus. Scriptum enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea: quod sumptum est ex Psalmo LXVIII. & referatur ad omnes Christi persecutores, puta Iudaeos, quorum vrbes post Christi passionem

tionem a Romanis vastatae sunt, & ipsi Iudei procul abducti. Quod autem se quietur. Et episcopatum eius accipiat alius, ex Psalmo CVIII. desumptum est, & manifeste remoto Iuda Matthiae promotionem significat. Apostoli enim Episcopi fuere, & eorum successores hodie Episcopi vocantur, sicut functio ipsa vel officium, Episcopatus. His de Iuda interpositis, iam suum, imo sancti spiritus explicat consilium. Oportet, inquit, ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiit inter nos dominus Iesus, nobiscumque vixit familiariter, incipiens a baptismo Ioannis, hoc est, postquam Ioannis baptismo tinctus est, vsque in diem qua assumptus est a nobis in caelum, qui fuit a resurrectione dies quadragesimus, testem resurrectionis eius, quae ut paucissimis erat cognita, ita maiori indigebat testimonio, ut populis persuaderetur, nobiscum fieri vnum ex istis. Ergo perspicuum fit ex hoc loco, Mathiam cum primis domino Iesu a haerese: quod non parum illi adfert laudis & dignitatis. Et statuerunt duos, quos digniores & aptiores iudicabant eosque ut D. Clemens autor est, ex numero septuaginta duorum discipulorum: Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus ob eximiam & apud omnes peruulgatam eius vitae sanctitatem & Mathiam. Et orantes dixerunt, vtilissimo scilicet exemplo hominum instruentes vitam, ut in omnibus, maxime grauibus rebus discamus precibus opem & auxilium poscere a Deo. Quod quia hodie aut omnino non fit, aut trepide, frigide, & negligenter fit, idcirco tanta est rerum confusio ac perturbatio. Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus, quos, quidem nos idoneos putamus: sed vtrum tu magis probes incertum habemus. Itaque praecamur ut certo aliquo iudicio declares quem ex his malis accipere locum ministerij & Apostolatus, de quo prauaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum, id est, Iudae apostatae succederet: quanquam potest & de Iuda intelligi, qui in locum suum abiit, iusto Dei iudicio relegatus in tartara, qui est locus omnium reproborum. Et dederunt sortes eis. Hoc hodie imitari non licet. Sed nec Apostoli post sancti spiritus aduentum sortibus vsu leguntur. Et cecidit sors super Mathiam, & annumeratus

est cum vndecim Apostolis. Ergo licet nihil hic in commendationem Matthiae dictum sit, hoc ipsum tamen abunde ad illius laudem satis esse potest, quod Ioseph Iusto, qui fuit Christi contanguineus, prelatas est, & in Apostolorum ordinem diuinitus relatus.

EXEGESIS EVANGELIJ. Confiteor tibi domine pater coeli & terrae & cetera. quod quaedam Ecclesiae hodie legunt, quare in prima parte primi tomi, scilicet in dominica sexta post Christi Natiuitatem.

EXEGESIS EVANGELIJ in eodem Festo, secundum morem quarundam Ecclesiarum Ioannes XV.



Benignissimus & amantissimus humani generis Saluator, sicut ad nos redimendos non nisi purissimo ac gratuito profusus amore adductus fuit, ita ut nobis quoque charitatem vel maxime commendatam redderet, saepius diuersis Euangelij locis ad eam nos adhortatur, idque adeo ut in Dei ac proximi dilectione totam legis & prophetarum vim & summam contineri affirmet. In eo autem sermone reuera dulci ac mellifluo, quem post cenam habuit, tanquam vltimum vale dicens omnibus, quos hic relicurus erat, electis suis, ad minus tribus vicibus fraternae charitatis praecceptum iterauit: & quidem bis in eodem ipso capite, vnde Euangelium, quod hic tractandum suscepimus, excerptum est. Ait enim dominus Iesus pastor bonus, confirmare ac instruere cupiens oues suas, iam iamque relinquentis discipulis suis, & in eius etiam omnibus nobis.

Hoc est praecceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi vos:

Non ab re dominus Iesus tam sollicitus, tam serio hoc diligendorum fratrum praecceptum inculcauit. Nam si hoc solum obseruaret quis

psal. 108

Episcopa le munus vnde sum prum.

Ioan. 1 Marr. 3 Luc. 3

mathia apostoli fuisse Christi discipulum S. Clemens

Sortibus vti nunc licitum fit.

Psal. 68 Psal. 108

alter,

A

Acto. 1

Luc. 24

C

Matt. 28 Marc. 16 Luc. 24

Ioan. 13 Ioan. 14 Ioan. 15

Ioan. 16

Amoris proximo rati fructus quis

q summa

summa pax & consensus erit hominū nedum ad Deū, sed etiam inter ipsos. Cessabunt mox furta, latrocinia, adulteria, auaritia, ambitio, fraus, iniuriæ, bella, lites, contentiones, sectæ, inuidiæ & quicquid est aliorum vitiorū: ita vt verissime dixerit Apostolus: Charitas malum nō operatur. Et: Qui diligit proximum, legem impleuit. Sciens hoc magister bonus, qui est totius fōs dilectionis, imo & charitas ipsa, tanquam optimum & saluberrimum, imo & plenissimum salutis compendium, fraternæ charitatis præceptum identidem suis fidelibus præscripsit, idque adeo etiam ad inimicos extēdi voluit, vt neget suorum peccatorum veniam quenquam impetraturum apud Deum, q̄ nō omnē ex corde iniuriam donauerit ipsi nocentibus atq; ipsum offendentibus. Hoc est inquit præceptum meū, vt diligatis inuicem. Sed nunquid quauis ratione proximos dilexisse satis est: Minime. Multi enim se mutuo etiam ardentè amant, & tamen hoc charitatis præceptum non implent. Itaque vt quemadmodū diligēdi sint proximi certū haberemus, formam nobis verę dilectionis expressit, dum mox adiecit, sicut dilexi vos. Quibus verbis omnis amor carnalis, sensualis & quouis modo vitiosus excluditur. Dilexit nos Christus amore castissimo, syncerissimo, atq; purissimo: idque eo tantum fine, vt beatitudinem adipiscamur. Ita nimirū & nos fratres diligere debemus, vt nobiscū ptingant ad cōspectum Dei, quæ est vita æterna. Et qui sic diligit proximū, nō potest illi vnq̄ autor aut suator, aut adiutor esse ad perpetrandum quodlibet peccatum: imo vero quantum in ipso est verbis, factis, studio ac voluntate eum ad recte pieq; viuendum inuitat, excitat & adiuuat. Qui vero aut proximos in vitia illiciunt ac pertrahunt, aut eos à virtutis ac honesti studio abducere & absterere nituntur, illi à vera charitate adhuc nimium distant. Vera charitas omne malum proximi p̄sertim culpæ ex alio dolet & impedire conat: gaudetq; & lætat illius bonis maxime quæ eum efficiāt gratū Deo, cuiusmodi sunt veræ ac diuinitus infusę virtutes. Habemus huius locupletem testē Apostolum, ita dicentem: Charitas nō gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati. Simul autem notandum, non dicere dominum, Hoc est præceptum meum, vt credatis in me, sed, vt diligatis inuicem. Nam

1. Cor. 13

Roma. 13

Math. 5
Math. 18

Christus
nam nos
dilexit.

Charitas
verę
opus q̄d

1. Cor. 13

Fides sine
charitate
q̄d nō est

credere quis potest, vt tamen omnibus vitij plenus sit. Diligere autem non potest, in quo vel vnum hæret vitium mortiferū. Siquidem peccatum mortiferum charitatem penitus extinguit. Ergo dominus Iesus breue quidem præceptum, sed tamen quod abunde ad salutem sufficeret, daturus fidelibus suis, dilectionem potius quā fidem in præcepto reliquit, eo quod fides etiam grandis valde esse possit in homine, qui tamen omni gratia gratum faciente vacuus sit, cunctisque sit addictus flagitijs atque eo ipso à salute & beatitudine remotissimus: charitas autē ea, quam dominus præcipit, non solum peccata in hominis pectore morari non sinat, sed etiam virtutes alias omnes secum aduehat & educat, faciatque hominem Deo gratissimum, & beatitudinis capacem. Vnde curādum nobis est dilectissimi, vt fides nostra semper cum vera charitate coniuncta sit, vt ea que per fidem agenda omittendaque didicimus, ex charitate seruentur ac studiose exequamur. Sequitur:

Maiorem hac dilectionem nemo habet, * vt animam suā ponat quis pro amicis suis.

Aliquā hæc verba obscuritatem p̄ se ferre videtur, nisi recte intelligant. Quis enim dubitet maioris esse charitatis animā ponere pro hostibus, quam pro amicis suis: Sed hic amicorum nomine dominus etiam inimicos voluit intelligi. Nam & ipse mortuus est, non vtique pro amicis sed inimicis suis: nempe pro peccatoribus. Ergo inimici potius amici vocandi sunt, exemplo Saluatoris. Et sic reuera se res habet. Inimici sapius plus conferunt nobis quam amici. Diligere amicum etiam naturæ facile est. Inimicum vero diligere sicut maioris est laboris & gratiæ: ita et meriti excellentioris. Vnde si quis multum se de inimico suo vlcisci vellet, non posset melius, quam cum ardentè amando, illi beneficiendo, & omnigenis beneuolentiæ ac humanitatis officijs eum prosequendo. Hac nanque ratione maxima sibi virtutum ac meritorum compararet lucra eximiamque in cœlis gloriam: atque eo ipso maxime inimici animum cruciaret. Quisquis enim aliquem odio habet, quod est proprium inimicorum bonis illi

aliqui

D

Amicorū
noiq; hū
signetur
Romani

Inimici
quantis
bis p̄m.

nis illius maxime inuidet, eaq; inuidentia misere torquetur. Contra qui tum egregie putant vltos se esse de hostibus suis, cū eos itidem odia prosequuntur aut par pari referunt, illi nimirū falluntur. Esto interim grauissimis eos damnis afficiant tempora r̄ijs: sed sibip̄s multo atrocius ac pernicialius nocent, dum perdunt & occidunt animas suas, seseq; æternæ damnationis reos efficiunt. Sed vt ad domini dicta redeamus, quotusquisq; hodie est, qui vel p̄ amicis, nedum inimicis animā morti obicere velit: Et tamen D. Ioannes ait: In hoc cognouimus charitatē Dei, q̄niā ille animā suam pro nobis posuit: & nos debemus p̄ fratribus animas ponere. Sed q̄n illi posuri essent animas pro fratribus, qui cū habeant substantiā huius mundi, & vident fratrem suū necessitatem habere, tamen claudunt viscera sua ab eo: O quam longe ij ab sunt à Christianæ charitatis synceritate. Talibus hominibus plenus est orbis terrarum. Quam multi sæpe pauperes fame ac nuditate moriuntur, & nemo est qui vel pereunti dari velit. Interim nihilominus volunt se Christianos & dici & haberi, cū tñ esse nolint. Istis olim dicturus est Christus terribiliter: Ite maledicti in ignem æternum. E suriui enim, & nō dedistis mihi manducare &c. Hī plane non faciunt, q̄d Christus toties p̄cepit, vt diligamus inuicem. Sed sicut ipsi modo nolunt misericordes, pioꝝ ac liberales se præstare de rebus quas diuinitus perceperunt, egenis ac miseris fratribus suis Christianis: ita & ipsi quandoq; nullū apud Deū misericordiæ locum obtinebunt. Qui autem vere diligit is nedū liberaliter de bonis temporalibus gratificatur ac impertit fratribus inopia oppressis, sed etiam dū ita res postulat, libeter quoq; pro fratrum salute mortis discrimini se obicit. Sequitur.

1. Ioan. 3

Ibidem

Matt. 15

1. Io. 13. 14. 15.

Dilectiois
fraternæ
iudicia q̄.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

E Vide ad quantum honoris fastigiū hominū genus diuina benignitas euexerit vt eos etiam amicos suos vocet. Nouimus quantæ dignitatis semp fuerit in regū ac principum mūdi huius amicitiam admitti, atque inter eorū amicos numerari. Quā tæ igitur gloriæ, quā tæ p̄stantiæ est esse amicum Dei: Et huc Christiani omnes pertingere possunt, nec quisquam hinc omni

Amicū
se Dei
quā
tæ sit
p̄stantiæ

no excluditur. Omnibus ea offertur gratia, vt si velint, possint esse amici Dei. Non tamen absq; villo certamine, ne tantus honos contemptui pateat. Dicitur enim: Vos amici mei estis, sed si feceritis quæ ego præcipio vobis. Ergo amicitia, p̄cepto r̄ executione obtinetur. Præcepta autem omnia vt bene impleantur, hoc opus, hic labor est. Ita semper nos diuina scriptura ad bene agendum hortatur, ne quis sterili fide cōtentus esse velit. Sed quid hic dicemus, tam paucos inueniri, qui pro obtinenda summi ac præpotentis Dei amicitia, qua vix vlla dignitas possit esse maior, aliquid laboris suscipere velint, quando tamen videmus innumeros vel pro mulierculæ cuiusdam aut hominis in dignitate constituti captanda gratia nullos subterfugere labores, nulla declinare pericula: Et tamen q̄ amicitia fruitur hominis, quantum cumq; vel chari, vel potentis, non potest diu eadem frui, Qui vero amicū habet Deum, non est quod vereatur, ne amicitia illa quandoq; finem accipiat, cum sit stabilis & sempiterna, nisi ipse vltro se auertat, & spōte labatur in vitia, quibus amicitia Dei dirimitur ac dissipatur. Quamobrem danda opera est Christianis omnibus, vt humiliter studeant diuinis parere mandatis, facere quæ præcipit Deus, fugere ac deuotare quæ vetat, amplecti virtutes quibus delectatur Deus, execrari ac repudiare vitia, quibus offenditur: vt sic possint eius potiri amicitia, gratia confirmari, donis augeri, atq; cum ipso deniq; sempiterna frui beatitudine: qua vtique non nisi amici Dei fruuntur, qui eius præcepta seruauerint.

Amicitia
quam ob
tinetur

Amicitia
Dei q̄ dis
soluatur

Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius, Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis.

Istæc verba cum dominus diceret discipulis suis, adhuc valde erant imperfecti & infirmi, idque adeo vt paulo post cuncti etiam à domino profugerent, eo solo relicto in manibus furentium inimicorum. Ergo melius hæc verba de futuro, quam præsentis tempore accipiuntur. Non enim timore illo penitus caruit.

Matt. 26

Lucæ 16

q̄ ij se vi

sevidentur Apostoli, qui seruorum proprie est, donec essent induti virtute ex alto & spiritus amoris timorem omnem vitio sum profusus exclusisset. Quo facto ex seruis amici intimi effecti sunt, consocij secretorum Dei. Seruus autem nescit quid faciat dominus eius. Qui enim solo ductus timore serui, Deo obtemperat ac famulatur, vix vnq̄ diuino illustratur lumine, nulla Dei secreta percipitq; occultas & cōpēdiarias ad Deum pertingendi vias nunquam diuinitus edocetur. Non enim dignus est, cui isthæc à Deo reuelentur. Nā tametsi præstat quandam Deo seruitutem tamen coactus id facit metu pœnæ, non honesti ac virtutis & ipsius Dei amore impulsus. Vnde etiamsi solus agat & patiat omnia quæ mortales omnes vnquam egerint & passi sint quamdiu tamen solo timore serui ducitur, nihil illis omnibus meretur. Siquidem extra charitatem viuit, sine qua mei itū nullum esse potest. Amicis autem secreta communicantur, si tamē fideles sint, de quibus hic agitur, multa que eis præstantur, quæ seruis nulla ratione cōtingunt. Sunt enim & amici infideles: propter quos monent nedum diuina, sed etiā Philosophorum scripta probandos esse amicos. Amici veri sunt, qui Deo non pœnæ formidine, non proprii quæstus aut lucri causa, sed ex amore seruiūt. Sed plenum admirationis est, quod dominus adiungit: Quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis: nisi quia de futuro tempore hæc accipienda sunt: vt etiam Augustinus exponit. Aut si de præsentis tempore placeat accipi, ea omnia nota fecisse suis intelligatur, quæ & ipsis & Ecclesiæ forent necessaria, quod tamen in Pentecoste demum impletum est. In futura autem vita non dubium est quin omnia reuelata sint Apostolis, imo & beatis omnibus, pro cuiusque tamen mensura: quandoquidem ibi præsentem Dei contemplantur vultum, & in eo ceu lucidissimo speculo omnia. Ad quam nos vitam aspirare semper debemus, atque præ eius amore & desiderio libenter contemnere bona caduca & labentia, vt tantæ felicitatis mereamur esse participes.

Non vos me elegistis, sed ego

elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis.

His verbis commendatur gratia Dei, qua præuenti sumus, vt crederemus ei, qui præuenit nos, speraremus quæ pollicitus est, & totum amorē nostrum in ipsum vnū ceu summum bonum conferremus. Quis enim crederet Deo, speraret in Deū, amaret Deum, nisi eius gratia præuentus? Totum hoc gratiæ est, vt ne quis sibi præfidat. Verum, solet hic pios quosdam admodum vexare malus spiritus, tanquam ipso non pertineant ad numerum electorum, atq; inexplicabilibus diuinæ prædestinationis perplexitatibus mētes eorū vsq; adeo sæpe perturbat, inuoluit ac deiecit, vt pene nullā inueniāt salutis obtinēdæ viā. Talibus em̄ susurrijs ppetuo ad aures cordis eorum perstrepat: Quid necesse est vt Deo seruiatis? Si electi estis non peribitis, quantumcunq; male viuatis. Sin vero electi nō estis, non poteritis esse salui, etiamsi sanctissime viuatis. Ergo ne & hic & in futura vita miseri sitis, missa facite pœnitentiæ opera, & iucundos ducite dies, animumq; voluptatibus & bonis huius vitæ, dum licet oblectetis. Sed hic scutum fidei arripiendum est, quo tela nequissimi ignea extinguantur. Credimus Deum non esse personarum acceptorem, sed ex æquo omnibus offerre gratiam suam, omnium desiderare salutem, omnes & singulos ex summo & infinito amore creasse ea sola causa, vt essent æterno beati: nec posse vnquam in illius benignissimam naturam vllam cadere iniustitiam, sed vsq; adeo singulorum cupere, velle ac amare salutem, vt etiam paratissimus sit denuo potius omnia perpeti, quæ olim perpeffus est, quam ex sua parte sinat aliquem perire. Hæc plane certissima sunt, & qui aliter sentit de Deo, iniuriam facit benignitati & charitati illius summæ ac immensæ. Igitur nihil tutius, quam sub huiuscemodi periculosis tentationibus non concertare nec disputare cum diabolo, quantumuis multa etiam ex scripturis ingerente argumenta: sed simpliciter persuadere sibi Deum nihil posse mali facere, atq; eo ipso contentum esse & proijcere

Timor seruis quæta mala efficit

Amici veri sunt.

Augustin. Nota qui nam oia Christus fecerit suis discipulis.

Tentatio oim pperculis ma ipis

G Ephas

Deut. 1. Part. 1. Eccl. 1. Rom. 1. Ab. 1.

Adversari tentatio nē pccatū remediū

ijcere se totum plena cum fiducia in abyssum diuinæ misericordiæ, & relinquere diabolo commenta & fallacissima argumenta illius. Viuo ego, dicit dominus Deus, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Ergo quisq; non conuertitur & perit, suapte sponte perit. Sed his omissis, videamus cætera Euangelij verba. Et posui vos, inq̄t, vt eatis & fructum afferatis. Quamdiu in hoc exilio versamur nō nisi in itinere positi sumus. Porro alij in ipso itinere subsistunt, contenti videlicet præsentibus bonis, noluntq; proficisci ad patriam, eo quod via non nihil difficilis sit. Verum dominus posuit nos vt eamus, semper tendendo ad patriā, nusquam in hoc mundo residendo vel hæredo, sed cuncta fortiter pertransendo, sic que fructum afferamus bonorum operū, quibus & nobis & proximis profimus. Hæc enim creauit Deus vt ambulemus in eis. Et fructus vester maneat. Qui diuitias qui honores, qui voluptates, & alia mundi huius bona conquirunt & expetunt, ea quærunt, quæ tamen diuturna esse nō possunt. Qui autem bonis operibus, verisque virtutibus accumulādis nauāt operam, fructus immarcescibiles ac semper duraturos parat sibi. O stulti filij hominum vsqueq; graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Facite fructus qui semper maneat. Vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. In nomine Saluatoris patrem petere nihil est aliud, quam ea petere, quæ salutaria sint: hoc est gratiam & veras virtutes, & quæ ad eas obtinendas conducant. Qui alia petit, etsi exauditur interdum, non tamen petit in nomine Iesu præstareque illi non exaudiri: siquidem in suam perniciem exauditur.

SERMO IN EODEM Festo, De seruanda fraterna charitate, vt tādisque illis, quæ ei contraria sunt: & quædam de laudibus S. Mathie Apostoli.

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Ioannes decimo quinto. Si omne animal diligit simile

sibi, si nihil tam est secundum naturā, quā iuuare consortem naturæ, (quod vtique diligere est) nonne mirum videri possit, qd scriptura diuina toties nobis fratrum siue proximorum diligendorum præceptum ob oculos ponit? Quid enim opus est diuino nos ad id præcepto adigi, ad quod ipsa natura hortatur? Sed vsque adeo per peccatum in hominibus natura vitata est, & voluntas corrupta, vt multa velit ipsi quæ naturæ maxime contraria, multa nolit naturæ summe consentanea. Eam obrem data nobis diuinitus præcepta multa sunt, quæ vel solius naturæ instinctu seruanda forent, vt si ea ipsa, id est, natura minus nos permoueat, ad agenda vel omittenda ea quæ vel agere vel omittere conuenit, saltem diuinæ legis autoritas, & summi legislatoris Dei maiestas nos impellat. Sic etidem de diligendis proximis benignissimus humani generis parens præceptum ædidit, cum tamen sola ad id natura extimulet: sed ne vnquam id negligere audeamus, præceptū suū exp̄ssit, vt si lex naturæ minus sit efficax ad continendos nos in officio, lex scripta, & à Deo promulgata omnibusque proposita ac denuntiata & cum æternæ damnationis manifesta comminatione coniuncta compellat nos. Et tamen nec sic quidem duritia cordis humani permoueri potest ad fraternæ charitatis studium, ad quod tum natura, tum lex diuina tam serio nos inuitat & cogit. Iubet natura, dicit ratio, præcipit rex regum & dominus dominantium, vt diligamus proximos, & tamen ex tanta hominum numerositate vix paucissimos inuenies, qui proximos ament.

Multi quidem diligunt proximos, sed vt Diuus Gregorius ait, per affectum cognitionis & carnis: qui amor nisi infusa diuinitus charitate ornatus sit, nihil meretur, nec sufficit ad obtinendam beatitudinem. Alij proximos turpiter, alij flagitiose alij sicte, alij propter seipfos tantum, alij alijs iniquis amant modis: paucissimi vere & secundum Deum. Itaque non satisfacunt menti ipsius legislatoris: qui non simpliciter iussit diligi fratres, sed sicut ipse dilexit nos. Quam multi hodie cupiunt ac nituntur proles suas multis augere opibus, ad honores & dignitates euehere, pu tanq; se tum maxime eas diligere, cum hæc studioissime eis comparant, sed non sic

Ezech. 15

psalm. 4

Petere in nomine Saluatoris quod sit.

H Eccl. 13 Ambrosi

Math. 22 Lucæ 10

Ad dilectionem, p ximi quæ nos extā mulent Deut. 6 Matt. 22 Lucæ 10

gregori

Diligere p ximos vti cōse mult ritariam 1 Ioan. 2

q iij Chri

Christus dilexit suos, qui eos potius ad amplectendam inopiam, ad honores contemnendos, ad mundi aduersa perferenda, ad dolores tolerandos exemplo & verbis suis hortatus est. Qui ergo his contraria suis cupiunt ac parant, non diligunt eos sicut Christus dilexit nos: ergo nec diligunt, quia non vere, sed pernitiose diligunt. Sunt autem multa, quamobrem merito proximos amore prosequi debeamus. Primum quidem est ipsa voluntas Dei, id iubentis, cuius voluntas nobis ita chara esse debet, ut quicquid eum aut velle, aut nolle, didicerimus, id semper & vbique integro cordis affectu tanquam pater ac obediens filij, Patrem nostrum cœlestem offendere aut iniuria afficere summe verentes, vel facere vel cauere nitamur. Certum est enim nullam posse domino Deo maiorem iniuriam ac contumeliam irrogare, quam si eius voluntas contemnatur. Pater autem filij nulla ratione committere possunt, ut amantissimum ac fidissimum parentem suum, quales erga nos omnes est Deus, contumelia aut molestia afficiat. Qui vero id facere non curat, non sunt utique boni filij, sed ois humanitatis ac pudoris expertes. Ipse sane immensus, ineffabilis, omnino gratuitus & vehementissimus in nos Dei amor ac beneuolentia, qua summe cupit, fitit efficit, procurat salutem nostram ac omne bonum, vel sola abunde meretur, ut omnibus eius iussis libentissime ac studiosissime pareamus. Iussit autem nedum in hodierno Euangelio sed etiam alijs multis locis, ut dictum est, ut inuicem diligamus: Diliges, ingens, proximū tuū sicut teipsum, hoc est, diliges in proximo tuo, quod diligis in teipso, scilicet naturam, imaginem & similitudinem Dei, non vitia illius, vel sicut teipsum, id est, opere & veritate, non solum verbo aut signo: vel sicut teipsum, non quia frater vel cognatus, sed quia homo, tecum in cœlesti patria glorificandus. Exponunt autem Theologi hanc particulam, sicut, quod non de æqualitate, sed similitudine amoris accipienda sit. Nam plus utique debet homo amare seipsum quam proximum: sicut etiam commune testatur dictum illud: Caritas incipit à seipsa. Caritas autem hois erga seipsum nisi sit spiritualis & recte rationi consentiens, non est laudabilis: imo nec caritas est, sed odium potius. Quæ vero spiritualis & bene ordi-

I
Ratioes proximorum diligendi uaria quæ

Deut. 6
Leuit. 19
Matt. 22
Marc. 12
Lucæ 10
Rom. 13

Præceptū dilectionis fraternæ quam intelligendū.

nata caritas est, ea corpus quidem propter animam, animam vero propter Deum amat, cuncta referes in Deum, corpusque & animam eo tantum diliges, ut possint seruire Deo. Porro, seipsum amare non propter Deum, sed propter se solum, vel propter aliquam mortalem creaturam, non est spiritualis & rationalis, sed sensualis & carnalis amor quo præditi sunt illi, quos Apostolus commemorat, dicens: In diebus nouissimis in stabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsum amantes. Qui amor priuatus, improbus, iniquus dicitur, estque fons & radix ac origo vitiorum omnium: quoniam nisi pessundet, crescit usque ad contemptum Dei. Eo igitur nulla ratione prosequi nos debere. Sed quia dictum est magis, nos ipsos quam proximos diligere debere, non corpus proprium aut nostras facultates quam proximorum animas diligere debemus: Minime. Cuius breuiter ac facile rationem D. Augustinus reddit primo libro de doctrina Christiana dicens: Amplius alius homo diligendus est, quam proprium corpus nostrum: quia potest nobiscum Deo frui, quod non potest corpus. Secunda ratio, cur proximi diligendi sint, est ipsius charitatis, qua alios diligimus, dignitas præstantia & utilitas. Certum est enim inter virtutes præcipuum locum charitatem obtinere, ut quæ regina decor, & forma est virtutum omnium de qua pulcherrimam texit sententiam Diuus Augustinus sermone quodam in hæc uerba: In charitate, pauper est diues, sine charitate uero diues est pauper. Hęc in aduersis tolerat, in prosperis temperat: in duris passionibus fortis est, in bonis operibus hilaris in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter bonos fratres latissima, inter falsos patientissima. Caritas inter opprobria secura est, inter odia benefica, inter iras placida, inter insidias innocens, in iniquitate gemens, in ueritate respirans, in uirtute congratulans. Itemque Diuinarum, inquit, scripturarum multiplicem abundantiam, latissimamque doctrinam sine ullo errore comprehendit, & sine ullo labore custodit, cuius corpus plenum est charitate, dicente Apostolo: Plenitudo legis est caritas. Quæ utique non ad Dei tantum, sed etiam proximi dilectionem referenda sunt, cum eodem Augustino teste, non alia sit caritas, qua diligimus Deum, quam, qua & proximum. Itaque libenter fratribus amor impendendus est, quoniam tot tamque

K
Amor priuatus sic peritiosus. Tim. 1

Augustinus

Augustinus

charitas enim communi quantitas

Rom. 1

Augustinus

tamque præclaros effectus caritas habet. Tertia ratio est, quia omnes membra sumus unius corporis mystici Christi Iesu. Quod sane uehementissime & potest, & debet nos mouere ad fraternum amorem. Si enim membra alia alijs compatiuntur, itemque inseruiunt & congratulantur, nimirum etiam nos fratribus & condolere miseris, & congratulari recte habentibus debemus: quæ præcipua sunt ueræ charitatis argumenta, & paucis reuera insunt. Quarta ratio est, quia ex uno patre Deo, itemque uno patre mortali, nempe Adamo prognati sumus. Vnde apud Malachiam dicitur: Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum? Si Deus est pater omnium nostrum, sicut reuera est, quisquis fratres vel proximos suos non diligit, Deum summa iniuria afficit: quandoquidem non amat eos, quos ipse suos filios habere dignatur. Contemptus enim quo filij afficiuntur, redundat in patrem. Neque est quod quisquam minus amandos putet proximos, quod forte abiecti & pauperes sint. Esto rebus huius mundi careant, sed ditissimum patrem habent, Deum. Noli attendere in eis rerum præsentium inopiam, sed cogita patrem eos tecum habere Deum: qui etsi tibi maiores præstitit labentis uitæ facultates, illis tamē fortassis pro temporali penuria, summam bonorum omnium affluentiam in cœlis reposuit: tibi uero præsentis mundi opes pro quibusdam benefactis tuis præmij loco restituit: deinde ubi obieris, in tartara, ubi summa est paupertas & miseria, te relegaturus. Neque etiam minus propterea amandi sunt fratres, quod quibusdam culpulis obnoxij sint. Vitia quidem odio prosequenda sunt, sed semper mente retinendum, secundum naturam & gratiam non aliam illorum atque nostram esse originem. Ita nimirum in illis persequi ac detestari debemus vitia, sed amare ac beneuolentia prosequi, quod Deum habent patrem, & ad regni illius hæreditatem capeffendam conditi sunt, non minus atque nos. Huc pertinet, quod omnes secundum animam ad imaginem & similitudinem omnipotentis Dei facti sumus: quæ res maximam conuertit nobis dignitatem. Huius contem-

1 Cor. 12

L

Matth. 1

Ratio cur nullum hominem despiciere debemus.

Ob culpam suam non minus proximum amandum esse.

Amare ac odisse in proximo que debemus

Gene. 1

platione permoti complures sancti homines, præcipue sancti apostoli, totos se animabus Deo lucrandis impenderunt, nihil neque laboris, neque doloris subterfugientes, quo possent seruire animas Dei similitudine insignitas. Et quia uehementer amabant Deum, non poterant eius imaginem non uehementer amare. Ex ijs vnus, nempe feruentissimus salutis animarum zelator Paulus Apostolus: Ego, inquit, libenter impendam, & super impendam ipse pro animabus uestris. Itemque: Omnibus omnia factus sum, ut omnes faciam saluos. Consideremus dilectissimi etiam nos hanc in hominibus similitudinem Dei, & ex animo diligamus, quos tanto honore Deus extulit. O si animarum dum à Deo creantur, pulchritudinem, splendorem, dignitatem, gloriam conspiciere possemus, summa nos caperet admiratio, & in sui amorem uel inuitos nos raperent. Sed hæc nolunt homines attendere, sola externa animaduertunt, animas non intuentur, suosque potius affectus, quam uerum iudicium sequuntur. Sicque fit, ut proximos aut minus, aut penitus nihil ament. Quæ est dolenda cæcitas. Siquidem id efficit, ut inter homines tam pene nulla sit caritas. Non enim potest amari incognitum. Quisquis autem Dei in hominibus similitudinem, & quæ illis inde præstatur nobilitatem, probe agnoscit, magnum utique habet fraterni amoris incitamentum. Quinta ratio est, quod ex mutua dilectione aduersum dæmonum impugnationes & tentamenta non mediocriter homines communiuntur, sicut ex odio & dissensione hominum dæmonibus aduersum eos uires augentur. Eam ob rem nihil ita efficere moliantur tetri spiritus in hominibus, quam ut à se inuicem dissentiant. Inde enim norunt sequi odia, inimicitias, bella, homicidia. Vbi autem isthæc grassantur mala, certum est illic alios pro alijs non orare. Vbi uero preces non fiunt aliorum pro alijs, ubi necesse est dæmones præualere: quandoquidem diuino non proteguntur auxilio, utpote quod precibus implorare nolunt. Contra uero, qui se mutuo prosequuntur amore, etiam mutuis sese precibus adiuuant, & ipsis dæmonibus terrori sunt, atque horrori, cum & scriptura testetur, si duo cõsenserint super terram, quicquid

1 Cor. 12

1 Cor. 9

Animarum præstantia et pulchritudo doquantur.

M

Dæmones quam & cur in hominibus extinguantur charitate.

Preces quomodo modo tuo pro se fundant hoies quæ tamque eadem efficaciter sint.

q. iij. quid

quid petierint eos impetraturos à Deo. Sunt præterea & aliæ rationes, quibus ad fraternam dilectionem excitemur: sed breuitati studendum est. Quod si quispiam iam dictas bene perpenderit, poterit inde satis superque inflammari. Quod si nihil esset aliud præter solum Dei præceptum, solam Dei voluntatem, ea nobis nimis quam sufficere deberet. Nemo ergo post hac suo in pectore permittat residere odium, inuidiam, suspiciones malas, temeraria iudicia, displicentias, atque id genus alia mortis semina, quæ charitati fraternæ proxius aduersantur, sed simus memores semper verborum illorum, quibus Apostolus fideleshortatur, dicens: Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelam. Sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et vt firmiorem atque inuiolabilem erga proximos charitatem retinere possimus, discamus nihil amare, nihil appetere, nihil aucupari rerum temporalium. Siquidem harum amor & studium fraternum amorem facile extinguit. Nam si quis appetat bona temporalia, non potest non sæpe inuidia morderi aduersum eos, quos ea haberi nouit. Hac ex causa Christus Dei sapientia noluit apostolis & discipulis suis permittere, vt quicquam haberent proprii, quo tanto purius & studiosius totos se animabus conuertendis applicarent. Nouerat enim cupiditatem esse charitatis venenum, atque radicem malorum omnium. Cupiditas autem ex facultatibus plerunque nasci aut augeri solet, sicut ille ait: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Inde legimus, quod in primis Ecclesiæ nascentis initijs erant creditibus omnia communia, nec quisquam dicebat aliquid suum. Et quamdiu ille rex contemptus perseuerauit, fides & pietas maximis augmentabantur incrementis. Vbi autem cœpit inualescere meum & tuum, & amor ad mundi res vanas transfatus est, fides elanguit, & pietas penitus eneruata est. Denique eo res redijt, vt multi pro fructu panis etiam vitam proximis eripiant. Apostolorum vero omnium, vt eorum qui

illos secuti sunt, vnum hoc charitatis propositum fuit, neque rerum presentium, neque quietis, neque vitæ mortalis vllam habere rationem, dum consuleretur saluti proximorum. Talis nimirum fuit Matthias apostolus, cuius hodie festa celebramus. Enimvero primo quidem relictis omnibus, sequutus est Christum, pauperem, ac deinde post eius ascensionem, quum in partitione prouinciarum Iudæa illi obtigisset, quibus potuit modis conatus est populum illum dure ceruicis ad fidem, religionemque Christianam traducere, nihil veritus Pharisaorum insidias, & tyrannidem pontificum, tantum vt animas Christo lucrifaceret, pro quibus eundem nouerat fuisse sanguinem suum. De hoc apostolo in Chronicis quibusdam scriptum fertur, quod fuerit de tribu Iuda, ciuitateque Bethlehem, illustri natus profapia, in lege & prophetis à pueritia eruditus, lasciuiaque deuitans, pueriles annos morum grauitate ornat: in prosperis non elatus, in aduersis constans ac intrepidus: corde mundus, animo prudens, consilio prouidus, in soluendis scripturarum quæstionibus acutus fuerit. In quibus nos eum virtutibus imitari debemus. Neque dubium est, quin ad eorum numerum referri debeat, in quorum persona Apostolus dicit: Nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, dona summa ac præcipua sancti spiritus adepti. Et de quibus Propheta ait: Constitues eos principes super omnem terram. Itemque: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Magna quidem & mira leguntur de sanctis veteris testamenti, sed ijs omnibus secure apostoli preponuntur, vt pote qui spiritum sanctum largissime & abundantissime ceperunt, & vbi propheta vix Iudaicum populum ad credendum Deo inducere potuerunt, ipsi totum pene mundum ad Christum conuerterunt. Et licet cum summo vitæ discrimine tum temporis Christi fides prædicaretur, adeo vt apostoli fere omnes martyrio consumpti sint, nihilominus constantissime ac studiosissime in prædicando perseuerabant. Inde factum est, vt Pontifex Iudæorum Matthiam apostolum lapidibus obruere iusserit. Sed cui viuere Christus erat, & mori lucrum, fortiter mortem excipere

Charitati fraternæ quænam aduersantur

Col. 3

N Amorem temporalium res extinguit & proximi charitatem.

Mar. 10. 19 Luc. 9. 19 & 14.

1. Tim. 6 Cupiditas quibus formetis crescat.

Act. 4

Matthias apostolus dicitur fuisse Iudæus.

Matthias apostolus dicitur fuisse Iudæus.

Rom. 1

Phil. 1

Apostoli curant ut viderentur sancti & temperati.

Matthias apostolus dicitur fuisse Iudæus.

maluit, quam vel fugere, vel, negato Christo, impie viuere. O si nos dilectissimi hanc eius constantiam, fortitudinem & erga Deum fidelitatem imitari vellemus. Nos pro dolor sæpe nullo mortis proposito periculo, nulla vi adhibita, sed sola cupiditate, carnisque illecebris deiecti, relinquimus Deum, relinquimus iustitiam, & in præsentia diuinæ maiestatis turpiter ac indigne nos gerimus. Quid faceremus, si mortis immineret periculum? Nonne perspicue declaramus facile nos et Christum, & omnem Christianam religionem abiuratos, potius quam mortem pateremur? Quare autem voluit omnipotens Deus apostolorum suorum, aliorumque innumerabilium martyrum preciosam mortem & gloriosos triumphos in Ecclesia celebrari atque commemorari, nisi vt eorum prouocati exemplis, eorum accensi virtutum ac fidei & charitatis æmulatione, quiduis potius perpeti velimus, quam peccare in dominum Deum nostrum? Non parua res est, transgredi legem Dei. Nihil debet homo Christianus æque vereri, horrere ac fugere, quam agere quicquam contra Deum. Hoc nobis loquantur tormenta apostolorum & martyrum certamina, Sanctus Matthias apostolus ne à semel agnita veritate recederet, durissimum mortis genus alacriter sustinuit, nec vlla suppliciorum immanitate eo adduci potuit, vt peccaret in Deum. Et nos ita sumus ad peccandum faciles, ac si nullius momenti sit Deum offendisse. Contemplemur obsecro sanctorum gesta, & quanta animi magnitudine etiam immanissimos tulere cruciatus, tantum ne diuinæ legis essent præuaricatores. Resistamus proprijs concupiscentijs, ac daemonum impugnationibus. Quod si molestum videtur, carere propter Deum presentibus oblectamentis, & non nihil laboris ac doloris in Christi seruitio, & pro vitijs extirpandis, ac virtutibus obtinendis experiri, longe tamen molestius erit pro vanissimis, ac breuissimis carnis voluptatibus postea sempiternos inferni ignes sine vlla spe euadendi perpeti, & cum demonibus in stagno pice ac sulphure sempiterno torqueri, torreri, affari, excarnificari, & ineffabilibus in omnem æternitatem doloribus ac pœnis in cunctis corporis membris, atque singulis animæ viribus ex

Sanctorum festiuitates celebrandi ab Ecclesia rario quæ.

Horrere quodnam suum debeat vere Christianus.

Apoc. 11

cruciari. Vbi iam sunt impij omnes, qui ante nos, spreto Deo, suis voluptatibus seruire? Quid iam illis prodest apud inferos hic semper molliter, delicate, voluptuose vixisse. O si possemus vel ad exiguum spacium videre miseras, quas modo patiuntur, semperque pati cogentur, fortassis melius nobis prospiceremus. Quantum hic in delitijs fuere, tantum iam illic sentiunt luctum & tormentum. Sed hæc nisi Deus vestris in cordibus operetur, nos sermone nostro parum proficimus. Tam multa dicuntur, leguntur, audiuntur, horrenda, tremenda, pauenda, & tamen nos semper iidem permanemus, semper eodem in luto hæremus. Quod vtinam videat, & pro sua ineffabili benignitate miserescat Deus ac dominus noster, qui, ne in æternum periremus, animam suam posuit pro nobis, nihilque expectat magis, quam vt à vitijs auersi, & ad ipsum conuersi, faciamus quæ præcepit nobis, sicque mereamur esse amici sui, & quicquid petierimus in suo nomine impetremus, ad laudem & gloriam ipsius, Amen.

Apoc. 11

Ioan. 10

Ioan. 14

IN FESTO SANCTI Gregorij Papæ require omnia supra, in Festo scilicet, Nicolai Episcopi.

IN FESTO SANCTI Benedicti Abbatis & confessoris, epistolæ huius Festi Paraphrasin require supra in Festo Sancti Antonij Abbatis.

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem festi. Lucæ duodecimo.



VVM multa sint aduersus vitia valde efficacia & opportuna remedia, nullum tamen ferre tantam videtur habere vim & energiam, vt incertissima mortis hora, Ad eam prouidendam hor-

XX.

tatur nos dominus in Euangelio diei istius. Quid enim tam stultum, tam temerarium, tam impium esse queat, quam quum certus sis te breui euocandum ex hac vita & rapiendum ad tribunal æquissimi iudicis, tamen nihilominus ea perpetrare, quæ te faciant æternæ damnationi obnoxium, & reum iudicij æterni? Ergo vel sola mortis ambiguae sedula & serua cogitatio potest hominem abunde inducere, ac permouere ad deferendam seculi iniquitatem, & sectandam iustitiam. Videmus, & certissima discimus experientia, in numeros in ipso ætatis flore, in ipso fortunæ ardentis prosperimo flatu rapi subito ex hac luce: & quia sceleribus obstricti sunt, nec spacium pœnitenti eis præstitum est, mergi in inexplicabiles & immanissimos semperque duraturos cruciatus inferorum. Quæso non potest hoc totis nos concurrere visceribus, vt non audeamus vel ad momentum iacere in quouis mortifero crimine, ne & nobis eueniat tã horrendus & inopinatus exitus: Sed quid agimus, quando plerisque sic fascinat peccandi fallax & cæca libido, ac amarissima dulcedo, vt nolint quicquam vnquam cogitare de vitæ huius breuitate: sed adeo totos se dent præsentibus gaudijs & voluptatibus, quasi in ijs semper sint victuri? Videant illi obsecro, & animum aduertât ad amantissima Saluatoris consilia & præcepta, audiantque cordis & corporis auribus ipsum fidelissime admonentem atque dicentem:

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

Lumbos restringere est voluptates molles ac fallaces studio continentie edomare ac pressum premere, non sic viuere vt libet carni & sanguini, sed vt ratio dicat, & Deus præcipit: in carne quidem viuere, sed non secundum carnem militare, sed facta carnis spiritu mortificare. Quod est angelicam imitari puritatem, & templum spiritus sancti ab omni spurcitie seruare immaculatum. Hæc continentia vsque adeo etiam illis qui in matrimonio degunt necessaria est, vt non liceat illis nisi propriam nosse coniugem, & in ipso vsu matri-

monij non voluptatem spectare carnis, sed prolium quæ Deo seruiant, & hæredes cœli effici mereantur, procreationem. Maxime vero decet homines semper & vbi que à se carnis voluptates abijcere, & honestatem amplecti, vt quemadmodum ratione à bestijs secernuntur, sic vitam quoque suam ab illarum consuetudine auocent. Illæ nanque prono impetu sensuum appetitionibus obsequuntur, quia nesciunt turpitudinem ab honestate discernere: nos vero qui rationis lumine pollemus, tam debemus virtutis ac honestitatenas esse, vt nihil admittamus vnquam, quod adiunctam habeat peccati turpitudinem. Quod si sensus voluptatis quædam insania titillat, si alia ad manum non habentur remedia, cogitandus est ignis tartareus, qui dirissime semper vret impios, libidinis ignem hic ne utiquam restinguentes, vt sic ignis igni extinguatur, & flamma flammam superet. Ita habebimus lumbos præcinctos. Sed non sufficit abstinuisse à malis, nisi etiam bene agamus. Vnde porro iubet dominus, vt sint lucernæ ardentes in manibus nostris: quod nihil est aliud, quam vt semper proximis nostris optima exempla præferamus, in quibus sit lumen veritatis, & ardor charitatis, vt suo lumine proximis quid fugiendum, quid sectandum sit doceant: & suo ardore ad peccati odium, & virtutis amorem inflamment. Efficacissima namque illa sunt exempla, quæ lucent pariter ac ardent.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs: vt quum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.

Serui qui domi resident, & expectant domini reditum, non possunt certam nosse horam. Itaque omne temporis punctum suspectum habere coguntur. Ita plane decet & Christianum quemlibet omnem vitæ præsentis horam tanquam vltimam habere suspectam, atque ea re semper boni quippiam agere, & summe vitare omne peccatum, vt possit omni momento paratus occurrere redeunti dño suo Iesu Christo. Redibit em̄ ille ad nos vbi moriendū fuerit, & pro

& pro meritis nos aut puniet, aut coronabit. Non potest autem confestim illi aperire, quisquis adhuc à vitijs perfecte purgatus non est. Nam quam diu adhuc aliquid vitij hæret in animo, quod non satis displiceat, necesse est eiusmodi homo cunctanter aperiat domino pulsanti, & ad aduentum illius trepidet. Confestim ergo aperiant, qui modo sua mortificant vitia, & externum atque internum hominem suum sollicitè reformant, vitijque funditus mortui sunt: quales sunt homines perfecti, qui vitam habent in patientia, & mortem in desiderio. Facile autem ex his verbis domini Iesu licet intelligi, quantopere nos velit omnia quæ mundi sunt despiciere, curas, sollicitudines & occupationes omnes nõ necessarias ad beatam consequendam vitam abijcere, & id solum perpetuo agere & curare, vt quando cunque redire volet, nos proorsus ad iter expediti simus. Quorsum ergo attinet diuitijs cumulundis nauare operam, honores ambire, terrenis occupationibus implicari, quando hæc omnia nos auocant & abstrahunt ab expectatione saluatoris? O quam multi fallunt sese, dum obliti salutis suæ, sectantur inania. O homo Christiane in cœlis tua est hæreditas, & tu terram colis: iamque dominus tuus tecum rationem positurus adueniet, & tu aliena tractas?

Beati serui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes.

Qui in vitijs iacet, in tenebris est. Ergo qui in gratia & charitate positi sunt, illi vigilant. Itaque beati serui illi, qui iniquitatis tenebras à se sollicitè repellunt, & diuinæ gratiæ lucem magis ac magis in se augere nituntur, idque semper virtutum actionibus incumbendo, & suæ salutiperpetim inuigilando, vt quicquid obscuro ac tenebrosum est, ex se profligēt, nulla ratione se patiantur à desidia & torpore superari, sed tanquam fideles ac strenui serui in exequendis mandatis domini sui iugiter vigilent, dicentes cum Propheta: Oculi mei semper ad dominum. Itemque: Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum. Et quis nõ

merito vigilet, quando, vt ait diuus Petrus apostolus, aduersarius noster diabolus tãquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret? Nunquam dormit diabolus: ergo semper vigilet seruus Christi, ne incurrat in dentes sæui leonis illius. Vndiq; tela volant, omni ex parte imminent nobis pericula multa, tentationibus varijs & insidiosis nunquam non impetitur: nisi ergo vigilemus, fieri non potest, quin grauius vulneremur. Eamobrem admonet nos propheta, vt solliciti ambulemus cum Deo nostro, non vt insipientes & stolidi, qui non vident, aut non curant sua discrimina, sed vt sapientes, ne per incuriam & dissolutionem ab hostibus capiamur.

Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis.

Solent homines magnis propositis præmjs effici alacriores. Ea de causa dominus Iesus cupiens nos ad amplectendam, & exequenda præcepta ac monita sua promptos & strenuos reddere, maximam pollicetur nobis mercedem: nempe vt post huius miseræ vitæ excubias, vigilas & labores, in regno cœlorum felicissime quiescamus. Si enim quandiu hic viuimus, ipsi fideliter & ex animo seruiermus, neque nos laboris molestia frangi, aut illecebrosis abduci voluptatibus permiserimus, potius eligentes cum ipso domino nostro perseuerare fortiter in cruce, & in via veritatis ac iustitiæ, etiam si multa propterea sint aduersa sustinenda, nimium vbi tempus aduenerit, quo ex præcepto Imperatoris nostri ex castris militiæ temporalis ad superna cœli palatia euocandi sumus, tum per seipsum præcinget ac præparabit sese ad remunerandos nos pro regia maiestate & opulentia, & faciet nos discumbere, id est, summa & ineffabili quiete refici, tanto felicius & gloriosius, quanto hic duriores & crebriores illius causa labores perpefferimus. Et transiens, id est, singulos quosque iucundissime visitans, ministrabit nobis seipsum totum. Ipse est em̄ præmium nostrum, ipse tota beatitudo nostra. Quæ vero mens capere, nedum lingua explicare sufficiat, quid felicitatis, quid gloriæ, quid gaudiij, contineat quod dicitur, Ministrabit illis: Beati

Quia domino redeuntis aperiant confestim.

B

Tenebras vitiorum sunt.

Lucernæ ardentes in manibus nostris: quod nihil est aliud, quam vt semper proximis nostris optima exempla præferamus, in quibus sit lumen veritatis, & ardor charitatis, vt suo lumine proximis quid fugiendum, quid sectandum sit doceant: & suo ardore ad peccati odium, & virtutis amorem inflamment.

Math. 25

C

Vigilare vere quum non dicant.

Virentes omne tempus quam in spectantur ab eis.

Psal. 124

Lumbos præcingere quid sit

2. Cor. 10 Col. 3

Continentia in matrimonio seruanda.

Mich. 6 Eph. 5

Discumbere quidnam mystice sit

Psalm. 26 Beati quibus tu ministrabis domine Iesu. O homo Christiane viriliter age, & confortetur cor tuum, & noli deficere in laboribus & doloribus vitæ huius momentaneæ: sustine dominum Iesum: quia ecce veniet, & ministrabit seipsum tibi, vt sis totus plenus Deo, id est, omni bono. Vt miseris, quos talia promissa non alliciunt ad recte agendum.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

D Ne quis desperare possit, eo quod ætatem in vitijs detriuerit, diuina misericordia omnibus spem præbet veniæ, si tatum velint resipiscere. Peccasti in pueritia: malum quidem id est, quia sacramentum militiæ tuæ violasti, & fidem domino tuo præstitam non seruasti, atque adeo vero domino tuo cõtempo, ad castra vilissimi & crudelissimi hostis illius diaboli transfugisti. Sed noli desperare. Rex tuus paratus est in gratiam te recipere, si vel in adolescentia, tanquam secunda vigilia probe te gesseris. Quod si iam multos habes ætatis annos, eosq; male exegisti, maior est illa iniuria regis tui, tot annis militasse te inimico suo: verum adhuc reuertere, & priorem infidelitatem maiori studio ac fide compensa, et haudquaquam abiiciet te dominus tuus. Noli tertiam senescentis ætatis vigiliam negligere: te ipsum poenitentia lamenti affice: placha lachrymis iram Imperatoris tui, præueni faciem eius in confessione, illius benignitatem profunda humilitate & cõtinuis obsecrationibus tibi cõcilia: & quãto fuisti scelerator, tanto sis deinceps ad omnem regis tui exequendam voluntatem studiosior. Crede mihi, si sic egeris, breui inter amicos suos te annumerabit, omniũ iniuriarum prorsus obliuis. Videmus hic immensam Dei bonitatem, hominum improbos mores & duras iniquitates tam benigne tolerantem, tam paratam remittere. Sed nemo illius clementia abutatur. Misericordissimus est: at si te non emedaueris, iustissimum expetieris.

Psalm. 94

Hoc autem scitote, quia si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non sine-

ret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet.

Aptissima similitudine puocat nos ad præueniendam incertam mortis horã, ne nobis improuisis superueniat, quemadmodum fur solet, tum maxime domibus suffodiendis incumbere, quando nihil minus timetur. Quod si semper vigilet pater familias, non potest aliquod furis damnũ metuere. Ita & nos si semper præparati simus ad mortem, nihil est quod ex ipsa nobis formidemus. Sed quare voluit dominus nescire nos illam tam metuendam horam? Vt semper solliciti simus, nec vnquam vana securitate dissoluamur. Ergo dilectissimi semper nobis ob oculos versetur illa certo certius venturæ mortis hora, atque eius contemplatione vilescat nobis mundus cum omnibus nugis suis, virtus & pro Deo suscepti labores dulcescant. Ecce ad est præforibus iudex, iam sententia data est vt emigremus. Cur ergo vanis nos damus gaudijs? cur animum præsentibus rebus implicamus? Moriamur dum adhuc viuere licet, vt mors ipsa irruens, non terrori nobis sit, sed gaudio & desiderio. Moriamur quotidie huic mundo, moriamur vitijs & cõcupiscentijs nostris, & nulla erit nobis ex corporis morte formidanda iactura. Qui vero nolunt sibi consulere dum licet, sed ita viuunt, tanquam mors nulla sequatur, illis filius hominis terribilis adueniet dum minime putabunt, & raptis ad tribunal suum summa cum seueritate exprobrabit, dicens: Stulti & miseri, quare non audistis benignissimam admonitionem meam, ne tam imparati veniretis ad cõspectum meum? Vbi iam sunt voluptates, quibus, me cõtempo, totos vos dedidistis? Ite nunc maledicti in ignem æternum, & qui nolulistis vitijs emori, nunc sine fine moriamini in stagno pice & sulphure semper arfuro.

SERMO IN EODEM Festo. De charitate & iustitia duplici: omniũ operum nostrorum quis scopus fore debeat, & de sanctorum exemplis imitandis.

Placuit

E

Horam mortis cur deum nos voluerit fore inuocantiam.

Jacob. 5

Moriendi quibus sit dum viuimus.

Math. 11

F



Lacuit Deo, & inuentus est iustus. Ecclesiastici XLIII. Charissimi fratres Euagelica historia, omnis sacra scriptura, imo veritas ipsa dominus noster Iesus Christus docet nos omnem perfectionem nostram consistere in charitate, quæ omnium obseruatiam mandatorum in se includit, omnem virtutem in se continet. Hæc autem charitas, etsi vna virtus sit & vnum donũ, est tamen gemina, quia per duo præcepta mandatur, & duo (vt ita dicam) habet obiecta, scilicet Deum, & proximum. Quisquis igitur diligit Deum, non luxuriatur, non maledicit, nõ est ebriosus, nõ est commessator vel compotator: sed est castus, verax, sobrius. Quare? Quia quicquid precipit, aut vult ille, quem diligit, libenter quæ facit illa qui diligit: & quicquid prohibet dilectus, ab eo abstinens is qui diligit: quia non vult offendere illum, quem diligit, sed contendit illi placere: quia si non curat offendere, iam vtique non diligit. Similiter est de proximi dilectione. Huius porro charitatis, quantum ad eius vtramq; partem, perfectio in præalligatis verbis clarius exprimitur, quando sanctus iste pater Benedictus, cuius festum diem hodie celebrem ducimus commendatur ab eo quod placuit Deo, & quod inuentus est iustus. In eo enim quod dicitur placuisse Deo, designatur perfecta charitas ad Deum, quæ est, vt faciamus voluntatem Dei. Hanc autem facit ille, qui diligit Deum: & qui diligit & facit beneplacitum Dei, placet vtique Deo. Ille vero Deo nõ placet, qui voluntatẽ eius non facit. Vnde dñs Iesus quosdam in Euangelio reprehendens: Quid me, inquit, vocatis dñe, dñe, & non facitis quæ dico? Ergo placuit Deo, hoc est, dilexit Deum, fecit quæ Deo sunt placita: & inuentus est iustus (intelligendũ est vtique ad proximũ) quia nõ possumus esse iusti ad Deũ, vt reddamus Deo quod suũ est (nam hæc est iustitia & sic describitur, quod reddit vniciquẽ quod suũ est) quicquid facimus, ad huc inuiles corã Deo & debitores manemus. Quid enim possumus facere, in quod possumus satisfacere tãtæ eius nobis charitati progatæ, tãtæ liberalitati exhibitæ, tãtis bñficijs acceptis, tãtis pmissio nibus cõsequendis, cũ nihil sine ipso possumus facere? In ipso em̃ viuimus, mouemur & sumus inquit Apostolus. Quid retribua dño, inquit Psalmista, pro oibus quæ

Charitas cū vna sit virtus cur duplex dicitur.

Marth. 7 Lucæ 6

Iustitia ya qd sit. Lucæ 17

Ioan. 14 Act. 17 Psalm. 115

retribuit mihi? Nunquã possum satisfacere pro culpis & peccatis iam abolẽdis, quã satisfaciam pro bñficijs acceptis, quã merebor & dignũ me faciã pro accipiendis? Ergo nõ possumus iusti esse corã Deo, id est, retribuere & reddere ei, sicut debemus. Sed ipse quia videt impossibilitatẽ nostrã, de paruo cõtentus est. Sufficit namque ei vt faciamus quod possumus, & quæ ipse vult. Ergo cũ fecerimus quod possumus, & desideramus adhuc multa, & oia quæ debemus facere, perficere, ipse nihil requirit ultra posse nostrũ: sed iustificabit nos, et dabit oia gratis, ita vt in hoc quod placemus ei de eius dono est. Quapropter pro hoc quod dicitur: Inuentus est iustus, intelligitur ad proximũ: quia proximo fecit, & ad eũ se habuit, sicut debuit, & iustũ fuit. Et pro hoc designatur charitas, quã habuit ad proximũ. Et videte quod discrete sacra scriptura loquitur, & modũ huius præcepti indicat, quẽ debeamus seruare. Instruimur namque ex cõmendatione huius S. patris Benedicti, quod debeamus placere Deo, & iusti esse erga proximũ. Iam dixi, quod nõ possumus iusti esse erga Deũ, vt reddamus oia quæ debemus ei, & retribuamus pro his quæ accepimus, sed vt placeamus. Non possumus autem ei placere, nisi fuerimus boni & virtuosus: & ideo secure totũ studiũ nostrũ ad hoc cõuertere debemus, vt ei placeamus. Hoc porro studiũ est charitas & ex charitate. Nõ tñ sic monemur vt placeamus proximo: quia hoc nõ requirit ad dilectionẽ proximi, vt ei placeamus semp: quia si deberemus ei semp placere, oporteret vt voluntati eius cõformaremus nos. Nunc autem, quia proximi nostri voluntas nõ est semp sincera & bona, vt illi consentiamus & obediamus: & ideo possumus boni esse, proximũ diligere, & tñ nõ placere ei. Exẽpli gratia: Quia si ipse malus est, nõ amans bonũ, cupiens quod non est secundum Deũ, si vellemus ei in hoc placere, vt assentiremus ei, iã nõ essemus boni, neque ipsum, neque Deũ diligẽtes. Quod si voluntati eius prauẽ resistimus, eũque corripimus, reuera diligimus eũ, licet ei nõ placeamus. Vnde latrones sibi metipsis cõplacent, suntque se penumero eiusdẽ voluntatis voti, & tñ nõ diligunt, scilicet ea dilectione, quã dñs precipit: quia quando dñs mandauit dilectionẽ proximi, dedit etiã formã dilectionis, dicens: Hoc est præceptum meũ, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Ita nõ diligunt se hoies mali, latrones, incesti, & potatores, sicut

G

Benedicti sancti iustitia quãta iugit.

Placere quomodo possumus Deo.

Placere proximo quãdo debeamus.

Ioan. 13 Ioan. 15

Christus:

Mali que se diligat. H Proximo quem de beamus.

Christus: ga non in bono, no in Deo, no ad beatitudinē æternā, sed in diabolo & ad æternā damnationē sese diligunt. Ergo no iubemur semp & omni proximo placere, sed iusti esse erga proximū, id est, vt faciamus ei sicut faciendum est, & sicut velle mus nobis fieri, pcuramus ei salutē & bona animę (etiā si ipse talia no requat) & negemus ei salutē eius cōtraria, etiā si ipse cōcupiscat. Pertinet tñ etiam ad iustitiā, vt in his que licita sunt, q̄ Deum no offendunt, & nostram salutē no impediūt nec pximi, placeamus pximo, faciamus eius voluntatē, q̄ramus eius pacē & consolationē. Hęc ergo dixi, q̄ ostenderē, quam cōuenienter describat dilectio Dei p hoc, qd placemus: ga quāto plus diligimus, tanto plus place mus, & cōtra. Dilectio yō proximi descri bit per hoc qd est esse iustum. Dixi ergo charissimi fratres, quō S. pater Benedictus cōmendetur in p̄dictis verbis (scilicet, pla cuit Deo, & inuentus est iustus) a p̄fectione charitatis, quę est p̄fectio & cōsummatio oīm virtutum. Placuit etē Deo, nec potu isset ei placere, nisi oīa fecisset, quę illi sunt beneplacita. Fuit nāq; iustus ad proximū, nec fuisset, nisi oīa fecisset proximo, quę debuit facere, & quę sibi ipsi vellet fieri. Ve rū, vt hęc quę dicimus lucidius capiantur, paulo altius repetēda, fusiusq; explicanda sunt. Et primo qdem vt ab hoc S. patre Be nedicto sumamus exemplum, q̄ vt iam reci tatū est, placuit Deo, & inuentus est iustus. Ita nos q̄q; oīa quę facimus vel cauemus, finem ponamus, scilicet ad beneplacendū Deo: Vt videlicet in quis opere si qs inter rogaret nos, quare faciamus, respondere possimus veraciter, vt placeā Deo. Qui sic facit, oīa scilicet dirigendo in Deum & fa ciendo ad beneplacendū Deo, semp in om nibus meret, etiam his que alias no essent meritoria. Et hoc est principale qd Deus inspicit & ei gratū est, scilicet desiderū ei placēdi, & studium in aliq̄ illi gratificandi: qui tñ operibus nostris non eget, nec ipse nos inspicit, nisi propter hanc bonam vo luntatē: quia sic facere, est charitatē habere & ex charitate opari. Et si proximus finis & immediatus non fit in Deum, si tamē fit ordinatus in Deum p media aliqua, ita qd vltimus finis est in Deum directe, oēs me dij fines reputantur in Deum, & omnia in termedia opa facta sunt meritoria: sibi in uicem ordinata. Sumamus huius rei ex

Placendi Deo desi derium q̄ sit Deo ac ceptum. Psalm. 15

Referēda quoniam sint omnia in Deum.

emplum, q̄ clarius qd intendimus, explicemus: Et si aliq; finis immediatus, in quem referi proxime intentio operantis sine me dio: & ille quandoq; est simul vltimus, ga non refertur vltērius, sed ibi gescitur. Ali qñ refertur in alium, & ille alius in alium, donec venitur ad vnum, vbi est status, & il le est vltimus. Quando ergo ille vlti mus est Deus siue sit mediatus, id est, p ali quos medios fines intentus, siue immēdia tus, fit opus semp meritoriū. Verbi gratia: Aliquis intravit hic ad concionem, imme diate dirigendo intentionē ad hunc finem scilicet, quod velit placere Deo, ita quod si etiam nihil proficeret in concione, tamen propter Deū vult audire verbū Dei. Iste fi nis est immediatus, estq; vltimus, ga no est referibilis in alium: ideo fecit meritorie, & opus eius est bonū. Alius intravit hic, vt audiat concionem propter obedientiam, qñ quidem sic vult p̄lati autoritas. Ille est immediatus finis, & primo intētus, sed no est vltimus: quia potest adhuc interrogari, quare seruat obedientiam istam, vel quare vult esse obediens. Si dicit propter Deum ille finis est vltimus in Deum: & ppter hūc etiam primus est in Deum, licet non imme diate, sed mediāte secundo: ergo est bonus & meritorius. Sed si diceret, Ego volo esse obediens, ne p̄nam incurram. Ecce iam non ordinat in Deum, sed ad vitandā p̄c nam: & sic etiam illius finis non ordinatur in Deum, qui fuit, audire concionem pro pter obedientiam: & ideo nullus horū me ritorius est. Aliud adsumamus exemplū: Aliquis vadit ad forum. Quare? Ad emen dum scilicet calceos. Quare emit calceos? Ad eundem ad sanctum Iacobum. Quare ad S. Iacobum? Pro peccatis suis, & ad re cōciliandum se Deo. Hic est illius vltimus finis estq; bonus, & ideo meritorius: & p pter hunc finem oēs alij priores sunt Deo accepti, meritoq; digni. Exemplum item aliud proponamus: Aliq; seruit domino alicui. Quare? Ad habendum stipendium. Quare? Vt det elemosynam pauperi mul eri. Quare? Ad alliciendum eam ad amorē & inde ad p̄ctm. Ecce vltimus finis est ma lus & cum p̄ctō: & propter hunc etiam om nes alij mali sunt. Qui si fuisset bonus, al ij priores etiam fuissent boni. Ecce cha rissimi fratres quāto iuuat ordinare ad bonum finem, per intentionem, opus su um. Contingit subinde tres facere vnum idemq;

I Finis ois nostri opo ris quotē dat.

K Opa que nam nullo pacto possunt vt tempore bona fieri intentione.

Mala que dam cur non puni antur. Bona que nam pos sint fieri mala intē tione.

Opus ali quod que nam bonū & Deo gra tum illud efficiant.

Opera q̄ nam indif ferentia sint ad bo num & malum.

idemq; opus pari labore: vnus ordinat fi nem suū ad placendum Deo & meretur vi tam æternam: alius ad placendum homini bus, vel aliū illicitum finem, & meretur æ ternam dānationem: tertius ad nullum fi nem ordinat, sed facit quasi irratiōalis be stia, quę vadit ad stabulum, ad p̄sepe, ad aquam, ad pascua, ad domum, ex quadam assuefactione. Sunt quędam opera, quę nullo modo, nulloq; tēporē possunt bona intentione fieri, vel ad bonum finem dirigi, vt fiant bona, vt sunt ea quę ex suo gñe sunt mala, & a Deo prohibita, vt sunt sacrificare idolo, incantationes facere, con silium quærere vel auxilium a diabolo vel a diuinatoribus, mentiri, fornicari, id est, extra coniugium copulari, &c. ista semper sunt mala, & nunquam possunt Deo pla cere, qualicunq; sine fiant, etiam si sequere tur effectus bonus inde, vt liberatio alicuius a morte, &c. vt si coniugata sciret mari tum suum interficiēdum, ex dilectione ad maritum vellet adulterium cōmittere cum iudice, vt liberet virum a morte. Quod no licet vtiq; Mala tamen quandoq; sustinē tur, vel no puniuntur propter effectus bo nos, vel ad vitāda maiora mala. Aliqua item sunt bona ex suo genere, & fieri pos sunt bona intentionē, vel ad bonum finem, & manere bona vel fieri meliora: quę nihi losocius possunt fieri ad malum finē, & fie ri mala ex ordinatione peruersę intentio nis, sicut iam dixi. Elemosynam nāq; da re, vel celebrare ex suo genere est bonum. Sed elemosynā dare ad puocandū mulie rem in p̄cti consensum, vel celebrare prin cipaliter propter pecuniam, est malū, licet Missa in se tñ maneat bona. Facilius est opus facere malum, q̄ bonū: ga si debet esse bonū, oportet finē & oēs circumstantias esse bona. Si vna earū fuerit mala, totum il lud opus amittit bonitatē & destruitur, ga ad faciendū malum opus, sufficit vel vnā conditionem apponere malā. Ex vna nāq; cōditiōe bona no fit bonū opus, sed oportet q̄ oīa sint bona, quę cōueniunt ad tale opus. Sunt itē aliqua opa q̄ ex suo gñe nec bona nec mala sunt, sed indifferētia ad vtrunq; fiūt scdm intentionem, sicut bibe re, comedere, dormire, laborare: & alia mul ta, quę ex se nec bona, nec mala sunt, sed iu dicanda sunt, scdm qd p intentionē ordi nantur. Si nāq; comedimus propter obe dientia, meritoriū est: si propter sustētatio

nē vitę, vt simus validi ad seruiendū Deo, meritoriū est. Si comedimus (intellige sem per tempore licito & non vltra mēsuram) ad cauendā singularitatē, & ne grauemus aspectum aliorū abstinentia singulari, scili cet ppter pacē aliorū, vt concordemus nos cōmunitati, meritorium est: si propter dele ctationem tñ cibi, iam est p̄ctm: quia licet non possumus qñ comedendo sentiamus delectationem, vel naturaliter placeat tan quam naturę conueniens (hoc enim sen tire in se non est p̄ctm) sed comedere pro pter delectationem, vt delectatio fit finis, quem quærimus in cibo, hoc est p̄ctm. Ab stinere autē a tali delectatione, & simili bus, non statim & de se est meritorium, ni si fiat ad minus vltimo fine, vt placeat per hoc Deo: quia potest fieri immediate, vt ca ro humilietur & castigetur, ne insurgat & p̄ualeat contra spiritum: vel ad faciendā p̄nitentiam quando licita subtrahimus nobis, quia multa cōmifimus illicita con tra Deum: si tamen vltime referatur ad De um, est vtiq; meritorium. Legitur de quibusdam philosophis gētilium qui tem peratissime vixerunt in cibo & potu, terre na oīa contempserunt & abiecerunt, ex quibus fuit Crates, qui diuitias iactauit in mare, dicens: Ite pessimę diuitię, ego mer gam vos in profundū, ne mergar a vobis, &c. & tamen nihil profuit eis ad salutem. Quare nihil pfuit: Quia no ordinauerunt ad debitū finem, vt per hoc placerent Deo, sed ne grauarentur curis pro diuitijs, ne su perfluitate cibi vel potus intellectus eorū obfuscaretur, vel impediretur a philoso phando & quærando sapientiam. Ipsi etiā studebant mortificationi passionū & vir tutibus maxime: quidam eorum ad habē dam quietem cordis, & virtutem diligebāt propter seipsam tanq̄ aliquod pulchrum, vltērius non referendo: ideo etiam no per uenerunt ad veras virtutes. In scolis dispu tabant & persuadebant vnum esse Deum, & in templo adorabant idola. Hęc paulo fusius tractata sint, propter ea verba quę dicta sunt de hocce S. patre Benedicto, qd scilicet placuit Deo. Secundo loco ad monendi sumus, alterā charitatis partem seruare, vt simus iusti in proximū, iustitia, sicut ante dixi, virtus est, quę reddit vnici que quod suum est. In triplici autem diffe rentia est proximus noster. Aut em̄ est no bis superior, vel equalis, vel inferior. Cui

Opus in differens qui Deo acceptum fiat.

Delecta tio que sen tif comē do, &c. quando fit bona vel mala.

Abstinerē a delecta bilibus quando fit at merito rium.

L Abstinen tia q̄run dā philo sophorū qualis fu rit. Cratis philoso phi opū cōtempe quancus.

Philoso phorū stu dia p vir turibus q̄ spectau erint.

Iustitia quid sit.

Proximus noster vt sit triplex

bet eorum aliquid debemus: quod si reddimus, tunc iusti censemur, & charitatis legem adimpleuimus. Hæc autem concinne & pulchre describit S. pater Bernardus in sermone tertio de Aduentu domini, dicens: Tribue tribus quæ sua sunt. Redde superiori, redde inferiori, redde æquali, cuique quod debes. Redde inquam, reuerentiâ prelato & obedientiâ, quæ altera cordis, altera corporis est. Nec enim sufficit exterius obtemperare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimer sentiamus de eis. Quod effectum manifeste innotuerit indigna prelati alicuius vita, ut nihil omnino dissimulationis, nihil excusationis admittat: propter eum tamen, a quo est omnis potestas, ipsum quem modo talem nouimus, excelsum reputare debemus, non presentibus personæ meritum, sed ordinationi diuinæ & dignitati ipsius officij deferentes. Sic & fratribus nostris, inter quos uiuimus, ipso iure fraternitatis & societatis humanæ, consilij sumus & auxiliij debitores. Hæc enim volumus ut & ipsi nobis impendant. Consilium, quo erudiatur ignorantia nostra: auxilium, quo iuuetur infirmitas nostra. Porro, si cui forte prelati es, huic sine dubio teneris debitor sollicitudinis amplioris. Exigit a te, & ipsa custodiam, & disciplinam. Custodiam quidem, ut possit cauere peccatum: disciplinam uero, ut quod minus cauit, minime maneat in punitum. Quod etsi nemini fratrum peccasse uideris, habes tamen sub te cui custodiam hanc & disciplinam oporteat exhiberi. Dico autem corpus tuum quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus. Debes ei custodiâ, ut non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati. Debes ei & disciplinam, ut dignos faciat fructus penitentiae, castigatum & subditum seruituti. Ecce charissimi, ut S. Bernardus pulchre iam descripsit, debemus superioribus reuerentiam & obedientiam, æqualibus consiliû & auxilium, inferioribus uel corpori nostro (quod est inferius spiritu) custodiam & disciplinam. Verum, non possumus singula fufius declarare, propter breuitatem seruandam: sed accipiamus unum quod ad festiuitatem presentem magis conuenit, scilicet quod proximis debemus consilium & auxiliû. Cogitate fratres, si quis inter nos in aduersitate, anxietate & perplexitate dubius esset, nesciens quomodo posset releuari, quantum putatis desideraret con-

filium sanum: Et cum illud agnouerit, quantum desideraret auxilium, quam libenter uellet omnium corda sibi inclinata & com patientia fore, & auxiliû sibi impedi? Qualem ergo eiusmodi homo animum alterius erga se uult haberi, talem habeat & ipse erga proximum, ita ut semper cum pauperem, tribulatum & infirmum inspexerit, interroget seipsum: Si tu esses in tali necessitate uel tentatione, quid cuperes? Respondet illi cor suum: Ego uellem consolari, mihi consuli, iuuari. Hoc ergo faciat etiam alteri. Quum autem tu talis fueris, inspirabit Deus etiam alteri, qui pro te sollicitus sit, sicut tu pro alio. Verum, hæc quæ dicimus melius exemplis sanctorum, quam uerbis persuadebimus. Validiora, inquit, ille sanctissimus doctor & Pontifex Gregorius sunt exempla, quam uerba. Hic idem in libro II. Dialogorum refert inter cetera uitæ gesta huius sanctissimi patris Benedicti (cuius festiuitate hæc dies solennis est) quod is ex nobilibus parentibus progenitus fuerit secundum seculum. Qui posteaquam utcumque in liberalibus, ut uocant, studijs institutus esset, non solum studia ipsa, sed & parentes, notos substantiamque dereliquit in puerili pene ætate adhuc constitutus, locumque aptum ad seruiendum conditori liberius, sibi delegit. Quem non modo ob singularem mentis puritatem, humilitatem, castitatem, sobrietatem aliasque uirtutes eius, sed & propter prophetiæ gratiam, miramque erga suos inimicos mansuetudinem & charitatem, minime dubitavit idem solennis & fortis Ecclesiæ columna Pontifex idem sanctissimus D. scilicet Gregorius in eodem dialogorum libro, Moysi & Helie æquarare. Nec dissimilia scribunt Seuerus, Sulpitius & Gallus de S. Turonensi episcopo Martino: qui utique piissimus & misericordissimus pater pauperum, adiutor & consolator omnium tribulatum fuit. Qui etiam omnia quæ habuit ex pietatis affectu in pauperes erogauit, adeo ut ante episcopatum & in episcopatu etiam uestimenta sibi necessaria a corpore subtraheret, & egenis daret. Paulinus quoque S. episcopus Nolanæ ciuitatis, postquam omnia sua in egenos & captiuos contulisset, ut testis est D. Gregorius in libro III. dialogorum, cap. I. tandem seipsum ad redimendum captiuum uiduæ filium uendi fecit, & magno cuidam principi, ut puta regis Vandalorum

N

Gregor.

Benedicti abbatis

Benedictus cur Moysi & Helie fuerit æqualis. Seuerus. Gallus. Martini sancti liberalitas.

Paulini episcopi charitas quanta. Gregori

genero, in uilissimo ope, scilicet horticultura fideliter diu seruiuit, spiritu prophetiæ miraculoseque gloria illustris. Sanctus quoque Mamertinus spoliatus pallio à latronibus, reuocauit eos, dicens se adhuc habere denarium unum, quem rogauit ut tollerent, si forte in itinere illis posset necessarius fore. Traditum quoque memorię posterorum est de S. Elizabeth regis Hungariæ filia nobilissima Lantgraui Turingiæ coniuge, quæ tantæ fuisse legitur pietatis & liberalitatis in pauperes & desperatos homines, ut matrem eam pauperes omnes predicarent. Quæ non modo pauperes & inopes liberalissime alebat, sed & nudos uestiebat, mortuos sepeliebat, infirmos uisitabat, ceteraque Christianæ pietatis opera in pauperes & miserios desolatosque strenue exercebat, ipsisque sicut fideliter, ita & humiliter in seruiiebat. Quæ omnia in ipsius quoque matertera sancta uidelicet Hadeuige regina regis Poloniæ coniuge non modo deuotissima & liberalissima, sed & humilissima excelluisse constat, adeo ut illa genibus flexis pauperibus elemosynam daret, eorumque manus oscularetur. Verum, quoniam hæc omnia spectant, nisi ut ea nos quoque in edificationis exemplum trahere debeamus? Debemus nanque ex talibus uiuis exemplis discere & moneri ad compassionem, pietatem, charitatem reliquaque Christianæ pietatis officia erga proximum. Quod si non habemus, quod demus de temporalibus rebus, demus de corpore nostro officia membrorum nostrorum, laborem, sollicitudinem, seruitium, consolationem, orationem infirmis & egentibus, quibus quicquid fecerimus elemosyna est. Demum offeramus uoluntatem bonam maiora faciendi, si possemus. Hæc nanque uoluntas bona faciendi operis

Mamertinus sanctus correptor regis per eum tantum quantus fuerit.

Elizabeth regine charitas erga pauperes.

Hadeuigis regine humilitas quanta.

Pietatis opera quæ exercenda.

vbique sufficit, etiam sine effectu, dum facultas deest operandi. Nam si adesset operandi facultas, uoluntas bona sola, hoc est, absque opere, non sufficeret. Idcirco cum non potestis elemosynam dare, habeatis compassionem & dandi uoluntatem, & habebitis meritum æquale cum diuite porrigente elemosynam, si charitas par fuerit: quia meritum non facit ipsum munus, sed charitas, ex qua prestatur munus, & propter quam respicit Deus ad munus: unde nec munus Deo placeret sine charitate, id est, sine bona uoluntate. Potest contingere non habentem dare elemosynam plus mereri eo, qui habet, & dat, si maiorem habet uoluntatem dandi & compassionis affectum. Potest etiam huic egeno, uel non habenti unde tribuat, compassionis affectus maior inde oriri, id est, ex sua paupertate. Nam diues qui tribuit, inde consolatur: quia paupertatem egeni subleuauit. Qui autem & ipse egenus est, uidens alterius egeni inopiam compatitur, nec consolatur, sed crescit compassio & anxietas in corde eius: quia non habet unde posset inopię alterius subuenire, inde etiam crescit meritum. Postremo, cogitur etiam orare impellente charitate pro egeno, quem iuuare non potest ad Deum: qui potest: & hinc iterum crescit meritum ex hac occasione prece diuite. Demum habet & ipse suæ propriæ paupertatis meritum, in quo rursus excedit diuitem. Ecce charissimi fratres, non debetis iam dolere si actualiter uel opere non potestis exercere omnia opera misericordiæ ab extraneo: quia mentaliter & uoluntate omnia potestis, si modo bonam uoluntatem habueritis, quam prestat nobis dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

Elemosyna quantum sit merito digna

Pauper quomodo elemosyna tribuat

IN SOLENNITATE ANNUNCIATIONIS
domini nostri Iesu Christi Lectio Esaiæ prophetæ, loco
Epistolæ, Esaiæ septimo.

XXI.



In diebus illis, Loquutus est dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nunquid parum uobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo

r. in meo

meo: Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Maxima sese nunc offert lætandi materia charissimi filij, & in laudem Dei, atque ex ipsis animarum medullis procedentem gratiarum actionem vel nolentes cogit immensas beneficij, quod hac die præstitum nobis annua solennitate recolimus. Hæc est enim dies, in qua opifex mundi Deus hominem, quem sua benignitate crearat, sed diaboli inuidia, ac ipsius hominis inobedientia amiserat, ex miserrima seruitute cepit in libertatem reuocare ac restituere, virgineo illapsus vtero: atque ex eadem virgine sumpta humana natura, in qua pro peccatis nostris Deo patri patiendo, moriendo, satisfaceret. Creauerat quidem omnipotens Deus hominem in paradiso, absque vilo peccato, vt diabolo peccatum persuasuro resisteret, ac resistendo vinceret, non consentiendo suasioni pestiferæ: idque ad maximum honorem Dei, & summam diaboli ignominiam, quando quidem ipse licet infirmior in terra non egisset contra præceptum Dei, quamuis à demone tentatus: diabolus vero licet fortior, in ipso cælo etiam nullo têtante peccasset. Sed quia miser homo, tametsi facile maligni suasionem contemnere potuisset, improbo consulto ri nulla vi adactus, sed sponte sua obtemperare maluit contra voluntatem & honorem Dei, quam ipsi Deo in confusionem & dedecus diaboli, in tantam nedum seipsum, sed etiam omnem posteritatem suam, & quot ex ipso nascituri essent, miseriam adduxit, vt omnino nulla nobis apud Deum consequendæ misericordiæ spes relicta fuerit, nisi peccata nostra ipse in quem peccauimus, per seipsum aboleret. Id vero quis vnquam non cico sperare, sed vel cogitare sine horrore potuisset? Quid enim tam crudele, tam intolerabile, tam iniquum videtur: quam vt pro peccatis nostris Deus summæ maiestatis patiendo satisfaciatur: Et tamē nulla alia ratione in gratiam cū Deo restitui potuissimus. Ex quo perspicue licet intelligi, in quas angustias per peccatum Adæ coniecti fuerimus. Sed misericors & miserator dominus, videns hominem callidissimi ac malignissimi dæmonis euer-

Gene. 1. 1
Gene. 3
Sapient. 1

Lapsus p
toparentū
qui acci
derit.

sum malitia, ab ipso mox casu illius polliceri dignatus est, quod nemo vnquam fuisset ausus petere. Lege Genesis caput tertium, & ibi scriptum inuenies in hæc verba. Inimicitias, ait dominus serpenti, ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semē illius. Ipsa, vel vt alij legunt, ipsum conteret caput tuum. Quæ est ista mulier, nisi virgo intemerata, de qua Salomon ait: Mulierem fortem quis inueniet? Quod huius mulieris semē, nisi de minimus noster Iesus Christus, quem Paulus dicit factum ex muliere, id est, natum ex virgine? Ipse nimirum contriuit caput draconis, quando quicquid is in hominem iuris acquisierat voluntario peccati consensu, dominus crucis indebitam perferendo mortem penitus aboleuit, suaque humilitate superbissimum spiritum elisit atque prostrauit. Quod quidem hodie facere exorsus est, quando intra materni eiusdemque pudicissimi corpusculi viscera humanam assumpsit naturam, factus homo, vt iam longe ante prædixerat Esaias propheta, & quidem apertissimis verbis, eo præsertim capite, vnde extracta est lectio, quæ hodie Epistolæ loco in Ecclesia recitatur catholica. Loquutus est, inquit, dominus ad Achaz impijssimum regem, idolorum cultorem, & qui neque Deo omnipotenti, neque seruis eius prophetis fidem commo- daret: Pete tibi signū à domino Deo tuo, siue in profundū inferni, siue in excelsum supra. Prædixerat Esaias regi Achaz breui finem habitura regna Syriæ & Samariæ, sed is minime credidit. Iubetur ergo à domino petere signum, siue in profundū inferni, siue in excelsum supra, id est, aliqd quamuis eximium ac admirandum prodigium, quod vel circa ipsa terræ viscera, vel inter cæli sydera diuinitus eaderetur, vt ti visis difficilissimis, ac soli Deo possibilibus effectibus, citius credat minus difficiles. Sed quid Achaz respondit? Quod scilicet vulpem decebat. Homo versipellis timens ne ex tali signo verus Deus agnosceretur atque coleretur, eiusque gloriæ inuidens, malensque suis idolis honorem tribui, dissimilata animi sui impietate, ait

Prover. 4
Galat. 4

Maria q
modo cō
trituria
puc. talit
nalis ter
penis.

B

Esai. 1

C

Virgo de
um cōce
pura que
quæ intel
ligatur

tate, ait se idcirco nolle signum petere, ne tentet dominum. Id enim erat lege vetitum, ne quis Deum tentaret. Sed nunquid sefellit Deū cordis eius intimos recessus perspicientes? Minime. Nouerat dñs non religionis causa, vt q multa alia fecisset contra legem, sed animi elatione nolle cum signum petere. Et quamuis prohibitū erat, ne tentaretur Deus, obediendū tñ erat deo iubenti etiam quod legi contrariū videret, cum sit utiq; Deus supra legē. D. Hieronymus ait, nomē hebræū & têtare & exaltare posse reddi, vt Achaz dixisse videat: Non petā, & nō exaltabo dñm, scilicet ob causas antedictas. Et dixit, scilicet Esaias propheta: Audite ergo domus David, tu rex Achaz, & q ex Davidis stirpe ducitis originē ceteriq; domestici tui. Nunquid parū vobis est molestos esse hominibus, dum affligitis seruos Dei, qui vobis in nomine dñi loquuntur & ex vestris iniquitatibus ac summi Dei contemptu grauissime cruciant, atque insuper etiā vestris iniurijs & persecutionibus diuexant: quæ utiq; satis magna est impietas, meritoque à vobis parumpendī nō deberet. Sed vos tanquam homines fatigasse nihil sit, etiā ipsi Deo molesti estis, dum duras vestras portat iniquitates, & quæ tidie maximum ex vobis contemptū accipit, quando ipso neglecto dæmones colitis, & vitijs quæ ipse prorsus odit, dediti estis. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Quæ verba ad id referenda sunt, qd lupius dixit Esaias: Pete tibi signū &c. Ecce virgo concipiet, & pariet filiū, & vocabit nomen eius Emanuel. Vere signū diuina maiestate dignū, vere admirabile prodigiū, à seculis inauditū vt virgo concipiat, & pariat filiū. O virginē ex oī aternitate electā à deo, ac singulariter & excellenter præ creaturis omnibus benedictam, o virginem post deum precipue venerandā, colendā atque omnideuotionis & pietatis officio psequendā, quæ non ex hoīe, sed summo spiritu concipit, concipiēdo integerrima permansit, nouē mensibus Deū ac hoīem intra pudicissimi corporis viscera portauit, à quæ etiā ipsa & totius mundi machina portabat, ac denique sine vilo dolore, sine vlla virginitatis iniuria, imo cū maximo puritatis incremento eundem peperit tot expectatū seculis, tot votis ac præcibus expetitam, qui mundū erat redempturus, homines cum Deo in gratia restitutus, ruinam angelicā instauraturus, summa imis conciliaturus. Et vocabit nomē eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, qd nomen nulli nisi Christo huius sacratissimæ virginis filio virginis congrue re potest: q solus est in vnitatis personæ Deus verus & verus homo. Calūnias Iudæorum, quibus hic aduersus Ecclesiam impie vtuntur Doctores abunde dissoluūt, quas nos breuitatis causa pterimus. Butyrum & mel comedet, hoc est, cibis vescetur quibus & alij infantes nutriunt, vt verū se carnē & humanā naturam sumpsisse declaret. Vt sciat reprobare malum, id est, hoc ipso confutet, hereticos, q eū carnē phantasticā sumpsisse, aut nō verū hoīem fuisse dicunt, & eligere bonū, id est, fidei catholicæ veritatem confirmet, qua creditur reuera humanū corpus accepisse. Vel, etiam butyrum & mel eo comedet, vt cibo illo ad iustam perductus ætatem, publice concionando, vitia hominum increpet, reñciat, damnet, virtutes secūdas, colēdas, amplectēdas doceat. Id quod post baptismum studio ac zelo ingenti eum fecisse certum est ex Euangelij. Atque vtinā ipse etiam nobis præstet, vt sciamus semper reprobare malum, execrari oē peccatū, & eligere bonū, exequi & amplecti quod ipsi placet, ne frustra nobis tantæ virginis filius conceptus & missus sit.

Deut. 10

Hierony.

Emanuel
cuius nomen
ali cōueni
ent

Matt. 4
Marc. 1
Lucæ 1. 4

EXEGESIS EVANGELII

in eadem solennitate.

Lucæ 1.



Sanctus Lucas Evangelista, qui beatissimæ matris Dei familiaritate vsus fuisse, ab eaque multa Saluatoris mysteria didicisse creditur, iucundissimam ac vere saluberrimam dominicæ incarnationis siue annunciationis historiam pulcherrime describit, singulaque diligenter exprimit, puta & angeli, & eius, à quo is missus est Dei, & oppidi quo missus est, & virginis ad quam missus est, & sponsi virginis nomen, atque etiam eiusdem sponsi familiam siue genus. Nihil enim putauit omittendum, quod ad tantæ rei seriem pertineret. Et nos igitur, quod spiritus sanctus tam exacte per Evangelistam suum describi voluit, attentis animis

D

& liberis atq; deuotis cordibus audiamus. Proponitur enim hic nobis historia salutis nostræ, quam quisquis negligenter auscultat, aut frigido, duro & ingrato corde percipit, vix est inter viuos numerandus. Nam etsi corpore viuuit, tamen animo pene mortuus esse videtur. Excutiatur igitur omnis teporac desidia, cedant terrenarū sollicitudines occupationum, faceat omnis incuria, fastidium mortiferum depellatur, vt alacri mente, & arrectis auribus nostræ reparationis exordia percipiamus. At ergo sanctus Lucas Euangelista:

Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, & nomen virginis Maria.

En dilectissimi audistis missum à Deo angelum. Iam tot annorū millia præterierāt & humanæ captiuitatis miseria semp in de terius excreffebat, & is cuius natura bonitas, cuius opus misericordia est, cui omnino propriū est misereri semper & parcere, tanquam nihil curæ esset illi hominum innumerabilium perditio, totum pene humanum genus ob peccata & ingratitude, præsertim dæmonum cultū & vitia carnis à facie sua abiecerat, paucis de genere Abrahami ad sui notitiā & cultū vocatis & institutis ex quibus sancti quidam quonauerant venturum in carne Deum, grauissime illius aduentū suspirabāt, huius miserabilis exilij pteff, p̄cibusq; & lachrymis assiduis pulsabant aures Dei, vt tamen veniret ad liberandos nos. Vtinam, aiebant, ccelos dirumperes & descenderes. Itemque: Ostēde nobis dñe misericordiā tuā, & salutare tuum da nobis: Sed quantumcūq; illi clamarent, plorarēt, q̄si surdæ erant aures Dei. Promittebat quidem se venturum, sed res in longū differebat, ita vt multi etiā ex illo populo electo Israel desperatione abforpti, dicerent: Māda remanda, expecta, reexpecta modicū ibi, modicū ibi. Atq; hac demū die pius & clemēs creator, nō ferēs vltra hominū exitiū, tactus ineffabili misericordia, angelū nō quēcumq; sed ex principibus vnū, nempe Gabrielē archangelū misit in ciuitatē Galileæ, cui nomē Nazareth, vbi futuræ matris Dei parētes habitaf

se ferunt in q̄rū ædibus virginē sacratissimā iā ex tēplo reuersam sc̄tōq; Ioseph desponsatā māfisse colligit. Sed cur nō potius in Iudæā q̄ Galileā missus est angelus? Vt hoc ipsum argumēto foret relicta Iudæa, dominū ad gētes demigraturū. Siquidem Galileæ trāsmigrationem significat.

Missus est autem ad virginē. Vere virginem, semper virginem, corpore & mente virginē: virginē etiā plusq̄ angelica puritate nitentē: virginē deniq; tanta pulchritudine p̄ditam, vt ex immensa hominum numerositate, ipsam vnā rex cœlestis, filius altissimi matrē habere cōcupierit. Sequitur: Virginem desponsatam viro. Creditur virgo beata virginitatis amore prima omnium perpetuæ castitatis emisisse votum. Quid est igitur, quod iā desponsata dicitur? Quō em̄ potuit in matrimonium consentire voto virginitatis obstricta? Sed q̄ illi inspirarat vt hoc votū p̄staret Deo, idē ipse certā eam reddidit, quod nihil ex matrimonio contrahendo ipsius virginitas detrimētī passura esset, sed virgo p̄petua p̄maneret. Sicq; consensit ordinationi diuinæ, nihil hæsilitans. Desponsata est autem benignissimo iuxta ac sapientissimo totius Trinitatis consilio, tum vt pudicissimæ virginis famæ & existimationi consulere retur, tum ne ipse filius Dei ex corrupta natus dicerēt, tum vt S. Ioseph officiosissimis ministris tam ipsa, quam filius adiuuaretur. Adhuc enim tenera valde erat virgo beata, quando Dei filium concepit, isque paulo post natiuitatem suam in exilium relegandus erat, quo itinere nisi virgo tam tenera & verecunda mariti solatio releuata fuisset, maximis iniurijs & incommodis cum paruulo Iesu haud dubie obiecta foret, Sunt & aliæ rationes, sed breuitas seruanda est. Porro desponsata fuit viro, cui nomen Ioseph erat, qui de tribu Iuda ac stirpe David, sicut & ipsa virgo, prognatus erat, sicut Euāgelista mox addit, de domo David. Hic S. Ioseph iustus fuisse apud Matthæum manifeste dicit. Sed etsi id tacerēt Euāgelistæ, anne sanctitatis eius sufficientissimū posfit esse documentum, quod in talis tantæque virginis sponsum, & in filij Dei patrem putatitium electus est? O vere beatū hunc patriarcham, cui vnū cōcessum est à Deo, quod nulli alijs, vt sit coniunx matris Dei, gaudeatque noīe patris filij Dei.

Angelus cur in galileā missus sit Galileæ qd inq̄ retur. E

Matricor dicit de sponsa viro potest missum votū virginitatis.

Desponsata quare fuerit Maria viro.

Matth. I Ioseph spon̄sū Mariæ laus & sanctitas quanta

Maiores est ista dignitas, imo incomparabiliter maior, q̄ vel Davidis, vel Salomonis fuerit, videlicet potentissimorū regū. De hoc S. Ioseph supra in festo S. Innocentiū quædam dicta sunt. Itaq; nunc ad alia properamus. Interim obseruandum est, tum demum filium Dei mortale accepisse corpus, quando regia dignitas apud Iudæos pene ad extremam erat redacta inopiā. Nō enim voluit mūdi huius gloriā q̄rere, imo nec attingere quidem, sed potius cōtēnere, contemnendamq; docere. Itaq; nasci quidē voluit ex stirpe David, sed eo tēpore quando regni Davidici successores etiam fabri lignarij erant vt̄ in S. Iosepho perspicue videri licet. Sequitur: Et nomen virginis Maria. Quid hic dicemus? aut vnde nā exordiemur? Dulcissimum & omni melle dulcius est nomen virginis huius, nec est quisquam qui id pro dignitate possit explicare. Nomē Mariæ exhilarat iustos, confirmat pusillanimes, solat incertes, desperatos erigit, miseros fouet, recreat languidos, dæmones terret & fugat, vitia & tētationes diabolicas pellit: deniq; morbis omnibus animæ & corporis medetur. Sed tum materiæ vbertas, tū tēporis angustia cogit nos ad alia procedere.

Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

Ad hanc igitur virginē ingressus est angelus salutandā, nuntiumq; illi à Deo perferendum, quale ante eū diē nunquam erat allatum in terras. Sed quo ingressus est ad virginem? Sedebat illa abscondita in ædibus paternis, residens in conclauis, & tota mentis intentione Deum exorans pro liberatione hominum, diuinæque contemplationi prorsus intenta, ac tota velut absorpta in Deum. Semper enim animus eius Deo coniunctissimus erat ob nimiam cordis puritatē, ita vt quoties vellet, posset per contemplationem in Deum tendere. Itaq; dum ita federet ardentissime obsecrans Deū pro Christi & Messie aduentu, ingressus est angelus ad eam intra cōclauē, vbi soli Deo vacabat & sibi, & ait, scilicet summa cum reuerentia, ita vt deceret erga mox futuram Dei genetricem.

Aue gratia plena, cunctis virtutibus, omnigenis donis, omnimodis charismati

bus excellenter ornata & repleta. Nā ceteris p̄ partes p̄stat: tibi aut̄ totius gratiæ plenitudo se infudit. Vere gratia plena, de cuius plenitudine, vt ait D. Bernardus, accipiūt vniuersi, captius redēptionē, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiā, angelus lætitiā, deniq; tota Trinitas gloriā, Filij p̄sona carnis humanæ substantiā. De qua etiā D. Anselmus ait: O scemina plena & superplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia, resp̄sa sic virefcit oīs creatura. O virgo benedicta, per cuius benedictionē benedicit oīs creatura: non solum creaturæ à creato re, sed etiā creator à creatura. Aue igitur, o Maria, gratia plena, ab oī vel tenuissimi vitij labe prorsus immunis, tota pulchra, tota immaculata, tota gratia plena, ita vt nunq̄ in te q̄q̄ vel ad momentū hæserit, qd displicuerit Deo, sed totā te gratia occupauit, totā possedit. Dominus tecū, tota Trinitas tecum idque non vulgari ter, sed modo quodam peculiari atque plane singulari. Quia complacuit domino in te, & qui creauit te, etiam semp delectatur commorari tecum, illectus decore tuo. Lipse totam te circumcinxit, vt nulla ex parte hostibus pateat aditus in te, semperque tecum, & in te permanet, confirmans & circundans te gratia sua, nec vnquam deserens te, sed præparans intra te dignū congruum habitaculum filio suo, quem ex te nasci cupit. Benedicta tu in mulieribus, imo præ creaturis omnibus, quæ factis es p̄uenta benedictionibus diuinæ dulcedinis, vt omnipotēs creator tuus decreuerit esse filius tuus, & qui in seipso immensus est, ex te paruulus nasci velit. Benedicta tu in mulieribus, quæ & virginis gaudebis honore & mater eris altissimi, & sola ex cunctis sceminis sine damno pudoris concipies & absque villo dolore paries, atque ex ipso conceptu & partu multo & sanctior & purior eris. Obsecro dilectissimi nonne eiusmodi isthæc est saluatio, vt possit etiam quamuis firmum animum non nihil commouere? Sed quid effecit oro in virgine & matre domini nostri? Dicitur gratia plena, dicitur dominum habere secum, dicitur præ cunctis benedicta mulieribus. Quid ni igitur non parui se esse meriti præfidat, cui talia dicuntur? Sed virgo in humilitate profundissima firmissime radicata eiusce-

ria saluta fit ange lo Bernardus

Maria q̄ nā benefici cia exhi beat fidelibus. Anselmus.

Gca. 4

G Dñs quō miro modo fuerit cū beata Maria Eliaz ea

Beata maria quō p̄ dicitur benedicta in ter oīs mulieres

Christus cur nasci voluerit ex semine David.

F

Mariæ nomen in quantum ta sit

Maria vbinā recepit angelum cam salutationem,

Gratia plena quō ma

Maiores

Esaiæ 64 Psalms 84

Esaiæ 28

modi encomijs non erigitur, sed terretur. Sic enim ait Euangelista:

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

Cur obsecro turbata: Nū ad aspectum aut affatum angeli? Minime. Iam enim assueta erat & videre & colloqui beatis spiritibus. Sed turbata in sermone eius. Cum enim nihil magnum, nihil altum, imo non nisi tenuissime & vilissime de se sentiret, suoque iudicio omnium infima esset, turbata est, id est, verecundata, quod tantis veheretur encomijs, quibus se prorsus indignam crederet. Quid hic nos miseri dicturi sumus, qui tametsi cunctis bene virtutibus vacui sumus, tamen non solum non horremus ab alijs laudari, sed id etiam summopere appetimus: & si quis minus bene de nobis sentiat, admodum perturbamur. O quam longe absumus ab humilitate matris Dei. Quæ licet esset cunctis plena virtutibus, tamen audiens se laudari, pertimuit, veritate forte illusio esset diabolica, eo quod ipsa nil tale de se sentiret, nec tanta de se vel suspicari auderet. Vnde etiam noluit respondere salutati angelo, sed cogitabat secum qualis esset ista salutatio. Quod nimirum summa erat prudentiæ. Ita dum humilis virgo virtutes cupit cælare suas, magis eas prodit. Quid est domina nostra, quod turbaris? Diceris gratia plena: sed tu te omnium infimas putas, nec ullam tibi gratiam tribuis, nulla virtute præditam te opinaris: & tamen dum ita de te sentis, en certatim sese produnt virtutes tuæ, & quidem valde admirabiles. Nam quod turbaris, summæ est humilitatis & pudicissimæ verecundiæ. Quod cogitas qualis est ista salutatio, admirandæ est prudentiæ & circumspèctionis. Quod non statim respondes, modestiæ est singularis. Fortitudo item & iustitia aliæque virtutes manifeste satis hic apparent, & tum verbis, tum factis tuis sese proferunt. Discamus & nos dilectissimi ad omnem nostri laudationem pertimescere, atque vsque adeo in vitiorum ac totius vilitatis & fragilitatis nostræ consideratione fixi permanere, vt nulla vnquam laude vel tenuiter permoueamur: sed solū Deum cupiamus in omnibus ac de omnibus laude & hono-

Turbata cur dicat beata Maria ad salutatiouē angeli

Laus hominū quæ studio fit fugienda.

re affici: nobis vero id solum tribuamus, quod propriæ nostræ est, id est, vitia & peccata nostra.

Et ait angelus ei: Ne timeas Maria. Inuenisti enim gratiam apud Deum.

Sensit Archangelus virginem pudentissimam quodam verecundo ac humili timore correptam. Ita mox eam iubet omnem ponere metum, nec quicquam esse sollicitam. Ita enim solent boni spiritus, dū apparent hominibus, pellere ab eis formidinem, & quandam animi præstare securitatē & tranquillitatem. Contra mali spiritus timorem incutiunt & horrorem, eumque in hominibus reliquunt. Inuenisti inquit gratiam apud Deum. Etsi noui timorem ac turbationem hanc tuam non ex vitio, sed virtute proficisci, tamen interim esto secunda, certa inuenisse te gratiam apud Deum, multū illi, imo supra modum placere & gratam esse ob præstantissimas animi tui virtutes, precæque assiduas & feruentissimas, quibus illius gratiam expetisti, quam & inuenisti.

O felix Maria, quæ non hominum, sed Dei gratiam quæsiuit & obtinuit. At nunc cæci filij hominum gratiam Dei floccipendunt, & summo studio miserorum hominum gratiam ambiunt: quam tamen sæpe numero aut non impetrant, aut impetrata neque diu, neque tuto frui queunt.

Ecce concipies in utero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum.

O inæstimabile Dei dignatione: o incomprehensibile virginis excellentiæ. Adeo ne deicere se in ima potuisse Deum vt in virgine concipi, in virginis utero augmenta sumere corporea, & ex virgine nasci voluerit: Adeo ne virginē potuisse in sublime erigi, vt digna fuerit esse mater Dei? O homo attende quæ se tua causa abijciat Deus, & pudeat te tanta charitati posthac ingratum inueniri. Ecce, inquit angelus ad virginem, concipies in utero, non humanitus, sed diuinitus: & paries filium, cuius pater Deus est, cuius maiestas finē & modū nescit, cuius est oīs potestas in cælo & in terra, cuius pulchritudinem Sol & luna mirant, quem in cælis verent & adorant oēs virtutes & angelice potestates, denique quæ solus est, & extra quem nihil est. Et vocabis nomen eius Iesum

Apparitiones bonorum vel malorum spirituum naminque noscenda.

Henricus Suso nomen Iesu sitientissimus amator

Exercitiū piū ad nomen Iesu suscipiendum

Acto. 4

Iesum, hoc est, Saluatorem cuius ratione nominis Matthæus explicans. Ipse enim ait, saluum faciet populum suum a peccatis eorum. De hoc præstantissimo & dulcissimo nomine possent hic multa dici, sed superius in festo Circumcisionis inde tractatū est. At nihilominus in gratiam priorū, quibus sapit quod pietati & deuotioni congruit quidā hic commemorare placeat, Temporibus Diui Ioannis Tauleri in signis cōcionatoris & sanctissimi viri quidam floruit Henricus Suso nomine professione Dominicanus, non solum rara ac paucis experta sanctitate præditus, sed etiam miraculorum gloria celebris, qui tanto huius dignissimi nominis ardebat amore, vt quodam tempore acuto stylo ferreo grandiusculis literis in ipso cordis suo loco id exararet, videlicet in manifestum perpetui inter Deum & ipsum amoris signū. Perseuerauit autem hoc ipsum nomen in eius pectore ad mortem vsque. Neque contentus erat si ipse solus vsque adeo eius ferueret amore, sed etiam multos alios ad eius amorē & venerationem summo studio, in gentique labore conatus est excitare. Inter complures autem, quos ad Deum conuerterat, habuit filiam quandam spiritualem, virginem sanctissimæ vitæ, cui diuinitus fuit reuelatum, vt idem Suso in suis scriptis recitat, quisquis nomen Iesu vel secreto apud sese deferret aut circumferret, diceretque illi quotidie orationem dominicam cum angelica salutatione, illi in vita quidem benigne facturum, & in morte propitium se præstiturum Deū. Adduntur autem hæc verba ad orationem dominicā & angelicam salutationē: Benedictum sit dulcissimum nomen domini nostri Iesu Christi, & gloriosissimæ virginis Mariæ dulcissimæ matris eius in æternum & ultra. Nos cū proleptia, benedicat virgo Maria: Amē. Quod est reuera perexiguū seruitiū, sed non parum Deo gratum, vtpote cui tanta polliceri dignatus est. Olim quidem temporibus iā dictis, plures hæc faciebāt, nō absque benedictione diuina: sed iam male dictus tepor ac execrabilis ingratitude hominum, eiuscemodi pietatis studia nihilipendit. Dominus Iesus sui nominis amorem venerationem nostris in cordibus excitare dignetur. Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc nimis sanctissimi

mūnomen à Deo est nominatū, ab angelo denunciatū, impositū a parentibus, celebratum à mūdo, vaneratū ab oī genu, positū que omnibus in salutē, dæmonibus tñ in terrorē, & operatibus in virtutē. Nā in Seraphinis vi ignea inflamat, in cherubinis splendet, in thronis cōpaginat, in dominationibus imperat, in virtutibus exequitur, in potestatibus arcet, in principatibus curat prouincias, principes & magistratus, in archangelis sacerdotio fungens dirigit mortales in Deum, in angelis omnia nostra curat, in homine omniū vinculo omnia operatur. Docet namque & varijs loquitur linguis in Apostolis, veritate fulget in Euangelistis & Doctoribus, virtute diffundit in operatibus miracula, dulcedine replet cōtēplantes, veniā præstat peccatibus, & omnigenū auxiliū oībus indigētibus. Huius nominis tanta est virtus, vt oēs in corda tari possint, dicente Apostolo, Diues in omnes qui inuocant illum: hoc est, nomen Iesu, quod tam leue, tam communicabile suū est, vt oleū in Caticis cōparet, vbi scriptum est: Oleū effusum nomen tuum: quia eius virtus chrismate plena diffunditur in eos quos tangit, sicut oleū in panno & quæ sanat, quia condit, & omnia facit sicut verū oleū, sciētibus ipsam suscipere, & inuocare, sicut Apostoli faciebāt, quæ in Iesu nomine loquebantur linguis, dæmones expellebāt, in thimos sanabāt. Hoc pauca licet minima sint cōparatiōe eorū, quæ de hoc reuerendissimo nomine dici possent, tamē ob gratiā breuitatis sufficiant. Pius quibet in scriptis sanctorum aut aliunde plura sibi conquirat, vt in eius amorem castissimum possit inardescere.

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius non erit finis.

Hic erit magnus, quia Deus immensus, de quo propheta dicit: Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Sed & secundū humanitatē magnus erit, quia princeps regū terræ, & caput electorū omnium, præsidens cælo & terræ, & omnibus imperans: atque ob vniōnem humanitatis cum verbo maior toto vniuerso, id est, creaturis omnibus. Et filius altissimi.

Nomen Iesu dignitas quanta Phil. 2

Nomen Iesu virtus quanta sit Rom. 10

Can. 1 Nomen Iesu cur oleo cōparetur.

Mar. 16

L Psal. 47 psal. 144 Iesus Christus cur dicitur summus magnus

altissimi vocabitur: filius utiq; non patre minor, sed omnino æqualis, consempiternus, naturalis, vnicus. Aduerte hic qualis filius promittatur virgini beatæ, & obstupescere tū dignitatem illius, quod talem meruerit habere filium, tū humilitatem, quod nectenuissimum senserit elatiōis motum: quod est reuera omni admiratione plenū. Nos sæpe etiam ex minimis Dei donis nō minime extollimur, ipsa ex summis nec leuissime inflata est. Sed talem decebat esse futuram Dei matrem, scilicet omni virtute absolutā atq; perfectam. Et dabit illi secundum humanitatem dominus Deus pater æternus, sedem David patris eius, id est, cuius typum David rex gessit: qui quidem pater eius erit, quantum ad humanitatem attinet: siquidem ex te nascetur, quæ ex stirpe Dauidica processisti. Nemo hæc de temporali sede Dauidis accipienda putet. Non enim voluit dominus regnare in hoc mundo: quin potius regiam dignitatem spreuit & fugit, vt & nos mundi honores fugiendos contemnendosq; nouerimus: sed de æterna, cuius typus præcessit in regno dauidico. Itemque quod sequitur. Et regnabit in domo Iacob in æternū non de filiis carnis, sed spiritus intelligentum est, id est, non de Israelitis secundū carnem, sed qui fidem pietatis Israelis, siue Iacob patriarchæ fuerint imitati quod Apostolus ita dicit: Non enim omnes qui ex Israel sunt, n̄ sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimated in semine. Domus igitur, tota est Ecclesia electorum, qui aduersum vitia viriliter dimicantes, & contra inimicum Dei diabolū perpetim reluctantes, carnem, sanguinem, peccata omnia & ipsos nequam spiritus supplantant. In quibus, videlicet dominus Iesus, regnabit in æternū, quia ipsi populus eius erunt, & ipse cum eis erit eorum Deus, rex & princeps. Atque huius regni non erit finis. Temporale regnum finem habet: sed regnum Christi sempiternum est. O si nos quoque dilectissimi huius regni ciues esse mereamur. Erimis quidem, si mundum, carnem & diabolū supplantauerimus. Sed vā tæpori ac ignauitæ nostræ. Promittitur militi vilissimum stipendium, & mille corpus animamq; piculis exponit. Mercator

spe lucri exigui p mare, p terras, p horrenda vitæ discrimina impiger pficitur. Et multi alij amici seculi huius nihil nō attētant, nihil nō pferendum putant, vt vel vitæ possint necessaria obtinere. Nobis regni hæreditas pmittitur, cuius non erit finis, & vix dignamur pedem digitumue mouere. Tanta est cæcitas, imo amentia & insania pectoris nostri.

Dixit autē Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniā virū non cognosco?

Vide sacratissimæ virginis prudentiam. Nō diffidit verbis angelicis: sed neq; temere assentitur. Optat edoceri modū, q̄ id qd pollicebat angelus pficiendū esset. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniā virū nō cognosco? Equidem quantum in me est, nihil magis opto, q̄ casta pmanere, imo iā castitatis voto vltro obstricta sum, & virū nunq̄ cognoscere statui: (Ita enim S. Doctores ex his verbis acute colligunt, & est omnino rationi consentaneū) Nosse itaq; velim huius generationis modū. Virgo quidem beata, vtpote in lege diuina & prophætis, teste Origine, erudita, nouerat pariturā virginem, sed vt D. Ambrosius ait, modū non nouerat: quem nunc optat angelico discere eloquio. Sigdem virginitatis seruādē ingens eam tenebat sollicitudo quanq̄ dicūt doctores, sub honestissima cōditiōe votū eā virginitatis edidisse, hac videlicet, nisi Deo aliter visum foret. Vnde prudentissimē iā dictū angelo quæstionē mouit. Nihil hic attinet respondere hæreticis, qui nuptias virginitati anteponunt. Faciunt enim qd porci solent, qui suis delectati sordibus cænū margaritis & auro charius amplectuntur. Nouerat virgo beata, etsi necdū legerat, bene qdē virginem facere, si nubat: sed melius facere, & beatiorē fore, si virgo p̄ maneat. Nec sibi putabat admittēdas, quibus à deo concessas, carnalis matrimonij voluptates, q̄ ineffabilibus q̄tidie, n̄sdē castissimis spiritalis connubij, quod inter deū & mundas animas agitur, delicijs frueretur. O beatas illas animas, quæ virginitatē matris Dei æmulari malunt, & angelicam in terris imitari puritatem, quam immun-dis se subdere corporis voluptatibus. Olim sentient vere dulcissimos virginitatis fructus, q̄s non experientur, quicumq; virginitatis expertes erūt.

Et re-

Regnum David q hoc loco intelligat

Ioan. 6

Domus Iacob qui nam hoc loco accipiatur

Rom. 9

Domus Iacob allegorice q̄ sit

Apoc. 21

Ciues regni Christi mystice qnam sim

M

Prudentia beata matris quæ casta fuit

Votū castitatis vult beata maria imitari

Origines Ambrosius

Hæreticorum porcorū mores habere

1. cor. 1

Virginitatis castitatis q̄ olim experientur

Et respondens angelus, dixit ei, spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

N

psal. 148

His verbis omnis pudicissimæ virginis metus & præcontatio soluitur. Non enim est, ait angelus, quod timeas virgo castitatis amantissima, vllam pudoris intemperati iacturam. Nā totū hoc opus erit omnipotentis Dei, qui vt mūdum solo verbo produxit ex nihilo, ita ex te corpus assumet, nullo integritatis tuæ detrimento. En spiritus sanctus, cuius est vna cum patre filioque maiestas, indissimilis potentia, eademq; volūtas, superueniet in te modo q̄dam cunctis retroactis seculis inexperto: nec, vt passim in alios, sed longe excellentius & diuinius: non quo iam primum illum habere incipias, quo nunquam caruisti: sed gratia abundantiori, gratia prorsus singulari superueniet in te, tibi sese infundet tibiq; illabeat, atq; ex purissimis sanguinibus tuis repēte integrū filij Dei corpus efficiet, mēbris suis omnibus constās. Et virtus altissimi obumbrabit tibi, hoc est, comprehensibilem potentiā ac maiestatem suam ita intra te temperabit, vt tantū opus ferre queas. Vel obumbrabit tibi, hoc est, sub vmbra carnis tuæ latebit. Abdita valde sunt hæc, & vix vlli bene intellecta. Quis enim possit capere modum cōceptus diuini, nisi forte ipsa virgo, q̄ eum in se experire felicissime meruit? Itaque occultissimo hæc mysterio plena sunt, quod vt insignis quidam Theologus ait, nemo adhuc in scriptis explicasse videt. Ideoq; & qd nascetur ex te sanctū, vocabit filius Dei. Longe maiorē vim habet, quod dicit neutro genere sanctū tanq̄ diceret: Christus, q̄ ex te nascet, nō erit simpliciter sanctus, sed sanctitas ipsa, atq; totius sanctimonix fōs & plenitudo secundum diuinitatem: quin & secundum humanitatem electis simul omnibus sanctior erit. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: non tamen ita filius Dei, vt non sit etiam tuus, id est, hominis filius: siquidem & perfectus Deus in forma Dei, & perfectus homo in forma serui erit. Vocabitur filius Dei. Digna plane filio Dei tam noua & supernaturalis conceptio, qua non nisi de spiritu sancto & in virgine conciperetur: ha-

Incarnatio Christi q̄ sit abditissimū secretum.

1. cor. 1

beretque communem quidem nobiscum naturam, in qua pro peccatis nostris satisfaceret, non tamen eandem haberet originis rationem. Sed quia vehementer desiderabat angelus assensum virginis, vt fides astrueretur exemplo, sterilis fœminæ partum mirabilem illi nunciauit dicēs:

Ambrosius.

Et ecce Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deū omne verbum.

Quasi dicat angelus: En cognata tua Elizabeth, quæ iam ab omnibus vbiq; sterilis non sine probro dicitur, etiam in hac ætate senili filium beneficio Dei concepit, iamque sextus voluitur mensis, quod id contigit. Itaque qui sterili præstitit vt conciperet etiam supra ætatis tempus: facile tibi quoque præstabit, vt virgo concipias, virgo parias, & virgo nihilominus perpetuo perseueres. Non est quicquam impossibile omnipotenti Deo, sicut & Hieremias ait: Domine Deus non erit tibi impossibile omne verbum. Sed qd iam virgo beata vltra moraris? En tota Trinitas expectat assensum tuum: tota cœlestis curia, itemque genus humanum tuum præstolatur responsum, ex q̄ salus pendet orbis. His igitur ab angelo dictis, virgo sacratissima tota deuotione plena, nec vllam animi sentiens elationem, sed in ipsam vsque humilitatis abyssum sese demergens, corde, animo, spiritu ac labijs breuem quidem, sed efficacissimum nobisque saluberimum protulit sermonem, quo nec Deo gratior, nec angelis optatior, nec hominū generi magis salutaris, magisq; necessarius vllus esse potuisset.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini: Fiat mihi secundum verbum tuum.

Quis ad hanc vocē non exclamet cū S. Augustino? O scelix obediētia, o insignis gratia, quæ dum humiliter fidē dedit, cœli in se opificem comparauit. Itemq; Vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitā mortalibus edidit, Paradisum aperuit, & hoīm animas liberauit. Hæc illē. Reuera dilectissimi plena miraculi sunt hæc virgi-

Augustinus.

SERMO I. IN EADEM

Solennitate. De beneficio incarnationis dominicae, & de excellentia matris Dei.



Ecce concipies. in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Lucae primo. Magna prorsus, & vere magna hodie dilectissimi filij solennitas agitur, & omnium radix, fundamentum ac origo solennitatum, in qua Deus pater filio suo in virginis utero humanae naturae de sponsatione nuptias fecit: in qua filius dei amore captus, imo ebrius, nostram sibi naturam, hoc est, Deus gloriae limum inestimabili dignatione coniunxit: in qua spiritus sanctus huius mirifici auctoris operis, nunquam ante hac expertam in nos declarare cepit benignitatem suam: in qua virgo intemerata a patre in filiam, a filio in matrem, a spiritu sancto in sponsam est assumpta & consecrata: in qua tota caelestis curia nouis exultauit gaudijs ob sui propediem futuram instaurationem: in qua humani generis est inchoata liberatio, Mundo caelestis lux diuinitus infusa & inuicta, quibus nostrae pellantur tenebrae, & totius peccati nox discutitur ac profugatur: in qua denique filius Dei factus est quasi vnus ex nobis, & frater noster, participesque miseri & exilij ac peregrinationis nostrae. Quis iam non totus exhilarescat animo, quis non nouo exardescat feruore charitatis ac deuotionis studio, quis non omnibus animae medullis tantam amplectatur bonitatem Dei, nisi qui ita sit durus, ut penitus non sentiat, quid ipsi imo nobis omnibus praestet a Deo: vel ita sit caecus, ut non videat, ex quibus hodie eripiatur malis, ad quae bona inuitetur ac euehatur: vel denique ita sit ingratus, ut tantam gratiam, tanta beneficia, tantum benefactorem negligere, aut minus digne reuerenter alacriter excipere non vereatur? Certum est enim dilectissimi filij in tantam Dei iram per protoparentum nostrorum culpam nos fuisse prolapsos, quod nulla vnquam mera creatura nos

Q

Mirabilis dignatio filio hoc p. acta sim.

Gen. 1

Quanta cum reuerentia incarnationis filij Dei suscipienda.

in gra-

in gratiam cum Deo reuocare, nec pro nobis satisfacere potuisset. Hanc igitur infelicitatem nostram, pro suo erga nos amore & fidelitate miseratus Dei filius, quod vnum supererat remedium, nobis reparandis adhibuit, factus homo, idque hac ipsa die quam nunc festiuam ducimus. Neque solum patris a nobis auertit iram, & damnationis sententiam, sed etiam amissam longe cumulatius restituit beatitudinem. Ex quo nimirum patet & summa calamitas nostra unde erepti sumus, & summa felicitas, quam adepti sumus, & inestimabilis charitas ac benignitas erga nos Dei, qua ex tam miseris, tam felices effecti sumus. Obsecro domine quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum: Nunc vera cognouimus, quanti facias nos, quantum diligas nos, non solum immeritos, sed etiam nimis male de te meritos, quanta denique sit erga nos fidelitas & beneuolentia tua. Iam nunc domine Deus in nos declarare incipis, quod pro miseris per prophetam tuum, ita dicens: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna miseratus sum tui. Nunc igitur excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion: quia haec dicit dominus. Gratis vendati estis, & sine argento redimemini. Prope est iustus meus, egressus est saluator meus. Ego ego ipse consolabor vos. Laudate caeli & exulta terra, iubilare montes laudem, quia consolatus est dominus populum suum & pauperum suorum miserebitur. Ita plane dilectissimi, excipiamus summa cum animi exultatione, cum voce laudis & gratiarum actionis saluatorem nostrum, totisque viribus, quoad possumus, illius amplectamur misericordiam. Quid nobis deinceps cum hoc mundo, aut quibuslibet mundi rebus negotij est, quod Deum Dei filium, ad nos descendisse cognouimus? Valeat mundus cum vanitatibus & voluptatibus suis: nos potius vnigenito Dei filio saluatori ac liberatori nostro occurramus, totumque tempus nostrum loco digno & tantae maiestati congruo preparando impendamus. O si praestet nobis is, quod propter nos hodie descendit ad nos, ut sui contemplatione & amore totus hic mundus nobis vertatur

Psal. 8

Esai. 55

Esai. 51

Esai. 51

Ibidem

Esai. 49

S

Augustin.

Rom. 8

In qua tantum mala homo peccando ceciderit.

Gene. 9. Pro parentum graviter punitu su erit a deo

Appetitus animae vulnera nam ex parte pro parentum aie nostrae inflicta sint Voluntas animae

ta est,

virginis verba, plenaque mysterij. Quomodo iam potuisset ultra se cohibere Deus, ne humanam sumeret substantiam, qui non solum virginis accepit assensum, sed etiam tantam in ea inuenit humilitatem, ut quamuis mater esset electa, se tamen non nisi ancillae loco haberet? O humilitas Deo grata. O dignam talem virginem, quae Dei filium conciperet. Superbus ille Lucifer in caelo magnus quidem creatus erat a Deo, non tamen ad tantam electus dignitatem, ut mater Dei, sed nihilominus non contentus honore diuinitus ipsi praestito, Dei aequalitatem impie appetere ausus est. Virgo autem beata ad maximum a Deo assumpta honorem, non solum maiorem non petiit, sed nec illum quidem sibi sumere ausa est. Unde in tantum placuit Deo, ut eam ultra creaturas omnes mirifice exaltaret, eiusque filius esse dignatus sit. Ita verissimum est, quod Saluator ait: Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Et quod ipsa virgo beata cecinit: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Mox autem ut sacratissima virgo isthaec verba protulit, filius Dei totus in pudicissimi corporis eius viscera se recepit, manens nihilominus totus in sinu patris, atque ex ea carnem assumpsit: eodemque momento totum Christi corpus formatum est, anima eius rationalis creata, & simul utrumque diuinitati in persona filij coniunctum, ut idem esset Deus & homo, salua vtriusque naturae proprietate. Simul autem ut Christus Dei filius nostrum in virgine matre naturam suscepit etiam pro nobis pati cepit. Ab illo namque momento usque ad spiritus exhalationem in cruce nunquam grauissimis cordis doloribus caruit, sed toto vitae suae spacio propter nos dirissime sese afflixit, ut nos cum patre in gratiam restitueret: simul etiam ut suo exemplo animaret nos ad perferenda huius vitae mala, & ad fugiendam omnem mundi dissolutionem & voluptatem, amplectendamque poenitentiam, & arctam viam illam, quae ducit ad vitam. Sumus enim in exilio, ubi lugere potius nos conuenit quam latari, quanquam hodie caeci mortales libenter gaudent & rident etiam inter mille corporis & animae pericula constituti, cum tamen merito plorare deberent, nec vnquam inaniter aut dissolute latari.

Humilitas beatae Mariae quanta hic clarescat Esai. 14 Ezech. 18

P

Luc. 14. 18

Luc. 1

Incarnatio christi fit in ira huius mundi cum sit

Christus vni ab in statu conceptionis pati cepit

Matt. 7

ta est, Volūtātē, siue appetentiā superiorē vitiatā & corruptā esse, vel inde satis liquet, qđ ad vitia quā ad virtutes affectu ppenfiori ferimur, libetq; magis, toxicū q̄ cibum salubrē sumere: Quod itē delectat nos corpori ornādo, fouēdo, tuēdo omnē nauare operā, & sūptus etiā grādes impēdere, potius q̄ ornare & locupletes reddere animas veris excolēdis virtutibus: cū tñ citra vllā controuersā longe maior sit animarum q̄ corporū dignitas, & excellētia.

T

Ita autē nō est à Deo creata volūtās, sed quēadmodū prauis humoribus infectus stomachus sēpe noxijs libētius, q̄ salutaribus vtiē cibis vel potiōibus: ita volūtās p̄ctō deprauata, respuit vtilia, nociua appetit & amplectitur. Vere pessimum peccati effectum.

Sensitiua animæ

Partē autē sensitiuam p̄petuum aduersus rationē bellū procaciter gerere non est necesse ratione astruere, qñ experiētia q̄tidiana id addiscimus. Video ait Apostolus ipse vas electionis, aliā legem in membris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuantē me in legem peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo q̄s me liberabit de corpore mortis huius: Gratia Dei p̄ Iesum Christū dñm nostrū. Igit̄ ego ipse mente seruius legi Dei: carne autē legi peccati. Ergo velimus, nolimus sentimus legē peccati in membris nostris: sed tñ p̄ Dei grātiā & nostrū conatū fit vt sicut idē Apostolus monet, non regnet p̄ctū in mortali corpore nostro. Sed tñ isthæc carnis rebellio in p̄cā peccati inflicta est, & admodū molesta ac periculosa est multis. Quod si Adā in innocentia perstitisset, rationi corpus, & ratio Deo penitus obtemperaret. Iā mors ipsa q̄ non nisi ob peccatū irrogata fit, vel sola illa Genesis sentētia confirmat, dicente ad hominē Deo, Quacumq; die ex arbore illa comederis, morte morieris. De inde etiam inde id constare potest, quod animam immortalem, non decebat nisi immortale habere corpus, quale etiam habuisset, nisi ex ipsa per peccatum mortua, mors etiam in corpus redundasset. Deniq; à naturali ac prima illa rectitudine, in qua cōditus est Adā, penitus nos defecisse ac deflexisse satis inde manifestū est, qđ à summis & spiritalibus bonis cognoscēdis, vidēdis & sentiēdis, ad isthæc infima & cauduca plaphi sumus: cū tñ ex ipsa corporis statura recta de q̄ Cicero ait, qđ cætera animalia natura detecerit ad pastū, solū homi-

A Ro. 9 Rom. 7

Philox

Rom. 6

Mors cur illata fit post p̄ctm

Gen. 3

Tullius

nem exerit ad sidera, facile quis possit ad moueri ac inuitari vt terrā terrenaq; despicat, & ad cœlestia mēte & cogitatioe, amore ac desiderio ferat. Isthæc ergo mala ex p̄ctō Adæ cōtracta sunt, & in nos oēs p̄pagata. Vñ facile colligi potest, qđ graue illud p̄ctm fuerit, qđ tot mala sunt cōsecuta, Videamus nūc breuiter & Adæ iniquitatē, & necessariam satisfactionē. Peccauit Adā inobedientia, supbia & auaritia. Et q̄ in eum peccauit cuius est vsq; quaq; infinita potentia, sapiētia & bonitas, p̄ctm etiā illius infinita, qđdammodo malitiæ fuit. Vñ statim id sequit̄, à nulla creatura id potuisse p̄ctm aboleri, qñ oīs creaturæ virtus finita est. Quod autē finita virtus est, nō potest habere efficaciam infinitā. Sed singulari eius & inobedientiā & supbiam, & auaritiā expēdamus. Debebat qđem & modis oibus, atq; oī iure obstrictus erat integrā p̄stare obediētiā Deo ac dño suo, à q̄ gratuita bonitate creatus erat: neq; simpliciter creatus sed ita, vt posset, modo vellet, sempiternā facillime adipisci beatitudinem, in qua Deo ipso. i. summo bono frueret̄, vbi haberet qđqđ vellet, nec vnq; pateret qđ nollet. Sed in tñ mulieris blandimētis euersus est, vt summū optimū, munificentissimū creatorē desereret, eiusq; p̄ceptū scēmine p̄suasio ni posthaberet. Qua re sane grauissime peccauit. Quod si adhibeas aliq̄ quātum uis sanctā & innocentē creaturā, siue angelū, siue hominē, modo pura sit creatura, nūquā poterit hęc expiare inobedientiā. Sigdem vnaquælibet creatura p̄ seipsa tū creationis, tū cōseruationis sui causa benignissimo cōditori oīmodam debet obediētiā: & licet totū p̄stet qđ possit, nō tñ nisi suum: ipse exoluit debitū, qđ ratione creationis est obligata Deo: sicq; transgressio manet, quandoquidem singularem eius expiatio satisfactionem exigit, quam exhibere non potest, nisi qui & ab omni debito sit alienus, nec cuiquam parere teneatur: qualis non est, nisi solus Deus. Nnecesse erga fuit pro Adæ abolenda inobedientia filium Dei eam sumere naturam, in qua summā ac omnimodam p̄staret obediētiā, qui alioqui secundū diuinitatem patri æqualis nullum haberat, cuius esset subiectus imperio, maiorem aut excellentiorem. Ita factum est, vt, quemadmodum Apostolus ait, semetipsum exinaniens, formam serui accepit in

Pctm Adæ duplex & q̄ enormē fuit.

Inobediētia p̄ceptū q̄n erit grauius.

V

Incarpatōis Christi necessitas q̄ modo p̄betur

Phil.

rit, in qua Deo patri perfectissime obtemperando, nostram inobedientiam penitus expiaret. Porro quod ad superbiam Adæ attinet, ea sane admodum intolerabilis, effrænis ac impudens fuit. Cum enim diuinæ maiestatis iussum atque p̄ceptum summa cum veneratione ac sui demissione excipere & exequi debuisset, vt creaturam rationis participem decebat, ipse ediuerso in tantū animo elatus est, vt penitus seruitutem omnem, quam debebat optimo & p̄ssimo creatori, recusaret ac abijceret, & summum ipse sibi dominū ac autoritatē contra ius fasq; usurparet, nihil verius comminationem Dei, neque motus quicquam illius, quam nimis expertus erat, benignitate. Enimvero sp̄cta lege Dei, propriæ obtemperauit voluntati, maluitque summa iniuria & contemptu afficere Deum, quam suis non indulgere affectibus. Quis iam obsecro tantam vnquam potuisset superbiam quauis ratione diluere? Nemo sane, nisi ipse filius Dei, cui ex ipsa natura competit autoritas omnis, ac summa potestas & excellentia. Is ergo summe sese abiecit, exinaniuit, humiliavit. Et sicut homo inspiens temere ad Dei aspirauit similitudinem, ita etiā infra mortales oēs sese demisit, vt ipse in Psalmo dicat, Ego autem sum vermis & non homo, rei vilissimæ, puta vermiculo sese comparans: ea ipsa humilitate condemnans maligni serpentis suggestionem pestiferam. Eritis sicut dii: & hominis stoliditatem ac elationem Dei similitudinem iniquis modis rapere, quam pie ac humiliter mereri malentis expians. Quæ quidem diuinitatis rapina etiam ad tertium pertinet puta auaritiā Adæ, de qua nunc aliquid consequenter dicendum est. Quam quidem si quis iusto perpendat iudicio, inueniet eam plane crudelem nimisq; intemperantē fuisse. Quid est enim aliud hominē usurpare sibi, aut ambire diuinitatem, quam Deum gloriæ suæ priuare dignitate, suis spoliare opibus, & quicquid ille habet, sibi vendicare velle? Quod si contraria curanda sunt, contrarijs, & si æqua debet esse transgressionis & satisfactionis magnitudo, quis non videat tantam auaritiā, non nisi à solo Deo expiari potuisse? Sicut enim homo summam admiserat auaritiā diuinitatem temere appetendo ac usurpando: ita necesse erat sum-

Supbia p̄p̄aretis q̄ fuerit et tremis.

psalm. 11 Christus vt supbia Adæ humilitate sanauerit Gen. 3

X Auaritia p̄p̄aretur q̄ fuerit enormis.

ma liberalitate ac munificentia eandem aboleri, tanta videlicet, qua homini diuinitatis participatio quædam conferretur. Id vero soli Deo possibile fuit. Diuinitas ab homine auare concupita, eidem alterius liberalitate donari debuit: vt sicut ille alienum impudenter appetijt, ita Deus dando proprium, id est, hōi cōmunicando suā deitātē, eū liberalissime ac indulgētissime redimeret. Decebat itē, & quidē secundū iustitiæ rationē necesse erat, vt sicut homo q̄ reuera totus erat pauper, nec qcq; habebat, quod posset suum dicere, nisi peccatū, sua illa auaritia diues fieri concupiuit: ita is qui totus & omnino diues erat in seipso & ex seipso, pauper fieret, & sua inopia inordinatum diuitiarum appetitum primi hominis aboleret. Sed sic diues nemo est, nisi Deus. Nam creaturæ omnes quicquid habent boni, ex Deo habent, nō ex seipsis. Vnde iam intelligi licet, auaritiā Adæ non nisi per filium Dei expiari potuisse. Quibus omnibus simul collectis, perspicue videmus, quam enorme ac immane fuerit illud primorum hominum peccatū, qđ simul etiā nos oēs obstricti sumus, quandoqđem nō nisi p̄ Deū & hominem digna potuit exhiberi satisfactio. Sicut autē peccatum ipsum non nisi hac ratione elui potuit, ita nec à malis illis quatuor superioris cōmoratis, quæ in huius peccati p̄cā à iusto iudice Deo inflicta sunt, aliter quā per dei filium eripi ac liberari potuissemus. Cuius vtique excellētissimo merito & gratia voluntas nostra in melius reformatur, & carnis rebellio etsi sentitur, nihil tamen officit, nisi consentientibus: imo etiam fit virtutis incrementum, & corpus, etsi mortitur, tamen ad vitā reuocabit beatam ac immortālē, & rectitudo deprauata restituit. Et hæc qđam etiā in hac vita adipisci licet. Cæterum, post iudicium corporis & animæ summam obtinebimus integritatē, perfectionem, ac scelicitatem. Ita nunc charissimi animaduertere potuistis, quantum nobis collatum beneficium sit verbi incarnatione, quæ hodie facta est. Tñ obsecro simus grati Deo ac domino nostro, Quid quæso animi gereremus ergo mortālē quēlibet, si nos ex carcere aliq; aut vilo corporis periculo liberasset? Anne maximas ei semper gratias habituri essemus, nisi vellemus penitus ingrati inueniri? Quid ergo illi nos p̄stare, quales in eū

Boni q̄ habent creature, à deo solo eas id habere

Pro sua in carnatiōe quantum Deo debemus gratitudinem.

esse nos conuenit, q cum sine nobis sit pfecte beatus, nec indigeat nostri, atque a deo etiam tanta a nobis iniuria affectus fuerit, tamen immemor malorum omnium, sua morte nos ex tartareo carcere, ubi est summa miseria & infelicitas, extraxit, & aditum ad regna cœlorum, ubi est infinita beatitudo, patefecit: O cor durū, cor impiū, cor execrabile & merito cū dæmonibus semp excrucandū, qd tantā gratiā, tā tam benignitatē ducit cōtemptui, nec vlla ratione ad reddendas gratias potest pmoueri. O filij Adā, genus ingratiū, vsqueq nō pudebit vos post tantā creatoris pietatē & beneuolentiā addere pctm sup pctm, & semp illi ingratos atq; imorigeros, imo & contrarios vos præbere illi, q vos tā feruenter, tā fideliter, tā gratuito dilexit? Videte obsecro, & etiam atq; etiā videte, ne qñ que audiat eum dicentē: Heu consolabor sup hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Reddā vltionē hostibus meis, & his q oderunt me, retribuā: Congregabo sup eos mala, & sagittas meas cōplebo in eis. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Dissipabo & absorbebo simul, desertos faciam montes & colles. Videte inquā, nedū modo Dei patientiā impudenter contemnitis, quādoq; ad eū detrudamini diuinæ vindictæ carcerem metuendū, cuius pœnas quasdā Esaias describens ait: Et cōuertent torrētes eius in picē, & humus eius in sulphur. Et erit terra eius in picem ardentē: nocte & die non extinguet, in sempiternum ascendet fumus eius: a generatione in generationem desolabit: Merito sane ignem illū pice ac sulphure semper arsurum, sentire cogentur, q̄s iam immensa Dei beneficia, charitas, benignitas, bñficentia, pietas, misericordia, dulcedo, fidelitas nō possunt ad amādū deū accēdere. Libet adhuc paulo fufius dei, in nos explicare charitatem, hac ipsa die nobis exhibitā, & euidentius ponere oibus ob oculos quātope dilexerit nos, q fecit nos. Nō em̄ potest vnq̄ hac de re tantū dici vel cogitari, qn multo plura & dicēda & cogitāda, imo & quæ nemo possit comprehendere, supersint. Boni eam esse naturam certum est, vt se alijs communicet. Cum igitur Deus omnipotens summe bonus sit, eiusque bonitas prorsus immensa ac infinita sit, creaturæ suæ rationali, puta homi-

ni, tantum sese communicauit, dum humanā sibi copulauit naturā, quantū illa capere potuit. Neq; sane maius aliqd humanæ naturæ p̄stari potuisset, q̄ vt à Dei verbo in personæ vnitatem assumeret. Et licet inq̄stibilis sit bonitas & dilectio Dei, quod mētibus creatis felicissime sese fruendum, atque clarissime conspiciendum in cœlesti patria communicat magis tamen longeque excellentius eius erga nos charitas, dignatio, bonitas inde elucescit, quod ipse met vnigenitus Dei filius factus est naturæ assumptæ hypostasis, ita vt verissime Dei filius & egisse, & perpeffus esse dicatur, quicquid in Christo humana natura siue egit, siue pertulit. Quod quidem nec angelicis est præstitum spiritibus. Quanto autem filij Dei, verbi increati, æternæ sapientiæ præstantior & excellentior est dignitas atque maiestas: & naturæ humanæ, maior abiectio humilitas, tanto inq̄stibilior benignitas, & incomprehensibilior Dei erga nos dignatio declaratur, dum tantam humilitatem tantæ voluit cōiungere sublimitati. Ad quod vtique nihil eum aliud permouit, nisi amor illius prorsus gratuitus, ex quo etiam condiderat nos, vt semper cum ipso felices essemus. Vbi etiam aduertendum est, (quando quidem amoris id proprium est, vt dilectū vniat dilecto) liberalissimā ac omnino absolutā in nos filij Dei dilectionē vel hoc solo abunde ostensam esse, quod absque medio & inseparabiliter, ac hypostatice nostram sibi iunxit naturam: cum dubio procul tanto sit amor p̄fectior, quāto vnio coniunctior ac indissolubilior. Quis vero digne possit cōprehendere, quāte pietatis ac dignatiōis fuerit, qd Deus pater oī potens, æternus, colendus, p̄dicandus, cōsubstantialē sibi atq; charissimum filiū suum voluit & dici & esse hoīs & quidem paupculæ virginis filiū, atq; hoīm, fratrem & eādem virginem eiusdem vnigeniti sui verissimam genetricem? Sed & ipsius spiritus sancti nōne omnino indissimilis & par bonitas, charitas, pietas, dignatio est, qd illius voluit incarnationi intra beatæ virginis viscera cooperari, a quo vere ac æterno procedit: eandemq; virginem fœcundare, vt illum felicissime pareret, a quo ipse æque vt a patre promanat: lam vero, qd illa maiestas, Deus sublimis & verēdus sup omnia pro-

Bernard

Esai 1 Deur. 13

Esai 42

Esai 34

Y

Deo quam cum sese nature humanæ communicauit in eius sē assumptione.

Leo typ

Nicoy,

Quid Deū mouerit ad assumptā humanam naturam.

In Christi incarnatione qd spiritus sanctus gratia cōrulerit hominibus

proprij plasmatis sui non respuit fragilitatem, sed vt illi mederetur, eandem, absque tamen peccato, in se recepit, quid, nisi ineffabilem eius misericordiam testatur? quæ scilicet deuictus & impulsus, tam extreme sese deiecit, vt nos sublimissime eueheret: nec dedignatus est miser, fragilis, despectus, inops, mendicus, mortalis effici, vt nos diuitias immortales, beatissimam immortalitatem, & summam beatitudinem consequamur. Deinde quam euidentis infinitæ sapientiæ illius argumentum est, quod ad nos redimendos, qui pene desperatæ salutis eramus, tam aptum, congruum, ac decentem inuenit modum, quo nostra quidem peccata misericorditer dilueret, nec tamen iustitiæ quicquam derogaretur: idque nobis quidem clementissime indulgēdo, & totū satisfactiōis pōdus in se recipiēdo, atq; eo ipso grauissimis sese pœnis spōte obstringēdo, quas nos oīnopati debueramus. Possēt hinc plura alia dici, sed qz sanctorū patrū libri his referti sunt, inde petat, qui plura nosse volet.

Z Nobis quidem dilectissimi iam dicta clarissime testatum reddunt erga nos immensum Dei amorem, quo sic voluit nostræ miserie opitulari. Et licet pro sua sapientia optime compertum haberet, quanta in eum nostra esset futura ingratitude, & impietas, tamen noluit vinci a malitia nostra, sed satisfecit charitati suæ, et si non meritis nostris. Nolebat attendere indignitatem nostrā, sed obsecutus est bonitati suæ. Et licet non nisi vnā se scisset animā cunctis suis laboribus & pœnis ex diaboli potestate erepturum, tamen libentissime propter illam solam in hoc exilium demigrasset. Vehementissimus nanque animarum amor eum obtinet, nec potest vlla ratione admittere, vt vlla ex eis pereat, quantum in ipso est. Sicut igitur ex oīni æternitate statuerat hoc pacto redimere hominem suapte culpa perditum, ita opportuno tempore executus est consilium suum: idque eo tempore, quando iam iniquitas maxime abundabat, & veri Dei notitia pene extincta erat, atque adeo in illo electo populo Israelitico tanta excreuerat impietas, vt ipsum Deum ac dominum suum etiam in ipsis cunabulis & etiamnum materna surgentem vbera perdere sint conati: quod etiam tandem reuera executi sunt. Porro, ad sui executionem propositi, quo, vt

diximus, humanam sumere naturam decreuerat, virginem sibi condidit talem, tamque excellentem, qualem decebat esse futuram Dei genitricem, id est, innocentissimam, purissimam, nec tenuissimam quidem peccati cuiuscunque maculam habentem, totam pulchram, omnimoda sanctitate, cunctis virtutibus, omni gratia, omnigenisque donis illustrissimam ac ornatissimam: quam ipse qui condidit, semper moderatus est, solisque diuinis seruauit vsibus, omnemque hostis tartarei vim, dolum, machinas, tentationes ita ab ea remouit, repulit, ac elisit, vt impius ille omni conatu malignitatis suæ, omnique arte fallaciæ suæ non potuerit vnquam vel leuissimam illi maculam aspergere: sed semper ab ea attritus, victus, proculcatus sit, superbissimus videlicet ab humillima, spurcissimus a purissima, flagitiosissimus ab innocentissima: denique crudelissimus a regina & matre misericordiæ. Neque solum ita victus sit ab ea, vt nihil illi nocere potuerit, verum etiam vsque adeo fractus & eneruatus, vt nec aduersus quenquam illorum præualere queat, qui huius reuerendissimæ virginis p̄i cultores sint. Talem igitur ac tantam æterna sapientia sibi matrem condidit, in eiusque intemeratis visceribus velut sponusus in thalamo nouem mensibus dulcissime requieuit, nimium delectatus animæ eius pulchritudine, quam efficiebat virtutum varietas, & multiplicium splendor donorum. Quanta autem hinc accesserit dignitas huic beatissimæ virgini, quod verus Deus eam sibi voluit habere matrem, quis capere, nedum explicare queat? Si enim ea dignitas est creaturæ, vt ad Dei sui quantam potest, accedat similitudinem, eaque dignitas tanto est præclarior, quanto est maior similitudo, quanta est obsecro virginis matris excellentia, quæ eundem sine viri consortio meruit concipere & parere filium, quem Deus pater ab omni æternitate sine fœmina ex se genuit sibi cœternum & consubstantialē: Quanta est, inquā, dignitas virginis sacratissime, quāta maiestas, autoritas, p̄stantia, illū cōcepisse hodie, ac postmodū peperisse filiū, quē super se vere ac suppliciter adorat numerositas angelorum, quē tremunt omnes virtutes cœlorū, ex cuius manibus, nutu ac arbitrio pendet vniuersitas creaturæ, sine

Matrem qualem sibi Christus preparauit.

Cantic. 4

Marię matris Dei dignitas qñ ea sit.

Marię matris dei potestas quanta sit.

quo nihil est, quicquid vsquam est, cuius imperio reges & tyranni & quotquot in caelis, sub caelo, & apud inferos degunt, colla submittunt ac parere coguntur: Vnde non immerito exclamat feruentissimus huius virginis amator diuus Bernardus, admirans eius celsissimam dignitatem, & dignissimam celsitudinem: O virgo virga sublimis, in quam sublimem verticem sanctum erigis: vsque ad sedentem in throno, vsque ad dominum maiestatis. Neque enim id mirum, quonia in altum mittis radices humilitatis. O vere caelestis planta, preciosior cunctis, sanctior vniuersis. O vere lignum vitae, quod solum fuit dignum portare fructum salutis nostrae. Eia dilectissimi omnibus medullis cordis laudamus, amemus, veneremur, colamus, amplectamur, efferamus etiam nos hanc virginem, Dei matrem, caeli reginam, angelorum dominam, patronam & aduocatam nostram. Offeramus illi quotidie pie deuotionis pensum aliquod, nec vllum sinamus praeterire diem, quo non aliquo pietatis officio eam honoremus. Sic enim est voluntas eius, qui non nisi per eam voluit descendere ad nos. Si matrem non honoramus, certum est eius filium summa contumelia nos afficere, quod utique quicquid praestatur venerationis matri suae, sibi ducit praestitum, & quicquid erga eam negligitur, suam putat iniuriam. Quod si quis nosse cupiat, quid nam illi venerationis impendere debeat, dici potest, gratissimum esse virgini matri, si crebro salutetur verbis angelicis, siue anglica salutatione. Hanc enim pater caelestis imperauit, filius qui est aeterna sapientia, dictauit, spiritus sanctus conscripsit, & tota beatissima Trinitas Gabrieli archangelo deferendam commisit: de qua D. Bernardus ait: Est tibi virgo Maria quasi osculum, audire hunc versum angelicum: Aue Maria. Toties enim beatissima oscularis, quoties per Aue deuote salutaris. Hae illi. Neque id cuiquam mirum videri debet. Enimuero in illa prima angeli salutatione, mox ubi virgo beata assensum praebuit, Deum maiestatis cum ineffabili gaudio & totius interioris ac exterioris hominis iubilo concepit: & quoties ea saluatio repetit, toties illius gaudij ei memoria quasi reficitur, quod non potest illi non esse acceptissimum. Itaque libenter ac deuote hanc illi salutationem crebris vicibus of-

Bernard.

Maria mater hanc modo honoranda.

Bernard.

Angelica saluatio modo hanc quata.

Bernard.

feramus: itemque alijs, quibus possumus modis, eam studiosissime veneremur. Ipsa est enim post Deum vnica spes nostra, & quam diuus Bernardus non dubitat dicere totam rationem spei suae. Currite dilectissimi ad matrem misericordiae: non enim potest quenquam repellere. Commisit illi Deus misericordiae regnum: & nihil in ea nisi dulcedo, nisi pietas, nisi benignitas, nisi clemetia inueniri potest. O quot illa iam plane desperatos, reuocauit ad spem venientiumque salutis: quot perditos, salutem restituit: quot in peccatis obstinatos emolliuit ad poenitentiam: quot vitijs assuetos, ad optimam reduxit vitam: quot miseros consolata est: quot tetatos releuauit: quot more absorptos, inopinato affecit gaudio: Denique nemo vnquam eius popiscit opem, quin illius sit clementissimam ac propensissimam expertus misericordiam, ita ut confidenter dicat Diuus Bernardus: Si leat misericordiam tuam o beata virgo, si quis inuocatum te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Misericordia tua miseris sapit dulcius, quia misericordiam complectimur charius, recordamur sapius, & crebrius inuocamus. Haec est enim illa, quae totius mundi reparationem obtinuit, & salutem omnibus impetrauit. Ergo dilectissimi, ut quandoque sine dicendi faciamus, accedamus & nos cum eodem Diuo Bernardo ad thronum gratiae matris Dei dicamusque ei totis animae medullis: Per te accessum habeamus ad filium, o benedicta inuentrix gratiae, genitrix vitae, mater salutis: ut per te nos suscipiat, quod per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua, culpam nostrae corruptionis, & humilitatis Deo grata nostrae veniam impetret vanitatis. Copiosa charitas tua nostrorum cooperat multitudinem peccatorum, & fecunditas gloriosa fecunditate nobis conferat meritorum. Domina nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo filio nos representa. Fac o benedicta per gratiam, quam inuenisti, per praerogatiuam quam meruisti, per misericordiam, quam peperisti, ut qui, te mediante fieri dignatus est participes in firmitatis & misericordiae nostrae, te quoque intercedente particeps nos faciat gloriae & beatitudinis suae: & qui hodie intra virginis vteri tui templum pudicissimum verus Deus & homo verus concipi voluit in

Idem.

Merie matris Dei si deditas er ga sibi de uos qui ta fit.

Idem.

no

nostris mentibus & cordibus horis ac momentis oibus concipi & nasci dignetur Iesus Christus filius tuus dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

SERMO II. IN EADEM Solennitate. Mysteria rationesque dominicae incarnationis, laudes, virtutesque beatissimae virginis Mariae explicat.

XXII.

Recordatus est Deus misericordiae suae. Lucae primo. Verba sunt haec fratres charissimi super benedictae virginis, & dignissimae matris Dei, quae vna cum alijs verbis suauissimis in cantico suo apud Elizabeth locuta est, gratias agens Deo pro inestimabili dignatione ipsius erga humanum genus, quod disposuit redimere, & sibi reconciliare per incarnationem filij sui. Quam dignationem considerans B. Maria dixit: Recordatus est Deus misericordiae suae. Nam cum Deus sit aequaliter iustus & misericors, quia sic utrumque exhibet, quod tamen vnum aliud non excludit, videbatur quasi misericordiae oblitus, & solam exercere iustitiam quando humanam naturam in peccato Adae vitiatam, & propter hoc a regno beatitudinis aeternae, ad quam & propter quam creata fuerat, & seipsum iuuare non poterat, ultra quinquaginta annos distulit releuare & ad sui gratiam eam recipere: in quo apparebat magna eius iustitia, sed misericordia non sic elucebat. Et licet etiam hoc non sine misericordia fuerit, quod distulit redemptionem nostram, aliquando exhibendam, illa tamen eius dispensatio, & in veniendo mora non sentiebatur ut misericordia, ab his qui miseriam tolerabant. Repromiserat enim diu misericordiam, misericordia quoque diu expectata est, sed hodie primum manifestata, quoniam inchoauit opus redemptionis nostrae. Et hoc est quod dixit beata Maria: Recordatus est Deus misericordiae suae. Hoc praeviderat olim sanctus David in spiritu, quoniam dixit in Psalmo: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt. Sed misericordiam hanc quomodo inchoauerit dominus, docet nos lectio sacri Evangelij, ex quo desumptum est quod iam audivisti verbum, scilicet: Recordatus est domi-

Psal. 88

Psal. 84

nus misericordiae suae. Charissimi fratres, iam diu videbatur, & multo tempore continuata quasi disputatio quaedam, utrum homo qui peccauerat, & Deum offenderat debuit saluari: & alligationes erant pro utraque parte. Ad cuius questionis intellectum repetamus altius & interrogemus, utrum homo vel angelus debuit creari. Imaginemur itaque quasi ante mundi creationem consilium habuerit S. Trinitas de creatione mundi, & mouisse sequentes quaestiones. Licet enim in S. illa Trinitate proprie non sit quaestio, vel consultatio, sed scit, & potest, & facit quod vult (nihil autem vult nisi quod bonum est) tamen propter illuminandum nostrum intellectum imaginemur, sicut etiam doctores scribunt, & scripturae sonant.

Consilium S. Trinitatis super saluandae generis humani qte.

B

Quaeritur ergo primo, utrum angelica natura debuerit creari, id est, utrum fuerit conueniens, & fuit determinatum per diuinam sapientiam quod sic. Ratio quare: quia bonum, ut bonum, suipsius debet esse communicatum (sicut dicit S. Dionysius) hoc est, bonum de ratione sui, quod est bonum, est communicatum: quia si se non communicaret, quale esset bonum? Tanto etiam perfectius, siue (ut Aristoteles dicit) diuinius dicitur bonum, quanto est communius. Cum igitur Deus sit summum bonum, videtur quod aliqua creatura rationalis ab eo debuerit produci in esse, quam faceret participem suae bonitatis. Et sic definitum fuit ut angelus crearetur in esse spirituali & intellectuali, & ipso intellectu participaretur ab eodem ipse Deus. Unde Sententiae Magister in II. dist. C. ex verbis S. Augustini ponit illam rationem. Credimus (inquit) rerum creaturarum caelestium & terrestrium, visibilibus & inuisibilibus causam non esse, nisi bonitatem creatoris, qui est Deus vnus & verus: cuius tanta est bonitas, ut summe bonus beatitudinis suae, quae eternaliter beatus est, alios velit esse participes: quod vidit & communicari posse, & minui omnino non posse. Illud igitur bonum quod ipse erat, & quod beatus erat, sola bonitate, non necessitate alijs communicare voluit, & ita fecit. Fecit igitur Deus creaturam rationalem quae summum bonum, id est, Deum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur. Creauit itaque Deus multa milia angelorum in multiplici decore, in vario ordine & specie. Ex quibus tamen omnium pulcherrimus cum sibi adherentibus cecidit in superbiam: & ideo

Angelus cur iuerit creatus.

Dionysius

Aristotel.

Petrus Lombardus. Augustinus. Causa creationis rerum omnium quae fuerit.

Angelo: creatio quae iuerit.

ideo detrufi sunt e caelo in infernum, ficut in istum aerem, caeteris permanētibus bonis. Secūdo queritur, quare Deus creauit hominem: vel, vtrum decuit, vt crearet hominem. Respōdetur primo secundum Bonauēturam, & Magistrū in Sen. II. dist. I. ppter pfectionem & decorē vniuersi, q̄a Deus creauerat duo extrema, inter quae inuenire est mediū cōponibile ex terminis. Creauerat enim creaturam pure spūalem & intellectualem, scilicet, angelum: creauit & creaturas pure corporales, sicut inanimata: ideo, sicut scriptum est, quod perfecta sunt eius opera, debuit creare etiam creaturam quasi mediam, compositam ex spiritali & corporali, quae est homo. Alia ratio est principalior secundum Magistrum vbi supra, scilicet, propter bonitatem Dei ad laudandum Deum: in q̄ proficit homo, non ipse Deus. Sicut enim mundus & caeterae creaturae factae sunt propter hominē, vt seruirent ei (nā ideo etiā vltimo inter alias creaturas creatus est homo) sic homo factus est propter Deum, vt seruiret Deo, vt laudaret Deum in terris, sicut angeli laudant eum in caelis, Non q̄a Deus, qui est summe beatus, indiguerit eius officio, vel seruitio (qui bonorū nostrorū nō eget) sed vt seruiret ei, ac fruereetur eo, cui seruire regnare est. In hoc ergo proficit seruiens, nō ille cui seruitur. Iste igit̄ nobiliter plasmatus positus in paradysum voluptatis, accepit solum vnū praeceptum, ne comederet de ligno scientiae boni & mali. Sed q̄a non custodiuit praeceptum Dei, ideo offendit Deum, quod nec ipse nec aliquis qui generaretur de semine eius posset percipere illam felicitatem, ad quam creatus fuerat.

Tertio queritur, vtrum potuit homo reconciliari, & quomodo. Dicendum, q̄d licet Deo sint omnia possibilis, & ideo potuit hominem reconciliare quomodo voluisset: tamen non fuit conueniens quod per alium modum fieret, q̄ per satisfactionem, scilicet pro peccato. Et quia Deus est iustus & misericors, si dimisisset peccatum sine satisfactione, tenuisset misericordiam sine iustitia: & haec misericordia (sicut dicit Anselmus) potius dicenda esset iniustitia, quia esset inordinata. Quare? Quia peccatum dimittere sine satisfactione, nihil aliud est, quam non punire: non punire autē peccatū, est aliquid inordinatum: sed inordinatū nihil est apud Deū. Debuit ergo ho-

Homo an creati de buerit.

Bonauen. Petrus Lō bardus.

Deuter. 2

Creaturas oīs factas ppter hominē.

Homo q̄re fit creat.

psalm. 15

Gene. 2

Gene. 3

Reconciliari quomodo homo deo potuerit. Luc. 1

Anselmus

Satisfactioe hominē oportu esse redimi

mo redimi per satisfactionem. Istam satisfactionē oportebat fieri ab aliq̄ homine: quia cōgruebat vt peccatum puniretur in illa natura, in qua commissum fuerat. Sed nullus hominum, nec quaecunq; alia creatura poterat satisfacere pro peccato. Quare? Quia non erat sufficiens ad satisfaciendum. Quō? Quia cum homo, vel alia creatura sit finitē virtutis, non potest facere aliud opus, quod sit infinite virtutis. Satisfactionem autē illam, qua debebat peccatū deleri, oportebat esse infinite virtutis. Quare? Quia peccatum erat infinitum ex eo q̄a erat infinitam bonitatem, id est, Deum, & priuauit naturam humanam infinito bono: ideo nullus homopurus potuit satisfacere. Sequitur ergo primo, quod satisfaciens debebat esse homo, qui debuit satisfacere, id est, qui reus tenebatur: oportebat q̄d simul esset etiam Deus, qui potuit satisfacere: quia (sicut dixi) solus homo debuit, sed non potuit: Deus solus potuit, sed nō debuit. Oportebat igitur q̄ esset simul Deus & homo q̄ posset & deberet. Quid ergo nunc aliud faciendum est bone Deus? Nos debemus pro peccatō satisfacere, & non possumus: tu potes, & non debes. Conuenit enim tibi qui sine peccato es, & contra quem omne peccatum est, peccatum iudicare & punire potius, q̄ pro illo satisfacere. Quid igitur faciemus, nisi vt oculos nostros ad caelum leuemus, & clamemus ad te, vt hominem quem creasti, recrees, id est repares à nouo? Non enim possumus nos ipsos iuuare. Quomodo enim quis pro peccato posset alterius satisfacere, qui nequit pro suo? Nemo est enim sine peccato, nec infans vnus diei, sicut habetur in Iob. Et in Psalmo: Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnū, id est, Christū.

Cum ergo in creatura reperiretur nullus, qui possit perditae humanae naturae sufficenter subuenire, compassione dominus Deus, cuius natura est bonitas, cuius proprium est misereri & parcere permotus, elegit quendam satisfactionis modum, vbi iustitia seruaretur simul & misericordia, & homo liberaretur: scilicet vt ipse susciperet humanā carnē in qua posset ac vellet pati & satisfacere, quae alias debuisset puniri. Sic ergo nō potuit merito causari iustitia, q̄a plenissime fieret satisfactio: nec potuit causari q̄ si se neglectā misericordia, q̄a

Creatura nullam potuisse satis facere pro omnibus hominib.

D

Iob. 11 Psal. 11

60

copiosa fiebat peccatōri miseratio & remissio. Illa autem incarnatio magis conueniebat filio, vt sicut in diuinitate est filius Dei patris, sic in humanitate esset filius virginis matris. Item, quia per filium omnia creata sunt, congruebat per filium omnia reparari. Licet tamen filius solus fuit incarnatus, tamen opus hoc fuit totius Trinitatis, scilicet cooperando. Sed inter hęc incidit quæstio, quare videlicet Deus non fuit misertus angeli lapsi, q̄ modo dicitur diabolus, vt repararet ipm, sicut hominē? Dicendum, non est simile de homine & angelo, quia peccatum angeli non est remediabile. Quare? Quia angelus cognitionē habet perfectam sine aliqua ignorantia in luce plena per intellectum deiformem, & nō potest decipi. Homo vero intelligit discurrendo & inuestigando, quasi in quadā caligine, & ideo potest decipi. Item, angeli voluntas est inuertibilis, & ideo quicquid eligit, illi immobiliter inhæret. Itaq; angeli mali inhærent inauertibiliter malo, q̄d elegerunt, scilicet superbię, & non possunt pœnitere: sicut boni inauertibiliter adhærent bono. Homo autem est vertibilis in voluntate & mutabilis in eligendo, ideo potuit pœnitere. Item, angeli peccauerunt nullo suggerente, sed propria malitia: ideo non debet eis prodesse charitas aliena. Homo vero diabolo instigante cecidit, ideo Dei virtute subleuari potuit. Quarto queritur, ex quo voluit Deus incarnari, quare non statim post lapsum Adæ fuit incarnatus & redemit hominem? Respondendum, quod qui dare vult alicui aliquod donum, si sapiens est & discretus primo considerat vtrum illi expediat donari cui vult, & quando expediat: nec exhibet se nimis facilem vel promptum in dando, ne alteri vilescat, vel non reputet pro beneficio hoc idem datum, vel ne fiat immemor dati. Sic etiam Christus, quando hoc summum beneficiū exhibere voluit humano generi, non statim exhibuit: q̄a homo nō cognouisset, vel putasset se nō indignisse, vel per obseruantiam legis naturę vel Moisaicę suam redemptionem meruisse. Ideo tam diu distulit vt homo videret suam miseriam, & suae liberationis impossibilitatem, nisi à Deo adiuuaretur. Voluit etiam, quod hoc ipsum quærerent, & peterent cum magna difficultate: q̄a q̄d difficilius acquiri, hoc charius æstimatur, & diligentius con-

Incarnatio cur potius cōueniebat filio q̄ plerūq; alteri.

Angelus post lapsum cur nō de buerit redimi.

Incarnatio Dei cur dilata sit.

Oracula prophetarum q̄ spe statim

Psalm. 149

Psalm. 12

Psalm. 88

Psalm. 79

Psalm. 100

Esai. 45

Gene. 3

Mark. virginis creatio q̄ fuerit purissima.

pul-

seruatur. Sub hac dilatiōe tñ Deus reuelauit seruis suis prophetis & sanctis patribus se venturū & redempturū humanū genus, sicut varia habetur in biblis oracula. Item, ostendit per varia signa & prodigia suā incarnationem futuram (de quibus iam transeo, vt veniamus ad alia magis necessaria) Interim tñ sancti patres quantūcunq; Deo dilecti, vel mundi & purgati ab actiua libus & proprijs peccatis, tamen ratione communis naturae vitiatæ & irreconciliatę, nō poterant intrare in æternam beatitudinē, sed ad lymbum oēs descendebant q̄ bene vixerant (q̄a male viuētes descendebāt tūc in ppetuam damnationē, sicut modo) vbi nō habebant pœnā sensuale, sed carebant visione Dei (quod tamen nō est parua pœna, quia sancti etiam qui sunt in caelo, potius vellent esse in pœnis inferni sensibilibus, & videre faciē Dei, q̄ in caelo esse & carere beatifica ipsius visione) q̄a faciēs Dei est tam delectabilis & gaudiola, quod intuens illam nō posset sentiret aliquā pœnā. Et ideo interim sanctae animae illę clamabāt, dicētes: Dñe inclina caelos tuos, & descēde. Et: Ostēde nobis dñe faciē tuā, & salui erimus. Et: Vsque q̄ dñe obliuisceris nos in finē, vsq; q̄ auertis faciē tuā à nobis? Et: Quousq; irasceris sup oratiōes seruorū tuorū? Et: itez: Vbi sunt mię antiquae dñe, sicut iurasti David in yitate tua? Quare faciē tuā auertis, obliuisceris inopię nostrę & tribulationis nostrae? Memor esto congregationis tuę, quam possedisti ab initio. Fiat misericordia tua dñe super nos quēadmodū sperauimus in te. Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Rorate caeli desuper & nubes pluant iustum. His itaque cum magno gemitu clamantibus, tam magno desiderio expectantibus, post quinque milia annorum & CXCIX. pene annos à creatione mundi, creauit Deus virginem, quam sibi ab æterno praelegerat in matrem, de qua loquutus fuerat ad serpentē, id est, diabolū q̄ decerperat Eūam, quando expulit Adam de paradiso: In inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Hanc creauit formosissimam quae vnquam nata fuit, quia decuit, vt sicut in anima erat purissima, sic etiam esset & in corpore. Et virtutes excellentiores apparent in pul-

pulchra (sicut sunt humilitas & castitas) quae in turpibus, quae videntur quasi ex necessitate humiles & castae. Item, creauit eam excellenter nobilem, ut puta de sacerdotali & regali genere, licet pauper fuit & humilis, & ideo non fuit vsa sua nobilitate ad gloriam vel ostentationem. Item, seruauit eam purissimam ab omni peccato, ab omni macula: quia non decebat ut templum, in quo Deus corporaliter habitare disposuerat, et in quo, & de quo carnem sumere volebat, inquinaretur aliqua macula. Repleuit in super eam omni sanctitate, omni gratia, omni virtute, omnibusque donis spiritus sancti, sicut in subditis fusius dicemus. Ad hanc itaque virginem (dum venisset plenitudo temporis, quam ab aeterno Deus praedidit) misit Deus angelum suum, ut eam saluaret, ut assensum eius requireret: quia non potuit fieri mater Dei inuita. Cogitate nunc, quando illa benedicta virgo sine macula, candida ut liliū per virginalem castitatem, rubicunda ut rosa per charitatem, electa non solum ex milibus, sed ex vniuersitate omnium creaturarum propter excellentem eius humilitatem, quando sic splendebat in conspectu altissimi, & erat gratissima in oculis eius. Cogitate inquam, quo modo Deus vocauit angelum, non quem libet, sed vnum ex principibus angelorum (quia solet esse magnus legatus, vel ex parte mittentis, si est magnus dominus, vel ex parte eius, ad quem mittitur, si est honorata persona, vel ex parte causae, si est magna vel pregnans: quae tria simul hic concurrunt, quare legatus fuit nobilis & magnus assumptus) Vocauit ergo inquam angelum Gabrielem, dicens haec vel similia: Ecce vides Gabriel illam virginem, cuius suauissimus odor sic coram nobis fragrat? Vides puellam illam omnium virtutum pulchritudine rutilantem? Vides paradisum voluptatis, quam plantauimus a principio? Vides fontem pietatis, quo irrigatur vniuersa terra? Vides sacrarium mentis suae, diuinitatis nostrae habitaculum gratiosum? Vides ortum conclusum? fontem signatum, rubum Mosi, virgam Aaron, vellus Gedeonis, archam testamenti, portam clausam Ezechielis, & denique virginem, in quam omnes figurae legis & prophetarum oracula repromissa sunt, & implenda? Haec est illa quam amari, cuius decorem concupui, quam exquisiui & proposui sponsam

Nobilitas B. Mariae quanta fuerit.

Puritas B. Mariae quanta fuerit.

Sanctitas B. Mariae quanta fuerit.

Galat. 4

Luc. 1

Cant. 2. 4 1. & 6

Iudith 10

Legatio Dei ad B. Mariam per angelum qualis. Praecellens B. Mariae virginis.

Psalm. 44

michi accipere. Amator factus sum formae illius, ut vnigenitus meus sit vnigenitus eius, & spiritus sanctus sit habitator eam fecundans. Curre ergo cito, nuncia illi nostrum placitum, nuncia ei Trinitatis consilium. Et hoc est, quod Lucas Euangelista dicit: Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth. Ecce audistis quis missus est, a quo missus est, propter quid missus est, ubi missus est, scilicet in Nazareth, ad quam missus est: ad virginem, inquit, desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Non sine causa scriptura tam diligenter exprimit nomina, quia latent vbi que mysteria, & spirituales intelligentiae: de quibus non est nobis iam tempus dicendi. Missus est ergo angelus ad virginem, non nouiter aut fortuito inuentam, sed a seculo electam, ab altissimo praecognitam & sibi praeparatam, ab angelis seruata, a patribus praesignata, a prophetis promissa. Mittitur ad virginem. Bene conuenit ut angelus mittatur ad virginem: quia, ut inquit Hieronymus, semper angelis cognata est virginitas. Profecto in carne praeter carnem viuere, non humana vita est, sed caelestis. Vnde in carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti, quam habere. Esse quippe angelum, felicitatis est, esse virginem virtutis, dum scilicet hoc gratia obtinere nititur virgo, quod habet angelus ex natura. Et sanctus ait Bernardus: O quam felix virginitas, quae ex homine angelum facit. Sanctus tamen Ambrosius dicit, quod maior est victoria virginum, quam angelorum: quia angeli sine carne & sine praelio viuunt, virgines vero in carne & in praelio triumphant.

Notate tamen quam laudanda fuerit virginitas Mariae: Nondum legerat in libris, quantum Deo placeret virginitas. Nondum erat praecceptum nec consilium de seruanda virginitate: nullum viderat ante se exemplum. Nondum scriptum erat, laudabiles esse qui se castrant (scilicet spiritualiter per castitatem) propter regnum Dei. Nondum legerat quod virgines cantabunt canticum nouum: & quod sequentur agnum, quocumque ierit: & quod empti sunt ex omnibus primitiis Deo & agno. Sed magis legerat, quod dominus in exordio mundi dixerat: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Et: Maledicta sterilis in Israel: & ta-

Sapient. 4

G

Bernard.

Angelus cur missus sit ad virginem. Hierony. Virginitas carnis quanta sit gloria.

Bernard.

Ambros.

H

Virginitas B. Mariae quam praecellens fuerit.

Matth. 10

Apoct. 14

Gene. 1. 0 Deuter. 1

& tamen ita dilexit virginitatem, ut antequam vellet corpus suum pollui, aut concupiscere libidinis vri, potius eligeret incidere illam maledictionem & obprobrium sterilitatis, potius voluit carere honore fecunditatis & gloria posteritatis. Quia sciebat quod haec maledictio non erat a Deo, sed solum erat obprobrium apud homines: quia semper Deo placuit castitas (nam Helias fuit virgo, & raptus est in caelum) sed adhuc in scriptura tacebatur, quia priuilegium hoc Mariae seruabatur. Hoc tamen obprobrium potius elegit, quam virginitatis dispendium. Sciebat enim, quod virginitas non vsquequaque esset sterilis: quia sicut coniugalitas replet terram filiis, ita virginitas caelos. De quo marito? De domino Deo, qui est sponsus virginitatis. Omnis namque virginis anima sponsa est Dei, siue secundum carnem sit vir vel mulier: quia non est discretio sexus apud Deum. Quid igitur plus mirabimur in te o benedicta virgo, humilitatem, an virginitatem? Laudabilis plane in te virginitas electa ut seruata, non praeccepta, non consulti, non exemplo apud alias mulieres monstrata, & adhuc illaudata. (Longe aliter cogitasti, quam filia Iephte, quam pater vouerat Deo immolandam. Et quia adhuc erat incognita viro, petiit ut antequam moreretur, pmitteret ad aliquot dies plangere virginitatem suam, scilicet quod discederet sine semine, sine fructu, sine sui memoria & sine populi Dei augmento) Sed non minor in te fuit humilitas, qua elegisti fieri obprobrium inter mulieres. Haec proculdubio fecit, ut virginitas placeret (quia sine humilitate virginitas non est virtus) & respexit, sicut tu ipsa testata es, Deus humilitatem tuam. O Maria quia igitur fortiter egisti pro castitate, ideo non solum cares obprobrium, sed etiam benedicta es inter omnes mulieres, habebisque fructum, qui melior & nobilior erit omnibus filiis totius mundi. Dabit enim tibi Deus gaudium matris cum honore virginitatis. Auferet sterilitatem, & seruabit incorruptionem. Quid enim mirum, si a caeteris non fuit obseruata virginitas, vel non cognita eius pulchritudo? Tibi enim seruatum est illud priuilegium, ut nouo seculo noui filii mater noua, nouam aduehères virtutem. Quum igitur haec ita se habeant cur Euangelistae scribunt hanc virginem sanctissimam fuisse viro desponsatam? Puto equidem ne-

Castitas semp Deo placuisse. 4. Reg. 2

Fecunditas virginitatis sit.

Iudic. 11

Luc. 1

minem id latere quare virgo haec fuerit desponsata, scilicet, ut omnis suspicio mala tolleretur a beata virgine & obprobrium: quasi genuisset non desponsata, putassent homines eam adulteram vel fornicariam: ideo Deus voluit prouidere famae virginis, & potius voluit homines errare in eius conceptu, quam matrem exponere obprobrio. Voluit etiam potius, quod putaretur filius Ioseph, quam quod aliquid finistre suspicaretur de beata Maria virgine. Sunt tamen etiam aliae rationes, quas hic breuitatis gratia praetermitto. Queritur quoque hoc in loco haud inconuenienter, quod scilicet tempore angelus venit ad beatam virginem, & quando Christus fuit incarnatus. Respondetur, secundum tempus a creatione mundi fuit in sexto millenario, id est, post quinque milia annorum & pene ducentos annos. Si tempus anni inquiras, decimus fuisse in mense Martio, eodem die scilicet, quo Adama fuit formatus. Dies porro dominice incarnationis fuit feria sexta qua & passus est, & Adam hac eadem die peccauit. Horam autem aliqui dicunt de sero, alii in nocte, alii diluculo. Sed concordando, pie sentiendum est, quod angelus venit ad virginem de sero, & loquendo cum ea usque ad noctis medium, virgo tandem consensit (quia non est credendum, quod hoc magnum negocium ita subito factum sit) & tunc Deus descendit in vterum virginis, & homo factus est. Permanit autem cum beata Maria angelus: imo (ut potius credendum est) totus exercitus angelorum usque mane, diluculo, & tunc recessit Gabriel angelus ab ea. Et hoc repraesentat Ecclesia, quando de sero pulsatur ad, Ave Maria, & post Matutinas scilicet mane.

Queritur iterum hic, in qua specie angelus apparuit. Respondetur, in specie hominis, id est, pulcherrimi adolescentis: & hoc propter maiorem certificationem beatae virginis, quae ipsum non solum intellectualibus oculis vidit (sicut consueuerat videre angelos continue) sed etiam corporalibus. Queritur item, ubi tunc fuerit beata virgo, vel quid fecerit. Respondetur secundum deuotos, sanctosque doctores, quod iam recesserat de templo: quia erat desponsata viro Ioseph, sed nondum celebratae erant nuptiae. Et ideo erat vel in domo matris suae Annae, vel, ut communiter scribitur, in domo Ioseph (vel forte etiam Ioseph tunc temporis

Maria virgo cur fuerit desponsata.

Incarnatio Christi quae tempore facta sit.

K Specie qua apparuit angelus B. Mariae virginis.

Locus salutationis angelicae ad B. Mariam quis fuerit? Matth. 1

Ambrosius poris habitabat in domo Anne) Ibiq; erat in camera & clausa, quia non consueuerat videri multum in publico. Ibi ergo legebatur & meditabatur scripturas prophetarum de repromissa incarnatione filij Dei: & ideo feruentissimis suspirijs & lachrymis compassionis & deuotionis rogabat Deum, vt acceleraret promissum, & liberaret genus humanum. Non credendum tamen, qd orauerit vel quod putauerit se fore matrem dñi: quia depresserat se adeo in abyssum humilitatis, quod nihil tale de se potuit cogitare: Nam nulla creatura pura sic descendit in seipsam ad cognoscendum nihilitatem suam, & que reputaret se tam indignam & tam paruam, sicut beata virgo Maria. Et ideo non fuit mirum, quod oratio tante humilitatis penetrauit celos. Scribunt autem multi doctores, quod tunc legebatur in Esaiâ propheta, illum textum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Erat autem plus solito deuotione & consolatione diuina superflua, & contemplationi feruentius diligenti usque insistebat super secreto mysterio incarnationis, & ideo flexis genibus, & eleuatis oculis ac mente ad Deum hæc vel similia: O clementissime domine Deus, rex regum, qui bonitate tua mundum creasti de nihilo, & post angelos hominem ad tuam imaginem formatum dñm constituisti creaturam, vt tibi seruiret, & te diligeret, tibi que in omnibus obtemperaret: miserere ei iam perditio per peccatum, miserere bonitate tua: miserere clementia & charitate tua. Aperi celos, & descende. Iam tot annorum milia percurrerunt, & sancti patres, & prophetæ, & patriarchæ, & amici tui in tenebris habitant expectantes lumen tuum. Veni obsecro pater benignissime, veni, & ne respicias peccata hominum, descende de cælis verus Deus, verum lumen, gaudium, solatiū, dulcedo & consolatio afflictorum. O si oculis proprijs tam grande mysteriū aspicerem. O q̄ lætarer cum Deū in carne viderem. O quantum sancti patres gaudiū susciperēt. rumpe moras creator optime, & veni ad liberandū nos. Fac mihi hæc gratiā, vt tuæ matris ancilla & pedisequa efficiar. O si cernere possem antequam moriar illam benedictam virginem, quæ paritura est meum saluatorem. Profecto illius pedibus p uoluta eius me seruā facerē, & illius semp mādatis obtemperarē. Dum hæc &

similia in oratione, & flexis genibus pertractaret, interim etiā sancti patres in limbo clamabant: Memeto nostri domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Quorum clamoribus, suspirijs, gemitibus & necessitatibus tandem Deus p̄sissimus, præcipue quoniam plenitudo temporis iam adesset, inclinatus, recordatus est tandem misericordie suæ quam promissit domui Israel, & misit angelum suum, sicut iam audistis, ad virginem. Apud quam quod egerit Euangelista declarat, dicens: Et ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena dñs tecum. Benedicta tu in mulieribus. Hæc verba ab angeli allata quæ, sed cōposita sunt in consilio sanctæ Trinitatis, & missa beatæ virgini: suntq; tam sublimia & tam excelsa, quod nunquam humanus intellectus potuit illa penetrare, vel vt cōponeret meliora inuenire: tam quoque grata sunt beatæ virgini, quod nulla oratio alia potest tam grata illi offerri (sicut reuelatum fuit sanctæ Mechtildi) quia quotiens ei porrigitur, reducitur ei in memoriam, & renouatur ei illud gaudiū quod habuit in conceptione filij Dei: quod maius est oibus gaudijs, quæ habuit in hac vita: ideo volo singula verba exponere. [Aue,] id est, sine vā. Fuit enim beata virgo Maria sine vā concupiscentiæ. In ipsa enim locū non habuit quod scribitur de cæteris hominibus: Caro concupiscit aduersus spiritum. Fuit sine vā culpæ, quia nec originalem nec actualem habuit: & ideo etiam exempta fuit à generali illo vinculo, de quo dicitur: Nemo mundus à sordē, neq; infans cuius est vnus diei vita super terram. Item fuit sine vā pœnæ, quia sine dolore peperit: ideo non tetigit eam maledictio Euz, cui dictū est: In dolore paries filios. Ideo etiam dicitur ei, Aue: quod verbum si conuertatur, & retrograde legatur, sonat Eua: quia ipsa habuit priuilegia contraria maledictionibus Euz. Item, fuit sine vā corruptionis: quia in anima & corpore erat, māsque integra virgo perpetuo, nec in morte caro eius fuit incinerata, sed vt pie Ecclesia credit, ad celos assumpta & glorificata. [Gratia plena.] Quare non salutauit eam nominatim, sicut nos facimus, Maria: Dicendum, quod omisit proprium nomen, & loco eius imposuit ei nouum nomen, sicut solet fieri quando conferuntur magnæ dignitatis vt Papæ, &c. & ideo mutantur

tantur nomina. Sic fiebat Dei futuræ matri, quia imposuit ei angelus nomē, quod ante nulli vnquam homini impositum erat, scilicet: gratia plena. Sic nominat eam, quia inter omnes creaturas puras soli huic beatissimæ virgini conueniebat per excellentiam, vt diceretur gratia plena. Quia licet apostoli dicti sint pleni spiritu sancto, & similiter sanctus Stephanus: hoc tamen fuit dissimiliter valde. Quia licet habuerunt plenitudinem gratiæ apostoli non solum sufficienter, & quantum opus est ad salutem, sed etiam abundanter, id est, copiose: beata tamen virgo Maria fuit plena gratia excellentissima prærogatiua per exclusionem omnis vacuitatis: quia tantum recepit quantum potuit aliqua creatura recipere, intantum vt (secundum doctores) Deus vltimam perfectionem creaturarum demonstrauerit in ipsa, nec potuerit ipsam facere maiorem, quā est, scilicet, quod est mater Dei, nisi fieret & ipsa Deus, id est, vniretur cum diuina natura, sed tunc non esset amplius pura creatura: quia, secundum Bernardum, licet Stephanus vel aliquis alius sanctus dicatur plenus spiritu sancto, hoc tamen est longe dissimiliter à Maria: quia nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, nec concepit Deum de spiritu sancto. Vnde dicit sanctus Hieronymus: Cæteris sanctis p partes gratia p̄statur: Mariæ vero tota se infudit gratiæ plenitudo. Habuit ergo præcæteris excellentiam vel prærogatiuam plenitudinis gratiæ, quæ consistit in tribus. Primo, quia fuit excellentior dignitate. Quod patet in hoc, quia est mater Dei: quod tantum est, sicut iam dixi, quod non solum non potest maior fieri, sed nec cogitari. Ideo cōparatur cedro, quæ altior est inter oēs arbores. Secundo, fuit excellentior in præminencia sanctitatis, quia infra Deum ipsa est super oēs sanctos & angelos sanctissima & purissima (sicut dicit Anselmus) ea puritate, qua sub Deo nequit maior intelligi. Nec solum in se sancta est, sed etiā alios potest sanctificare. Vnde non iniuriæ cōparatur cypresso, quæ est arbor medicinalis. Vnde S. Hugo ait: Benedicta es & gratia plena, & intantum plena, vt ex tua redūdantia totus hauriat mundus. Propterea dicitur fluuius gratiarum. Vnde in Canticis de ea dicitur: Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Ly

bano. Imo gratia ita plena fuit, quod oīs gratia quæ ad nos venit, secundum Bernardum, non nisi per manus Mariæ fluit: & ideo frustra expectat quisque aliunde, quam per beatam Mariā aliquid se recepturū sperat. Vnde notate (sicut dicit idem Bernardus) quanto deuotionis affectu Mariā à nobis honorari voluit Deus, quod totius boni plenitudinem in ea posuit: vt si quod in nobis est spei, si quod gratiæ vel salutis, ab ea nouerimus redundare. Totis ergo medullis cordis venemur Mariam, quia sic est volūtas eius, qui totum nos habere voluit per illam. Tertio, fuit excellentior in superabundantia capacitatis, quia fuit superabundantissime capax omnis gratiæ. Habuit enim omnes gratias generales & speciales omnium sanctorum & oīm creaturarum in excellentia summa. Vnde in Ecclesiastico ipsa dicit: In me omnis gratia vitæ & veritatis. Et S. Bernardus super illud Ecclesiastici ibidem, In plenitudine sanctorum detentio mea, dicit: Vere in plenitudine sanctorum detentio eius, cui non defuit fides patriarcharum, nec spes prophetarum, nec zelus apostolorum, nec constantia martyrum, nec sobrietas confessorum, nec castitas virginum, nec fecunditas coniugatorum, nec puritas angelorum. Nihilominus habuit etiā singulares gratias, quæ nullus sanctorum habuit, à quibus omnis creatura vacua fuit, scilicet quod esset virgo & mater, mater Dei & hominis, domina mundi, regina cæli. [Dominus tecum.] Bernardus: Longe excellentius est dominus tecum, quod cum alijs sanctis, cum quibus est spiritualiter tantum & in corde: sed est tecum spiritualiter in corde, & corporaliter in ventre. Itemque, Dominus tecum. Dñs scilicet pater tecum, qui suum filium fecit esse & tuum. Dominus filius tecum, quod ex te carne assumpsit miro modo. Et dñs spiritus sanctus tecum, qui tuum cum patre & filio sanctificauit vterum.

[Benedicta tu in mulieribus] id est, præ omnibus mulieribus. Non dico benedicta tu in virginibus, sed in mulieribus, vt sis sola quæ omnes superexcellis, cui nulla cuiuscunq; status possit æquari, vt sicut non habuisti similem priorem, sic nec es visura sequentem. Benedicta ergo in mulieribus, id est, in virginibus, in coniugatis, & in viduis: quia omnes hosce tres status comprehendis in te, & omnes in te benedicuntur. Vnde iterum D. ait Bernardus: Benedicta tu in mulieribus, quæ generalem mulierum eua

Humilitas B. virginis Mariæ quanta fuerit.

Esaiâ 7

Oratio B. Mariæ ad Deum pro incarnatione filij Dei.

Psalm. 119

Verba angelice lutationis quæ sunt prelatæ quæ gratæ B. Mariæ.

Mechtild.

Sine vā ut fuit virgo Maria multiplici.

Galat. 4

Iob. 19

Gene. 3 Aue conuert sum quid signet.

B. Maria noui nominis hanc co accepit.

Astor. 2 Astor. 6. 7 Spū scō pleni quō dicti sint apostoli.

Gratia plena quæ fuit B. Mariæ.

Bernard.

Gol. 2

Hieron.

M Græ plenitudine triariam fuisse B. Mariæ collatā

Cedro cur cōparatur B. Mariæ.

Anselmus

Cypresso cur cōparatur B. Mariæ. Hugo.

Cantic. 4

Bernard. Gratiā oīm Dei per manus B. Mariæ in nos fluere. Bernard.

Gratia oīm creaturarum habuisse B. Mariā.

Eccle. 24 Bernard.

Idem.

Dñs quō singulariter fuerit cū B. virgine Maria.

N

Benedicta vti fuerit B. Maria in mulieribus.

Bernard.

fisti maledictionē, vt nec sterilis permanes, nec cū dolore parias. Hæc sunt quæ per angelū dicta vel posita sunt in salutatione virginis, id est, in Aue Maria: Reliqua quæ Euangelica narrat historia prolata sunt ad eādem virginē per sanctum Elizabeth, loquēte per os eius spiritu sancto, qui etiam locutus est præcedentia per angelum. Vnde ipsa Elizabeth incepit, vbi angelus dimisit, repetendo eadē vltima verba. Dixit enim etiā ipsa, sicut angelus. Benedicta tu inter mulieres, & postea subiunxit: Et bñdictus fructus ventris tui, & sic alia cōpleuit, quæ angelus non dixit: quia non fuit conueniens, vt angelus hoc diceret, eo qd Maria nondū cōcepit filium Dei in vtero suo. Cum itaq; (sicut prædixi) beata virgo Maria maxime desiderauerat Dei incarnationem & patrū liberationem, reputans pro maximo beneficio si ipsa meretur talis filij matrē videre, vel ancilla eius fore, venit angelus portās literas ex confessorio S. Trinitatis, dicens: Aue gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Ac si diceret: O Maria vergo super omnes p̄lecta quantū te humilias. Tu nō eris huius virginis & matris Dei famula, nō eris ancilla, non pedissequa: sed eris tu ipsa mater Dei, sicut es ab æterno ad hoc p̄ordinata. Tu enī es illa virgo, de qua locuti sunt p̄phetæ oēs: tu es regina cœloꝝ & imperatrix oīm hoīm & angeloꝝ, & oīm gratiarum Dei receptaculū. Hæc autē omnia dixit angelus cū decenti & magna reuerentia. Similiter beata virgo statim assurrexit angelo: & turbata videbat ex verbis eius, vt inquit Euangelista. Non quidem ob hoc fuit simpliciter turbata, quia videbat angelum (consuerat enim quotidie angelos videre) sed fuit turbata, primo pudore & verecundia ratione salutātis: quia apparuit ei angelus in insolita specie, scilicet virili & corporali in ætate pulcherrimi iuuenis, cum clara & præfulgida veste, ostio clauso: quia sicut Bernardus dicit, non est suspicandum, qd angelus apertum inueniret ostium virginis, cui nimirū erat in proposito frequētias hoīm fugere, & colloq̄ vitare, ne vel orantis castitas tentaret. Clauserat itaq; etiam illa hora suum super se habitaculum virgo prudentissima: sed hominibus non angelis. Trepidata ergo fuit ad viri ingressum & ad se solam: quia, sicut di-

cit Hieronymus, nunquam fuerat à viro saluta: & ita verecundabatur: quia tam subito non cognouit, quod fuit angelus, sed statim post. Et S. Ambrosius ait: Notare hic possumus, quantū erubescere cōfortia hoīm, si ita erubuit sermones angeloꝝ. Secundo, fuit turbata ratione salutationis nouæ, & ex humilitate. Nunq̄ enim audierat vel legerat talē salutationem, & talia verba. Admirabatur enī valde, quō ei talia dicerentur, quod esset gratia plena, & benedicta in mulieribus. Humilitas enī sua nō finebat eam aliquod magnum de se sentire: sed reputabat se paruam & indignā quæ licet salutatione angeli. Est enī propriū humilitati, quod laudes suas erubescit, & ex eis grauat. Et ideo in corde reuoluebat: O vnde hoc mihi vt veniat angelus domini mei ad me? Si enim Salomō expauit, quod deberet ædificare templum nomini & memoriæ domini, quāto magis Maria, quæ ipsamet debebat esse templū dñi, non solum nomini eius, sed deberet eum etiam hospitio recipere, id est, in ventrem suum? Cum ergo sic turbatam eam angelus vidisset, consolabatur eam, dicens: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Vbi sic, inquit D. Bernardus. Ac si diceret: O si scires quantum altissimo tua placeat humilitas, quantaq; tibi apud ipsum sublimitas maneat, angelico te indignam nec obsequio iudicares, nec eloquio. Non mireris ergo Maria, quia angelus ad te venit. Nam & maior angelo in te venit. Non mireris angelum dominicum, quia angelorum dominus est tecū. Postremo, quid ni angelum videas, cum iam angelice viuas? Cur autem indebitam tibi duxeris gratiam angelorum, quæ inuenisti gratiam apud Deum? Inuenisti enim gratiam apud Deum. Super quæ verba idem D. Bernardus iterum sic dicit: Inuenisti quod ante te inuenire nemo potuit, gratiam scilicet apud Deum. Quam gratiam Dei & hominum pacem, mortis destructionem, & vitæ reparationem. Inuenisti gratiam, non pro te sola, sed pro vniuerso mundo. Inuenisti reis veniam, ægris medelam, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium & liberationem. Deinde angelus secutus, adiunxit: Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. In vtero, non ab extrinseco, non à viro, sed ab intra concipies clau-

Hieron.

Ambrosi

Humilitati propriū quidnam sit.

1. Reg. 4.

Bernard.

P

Gratiam quam inuenire B. Maria apud Deū.

clausis sigillis virginis. Et paries filiū, & vocabis nomen eius Iesum, id est, saluatorem. Vnde Bernardus: Hoc est, nomen quod dedit cecis visum, surdis auditū, claudis gressum, sermonem mutis, vitā mortuis, totamq; diaboli potestatem de obsessis corporibus effugat. Hic erit magnus. Semper quidē fuit magnus Deus: sed iā erit magnus propheta, & magnus homo in miraculis & doctrina. Et filius altissimi vocabitur, sicut in veritate est. Et dabit illi dñs Deus sedem David patris eius. Non loquitur hic de sede temporalis regni, quia ipse idē dixit Christus in passione ante Pilatū. Regnum meum non est de hoc mūdo: sed de spiritali regno, quod significatur per regnum David, id est, de cœlesti Hierusalē. Et regnabit in domo Iacob in æternum, id est, super omnes electos: quia omnes filij Iacob fuerunt electi. Non sicut aliorum patriarcharum filij, quorum fuerunt aliqui reprobi, & alij electi, &c. & regni eius nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum nō cognosco. Ac si diceret: Non dubito, sed credo, quod fiet sicut dixisti: sed quæro de modo concipiendi: quia virum non cognosco, id est, non cognoscere propono, quia virginis perpetuam seruire propono. Iam enim vouerat virginis, sicut dicit Augustinus. Ac si diceret, secundum Bernardum: Si oportebit me concipere filium talem & tātum de viro, scilicet Ioseph: gaudebo quidem de filio, sed dolebo de proposito fracto, id est, de virginitate amissa. O quantus fuit amor virginis in Maria, quā etiam in tali casu pro incarnatione filij Dei cum sponso licite & sine libidine timuit amittere, licet tamen, si ita Deus voluisset vel præcepisset ipsa consensisset. Vtinam homines agnoscerent precium huius thesauri, huius margaritæ scilicet virginis, vtique non tam facilliter proijcerent eum in lutum. O quam vilis reputatur hoc tēpore, quam facilliter abijcitur. Tantū sollicitat homines vt possint hac virtute priuari vel eam amittere, sicut sancti eam curabāt custodire. Et quod peius est, iam quidam erubescunt de virtute, maxime de castitate vel virginitate, &c. Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, id est, non concipies de humano semine, sed de spiritu sancto.

Bernard. Iesus nomen me quantū sit excellentiæ.

Ioan. 18 Regnum Chri qd nam fuerit B. virginis promissum.

Virginis tē B. Mariam vouit se Deo. Augustin. Bernard.

Q Virginis preciositas quanta sit.

Et ne dicas, Quomō possum sufferre claritatem, lucemq; diuinæ maiestatis, audi: Et virtus altissimi obumbrabit tibi, id est, virtus diuinitatis assumet de carne tua, vbi se velabit, & obumbrabit tibi, scilicet quia sub corpore tuo tegetur quasi sub vmbra: quia si oculi nō possunt intueri in solem, quis mortalium posset inspicere solem infinitæ claritatis, id est, Deum, nisi sub vmbra obtegeretur carnis? Ideoq; & quod nascetur ex te sanctū, vocabatur filius Dei. Postea dixit angelus de Elizabeth multa Mariæ ad illi persuadendū & commouendū quatenus cōsentiret. O miram dignitatē tuam beata virgo, quod vsq; ad tuū consensum peruenit nostra redēptio. Tantum ipsa respōdeas verbū, & suscipias Dei verbū. Præbeas consensum, & cōcipias Dei filiū. Expectat tota Trinitas, expectāt patres in lympo, expectat totus mūdus: tā prope nobis est redemptio nostra, vt si ipsa duntaxat cōsenseris, tunc salui erimus. In fine autē consentiendo Maria dixit: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum verbū tuū. Ac si diceret: Ex quo ita est volūtas dñi, offero me paratam in ancillam eius. Hæc verba creditur dixisse iteꝝ flexis genibus, eleuatis oculis in cœlum cū lachrymis & incredibili humilitate & deuotione. In quibus verbis, hoc est, in tali cōsensu, qd fieret mater Dei, & cum virtute prolatis, credit plus meruisse quam oēs electi totius mundi.

Fuerunt ista verba & iste cōsensus virtutibus plenus: e quibus quatuor præcipue elucescūt. Primo, cum dixit: Ecce, notatur maxima eius obedientia. Quasi diceret: parata sum ad oēm voluntatem dñi. Secūdo, humilitas immēsa p̄ hæc verba: ancilla domini. Vnde Bernardus: O venerāda virginitas, o prædicanda humilitas: Ab angelo mater dñi appellatur, & se ancillam dñi cōfitetur. Tertio, charitas inflammata p̄ hæc v̄ba: Fiat mihi. Quarto, fides deuota & firma, quæ insinuat per hæc verba: secundum verbum tuum, id est, sicut dixisti, & sicut ego credo. Hæc autē verba fuerūt miræ virtutis, quia statim his completis, Dei filius, imo & tota Trinitas intravit in vterum virginis salua virginitate eius, & cum infabili superfusione & repletione consolationis & gaudij in spiritu sancto. Licet enī solus filius homo sit factus, id est, carnem assumpsit: tamen hoc factum est ex operatione totius Trinitatis. Adscribitur tam-

In cōsensu B. Mariæ quæ nā virtutes implēdeant.

Bernard.

Turbata cur fuerit B. Maria in sermone angeli.

Angelus in qua specie ac forma B. Mariæ apparuit Bernard.



Incar-
tio Chri-
sti cur ad
scribatur
spiritui
sancto.
Ioan.,

magis hæc operatio, id est, formatio car-
nis Christi spiritui sancto, ad ostendendū
causam incarnationis: quia spiritus sanctus
dicitur amor patris & filij. Amor autē quo
dilexit nos Deus est causa quare incarna-
ri voluit. Vnde dicitur in Euāgelio: Sic De-
us dilexit mundum, vt filium suum vnige-
nitum daret. Et secundum hoc intelligitur
Christus conceptus de spiritu sancto: non
quod spiritus sanctus aliquam materiam
ministrauerit Christo, sed quia ipse separa-
uit de purissimis guttulis sanguinis virgi-
nei cordis Mariæ, & deduxit in clausum
uterum, & formauit illas in corpus Chri-
sti. Notandum, quod in vno & eodem
instanti quatuor hæc fuerūt perfecta in in-
carnatione Dei, scilicet cōuersio sanguinis
purissimi virginis Mariæ in carnē, & alias
partes corporis Christi. Secundo, perfecta
organizatio membrorum. Tertio, anima

tio corporis organici. Quarto, assumptio
& vnio corporis Christi cum diuinitate.
Hæc autem omnia facta sunt non per pri-
us & posterius, sed simul, & in instanti. Vn-
de sequitur, quod in primo instanti Chri-
stus, licet fuerit minimæ quantitatis secun-
dum corpus, vt vix discerni vel apprehen-
di potuisset, tamen fuit tam perfectæ virtu-
tis, potestatis, scientiæ & omnium bono-
rum capax & plenus & perfectus sicut cū
fuit XXX. annorum, & sicut iam est in cœ-
lo. Creuit tamen in utero secundum mo-
lem corporis, & etiam post natiuitatē: Cre-
uit etiam virtute & gratia, sed hoc intelli-
gitur quo ad ostensionem secundum tēpus
ætatis. Nam in se nihil nouæ perfectionis
acquisiuit post natiuitatem suam aliquo
tempore, quam prius nō habuerit, qui est
cum patre & spiritu sancto Deus benedi-
ctus in secula, Amen.

Quatuor
mira facta
in incarna-
tione Chri-
sti.

**DE SANCTO AMBROSIO EPISCOPO, PA-
raphrasin in Epistolam quære in Festo D. Nicolai. Exe-
gesin in Euāgelium reperies ibidem, nisi post Festum Paschæ, de eodem cele-
bretur: cum nanq; require Exe-
gesin in Euāgelium, Ego
sum vitis vera, &c. in Ferijs D. Georgij martyris in
principio alterius partis de Festiuitatibus san-
ctorum. Sermonem autem quære in Fe-
sto S. Nicolai, vel S. Martini.**

**FERIA SECUNDA POST SOLENNITA-
tem Paschæ, epistola Actuum X.**

Tans Petrus in medio plebis, dixit: Viri fratres vos
scitis, quod factum est verbum per vniuersam Iudæ-
am, incipiens a Galilæa post baptismum quod prædi-
cavit Ioannes, Iesum a Nazareth, quomodo vnxit eū
Deus spiritu sancto & virtute. Qui pertransiuit bene-
faciendo & sanando omnes oppressos a diabolo, quo-
niam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium, quæ fecit in regio-
ne Iudæorum & Hierusalem, quem occiderunt, suspendentes in ligno.
Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non om-
ni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis qui manducauimus
& bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis, & præcepit nobis
prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est a Deo
iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium
perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes
qui credunt in eum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ante

XXIII.



Matth. 3
Lucæ 3
Psalm. 44

Lucæ 24
Ioan. 20. 21
March. 28
Marc. 16

A
Acto. 10



Matth. 3
Marc. 1
Lucæ 3
Ioan. 1

Matth. 17
Lucæ 23
Ioan. 19

Matth. 28
Marc. 16
Lucæ 24
Ioan. 20

B
Marc. 16

Ante hanc lectionem scribit Lu-
cas in Actis, quomodo Centu-
rio ab angelo iussus fuerat, ac-
cessit Petrus docturū quod oportet
illū, vt saluus fieret, facere. Petrus quo-
que per visionem instructus (cū ante ad Iu-
dæos tantum putaret missos apostolos) vt
gētes quoque ad fidem colligeret, pfectus
fuit ad Cornelium. Et ibi stans in medio
plebis, quā secū Cornelius habebat ex ami-
cis collectā, cuius grandior erat pars ex gē-
tibus, dixit. Viri fratres, vos scitis quod
factum est verbum per vniuersam Iudæā,
quānam rumor, quæ fama quoque de
Christo vbiq; sese diffuderit. Qui incipi-
ens prædicationem suā a Galilæa, post ba-
ptismum, quo Ioannes illum baptizauit,
prædicauitque eundem Iesum a Nazareth
esse Christum, dicens populo: Medius ve-
strum stetit quem vos nescitis, docens ni-
hilominus quomodo vnctione spirituali
vnxit eum Deus pater, spiritu sancto &
virtute gratiarum ac miraculorum. Hic Ie-
sus pertransiuit vniuersas regiones benefi-
cia indigentibus præstando, sanandoque
omnes oppressos a diabolo. Diabolus em̄
alios opprimit morbis & calamitatibus vt
ad impatiētiam perducatur, alios onerat pec-
catis, vt Deo auferat, alios vanitatibus
implicat, vt a Deo abstrahat impediaturque,
Iesus vero sanauit omnes oppressos a dia-
bolo quotquot ab illo remedium quæsi-
erunt. Quoniam Deus erat cum illo, quare
non humana tantum, sed diuina etiam ope-
rabatur virtute, cum esset Deus & homo.

Porro nos apostoli testes sumus om-
nium mirabilium, quæ fecit in regione Iu-
dæorum & in Hierusalem. Quem Iudæi p-
pterea quod eorum corripuit vitia, occide-
runt, suspendentes in ligno crucis. Hunc
mortuum & sepultum Deus suscitauit ter-
tia die, & dedit eū post resurrectionē mani-
festū fieri nō oī populo indifferēter, nec vt
omnibus qui crederent in illū appareret,
sed testibus manifestauit ad hoc præordi-
natis a Deo, puta nobis, qui manducaui-
mus & bibimus cum illo: & hoc postquā
resurrexit a mortuis. Hæc autē cau-
sa quare præcipue nobis præ alijs se post
resurrectionem manifestauit, est: Quia
præcepit nobis prædicare populo ac te-
stimonium ferre, quia ipse est, qui a Deo
patre etiam secundum naturam humanā
constitutus est iudex viuorum & mortuo-
rum hoc est, eorū q in Dei gratia ab hac vi-
ta decesserunt tanquam viuentium, & illo-
rum quoque, qui in peccato mortali ab
hac vita demigrarunt, tanquam mortuo-
rum. Aut ita: Iudex erit viuorum, qui in fi-
ne mundi viuentes reperientur in mundi
conflagratione morituri, & qui ante finē
seculi, hac luce sunt defuncti. In illo autem
iudicio duo erunt: Vnum est autoritas iu-
dicandi. Hæc æque vna est & communis
tribus in diuinitate personis. Alterum est
exequutio iudicij, seu sententiæ prolatio.
Hoc competit Christo secundum huma-
nam naturam, quam sui ipsius humiliatio-
ne, subiectione passioneque meruit. Et i-
deo dicitur de eo apud Ioannem: Potesta-
tem dedit ei & iudicium facere, quia filius
hominis est. Itemque: Neque enim pater iu-
dicat quenquam, sed omne iudicium de-
dit filio. Huic denique Christo omnes
Prophetæ testimonium perhibent remis-
sionem accipere peccatorum suorum per
inuocationem nominis eius, omnes qui
credunt in eum hoc est, omnes qui fide &
charitate illi coniunguntur seu incorpo-
rantur. Prophetarum enim vnus est sermo
omnium, eos qui in Christum credunt, q-
que Christum inuocant, in nomine eius a
peccatis suis iustificari.

**EXEGESIS EVANGELII
in eiusdem feriæ secundæ Pa-
schæ. Lucæ XXI III**



Christus dominus no-
ster non phantastica
aliqua specie nec ap-
parēter tm̄ vt quon-
dam hæreticorum a-
struxerunt figmen-
ta, sed vere se surrexif-
se, multis voluit ipse
met, dominus probare argumentis. Siqui-
dem vulnera sua quæ recepit ex clavis, qui-
bus affixas est cruci & lancea qua est p-
fusus, gloriosa, hoc est, vulnerū cicatrices suo
in corpore retinuit, eadē Apostolis mōstra-
uit, palpandum, hoc est, tangendū se p-
buit cū eisdem denique māducauit. E quibus
omnibus argumētis vere & non phanta-
stice se surrexisse ostēdit. Videte inq; & pal-
pate quia spūs carnem & ossa non habet,
cuiusmodi me videtis habere. Præterea, si-
cut hodie legitur in Euāgelio, cū duobus
t iij ex disci-

Ioan. 9
Ibidem

Resurre-
ctionē suā
qbus ar-
gumētis
pbaue-
rit
Christus
veram.

Ioan. 20

Lucæ 24

Ibidem ex discipulis euntibus Emaus loquens in specie peregrini ambulabat, cū eisdem quoque ad mensam, quoad ex fractione panis illum cognoscerent, sedit. Sic nanque scribit Lucas.

Duo ex discipulis ibant in castellum quod erat in spacio stadio rum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus.

Ambrosi. Qui fuerint hi duo discipuli, qui ad Emaus se cōferebant castellum, quāuis Ambrosius alterum nominet Amaon, in Euāgelio vero vnus eorum nominatur Cleophas, non improbanda tamen est sententia Theophili & Gregorij, qui eum quem Lucas hic tacet, Cleophas socium, dicunt ipsum fuisse Lucam, qui hoc Euangelium scripsit, & pro modestia suum nomen tacuisse. Ibant autem in castellum Emaus, quod distabat ab Hierusalē sexaginta stadijs. Stadium vocant spaciū centum viginti quinq; passuū, quod Hercules vno, vt aiunt, anhelitu cucurrerit, & tunc steterit à stado dictum. Porro octo stadia vnum faciunt miliare, quasi mille passuum spaciū. Colligitur igitur septem miliaribus ab Hierusalem Emaus distasse, & quatuor stadijs. Castellum hoc post vastationem Hierusalem sub Marco Aureleo reparatum dictum est Nicopolis.

Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est, dum fabularentur & simul quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebātur ne eum agnoscerent.

Matt. 18 Discipuli hi loquebant de Christi vita & morte, admirantes, non vt hi qui crederent eum resurrecturum, sed quam innocenter esset passus, quam insipienter ac timide ab apostolis derelictus, & quomodo ipsi quoq; deinceps suam instituerent vitā. Dum itaq; sic fabularentur, i. Christi facta fabulantium more recitarent, & adinuicē quærerent, ipse Iesus appropinquās, ibat cum illis. Semper enim præsto est de se loquentibus, iuxta illud: Vbi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Oculi aut eorū tenebantur ne

eū agnoscerēt. Ambulabat em̄ Iesus cū eis vt pegrin., habitu & gestibus vtēs pegrini.

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes?

D Tristes erant discipuli ex his quæ circa Iesum viderant accidisse, quem amiserāt desolatione nimia, quem resurrecturum audierant, sed modicum iam inde sperabāt. Expectauerant quidem dubij & tristes si fortasse resurgentem perciperent. Verū, cum nihil audirent de illius resurrectione, iam ferme desperabant. Tristes igitur erant. Cum vero omnia sint nuda & aperta oculis Christi, non eos interrogat discrete cupiens, sed ex verbis eorum occasionē vt eos doceat vult sumere. Ideo em̄ agnoscī ab eis noluit Christus, vt pectoris sui cogitationes scrupulosq; internos omnes liberet, tanquam cum homine simplici & ignoto enudarent, & ipse ad singula eorū responderet dubia.

Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalē, & nō cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt, De Iesu Nazareno, q̄ fuit vir Propheta, potēs in opere & sermōe corā Deo & oī populo, & q̄ modo tradiderunt eū summi sacerdotes & principes nostri in dānationem mortis, & crucifixerunt eū.

Tu solus peregrinus es in Hierusalem, qui hæc ignoras? Quomodo te latere potuit quod adeo palam factum est, vt nō solum huius rei fama aut rumor diffusus sit vndique, sed spectaculum quoque miserabile manifestū est omnibus qui fuerunt Hierosolymis? Qui dixit eis: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potēs in opere & sermōe coram Deo & oī populo. Prophetam nominant Christum, Dei filium tacentes, vel q̄ hoc non credebāt, vel q̄ hoc confiteri coram ignoto homine non audebant, qui eorūdem posset ad Iudæos deferre testimoniū. Et quomodo tradiderunt eū summi sacerdotes & principes nostri in dānationem mor-

mortis, & crucifixerunt eum. Vide hic, licet non confiteantur eum Dei filium, multatariam tamen commendant eum. Nominant em̄ illū prophetam & virum à consuetudine & sinceritate: laudant quod verax in sermone, quod syncerus, quod deniq; potens absque fictione & simulatione in sermone fuerit & opere.

Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel.

E Sperabamus quasi non amodo sperantes. Temporalis erat hæc redemptio, cuius spes fere omnibus erat Iudæis infusa, adeo vt nec discipuli dñi Iesu aliud putarent, quam quod temporalis esset Christus rex futurus, aut quod Iudæos de potestate Romanorum atque omni alia subiectione esset humana redempturus. Siquidem vbi eum resurrexisse etiā cognouerāt, interrogabant eum, dicētes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dicunt igitur: Nos aut sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Vide autem, quia de eius resurrectione non nihil sperauerant, præsertim cum ab eorum nondū recessisset memoria, id quod olim apostolis cum passionem suam illis prædiceret, in sinuarat: Ecce ascendimus, inquit, Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum: & tertia die resurget. Huius verbi videbantur adhuc memores, & tertia die resurget. Siquidem mox subiungunt.

Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie q̄d hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerūt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentū, & non inuēto corpore eius, venerunt dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicūt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero nō inuenerunt.

Vt hominibus solet mœstis & perturbatis cōtingere, ita discipuli hic cūcta narrāt

cū formidine & suspitione erroris aut falsitatis. Dicūt em̄: Sperabamus eum resurrecturum, & narrāt testimonia resurrectionis, nec tñ credunt, sed adhuc hæsitant. Optabant quidem verè esse, q̄d mulieres narrauerant, & alij formidabāt ab his q̄ fuerāt ad monumentum, rē nō recte ab angelis intellectam. Idcirco adhuc diffidētia trepidātes dicūt: Insuper tertia est dies hodie à tēpore passiois eius, q̄ sicut nobis prædixerat, ipse deberet resurgere. Ad hoc aut, vt simus dubij ac incerti, multū facit hoc q̄d nos facit quoque mirari, quia mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucē fuerūt ad monumentū, terruerūt nos. i. in maiorem admirationem & dubietatem nos perduxerunt. Siquidē non inuento corpore eius, venerunt dicentes, se visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. In perplexitate quadam constituti erant, quæ neque omnino credebant, neque etiā ex toto diffidebant. Optabant em̄ quod dicebatur viuere, verū esse, sed quomodo id crederent, quomodo ve dicētibus assentirēt, quippe qui viderant illum mortuū sepeliri ignorabant. Et abierūt q̄dam ex nostris scilicet Petrus & Ioannes, aut fortasse plures ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt, monumentum scilicet vacuum: ipsum vero non inuenerunt. Inter fluctus spei & desperationis hi discipuli erant constituti, vt vix ipsi scirent quid credere deberent, ex omni parte & scrupulos & argumenta, & contrarietates & persuasiones ediuerso habentes, ideo pro hac parte modo, mox iterum pro alia parte disputant, donec eos magister illuminaret veritatis. Propterea sequitur.

Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendū in omnibus quæ locuti sunt p̄phetæ. Nōne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

F Quid, inquit, adeo estis cæci & ignorātes, vt non capiat hęc quæ facta sunt? quandoquidem eadem omnia olim sunt prædicta à prophetis futura. Nonne hæc oportuit pati Christū, quæ scilicet illum pati vidistis, pro redemptione generis humani, & sic per huiusmodi victoriam mortis redire in patriam suam? Hoc enim est redire in gloriam suam. Non putes autem si Chri

si Christum oportebat pati, eos propterea excusatos à peccato, q̄ domino passionem intulerunt. Neque enim redemptioni nostræ, cui necessarium fuit pati Christum, seruire cupiebant, sed suæ inuidiæ & furori satis facere. Eorum itaq; nequitiam sapientissima Dei prouidentia nobis conuertit in remedium. Vide autem hic cum dicitur oportere Christum pati, & sic intrare in gloriam suam, quid nobis expectandum est. An meliora habere cupiunt membra, quam caput? An mollius quiescent q̄ caput membra? Aut aliud nos expectabimus, quam de omnibus quidam pronunciat: Per multas tribulationes nos, oportet intrare in regnum cœlorum. Nō ergo, si regnum cupis introire cœlorum, aliud quam tribulationem te oportet expectare. Absit vt sine tribulatione sis. Hæc vita si cuius salutaris est, tribulatione nō caret. Qua si caret, salutaris non est. Id igitur eligere, id amplectere, quod Christus. Oportebat, inquit, Christum pati. Quare? Primo, ppter patris ordinationem. Calicem (propterea ait) quem dedit mihi pater nō vis vt bibā illū. Secundo, propter impletionem scripturæ. Quomodo ergo, inquit, implebuntur scripturæ? Tertio, propter suā exaltationem, de quo in præsentiarum dicit: Oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suā. Et apostolus ait: Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem. Propter quod exaltauit illum Deus. Quarto, ppter nostram eruditionem. Ideo à Petro apostolo dicitur: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Quinto, ppter nostram redemptionem. De hoc denuo Petrus dicit: Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed sanguine immaculati agni filij Dei. Sexto propter nostrā recōciliationē. De q̄ Paulus: Cū inimici essemus, recōciliati sumus per mortē filij eius. Septimo, propter inferni spoliationem & patrum ibi captiuorum liberationē. De hoc Zacharias loquit, dicēs: Tu vero in sanguine testamēti eduxisti vinc̄tos de lacu.

Et incipiēs a Mose, & omnibus prophetis interpretabatur illis in oibus scripturis, quæ de ipso erāt. Et appropinquauerunt castello quod ibant, & ipse se finxit longius ire.

Incipiēs Iesus à Mose, id est, à quinque libris Mose & oibus pphetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ erant de illo, hoc est, vbiq; in scriptura sacra, siue id fuisset in lege & in libris Mose, siue in prophetis aliqd erat de Christo scriptum, declarabat hoc in Iesu ita impletum. Quod tamen intelligēdum est de locis præcipuis, quæ euidenter monstrabant in Christo aliquid implēdum, quod modo in Iesu fuerat impletum. Et appropinquauerunt castello quod ibant, haud dubiū parū fatigati itinere, sed illuminationibus potius recreati diuinis, quæ per Christi eruditionem in eos irradiabant. Et ipse se finxit longius ire. Discipuli em̄ hi duo ibi voluerūt manere, dñs aut̄ speciem præferbat ituri ad locum adhuc magis distātem. Hoc em̄ erat eius fingere, significare scilicet se non mansurum in hoc loco per noctem. Quod nec fecit, nā postea sequitur: Euanuit ex oculis eorū. Finxit quoq; ad significandum qd̄ longe à cordibus eorū aberat, non ad decipiendum aut aliquid, quod non erat, persuadendum.

Et coegerūt eū, dicētes: Mane nobiscum, quoniam aduersa scit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum eis.

Coegerunt, inquit, eū haud dubiū suaui molestia atq; reuerentia pia illum rogādo, inuitando, & quasi precum addendo, grauamina (quibus honestū erat nō refragari) non vim inferendo. Coactio hæc nō displicet Christo, Quia potius adeo hæc illi fuit accepta, vt propterea finxisset, hoc est exhibuisse speciem longius ituri credatur, quo eos, quos iam colloquendo ad sui cognitionem aliquanto præparauerat, & propulso perfidei frigore calefecerat ad feruentiora desideria prouocaret. Ideo, inquam, finxit se longius ire, quia hoc verbum audire voluit: Mane nobiscum domine. Illos nanque per charitatis excitationem (qua se inuitabant ad capiendū Dei verbum reddere cupiebat aptiores, & ad sua verba attentiores, Voluit præterea hic nos dominus docere, quam studiosi esse debeamus operum pietatis hospitalitatis & charitatis in proximos Christianos. Siquidem pauperes & pegrini nō solum admittendi, sed nec tantum inuitandi

tandi, verum trahendi sunt etiam ad mensam & hospitium propter Christum. Et intrauit cū illis. Ibi mensam, vt Gregorius ait, ponūt, cibos offerunt, & eū quē in expositione scripturæ sacræ nō cognouerāt, in panis cognoscunt fractione. Eleemolyna enim interdum profundius illuminat, seu misericordiæ opus, quam lectio.

Et factum est, dū recumberet, cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum.

Multi fuerant, quæ detinebāt eos, ne Christum agnosceret, puta timor, stupor, luctus, recensq; memoria de Christi morte. Nec facile agnosceret, si q̄s in aliena specie, aut aliter vestitus, q̄ sciretur mortuus, rediret. Hoc em̄ nemo suspicat, nec sperat quod redeat. Volunt tamen alioqui (vt Augustinus) à satana oculos discipulorū detentos, ne Christum inter tot eruditionis verba cognoscerent, idque illis ex defectu fidei accedisse, donec Christo simul recumbente morem, quem in eo sæpe olim viderant, assuetum cernerent, puta, quæ benedicebat panem, frangebat & porrigebat. Volunt etiam deuoti quidam hunc fuisse Christo morem, vt panem frangeret nullis decidentibus micis, non aliter atq; cultro quis illum scidisset. Hunc igitur morem illi solitum cum vidissent, aperti sunt oculi eorum, id est, quem videbant, ceperunt agnoscere. Sunt qui hæc verba quæ de fractione, benedictione, & porrectione panis narrantur, intelligunt de pane illo, sancto, id est, de eucharistia, cuius perceptio fuerint discipuli perfecte illuminati. Vtunturq; hoc loco in Neochristianos q̄ sub vtraq; specie contra ritū Ecclesiæ putāt corporis & sanguinis sacramentū laicis dādum, quandoq; dem hic sub vna tantū specie discipulis dedit illis panem, non solum sanctificationem, sed ipsam quoque sanctificationem. Siquidem de calice hic nihil dicitur. Nam mox vbi illi acceperūt de eius manu panem hūc cōsecratū, apti sunt oculi eorū, & illū ceperunt agnoscere. Agnitus vero mox euanuit ex oculis eorū.

Et dixerunt adinuicem: Nonne

cor nostrum ardens erat in nobis, de Iesu dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes: Quia surrexit dominus vere, & apparuit Simoni.

In seipos reuersi discipuli dicebāt: Nōne cor nostrum ardēs erat in nobis in via? quasi dicerent: Merito debuissimus illum agnouisse, qui suis verbis nos erudiens, tā insolito corda nostra feruore calefecit. Et surgentes eadem hora regressi sunt ad Hierusalem. Lætitia em̄ erāt pleni & dicere poterant: Dies hæc boni est nunciij. Si tacuerimus, sceleris arguemur. Ideo curarūt mox ad alios apostolos reuerti, & quæ acciderant, nunciare. Et surgentes eadem hora nondum peracta cœna, nec instantis noctis crepusculum horrentes, regressi sunt Hierusalem. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes, quoniam surrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Quasi dicant: Non vt putauimus, deliramenta sunt mulierum, quæ dicunt Christum viuere, sed vere surrexit, apparuitque Simoni.

Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quō eum cognouerunt in fractione panis.

Propterea hi duo discipuli festinauerunt redire Hierosolymam, quo Apostolis læta nunciarent. Verum, interim quod paululū abfuerant, lætiora illis quoq; euenērūt. Quare, vbi ad apostolos venerūt, lætitia duplicat tantis gaudiorum nouitatibus. Post grauē aut̄ illā tristitiā, quam sustinuerunt discipuli ex morte & passione domini his diebus, suauior hæc erat illis gaudiorum nouitas, qua eos Christus voluit reficere: vt quomodo tristitia illis venerat super tristitiam, ita lætitiā nunc super lætitiā acciperent. Secundum enim multitudinem dolorū in cordibus eorū, cōsolatiōes diuinæ lætificauerūt aās eorū.

Præstet nobis omnipotens Deus, vt huius quoq; sanctæ lætitiæ participes efficiamur. Sentiamus quoq; Christū vere resurrexisse, in nobis præstante eodem dño nostro.

Pati cur oportuit Christum sic & nos

Asto. 14

Pati quare oportuit Christum Ioan. 13

Phil. 2

1. Pet. 2

1. Pet. 1

Rom. 8

Zach. 9

Gregori.

H

Augustin.

1. Reg. 1

Psal. 93

stro, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM feria secunda. Peregrini conditiones cuiusmodi sint nobis imitabiles: & quid amor faciat.

K On habemus hic manentē ciuitatē, sed futuram inquirimus, Hebræ. XIII. Certum est nos omnes hic esse aduenas & peregrinos, vt Petrus ait Apostolus, super terram, quare hic non vt in patria, sed in exilio viuimus. Aliter autem longe viuendū est peregrino & exuli, aliter ciui. Qui enim peregrinus est, viatorem se agnoscit, nec diutinam se vno in loco habere mansionem sed locum videre illi conceditur & transire. Quo circa bene dixit Paulus, vt ab amore nos vitæ abduceret præsentis: Non habemus hic manentem ciuitatem, quam scilicet diligamus, aut credamus diu inhabitare, sed futuram inquirimus. Quasi volens dicere: Non est nobis cogitandum quomodo in hac vita sit nobis bene, nec ita prospiciamus nobis, quasi semper victuris, sed de patria nostra: de ciuitate quam perpetuo inhabitabimus, cogitemus, ad illam aspiremus, ad illam tendamus, ad illamque continue ambulemus. Hoc vt nobis Christus quoque commendaret, in specie apparuit peregrini. Peregrinus non paucas habet conditiones nobis imitabiles. Prima est, quod cogitat scitque in quouis loco non diu mansurum se, ideo non diu quiescit, præterquam vbi manere eum oportet, hoc est, in patria sua, aut vbi in loco habitat quasi in patria sua. Si bene illi est in via, minus inde exultat, propterea quod hoc gaudiū scit secū diu perseuerare non posse, & quod transibit inde. Si vero triste quod illi occurrerit, minus grauatur, sciens id fore quod tolerat, breue & transitorium, quod mox euadat. Hoc modo omnes nos conuenit esse peregrinos, qui ab amore huius vitæ præsentis ab omnique gaudio caduco & terreno esse debemus alieni, non vt nihil mundani gaudiū vnquam sentiamus, sed vt nihil his confidamus, nihil nos implicemus, nihil inde consolemur, nihilque ibi quiescamus, scientes quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas, nihilque est quod fixum stabileve permaneat sub sole. Filius igitur

hominum, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Queritis quæ vobiscum non perseuerant, quæ coram Deo vos excusare non possunt, quæ iuuare nequeunt, quæ postremo vos quoque fallunt & decipiunt. Secundo, nihil grauitus nos contristet, memores quod leue & momentaneum est pondus tribulationis nostræ, quod hic sustinemus, si cōpateremur ad futuram gloriā æternitatis. Quicquid enim nos hic torquet, etsi diuturnū sit, propterea quod nulla tribulatio non affligat & diuturna non videatur, perpetuum tamen nihil hic est, sed finitur omnis terrena calamitas hincque vt felicitas. Hæc igitur peregrini conditio nos hic tam instruit quam consolatur, quod peregrinatio nostra perpetua non est, nec diuturna super terrā. Quid igitur bona pereuntia multo labore querimus, quæ diu non possidebimus? Aut quomodo lætabimur super re aliqua, cum qua diu non versabimur, cum quæ ad momentum quidem vt moremur, securi sumus? Recordemur diuitis illius, qui inopia rerum abundantia horrea dilatauit, & consolans seipsum, dicebat: Epulare anima mea & gaude, quia in multos annos bona habes reposita. Sed quid illi dixit Deus? Nempe, Stulte hac nocte à te repetent animam tuam, & ea quæ congregasti, cuius erunt? Vides, quia super diuitijs exaltauit, quibus frui diu non potuit? Nonne satius se cogitasset peregrinū super terram, qui nihil in terrenis omnibus fideret, sed vbiunque ambulat, sciret eadem sua non esse, se cum illis manere non posse, nec illa vt secum asportet, sibi licere? Sunt alij qui gaudent ad organū & sonitū tympani, ducunt que in bonis dies suas, viuuntque hic vt semper victuri, vt pote ciues huius mundi, non peregrini. At cum se viuere putant, cum sibi salua omnia credunt (vt sequitur in puncto ad infernum descendunt. Imitemur igitur peregrinorum conditionem, vt in itinere ea quæ nobis occurrant, itueamur tantū, vidisse sufficiat, transeamus, nihil nos detineat aut remoretur, alioque nunquam ad patriam veniemus. Nihil etiā vos impediatur, sed aspera & dura penetremus. Secunda est peregrinorum ac viatorum conditio nihil secum sumere præterquam viaticum. Sciunt enim viatores se grauari ac premi, quicquid secum portare præter viaticum voluerint. Hoc modo non plura queramus, quam nobis ad sustentationem sit necessarium. Habentes enim alimenta & ea quibus tegimur, his contenti simus. Sed quis hæc mundo persuadebit? Thesaurizant, & ignorant cui congregabunt ea, omni quo viuunt tempore in angustijs, in tribulationibus, in metu, in tristitia, in inuidia, sese consumentes. Quid dicam de curis & afflictionibus animi? In mollibus lectis inquieti dormiunt, nocte diuque sollicitudinibus anguntur, discrutiantur cura filiorū, vt illos diuites efficiant, vt illos bene solliciti. Sic easdem miseras, quibus ipsi fatigantur, & calamitas infelicitates quasi hæreditatem quandam filijs reliquant. Quam feliciores sunt hi, qui paucis contenti peregrinos se agnoscunt super terram, nec onerari se consentiunt in itinere, quibus sufficit vt tantundem habeant, quo ad patriam perueniant. Tertia peregrinorum conditio est, quod si calumnia aut iniuria illis irrogatur, transeunt & contemnunt. Neque enim se apud illos, cum quibus vix ad horam manent, arbitratur se humiliatos. Nullas idcirco lites, nulla instituunt iurgia, sed eo velocius declinant, ad patriam festinantes. Sic tibi fili, qui non vis de hoc esse mundo, qui non manentem hic habere te putas ciuitatem, sed futuram inquiris, viuendum est, vt si tibi iniuria aut contumelia fiat, cogites te de hoc mundo non esse, nec conuenire tibi, vt iudicij tibi forum quæras inter alienos, vbi manere non potes. Nec vlcisci iniuriam quæras, nec contendere velis aut rixari, sed dissimulare & transire, memor te aduenam & peregrinū inter filios hominum. Interea enim quod peregrinus staret pugnans & litigans, aut forum iudicij quærens, interim ab itinere remoraretur, sic tu quoque a profectu impedis, si omnibus volueris respondere, omnia discutere, in omni loco te pugnare aut excusare. Quarto, circa ea quæ sibi occurrunt pulchra & amena, parum aduertit viator & peregrinus. Si pratum floridum, si fontes & riuos lympidos, si frondosum transferit nemus, si denique alia videt quæ illū delectant, non cupit ibi morari, aut quiescere, aut domum locare, nec manere, sed de patria sua cogitat, sollicitus ne ab illa deferatur, ne progeat suū desiderium, quo illam semper optat, ad illam aspirat, & quantum adhuc ab illa distet, quotidie emetitur. Hoc modo viator & peregrinus, dum huius vitæ oblectamenta

trāsit, non in his debet hærere, non ibi animum figere, sed vbi amena, aut ea quæ delectant, aut animum quæunt irretire, viderit, confestim ea derelinquat & prætereat, semper expendens meditando, quantum distet à patria, quid superauerit, & quid si bi adhuc imminet, quæ difficultates adhuc superandæ, donec perueniat, quo interim suspirat. In omnibus igitur quæ tibi occurrunt siue iucunda fuerint, siue aduersa, te ipsum consolare, te ipsum excita, te ipsum frange & cohibe, te ipsum cõtine, vt ad quæcunque effraenis petulansque appetitus tuus se conuertere voluerit, cum Dauide dicas: Advena ego hic sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Itemque cum Apostolo: Non hic habeo manentē ciuitatē. Et: Nihil in hunc mundū intuli, nihil inde exportaturus. Omnia mihi hic aliena & accōmodata tantum sunt. Hæc de mundo sunt, ego non sum de mudo. Cur igitur propter hæc velim turbari, pacem meam amittere, digladiari, liuorem & virulentum in corde vulnus accipere? Transeant quæ volūt, & ego illa transeam. Christus mihi viuere est & mori lucrum. Dixi ergo in principio: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Sed quæ, inquit, est hæc ciuitas, quæ futuram inquirimus? Hæc profecto est, quam Ioannes vidit sanctam descendentem de cælo, à Deo paratam, & sicut sponsam ornatam viro suo. In qua absterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor erit ultra. Hæc est illa ciuitas, quæ habet claritatem Dei, & lumen eius simile lapidi pretioso, tanquam lapidi laspidis, sicut crystallum, quam habere Ioannes vidit murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis angelos duodecim, cuius erat structura muri ex lapide laspide: ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. Et fundamentum muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Et duodecim portæ ciuitatis duodecim sunt margaritæ. Singulæ enim portæ ex singulis erant margaritis, & platea ciuitatis aurū mundū tanquam vitrum perlucidum. Et ciuitas hæc non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminauit eam. Non intrabit in eam aliquid coingnatum, aut abominationē faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Hanc itaque ciuitatē inquirimus.

K
I. Pet. 2
Peregrini nostri mores qui Hebræis

Lucæ 24
Peregrinorum conditiones.

Eccle. 1. 2

1. Tim. 6
Psalm. 8

Heb. 13

Ioan. 8
Heb. 13

Ioan. 8

Psalm. 8

1. Cor. 1

Luc. 11

Tob. 11
Ibidem

Psalm. 38

Heb. 13
1. Tim. 6

Ioan. 8. 17

N
Phil. 1
Heb. 13

Apoc. 21

Esaiæ 26

Apoc. 21

Heb. 13

O Verum non ignorare nos hic oportet, quod via quae ducit ad hanc ciuitatem, est arcta & angusta, paucisq; adamata. Hanc tñ quotq; saluati sunt, oēs ambulauerunt. Ideo aut est arcta & à paucis frequenta, quia sita est in mortificatione priorū desideriorū, in abnegatione sui, in humilitate, in patiētia, & in paupertate voluntaria, quae omnia habent laborem & difficultatem, quae nemo amat. Virtutē certe nemo est qui nō amet, at nō ita amāt oēs virtutis exercitiū, & p virtutis assecutione laborem ac pugna. Est alia via spaciosior, amēnior & iucūdiior, sed hae nō ad ciuitatē hanc ducit, sed admiseram quādā captiuitatē. Hae est via propriā voluntatis & priuati amoris, quae cultores habet multos, sed stipendia mala. Ducit enim, teste veritate, ad pditionē. Porro arcta via & angusta ducit ad regnū cœlorū. Dicit q: Quid est qd huius arctae & felicitis viae possit tēperare labore? Dicendū, nihil magis potest efficere, vt qd aliq foret in hac via labor, pœna, difficultas & molestia, iā neq; sit labor, neq; aliud aliq, sed desiderium iucunditatis & amor. Hic em̄ omnia dura, oīa aspera, tolerabilia, suauia & propemodum desiderata facit amor. Quid em̄ quāso non facit amor se mutuo amantiū? Quid amor facit gloriā aut potestatis? Quid non subire suadet? Quid aliq intolabile nō facit suauē? An amor Dei non potest, quod amor potest mūdī? Nōne videmus multos, q hominem præsertim alterius sexus amant, nullo labore, non æstu, non grādine, nō metu, sed nec minis arceri posse, nulla difficultate vinci, cū velint amore potiri optato? Nonne magis est potēs Deus, suauis & bonus, q trahat, sapienterq; iuxta seculi iudicium dementet amantes se? Est ergo amor solus q ea quae difficilima & ppe impossibilia sunt, facit tolerabilia & suauia. Hoc videmus in sanctis martyribus. Quid enim non sustinuerunt p eo, quē toto corde suauiter amauerunt? Quis horū conquestus est de pœna? Nonne prouocauerūt etiā ad cruciatu sibi inferendos tortores? Videamus antiquorū eremitarum priscorum que monachorum feruorem. Quis eos docuit tanta austeritate ieiunare non solum à delitijs, sed à necessarijs quoq; abstinere, penuriam & contemptum pati, nisi amor Christi? Verū dicit quis, vt audio maxime necessarius est mihi amor Christi q.

modo alia q; quae ex amore fieri debent suauia, sunt necessaria. At ego oībus careo. Quis hunc dabit amorem vehementem, q alia facit omnia leuia? Quō amorem Dei hunc assequar? Dicendum: Omnīū priorū est hae quærimonia, & amantiū & non amantiū: hoc est, Dei amorem sentiētiū, & non sentiētiū. His enim q amorē Dei in se aduertunt, videtur (atq; id iuste) quod Deum tepide nimis ament, & qd de sancto Dei amore sibi (vt reuera est) desit nīmīū. Sunt etiā qui Dei habent, sed non sentiūt amorem. Opera enim & studia eorū indicant eos absq; Dei non esse amore. Cōque runtur tamen & plangūt vehementer, qd insipida sint illis ea potissimum, quae maxime opere cū feruore & deuotione perficere desiderant. Verū, vt quæstioni satisfaciam: Pro amore o filij habendo, necessaria vobis est bona voluntas. Orate Deum vt hūc vobis ad suā gloriā infundat. Interim siue amorē senseritis, siue nō senseritis, caute omne pctm̄. Quicquid noueritis Deo displicere, hoc nunq; veniat in consensum vestrum. Nunq; velitis admittere, nunquā etiā negligere, qd qd phibuerit, aut qd voluerit ille. Hoc vnum studiū sit vobis contīnuū, nolle scilicet agere, quae Deo displicēt nolletq; omittere, quae placent. Quod si p subreptionem aut quocunq; alio in vos modo intrauerit delictū, illud cū dolore ac fletu cordis delete, expurgate, corrigite, & deinceps caute. Hae faciendo filij, non solum obtinebitis, sed habetis (credite mihi) Dei amorem: quia id nequaquā possetis, nisi Dei amor sanctus hoc operaret in vobis. Neque enim oportet vt sentiatis amorem sed vt habeatis. Nec amor est, sed feruor est amoris seu amoris incendiū quod sentitis. Sentire autem (vt dixi) non semp est necessarium, sed habere. Quod nobis omnibus largiatur Iesus Christus in æternum benedictus Amen.

SERMO I. IN EADEM

solennitate. **Vulnera quinq; cur Christus seruauerit, & cuiusmodi deuotionis exercitio sint honoranda**

Videte



Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Lu. XXIII. Christus Iesus dñs noster fratres charissimi, resurgēs quinq; vulnera (qbus sumus redēpti) gloriosa in suo corpore seruauit. In oībus operibus saluatoris, nostri, in singulis eius beneficijs nihil tā elucet, q̄ immēsa ipsius ad nos charitas. Eius natiuitas, eius pdicatio, eius passio, eius deniq; hodierna resurrectio qd clamat aliud, qd monēt, q̄ vt attēdamus, quāti nos fecerit ipse, quantum nos dilexerit? Quid em̄ attinet, vt resurgens, quinq; vulnera, videlicet signa clauorū ac lancee suo in corpore retinuerit adeo manifesta, vt videri, adeo profunda, ac magna, vt immisissis digitis poterant tangi, quam vt suā in nos charitatem nobis hoc modo prädicaret? Atqui quod olim verbis per Esaiam, nunc vulneribus proprijs ad quemlibet nostrū clamat. Nunc quid mulier potest obliuisci infantē suum, vt non misereatur filio vteri sui? Est illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. In manibus meis descripte. Ecce in manibus, ecce in pedibus, ecce in corde quoque redemptoris nostri scripti sumus, ne vnquam nostri apud Deum memoriam putemus abolitam. Ingens prorsus fiducia hic nobis donata est, vt nequeat nos obliuisci Christus: quandoquidem signa passionis, signa redemptionis, signa deniq; dilectionis suae membris suis inarata circumfert, oculis proprijs semper obijciens. Vnde prima hae causa putanda est, quare suo in corpore vulnera retinuerit, videlicet vt nulla nos vnquam obliuione à suae dilectionis memoria delendos significaret, tametsi alia quoq; causa sit, vt p dilecto patri suo pro reatibus nostris supplicando hae tanquam redemptionis nostrae precium pro nobis quotidie offerat, & ipsum patrem misericordiarum ac totius consolationis ad misericordiam erga nos inuitet. Est præterea tertia causa fortasse ceteris non inferior, vt facilius hoc modo suae nobis passionis memoriam persua deat imprimendam in terris, cuius signa circumfert ipse in gloria maiestatis. Et certe immodica foret ingratitude, acceptū non recolere beneficium, quādo is qui impendit, ne cesset benefacere. exhibet iam charitatis suae sibi retinet monumentum. Id circo apostolis, imo nobis omnibus. Videte, inquit, manus meas & pedes. Videte &

tanquam in libro vitæ legite, quid pro vobis fecerim, quid in exemplum vobis reliquerim. Videte volumen expansum noui testamenti, quinque vulnera tanquam libros quinque Mosi in se continens: quibus quid ego amoris vestrae fecerim, & quid mei amore vos deceat agere, legatis. Scrutemur igitur quid in his Christi vulneribus scriptum sit, vt quoties in crucifixi imagine hae quinq; Christi membra aut plagas osculamur, obiectū ibi aliqd reperiamus contemplandum, venerandum, imitandū, & oratione impetrandum. Itaque imaginemur, vt in quinque vulneribus Christi quinque singillatim virtutes nobis occurrant, membris eorundem vulnerū congruentes. Verbi gratia: Manifestum est omnibus per pedes in scriptura sacra plerūque significari solere hominis affectus. Vt etenim pedibus corpus, ita affectibus gradiatur animus. Eam ob rem in vulneribus pedum, Christi duas virtutes affectiuas ipsius meditemur, humilitatem videlicet & paupertatem. Quas propterea voco affectiuas, quia quatenus in affectu sunt, eatenus etiam & non aliter dicuntur virtutes. His duabus virtutibus mundum vniuersum Christus, & quicquid mundi ambitu extat vitiosum, calcavit: quae cū in omni vita sua, praeipue tamen in passione enitent. Quocirca ne à memoria, hoc est, ab imitandi studio virtutes hae nobis excidant, in pedibus (in quibus dixi significari affectus) Christi manserunt stigmata sacra, quae oculis nostris obiecta, etiam harum virtutū in Christo nos commonefaciant, simulq; ad imitationem inuitēt. Ad hunc modum in manibus Christi vulnera duo, duas etiam nobis virtutes alias significant, obedientiam scilicet & patiētiā. Quae propterea in manibus locū suum sortiuntur, quod per manus in scriptura operationes intelligimus. Porro in Christi passioe, tā obediētia q̄ patiētia eatenus dici possunt virtutes actiuae quatenus obediendo ac patiēdo Christus, & patris voluntatem, & nostri operatus est redemptionē. In lateris vulnere, quod est cordis, innuitur nobis quinta virtus, quae est Christi viscerosa charitas, quae oēs Christi actus, omnia verba, cuncta denique quae passus est, & ineffabili decore illustrauit & incredibili suauitate condiuit. Itaque in quinque Christi vulneribus Christi iam

Contemplanda q̄ nam sint in vulneribus christi

K

Pedes myrice quid significant

Virtutes affectiuas

Virtutes actiuas quae

manus myrice quid significant

Virtus cordis quae

v n̄ quin-

quinque legimus & veneramus virtutes, quae quomodo in Christi vita ac passione eminent singillatim explicabo paucis. Ne minem tamen mouere debet, si in festo resurrectionis de Christi loquimur passione, quando quidem victoribus etiam prophanis in triumpho recensentur aut concinuntur, quae ante gesserint, aut passi sint in praesentibus. Christus quoque resurgens hodie, vulnera sua gloriosa non ad tristitiam, sed ad gaudiam apostolis ostendit. Verum de hoc satis. Duas ante dixeram virtutes in Christi pedibus nobis significatas, quibus mundum omnem calcavit, non solum nihil gloriae, nihil diuitiarum ambiens, verum ex affectu etiam & desiderio contemptum & egestatem sustinens. Principio igitur de humilitate eius dicamus. Haec in nullo fuit homine profundior atque abiectionior, quam in Christo. Quippe qua conculcat & confutat omnem elationem humanam, ut vel sub humili Deo deinceps non altum sapiat homo, nec ultra apponat se magnificare super terram. Sed videamus nunc quam nihil gloriae, quam nihil honoris ambiuit super terram, dominus ipse rex gloriae. Volens incarnari, non diuites, non mundano stemmate insignem elegit matrem: sed pauperum, humilem, & iuxta seculi opinionem abiectionem. Iam nasciturus noluit ciuitatem magnam eligere, noluit amplum palatium, noluit nasci ubi seruentium & occurrentium famulorum aduolatrix adesset turba, noluit ubi hominum adesset frequentia, sed elegit tuguriolum, desertum, vile, & ubi nihil esset, quod non praeferebat abiectionem. Vitauit aurea, spreuit holoserica execratus est quaeque pompa: non admisit praeter parentes famulantium obsequia, vilibus inuolutus est panis, contemptibili praesepio honoratus. Adde iam, quod nec voluit nisi paucissimis & his vilibus, utpote pastoribus, idque solum pro sua natiuitatis testimonio, cognosci, noluit praedicari: voluit sui persecutionem fugere, non vicisci, voluit quasi impotens & imbecillis, non gloriosus haberi. Accedit, quod ignotus mundo atque inglorius triginta annis latuit. Ceterum, praedicans atque miracula faciens, quam honorari aut commendari noluit: quam neminem spreuit: quam familiaris poenitentibus, miseris atque egestibus fuit: Deinde obserua, opprobria, derisiones, contemptum

scribarum, & pharisaeorum dolos, in omni vita ac passione sua quam patienter sustinuit: Accusationes iniquas, & sui infamationes quam humiliter non excusauit: ad contumelias, ad conuitia quam innocens tacuit: Quid quod ad pedes piscatorum laudos diuina se maiestas inclinauit: Quid quod corpus suum virgineum laceratum & cruore perfusum, ante oculos hostium suorum passus est nudari: quod pudicissimis quibusque virginum saepenumero intolerabilius fuit. morte: Quid, quod deinde cum latrone comparari, latronem sibi ad vitam praeferrere, cum latronibus educi, inter latrones medius non dedignatur crucifigi: Nonne passionis locum ignominiosissimum, mortis genus turpissimum & (quod dixi) consortium despectissimum, conditiones mortis & moriendi modum abiectionis simum elegit? Non est species ei (inquit Esaias) neque decor. Et vidimus eum, & non erat ei aspectus. Et desiderauimus eum de spectum, & nouissimum virorum, virum doctorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectus, unde nec reputauimus eum. Itemque: Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo & humiliatum. Itaque nihil abiectionis, nihil vilitatis, nihil fuit ignominiae, quod impij humili Iesu (in quo diuina contemnebatur maiestas) non irrogarent: nihil inferre poterant eiusmodi, quod humilis Iesus non affectaret. Hanc Christi humilitatem quasi in primo vulnere pedis reconditam meditemur, hanc gestiamus imitari, hanc rogemus nobis infundi.

Hinc ad alteram virtutem quae est paupertas, accedamus. Cum domini Iesu iam humilitatem praedicaremus, dictum est, & plus dici posset, quantum abiectionis iuxta humanam ostensionem, eius habuit natiuitas. Inde liquet etiam, quanta eius fuerit paupertas. Defuit hospitium, defuit cunabulum: & quid ibi, bone Deus non defuit, ubi tenera virgo ac mater inter ignotos peregrina diuersorij exclusa, praesepio sub vilis tuguriolo seu stabulo iuxta praesepio bouum natum habens infantulum habitabat? Et quid, quod nemo ibi non modo quae ad commoditatem, sed quae ad necessitatem etiam maximam deerant, offerrebat: Rigebat gelida hyems, & frigore nox media stridebat, quando interim tenero regioque mox nato infantulo scenum sub ster-

Ioan. 4

Luc. 1

Esai. 5

Ibidem

M

Paupertas Iesu qmra.

L Humilitas Christi quanta. Rom. 11

Psal. 9

Psal. 13

Luc. 1

Luc. 2

Amabilis quantum fuerit puer Iesus

N math. 4

Luc. 6

math. 8 Luc. 9

Luc. 2 math. 26 marc. 15

math. 27

Ioan. 19 math. 26

Obedientia Iesu qmra. Ioan. 6

nitur, quia plumarum aut pellium ne mentio quidem praesepio inopia fuit. Iacebat in praesepio ante iumentorum ora: quae creatorum suum cognoscentes, spiritu suo, hoc est, anhelitu calido frigus ei temperabant. Et haec tum quidem, cum in propria terra, hoc est, cum in sua adhuc morabatur gente. Quid subinde paupertatis & inediae existimauimus passum cum subita persecutione agitur in exilium, desertur per desertum, degit inter alienos, parentibus tenuitatem victus manuum labore quaerentibus: Operabatur virgo nobilissima filo & acu, aut opere textrino, & paruulus Iesus, quod creditur, matris opera detulit vicinis, preciumque pie matri reportauit laboris. Et ut obiter haec dicam, Erat puellus amabilis nimium, & (ut habent sanctorum reuelationes) quicumque ei loquebatur, a deo non poterat eius aspectu & alloquio satiari, adeo non poterat abstrahi, ut etiam omnis aduersitatis interim aut meroris (si quibus premebatur) colloquens obliuisceretur. Vnde omnes cupiebant puero Iesu loqui, quia nemo non magno gaudio potiebatur, quisquis huius aspectu & moribus frui potuisset. Verum ad eius paupertatem reuertamur. In deserto XL. diebus ac noctibus moratus, ubi quaeso cubabat, ubi quiescebat? Pari modo in monte saepenumero orans pernoctabat: & quicquid si quando voluit fessum corpus dare, nonne in terram nudam (ut sancti scribunt) mēbra virginea colligebat? Nihil in mundo (cuius opifex erat ipse & gubernator) posidēs de elemosynis vivebat oblati. Quas ubi nemo obtulisset (quod docti quidam aiunt, vel tum maxime eidem vfu venisse, cum duodecim in templo Hierosolymis tri duo manebat) ostiatim mendicabat. Quid tandem in passione? Fugiunt discipuli, logetant ab eo noti, non cognoscunt amici: tandem etiam a patre derelinquitur, & solus ducitur inter hostium cuneos, omnibus destitutus. Nudatur vestibus, terra priuatur, hoc est, inter caelum & terram in aere suspenditur. Sitiens & clamans aequa guttam non habet, Crucifixo deest quo caput reclinet, alieno mortuus vitur sepulchro, & superstitem relinquit matrem pauperem sine proprio. Tertia virtus, est, obedientia, quam in vulnere manus eius reconditam comperimus. Descendi, inquit Christus, de caelo, non ut faciam volunta-

tem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et alibi dum esurienti cibum offerebant sui. Meus, inquit, cibus est, ut faciam voluntatem patris mei, qui misit me. Item in dura illa agonia oratio partis voluntati se subdidit offerens in mortem, & dicens: Pater, si non potest transire calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Ceterum, obedientia eius tanto perfectior emicat, quanto grauius duriusque fuit praesepio patris, quod subiuit. Nam iniquitates omnium nostrum posuit super eum pater, atque in eo puniuit, ut sub dura ipse lucret disciplina pro nobis, nos essemus in pace. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, & nos eius liuore sanati sumus. Sed nunquid soli obediuit patri? Nequaquam. Obediuit patri, obediuit legi, obediuit parentibus, obediuit sacerdotibus, obediuit ludaeis quoque & tortoribus. Et cui tandem citra vitium non obediuit? Cui vnquam suam ob voluntatem statuendam restitit? Itaque totus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quarta virtus, alterius videlicet manus, est patientia in aduersis. Nulla inuenta est mansuetior, nulla tranquillior patientia domini Iesu: tametsi Marcus illum referat duos & impios aliquando circumspexisse cum ira. Quae ira tamen ne putaretur liuoris aut impatientiae, sed charitatis, sequitur: Et contristatus est super illorum caecitate. Sic durissime interdum obiurgauit hypocritas, ambitiosos, auaros, & ceteris vitis inquinatos. Sic eiecit flagello homines quaestuosos de templo, veritatem synceritatemque zelans, non vitia (quibus nulla debetur patientia) palpans aut dissimulans. Vtrunque enim docuit, zelum videlicet & patientiam. Vtrunque suo & loco & tempore exhibuit. Nam dicebatur filius fabri, vorax & potator vini, amicus publicanorum. Samaritanus, dicebatur insanire, dicebatur ex Deo non esse, dicebatur daemone habere: nec tamen his, nec quibuscunque alijs derisionibus, contumelijs, iniurijs, persecutionibus, oblocutionibus (quas frequenter patiebatur) inuentus est vel leuis indignationis impatientiaeue indicia dedisse: Nunquam ne signo quidem acceptam visus est retaliare iniuriam. Passus est truculentos atque minaces hostium vultus, passus est impia & dura verba, passus est dira

Ioan. 4

math. 26 Marc. 14 Luc. 22

Esai. 53

Luc. 2

Phil. 2

Patientia Iesu qmra. Marc. 3

Mat. 7. 15. & 23 Luc. 6. 13 Marc. 12 Luc. 19

Ioan. 2

Mat. 13 Marc. 6 Marc. 11 Ioan. 8

Mat. 27

Mat. 27 Marc. 14 Luc. 22

1. Pet. 2

Esaiæ 53

P
charitas
Iesu q̄nta.

Psal. 119

Lucæ 23
Ioan. 10

ac crudelissima tormenta: neq; tamen quæ rula ab eo vox vlla auditur, neq; nisi vbi ratio cogeret, persequentibus aut calumniantibus respondet. Siquidem cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste, & sicut ovis ad occasionē ducitur, & sicut agnus coram tondente se obmutuit, nec aperuit os suū. Quinta virtus est charitas, hæc in vulnere cordis congruū fortitū est locū ardentissima latissima maximeq; profusa, maximeque puta ad ingratos, ad inimicos, ad omnes. Hæc illum de cælis traxit, hæc incarnari, hæc pati, hæc illum pro nobis mori coegit. Hæc ne tantillo quidem suo parceret corpori fecit: adeo vt etiam interiori semetipsum tristitia grauius affligeret, exterius passionibus occurreret, cuncta membra sua omnesque vires in supplicium vitro expendere, omnes sanguinis guttas profunderet, ne non copiosa esset ipsius pro nobis redemptio, & vt euidentissima sui erga nos esset amoris manifestatio, & vigorosa ad se nostri attractio. Ideo nihil eidē obstitit, quin totus efflueret pietate, totum se erogaret commiseratione, totum se impenderet charitate. Vnde cum in effabilibus in cruce doloribus & angustijs premeretur, & non aliud quam impias in se blasphemantium voces, improperantium que audiret insultus, nunquid in eo charitas tunc defecit? Haudquaquam. Et quomodo has vitus est iniurias? Obortis lachrymis pietate pariter ac compassione fluentibus, excæcatis & impios miseratus est: quos etiam excusans, oratione patri commendauit. Postremo, cuius nemo tolle-

re potuit animam, charitas ipsum quasi vitcit, atque in mortem pro nobis vt traderet, coegit: nec tñ mors charitatem extinguere potuit. Nā mortuus cur quæso lancea cor suum nobis aperiri voluit, nisi vt ostiū in se, intrandiq; nobis copiam faceret, charitatem qua cuncta p̄fecerat, nobis ostenderet, & liquoris id quod in se pauillū supererat pro nobis simul effunderet, & quā nihil nostri causa sibi seruare vellet, nobis insinuaret? Postremo, à morte resurgēs, qñ iam data est ei omnis potestas in cælo & in terra, quō putatis p̄det deicidas istos? Ite (inquit apostolis) in mundum vniserum ad vlciscendam iniuriam meā. Quō? Ite, prædicare Euangeliū omni creaturæ: q̄ crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Aqua se lauent lateris mei, & quem fuderūt, meo sanguine oibus sese expiēt p̄ctis. Age, age, sic loquat dñs meus. Talis virtio talem decet charitatē, quæ tam exuberans in te est dñe Iesu vt vestimēta q̄q; tua se attingentibus effundant pietatē. Hæc sunt charissimi fratres qnq; virtutes Christi meditandæ, & e quinque vulneribus eiusdem petendæ, nisi quis sex virtutes maluerit, quod non improbandum est, & vulneri cordis duas tribuat hac ratione per motus, quod cum e cæteris vulneribus sanguis & aqua, & ita in sanguine suę deuotioni præfigat feruentissimam Christi charitatem (de qua dictum est) in aqua vero candidissimam castissimamq; ipsius puritatem, quippe cum sit agnus sine macula, candor lucis æternæ, & splendor paternę gloriæ. Cui laus sit, honor & gloria & gratiarum actio sine fine, Amen.

Ioan. 10
cor Iuon
cur christi
stus p̄sidi
p̄mittit.

Matt. 18
Marc. 16

Ibidem

Puritas
christi q̄
modo i-
mitanda

Septim. 1
Hebr. 1

FERIA TERTIA POST SOLENNITATEM

paschæ epistola Actorum Apostolorum ex capite decimo tertio.

XXIII

matth. 27
marc. 15
matth. 23
Ioan. 19



IN diebus illis, Surgens Paulus, & manu silentium indicens ait: Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui em̄ habitant Hierusalē & principes eius, ignorātes Iesum & vocē prophetarū que p̄ omne sabbatum leguntur, iudicātes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato, vt interficerent

cerent eum. Cumq; consummassent omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitauit eum a mortuis die tertia. Qui vilus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hæc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Iesum Christum dominum nostrum.

Matth. 28
Marc. 16
Lucæ 24
Ioan. 20
Psal. 2

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A
Tirum 2



CHRIستي resurrectio admonet nos fratres charissimi, vt ab negantes impietatem & secularia desideria, id est, cūctis vitijs emorientes (Mors enim præcedat necesse est, ante quam liceat resurgere: sicut & Christus prius mortuus est, deinde resurrexit) sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, quæ est vita gratiæ, expectantes beatam spem futurę resurrectionis nostrę, & aduētum glorię magni Dei, qui reformabit corpora nostra configurata corpori claritatis suę, vt cū ipso semper viuamus in gloria, tanto beatiore, quanto nūc vitijs studiosius mortui fuerimus. Ergo vt digne celebremus resurrectionem seruatoris nostri, quanta possumus animi contentione ac pia mentis sedulitate in hæreamus Deo ac domino nostro, mundum despiciamus, peccatū excremur, & ad cælum nobis iam aditu referato, illic semper corde, cogitatione, affectu, amore versemur. Huc nos inuitat sancta mater Ecclesia, continuis hisce diebus quasdam lectiones recitans, vnde Christi resurrectionem discere queamus: simulq; nostrum deplorare exilium, & eo suspirare, quo caput nostrum præcessit. Hodie quidem ex Actis apostolicis eiusmodi nobis lectio proponitur. Paulus Apostolus cum esset Antiochiæ Pisidiæ, in Iudæorum synagoga inuitatus ab synagoga principibus, inter multa alia, etiam hac oratione vltus est ad populum Israel. Cum em̄ surrexisset, & manu silentium indixisset, tanquam attentos eos efficere cupiens, vt pote de rebus maximis dicturus, ita ait: Viri fratres, qui ex clarissimo patriarchæ Abrahami genere estis oriundi, quod vobis magno est decori & ornamento, si tamē non sitis degeneres, sed cuius filij estis, eius etiā sectatores esse conemini, & sicut ille Deum adeo timuit, vt

Act. 13

proprium filium occidere maluerit, si Deus promississet, quam non parere iussis illius, ita & vos Deum timeatis. Vobis em̄ diuino præditis timore, qui vnum verū Deum & colitis & timetis, verbum & annunciatio salutis huius, quæ per Christum nobis parta & aucta est, missa est, vt credatis in filium Dei olim patribus promissum, nunc vero etiā missum, & per fidem viuam in illius membra transeat, vniti corpori illius quod est Ecclesia, viuatisq; de spiritu illius, vt iam non timore seruili, quem incussit legis terror & seueritas, sed spiritu amoris, quē Euāgelij gratia p̄stat, ducamini, respiretisque in libertatem filiorum Dei, & Christi quidem cohæredes, Dei autem hæredes efficiamini. Quod quidem etiam illis qui Hierosolymis habitāt, annunciatum est, sed illi cum principibus suis excæcati, ac inuidia stimulatī, ignorant Iesum esse verum Messiam patribus promissum, quanquam quidam eorum fortasse id non ignorauerint, sed ex mera malitia ac inuidia se ignorare finxerint, nec etiam ob mentis cæcitate per spectā, habentes sensa vocum prophetarum, quibus Christum venturum annunciarunt, tametsi omni sabbato publice in synagogis ipsorum legantur, iudicantes inique, reum scilicet mortis esse vitæ auctorem, qui venerat mortis destruere imperium, & à mortis sententia absoluere genus humanum, impleuerunt oracula prophetarum, quibus subinde prædictum est passurum Christum, & per crucis supplicium de diabolo triumphaturum. Sed quæ tanta erat in Christo vitæ innocentia, puritas, cādor, iustitia, veritas, vt nullam in eo causam mortis reperire possent ad mendacia, & calumnias confugerunt: & tamē ne ipsi eū occidisse viderentur, petierunt a Pilato, vt interficeret eum, ipsi quidē animo

Gene. 22

Rom. 8
B

matth. 27
Marc. 15
Lucæ 23

Ioan. 18

& voluntate. Præses autē sententiæ prolatione, & milites eius manibus. Nō em̄ volēbāt ipsi interficere eum. Vnde dicebāt: No bis nō licet interficere quenq̄, vt scilicet apud homines essent innoxij, sed apud Deum tanto sceleratiores. Atq; hac de causa summa importunitate præsidem renitentem etiā cōpulerunt morti addicere eū, cuius vita erat innocētissima. Cūq; consummassent oīa, quæ de eo scripta erāt, occidissentq; summa crudelitate eū, qui ipsis specialiter à Deo patre missus erat saluator & liberator, q̄ maxima ipsis p̄stiterat bñficia, nec vllos subterfugerat labores, vt eos posset ad sui agnitionē & amorē traducere, viri quidā religiosi deponētes eū de ligno crucis, posuerūt in monumento, ecq; valde curiose & diligēter à pōtificibus ob signato, ne qd p̄ discipulos eius fieret, q̄ nouerāt p̄dixisse eum se à mortuis resurrecturū. Sed incassum p̄fidia laborauit. Deus em̄ suscitauit eū à mortuis tertia die, & visus est per dies multos, vt nulla om̄ino de illius resurrectione in eorū pectoribus hæreret ambiguitas, ihs qui simul cum eo regni cœlestis & Euangelij prædicationem exorso ascenderant à Galilæa in Hierusalem, q̄ vsq; nunc tanto constantiores, quāto certiores sunt testes resurrectionis eius ad plebē. Et nos autoritate Dei, missi à spiritu sancto, quem effudit in nos abūde, vobis annunciamus eam quæ de Messia venturo ad patres nostros facta est reppmissio, quoniam hanc Deus verax & iustus adimpleuit filijs vestris: vt si quidem velitis, per Christum cum Deo possitis redire in gratiam, quem omnipotentī virtute sua excitauit à mortuis nunq̄ deinceps moriturū.

EXEGESIS EVANGELII

in eadem Solennitate, Lucæ XXIII.



Vis non gaudeat, quis nō exultet hac die, qua morte deuicta, diabolo in tartara religato gloriosus & immortalis surrexit Christus Iesus Deus & dominus noster: Nunc, vt ait Ecclesiæ lumen & doctor præcipuus Hieronymus, aromatis redolentibus cū sponsa & adolefcentulis, quæ currunt post eam, consper-

Hieron.

Cant. 1

gimus lectum & cubiculum mētis nostrę. Nunc introducit nos rex in cellaria sua: nūc surgit amica Maria: hyems abiit, pluuia recessit, flores visi sunt in terra nostra. Vox turturis audita est in terra nostra. Vineæ florētes dederūt odorē. Redijt sp̄sus de vmbra, sub q̄ dormit in meridie. Radix amara crucis euauit, flos vitę cum fructibus erupit: & qui iacuit in morte, surrexit in gloria. Sol post occasum oritur: aquilæ ad corpus cōgregant. Post sabbata tristitia, felix irradiat dies, quæ primatū in diebus tenet, luce prima in ea lucescēte, & dño cū triūpho in ea resurgēte, & dicēte: Hæc dies quā fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Sed quia amici absentis ac multū exoptati subitus & inopinatus aduētus maximam solet adferre lætitiā, & eius verba cupidifime audiuntur, nos q̄q; quid dñs noster rediuius fecerit, dixeritve auscultemus.

Cantic. 2

Psal. 11

Lucæ 24

Ioan. 10

Philip. 4

Esaiæ. 48

Iob. 10

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero & cōterriti, existimabant se spiritum videre.

Iam reuersi erant ex Emaus duo illi discipuli, quibus dominus in via apparuit, narrabatq; apostolis se vidisse dominum. Atque hæc illis commemorantibus, pius dñs qui libenter adest sui mentionem habentibus, subito stetit in medio discipulorū suorū, qui cōgregati erāt vno in loco, firmiter clausis ostijs ob metū ludæorū, & dixit eis: Pax vobis: tanq̄ diceret. Hactenus quidem humano generi pax integra nō fuit, manēte præuaricationis antiquę reatu, & Deo patre iuste hominibus irascente: sed nūc morte mea patris ira sopita, pax vobis, quæ exuperat omnem sensum, ad quam præuenturi estis, si dictis meis obtēperaueritis. Vobis, inquam, pax, q̄ discipuli mei estis, qui à mea voluntate non discordatis, qui amatis ea quæ ipse diligo, & odio habetis, quæ mihi displicent: non autem pax impijs, qui licet hic pace quadam & felicitate perfrui videantur, tamen præterquam quod etiamnum amarissimos conscientię stimulos patiuntur, etiam ignis æterni flāmas expectāt, quibus sine fine exurant, sempq; sint in locis tartareis, vbi nullus ordo, sed sēpiternus horror inhabitat. Itaq; pax vobis diligētibz meā. Nec timeatis quic

quicquam, tāquam visio hæc & apparitio sit vana aut fictitia, & cum fraude coniuncta: quia ego sum verus Deus, & homo verus, qui paulo ante in cruce mortuus sum, at nunc mea virtute viuus prodij e sepulchro. Sed quia humana infirmitas facile trepidat, vbi quid insolitum acciderit, quidam ex discipulis conturbati sunt ob rei nouitatem, quia videbāt corpus humanū clausis ad se ostijs ingressum, & cōterriti ad aspectum subito apparentis hominis, existimabant se spiritū videre. Non dum enim bene cognitās habebant dotes corporis gloriosi, quod ob sui subtilitatem etiam ferreos potest muros penetrare, nec quicquam illi ex rebus corporeis non peruium est. Verū pius dominus falsam hanc persuasionem cito dispellere volens e cordibus suorum, ait illis:

D

Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

Non est sane cur perturbemini, & cogitationibus æstuetis, tanquam spiritum videatis. En manus & pedes meos vobis offero, in quibus vestigia inflictorum vulnrum dum cernitis, & certa experientia exploratis, non potestis dubitare, quin ego ipse sim, magister & dominus vester, qui vobis ante mortem meam pollicitus sum me rediturum ad vos, & mea presentia vos exhilaraturum. Palpate quæso manibus, videte oculis, non solum carnis, sed etiam cordis, & credite me non spiritum, sed verum hominem esse, vera carne indutum. Spiritus autem carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quum hoc dixisset, quia forsan trepidabant, ac cunctantius ad ipsum tangendum mouebantur, ipse eis manus & pedes ostendit. Vbi sane, quod diuus Gregorius annotauit maximū exhibuit miraculum, quādo seipsum iam immortalem, tamen palpabilem præbuit. Non enim potest non esse corruptio ni obnoxium, quod contrectabile est: nec potest cōrectari, qd est incorruptibile. Fe-

Math. 26
Ioan. 16

Gregor.

cit aut hoc dñs, vt nos in fide resurrectionis eius simus certissimi. Et, vt D. Gregorius ait, miro & ineffabili modo corpus suum palpabile p̄buit, vt nos reformaret ad fidē: & incorruptibile demonstrauit, vt inuiteret ad p̄mium. Vel etiā palpabile simul ac incorruptibile exhibuit, vt ostēderet eiusdem se esse naturæ, cuius fuerat ante passionem, id est, carnem habere: & alterius gloriæ, id est, eadem carnem incorruptibilem esse. Quare autem dñs in manibus ac pedibus & latere vulnerum cicatrices seruare voluerit, quibus multę possint assignari rationes, inter illas tñ vna est nō minima, vt se vere surrexisse probaret. Altera, vt dū eas perpetim in cœlis beati contemplatur, inde maiori erga Christum amore & gratitudine inflammētur, certi illis vulneribus sua vulnera curata esse: Tertia, vt impij & ingrati ihs visis amplius confundātur. Nec quisq̄ dubitare debet, quin ex illis vulneribus maxima cœli ciuibz, imo & nobis ad huc in exilio degentibus bona proueniāt. Sunt enim velut apothecę quędā diuinorū munera: & beatus est, quisq; ea modo sedulo veneratur. Væ autē ter execrādis hominibus, qui illa non nisi sceleratissime iurando & blasphemādo cōmemorant, inde sibi maiora cumulantes supplicia, vnde posent facillime & veniā & gratiam impetrare. Quidā ad id vsque impietatis deuoluti sunt, vt pene ad tertiu qd q̄ verbū immaniter iurando adhibeant vulnera vel crucem Christi, aut aliqd eiusmodi, q̄s mixtē nō vobis à terra absorberi, aut igni cœlitus misso cōcremari: sicut qñq; nōnullis accidit.

Corp' suum cur Christus palpabile p̄buerit.

Cicatrice vulnerū cur Christus serua uerit.

Vulnera Christi vt sint apothecę munera diuinorum.

Iurare per vulnera Christi q̄nra sit impietas.

Adhuc aut illis non credētibz, & mirantibus p̄ gaudio, dixit: Habetis hic aliqd qd māduccetur? At illi obtulerūt ei parē piscis assī, & fauū mellis. Et cū māduccasset coram eis, sumēs reliquias, dedit eis.

Non facile fides accommodatur, vbi eiusmodi aliqd accidit, qd naturę vsus & cōsuetudinem excedit. Et tamē dum apostoli cunctantius assentiūtur, nos in fide redimur cōstantiores & cōfirmatiores. Iam quidē tot signis admoniti, ceperāt nō nihil credere, & tñ q̄a erat quiddam in rebus humanis inusitatum, vt quis sua virtute resurgeret, stupebāt quidem ad rei nouitatem, simulq; animis exultabant ob presentiam sui sal-

fui saluatoris. Sed vt omnis abscederet in credulitas, & quia iam visu & tactu didicerat veram esse Christi personam, quæ illis apparuit, etiam gustu idem probarêt, quæ fuit non vt nescius, sed humano more loquens cum hominibus, si quid escæ haberent. Oblatumque piscem assum & fauum mellis comedit coram eis, deditq; illis reliquias. Primum quidem hic maxima elucet Christi Iesu benignitas, humanitas, mansuetudo, humilitas, qua se vsque adeo ad eorum infirmitatem accomodauit, nihil prætermittens, quod putaret esse necessarium ad persuadendum eis suæ resurrectionis veritatē. Poterat indigne ferre tarditatem illorū, sed vt solent matres fouere paruulos suos, ita Christus etiam nū infirmos discipulorum animos summa lenitate ac ineffabili suauitate tractauit, donec perfecte crederent: in illis nimirum etiam nobis consulens, qui forsitan ad credendum induci non possemus, nisi tā multiplici argumento cōfirmati. O quanta est erga nos oīpotentis Dei charitas, quātopere nostrā optauit promouere salutē. Dulcissima est horū contēplatio, vbi dñs maiestatis cū rudibus & paupculis piscatoribus etiā post resurrectionē tam familiariter ac suauiter cōuersatur, intrās & exiens, edens & bibens cum illis. Non tamen putandus est eibus ille in eius transisse substantiā, sed diuina virtute consumptus. Nec vacat à mysterio, quod piscem assum & fauum mellis legitur comedit. Ipse est enim piscis assus igni ardentissimæ charitatis in crucis ardecoctus, secundum humanitatem: ipse etiam est fauus mellis secundum diuinitatē, cuius contēplatio longe suauissima est. Merito quidē & nos hisce duobus assidue vesci debemus, semp in mēte circūferendo Christū crucifixum, & operam dando, vt diuinę contemplationis gratiam adipisci, & adeptā in nobis augere possimus, donec videamus facie ad faciem Deum deorū in Sion. Propterea em̄ dñs discipulis suis reliquias dedit, vt & ipsi eodem cibo vesceretur. Nec quicq; sic confortat animā hominis, atq; hic cibus, id est, Christi patientis, & cū patre regnantis cōtemplatio: quorū altero ad perferenda mala præsentia, altero ad speranda & concupiscenda bona æterna accēdimur. Christus em̄ p nobis crucem & mortem patiens, nostrum exemplar est, cui cōformari debeamus: Christus cū

patre regnans nostrum præmiū est, quod suspiremus. Comedamus ergo semper assum piscem, imitantes vestigia saluatoris: comedamus etiam fauum mellis, gustātes quam suauis sit dominus.

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscū: Quoniam necesse est impleri om̄ia, quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas.

Prædixerat quidē discipulis suis se passurum & resurrecturum, sed illi nihil horū intellexerant. Itaq; nunc illis dicta sua in memoriam reducit, vt etiam hoc ipso magis ad credendum permouerentur, qd recognoscāt sibi hæc ante prædicta esse. Om̄ia eo spectant, vt indubitata fide credant dominum reuera à mortuis surrexisse, nobis que aditum ad cælos referasse, & spem resurgendi contulisse. Obserua hic, quanto studio conatus sit dominus discipulos de sua resurrectione certissimos efficere, vt & ipsi cæteris constantius & certius eam affirmare possent. Quod autē dicit, necesse fuisse impleri om̄ia, quæ de ipso scripta erāt in lege Mosi, & prophetis, & Psalmis, totū exprimit vetus Testamentum: vbi sub figuris & verborū inuolucris plurima tractantur de Christo, quæ nunquam poterunt intelligere, qui in Christum non crediderint. Christus enim est clavis David, qui aperit abdita scripturarum: quem qui ignorat, in scripturis haud aliter, q̄ in cimmerijs tenebris versatur. Nisi enim Christū intelligas, scriptura tibi prorsus muta & elinguis erit. Si autem Christum bene noris, in scripturæ amoenissimis pratis haud secus, q̄ in ipso paradiso versaberis. Christus enim est opus prophetarum, & omniū scriptorum diuinorum summa. Quem cum ignorent Ethnici, Iudæi, heretici, etsi scripturas legant, tamen non intelligūt, atq; ea re ex luce sibi cæcitatatis materiam sumūt. Deniq; dñs aperuit sensum discipulis suis, vt intelligerent scripturas. Ne mo ergo putet se vnquā posse abdita scripturæ sensa assequi, nisi dñs Iesus suo spiritu reuelet. Vis autem habere doctore spiritū Christi? Sis humilis & contritus spiritu, & timeas sermones Dei tui. Ita nimirum docet

docet te Esaias propheta. Si superbus es, si dissolutus & vanus, si temerarius & negligens, non te docebit spiritus Christi. Om̄ium causa errorum hæc est, versari in scripturis dissoluto, elato, impuro, ac vano corde. Custodit autem paruulos dominus, & reuelat secreta sua paruulis, non elatis. Ita etiam simplicibus & idiotis apostolis hodie scripturas patefecit: quia humiles erāt. Humilitas quiduis à Deo obtinet: Superbia semper manet inanis.

Esaiæ 66

Errorum omnium in scripturis quam causam sit. psalm. 114. Matth. 11. Lucæ 10

docet te Esaias propheta. Si superbus es, si dissolutus & vanus, si temerarius & negligens, non te docebit spiritus Christi. Om̄ium causa errorum hæc est, versari in scripturis dissoluto, elato, impuro, ac vano corde. Custodit autem paruulos dominus, & reuelat secreta sua paruulis, non elatis. Ita etiam simplicibus & idiotis apostolis hodie scripturas patefecit: quia humiles erāt. Humilitas quiduis à Deo obtinet: Superbia semper manet inanis.

Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christū pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

In ipso scripturæ exordio, discimus hominem quadam temeritate ac animi leuitate consensisse serpenti illi antiquo in diuinæ legis transgressionem: qua re tanta tum est in hominem conflata ira Dei, vt nulla salutis recuperandę spes reliqua foret, nisi ipse Deus homo fieret, & per seipsum pro nobis sibi satisfaceret. Quod quidem licet valde absonum & absurdum videretur, vt qui tātā ab homine accepisset iniuriam, ipse & eiusdem iniurię poenas lucret, tamē vnigenitus filius Dei maluit totam hominis causam in se recipere, & tanquam ipse peccasset, patris iram sustinere, quam hominem damnatum videre. Itaque mox ab illa hominis ruina, & deinceps per omnes ætates temporū prædixit se quicq; hominē futurum, & sua morte homini apud Deū patrem gratiæ locum impetraturū. Quod quia infallibilis ac certissima veritate prædictum erat, necesse erat impleri: quia non potest mentiri Deus; & nisi factum esset, homini non liceret ad vitam regredi, vnde corruerat. Ergo necesse erat Christum pati, non sua, sed nostra causa, & resurgere à mortuis tertia die, vt moriendo mortem nostram destrueret, & resurgendo nobis vitæ aditum referaret. Quod quantæ sit pietatis, quātæ misericordiæ argumētum, nullus neque humanus, neque angelicus potest intellectus assequi. Quid enim necesse erat Christum pati, nisi quia Deus omnipotens velut amore hominis ebrius

maluit homo fieri, & in seipso castigare quod homo deliquerat, quam hominem perditum relinquere? O duritiam cordis humani, quæ tanta bonitate non flectitur, tanta charitate non inflammatur. Oportebat Christum pati, ait dominus: imo vero non oportebat Christum innocentem, sed hominem reum pati: sed agnus innocens præuaricatoris Adæ, & causam, & poenam in se recepit, vt lupus abiret impunitus, ouis vapularet. Inter hæc nos cogitare debemus quid pro nobis ipsi pati & agere nos iure meritoque conueniat, quando talia pro nobis egit & pertulit, qui à nobis placari debuit, sed nō potuit, & tamen vt posset placari ab homine, homo fieri voluit, nihilominus manēs Deus, vt ex humanitate pateretur, ex diuinitate propitius fieret? Ne quis tamen in sola Christi satisfactione securus acquiescat, & ipse iam nihil sibi faciendum putet, subiicit dominus: Prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Non ergo sufficere sibi putet Christianus iam baptizatus & rationis compos, quod pro nobis Christus satisfecit, nisi & ipse se peccasse doleat, & vitam in melius commutare proponat. Si quis sermonem meum seruaerit, ait Christus apud Ioannem, non videbit mortem in æternum. Superuacanea, imo & perniciofa est fides in Christū, quæ non vult obedire mandatis Christi. Quid vocatis me domine, domine, ait idem, & non facitis quæ dico? Vbi autem quis se peccasse dolet, & baptismo Christi abluatur, is plane peccatorum remissionem consequitur: idq; apud omnes gentes.

SERMO SECVNDVS in eadem Solennitate. Paschalis solennitatis dignitas & prærogatiua: quibus quot modis congratulandum in ea: denique quas quotque dotes glorificationis Christus per resurrectionem induerit, nobisq; quandoq; ad fumen da reliquerit.

Hæc

F

Astor. 1

Piscis assus quō significet Christum gloriosū. Fauus mellis q̄ dicitur Chrs.

Psalm 83

Psalm. 114

Lucæ 10 Ioan. 16

Apoca. 5

G

Scopus & summa omnium prophetarum & scripturarum vbi sit Chrs.

Sensu scripturæ nā solo e lectore r̄ ferentur.

Gene. 3

Hebræo. 6

Christum pati cur fuerit necessarium.

H

Christus quod nobis satisfecit, nō sufficere ad salutem.

Ioan. 8

Matth. 7 Lucæ 6

XXV.



Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Psalmo CXVII. Charissimi fratres, quid est quod in presenti solennitate Paschæ, in omnibus Missis, & ad omnes Horas cantatur, & per octavas totas continuatur. Hæc est dies, quam fecit dominus, &c: quasi hunc solum diem fecerit dominus, quum tamē conditor sit omnium. Profecto aliquid singulare & principium est, qd de illis solis diebus ita canit: Hæc est dies quam fecit dominus, &c. Nō sunt igitur hæc verba intelligenda de die illa naturali, quæ solis motione crescit & decrefcit, incipit, & finitur, diuiditurq; in præfens & futurum (Omnes enim dies anni ratione suæ creationis secundum id qd sunt, eiusdē sunt dignitatis) sed cum diem nomino, hæc indubie intelligo, quæ signat impensū operis & beneficii claritatem: quæ sicut maior est hodie nobis exhibita, ita dies solennior celebranda. Cæteræ enim Christi festiuitates licet magnæ sint, nō tamen sunt nisi quædam præambula & dispositiones ad nostram redemptionē. Hęc autem solēnitas, id est, Christi resurrectio est cōsummatio nostræ saluationis, & causa nostræ glorificationis. Vnde non immerito hæc dies domini omnium festiuitatū obtinet principatum. Hinc est quod dicit sanctus Gregorius: Sicut in sacro eloquio sancta sanctorum, vel cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur, ita hæc præfens festiuitas dici potest solennitas solennitatum: quoniam omnium maior est quæ per anni circulū celebrantur. Hinc est quod sublimis doctor Augustinus dicit: Quomodo mater dñi Maria inter oēs mulieres principatum tenet, ita & inter cæteros dies hęc omnium dierum mater est. Hęc est dies quam illustrat nō solum ortus solis, qui iterum occidit, id est, huius visibilis luminis, sed quam decorat & lætificat ortus solis iustitiæ, id est, Christi, occasum nescientis, qui elucescit non de cælo, sed de inferno, de clauso sepulchro, vbi latuit per tres dies, sicut sol in nocte. Propterea exultemus & lætemur in ea. Et id bene quidem. Dignū enim est, vt qui doluimus vehementer in eius passiōe, gaudeamus ex animo in eius resurrectione. Iustum est, in quā, vt qui socij fuimus passionis dolendo, flendo, socij etiam simus resurrectionis eius, gaudentes & iubilando. Consequens namq; est, vt

Dies ista quā fecit dñs q̄ sit.

Paschalis solennitas quo spectet.

Gregor.

Paschæ solennitas vti sit omnium celeberrima. Augustin.

1. Cor. 1

qui nō cōmunicauit Christi passionibus, sed sicco corde ipsius passionem audiuit, aridoq; corde dies præcedētes celebrauit, quod non potest etiam particeps esse gaudij, & gloriæ resurrectionis. Quod vtiq; miserabile est, in illo scilicet die non gaudere, in illo die vacuum remanere à consolatione spirituali, in quo non solum homines, sed etiam omnia elementa gloriantur vt dicit Maximus in sermone. Quomodo dicit: In Christi resurrectione oia elementa gloriantur. Nā & solem ipsum arbitror in hac die solito clariorem, vt in eius resurrectione gaudeat, iucundioris lucis splendorem suscipiens, in cuius passione cōdoluit, & cuius mortem lugubri quadam caligine prosequutus est. Propterea gaudeamus & nos ac exultemus in domino totis cordis medullis. Debemus autē gaudere in Christo & cum Christo, non in cachinnis & leuitatibus, non in cibo delicato & potu. Nam qui ob hoc solū læti sunt hisce diebus, quia transiit ieiunium, tempus tristitiæ, & quod possunt iterum cibos delicatos habere, quisq; secundum statum suum, seculares scilicet carnes, &c. monachi oua, & lacticia cum cæteris lautioribus superfluis, illi profecto non faciunt festum Christo, sed suo ventri. Licitū est tamen seruis Dei in festis etiam lautius vivere ultra consuetum rigorem, vel propter labores maiores, vel etiam ob iucunditatem festi: tantum sit ibi intentio simplex, & vsus moderatus. Sunt tamen alij qui lætantur (vt scriptura dicit) quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: qui idcirco diebus istis gaudēt, quia tempus luctus & poenitentiae & confessionis transiit, & rediit tēpus vernale, dies festiui, læti & amœni, in quibus vacare possunt ad perficienda desideria sua, & rediit illis licentia peccandi ad annum. Illos non dico per Christi resurrectionem ab inferno liberatos, sed magis captiuatos: quia ex occasione huius festi, iterum sua peccata repetunt. Illis nō dico exultate, sed iterum flete: quia timere habent, ne superueniat illis, quod de quibusdā dicitur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Vobis autem charissimi dico gaudete, & iterum dico, gaudete. Sed dicitis: Propter quod debemus magis gaudere? Respondeo: Et si nō possum vobis enumerare singula quæ dant nobis materiam gaudendi, dicam tamen

Matth. 11 Marc. 11

B

Gaudēt quō sit huius diebus

Lautius paulo quid vescendū diebus solennibus.

Prover. 1

Quinob resurrectiōne Christi non debeat gaudere.

Iob. 11

Philip. 1

men

Christus cur ex sua glorificatione exultari mereri debeat.

men aliqua, propter quæ debemus gaudere, vel congaudere. Primo debemus exultare & lætari cum Christo. In quibus: In his, in quibus ipse exultauit. In quibus exultauit Christus: Quod hodie tam potenter & sapienter, tam victorioso & gloriose triumphauit cōtra mortem. Quod tantas passiones & dolores, quos ex immensa charitate pro nobis suscepit, superauit. Quod iniunctam sibi à patre obedientiam & à se sponte susceptam, scilicet opus redemptionis nostræ tam laudabiliter, tam perfecte, tamq; feliciter cōsummauit. Quantum putatis Christo gaudium fuisse, quod tam copiosum fructum de sua passione tam ex inferno, quam in mundo reportauit? Item, quod qui mortuus fuit cum magna ignominia secundum estimationem inimicorum suorum, iam cum ineffabili gloria resurrexit? Quod corpus suum, quod depositum mortale & vulneratum, resumpsit immortale, incorruptibile, impassibile, pulchrum & gloriosum? Quod resurrexit propria virtute in maiestate præfulgentis gloriæ, cum famulatu angelicæ militiæ, cū comitatu & multitudine sanctorum patrū? Secundo, debemus exultare propter sanctorum patrū liberationem ex limbo, qui iam à tempore creationis mundi vsq; ad illud tēpus sederant ibi captiui in carcere, exules & exclusi siue retardati à regno æternæ beatitudinis, ad quam fuerant creati. In quo apparet maxima iustitia Dei, qd illos tam prædilectos amicos suos, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, Ioannem Baptistā, quo surrexit maior nemo, & cæteros omnes, qui decesserant ab hac vita ante Christi mortem, quiq; quantum ad proprios defectus pertinet, erant purgati vel in hac vita, vel in purgatorio, tamen nō admittit intrare in regnum suum, nec ostēdit eis gloriam suæ beatitudinis, solū propter illum communem defectum naturæ vitiatæ, qd scilicet concepti erant de massa peccati, qd originale peccatum contraxerant hereditarie, de semine descendentes Adā. Si ergo illi antiqui venerandiq; patres tā diu à gloria propter aliorū peccata remorati sunt, quid fiet nobis de peccatis nostris proprijs? In dubie, si hic non fuerimus purgati, postea purgabimur absque misericordia, sineque propitiatione oportebit nos soluere exactius, quam ponderatur aurum, si tamen peccata sunt quæ possunt purgari, siue de-

C Patrum ex limbo liberationi quantum congruarum laudū sit.

Matth. 11

leri. Væ illis animabus, quas infernalis flamma cum peccatis eorum absorbet in æternum. Sed redeamus ad materiā, vnde paululum digressi sumus. Debemus ergo, vt dixi, congaudere illis sanctis patribus, qui cum tāto gemitu, crebris clamoribus, tam immensis desiderijs, & tanto tempore clamauerunt ad dominum, vt mitteret eis saluatorem: & iam tandem meruerunt accipere, quod petierunt. Nam postquam dominus & redemptor noster redemptionē humani generis in cruce per mortem cōsummauit, & cum iam valido clamore animā suam nobilissimam patri commēdauerat emisit spiritum inclinato capite: sicq; anima eius benedicta vnita deitate cum verbo descendit ad inferna, derelicto corpore in cruce deitati vnito. Notate hic bene, vt intelligatis. Ego dico, quod Christi anima fuit separata à corpore, & tamen vtrūque, scilicet corpus & anima, mansit vnitum diuinitati. In Christo namq; duplex fuit vnio: Vna scilicet corporis & animæ, per quam constituitur humana natura: & illa fuit soluta in morte: quia nihil aliud dicit mors, quā separationem animæ & corporis: & ideo per hoc triduum vere Christus non fuit homo, quia alias nō fuisset verē mortuus. Alia est vnio eorūdem, scilicet corporis & animæ cum verbo: & illa nunquam fuit soluta: quia verbū, id est, filius Dei, quod semel (secundum D. Ioannem Damascenum) assumpsit, nunquā dimisit: quia naturam humanam, quam assumpsit, quantum ad partes eius essentielles, nunquam dimisit, quia māsit cum anima & corpore: & idcirco semper mansit Christus. Christus in inferno, quia anima vnita cum verbo fuit in inferno. Eodem tempore Christus in sepulchro, quia corpus vnitū deitati iacuit in sepulchro. Nec tamen Christus diuisus est in duas personas: sed māsit vna hypostasis: quia corpus & anima licet essent diuisa inter se per mortem, tamen erant personali vnitate vnita cum verbo. Nec putandum est, qd quia corpus erat vnitum diuinitati, quod tunc ex illa viuebat in sepulchro (quia diuinitas non dabat vitam formaliter corpori, sed anima, quæ tunc aberat) idcirco corpus iacebat sine vita naturali. Descendit igitur anima Christi vnita verbo in deitate ad limbum patrum, vt impleretur quod promisit per Ezechielem prophetam, dicens:

Matth. 27 Marc. 15 Lucæ 23 Ioan. 19 Descensus Christi ad inferos quō quando accidit.

D Vnio duplex in Christo quæ fuerit.

Ioannes Damasc.

Hypostasis vna vt semper fuerit in Christo.

Ezech. 34

x Pene-

Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in domino. Vestrum est nunc charissimi cogitare, quomodo descenderit, cum quali gaudio, iubilatione, cantu & processione sanctorum angelorum circumuallatus, quomodo intrans dixerit: Pax vobis filiis & electis meis. Quomodo sancti patres præ gaudio, laetabili voce & genibus flexis clamauerint: Aduenisti redemptor mundi, aduenisti, quem desiderantes quotidie expectabamus: aduenisti quem nobis venturum lex annunciauerat & prophetæ. Aduenisti donans in carne viuis indulgentiam peccatorum, soluens defunctos & captiuos inferni. Tunc carcer ille tenebrosus factus est lucidus coruscante & illuminante illius diuina anima Christi. Tunc impletum est quod Esaias prædixit: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Tunc infernus conuersus est in paradysus: quia ubi Christus est, ibi est paradysus, sicut ubi Papa est, ibi dicitur esse Roma: Et sic verificatum est verbum, quod Christus dixerat latroni: Hodie mecum eris in paradiso, id est, in felicitate. Remansit autem Christus ibi per totum illud triduum cum magno gaudio sanctorum patrum, omnis enim tristitia eorum versa erat in letitiam: quia videbant animam Christi & essentiam diuinitatis eius (in qua omnis gloria paradisi cælestis consistit) usque post medium noctis dominicę resurrectionis: quia tunc euacuato & destructo inferno, eduxit omnes qui fuerant in lyngo. Et, sicut aliqui dicunt, ex singulari priuilegio sue presentie, & gloriosi triumpho eduxit etiam omnes qui fuerunt in purgatorio, vel saltem magnam partem (de damnatis vero neminem eripuit, nec secundum animam ad illos descendit) & sic venit ad sepulchrum, & anima reuiniuit sibi corpus depositum, quod iacebat in sepulchro sine corruptione, & sanguinem reassumens quem effuderat resurrexit, id est, corpus mortuum reuiuificauit, & sic processit gloriosus clauso sepulchro. Factusque est terræ motus magnus, qualis non fuit (ut creditur) ab initio mundi, ita ut excitarentur quoque custodes sepulchri, ut vellent nolent, viderent gloriam resurgentis, & contra voluntatem suam fierent testes resurrectionis.

In lyngo signam conigerint quoniam anima Christi aduenit.

Esaias 9

Lucæ 23 In lyngo quamdiu manserit Christus.

Christum spoliasse & lyngum & purgatorium.

Modum surgendi quem Christus seruauerit.

Matth. 28

Tertio debemus gaudere propter consolationem matris Christi & omnium mortuorum cordium, quæ sicut in passione Christi condoluerunt, sic in resurrectione eius exultauerunt. Nam postquam dominus resurrexit, primo apparuit sue benedictę matri ad consolandum eam, non solum quia mater sua erat (secundum diuum Ioannem Cassianum) sed quia plus diligebat, plus anxiosa in passione eius fuerat, & sola perfecte credebatur, sola ipsum indubitanter resurrecturum expectabat. Credendum est quoque quod sanctum Gabrielem & alios angelos præmisit ad virginem orantem, & cum ingenti suspirio & ardore desiderantem filij sui resurrectionem. Qui scilicet prope venientes angelica voce cantauerunt, Regina celi lætare, alleluia: quia quem meruisti portare, alleluia: resurrexit, sicut dixit, alleluia. Nam hæc antiphona primitus audita est cantari ab angelis tempore Paschali per beatum Gregorium. Nec credendum est, quod tunc primo angeli eam composuerunt vel cantauerunt, cum erat illud tempus diu post resurrectionem domini: sed antea cantatam beatę Marię, scilicet quando Christus resurrexit. Post hoc etiam Ecclesię reuelauerunt, & deinde Ecclesię frequenter inter Pascha & Pentecosten. Ad hunc igitur angelorum concetum, statim affuit dominus Iesus in claritate imensa, cum multis milibus sanctorum patrum salutans piissimam matrem suam, eam consolans: & statim recessit ab ea nubes omnis tristitię. O quæ poterit cogitare, cum quanta lætitia superfusa fuit benedicta virgo, videns filium suum in tanta gloria, cum tam nobili præda sanctorum, cum tam insigni victoria. O quæ dulcia verba fuerunt inter eos, scilicet filium & matrem. O quæ suauia oscula ipsa impressit sacris quinque vulneribus Iesu, quæ reseruauit in testimonium verę resurrectionis quod ipse idem effecit, qui affixus fuit cruci. Reseruauit etiam & reseruauit adhuc ad quotidie ostendendum patri pro peccatoribus, & placidam iram eius super eosdem. Cogitare poteris hic charissimi, quomodo sancti patres beatam Mariam contemplabantur & mirabantur in decore, in sapientia, in pudicitia, in humilitate eius & perfectione omnium virtutum: & gaudebant quod ex se genita esset talis virgo. Ideo non inconuenienter procedebant ante eam, dicentes illud Iu-

E Gaudere in hac solennitate ob gaudium Christi matris & sanctorum. Apparuit se Christi primo sue matri. Ioannes Cassianus.

Reginam celi lætare quoniam & angelis cantatum.

Gaudium virginis Marię ex resurrectione filij sui.

Vulnera cur Christus post resurrectionem ostendit.

Iudith. 13 Iudith: Benedixit te dominus in virtute tua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu filia à domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Quarto debemus exultare ratione nostri. Nam sicut per passionem Christi deletum est chirographum peccati, quo omnes obnoxij tenebamur ad mortem, & ablata sunt peccata nostra in sanguine agni Christi Iesu: sic per resurrectionem eius restituta est nobis beatitudo cælestis stabilis & æterna: quia per hæc accepimus spem nostrę similitur futurę resurrectionis & reformationis nostrę naturę ad inamissibilem perfectionem. Quomodo? Quia Christus est caput nostrum, & nos membra eius, scilicet per fidem. Necessesse est autem, ut sequamur caput si tamem membra eius sumus: quia caput non est sine membris. Hinc dicit Leo papa: Dubitandum non est de consortio glorię, sicut dubitandum non est de comunione naturę: nimirum quia sicut, Esaias testante, natus est nobis, id est, propter nos, & ad utilitatem nostram, ita est crucifixus nobis, nobis mortuus est, solennitate hodierna resuscitatus immortalis & gloriosus. Nos enim in Christo sumus crucifixi, nos in Christo sumus mortui & sepulti, nos in Christo die tertia resuscitati, iam in spe, & postea in re. Vnde dicit Apostolus: Qui suscitauit Iesum, à mortuis & nos cum Iesu suscitabit. Hinc est quod dicit S. Gregorius: Ex hac solennitate exemplum nobis datum est resurrectionis, spes cælestis patrię aperta est, & facta est præsumptibilis cælestis regni gloria: quia Christi resurrectio est causa efficiens & similitudo nostrę resurrectionis, iuxta illud Apostoli: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratum corpori claritatis sue. Sed quare noluit dominus differre suam resurrectionem usque ad nostram in fine mundi: Præter alias rationes ista est vna: videlicet, ut non deficeret in nobis spes resurrectionis nostrę: quia si Christum non resurrexisse sciremus, nec nos speraremus. Vñ ait Gregorius: Christus suo exemplo monstrauit in seipso, quod promissum nobis in premio: ut sicut ipsum fideles resurrexisse agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi premia resurrectionis sperarent. Sed quare nos non etiam resurgimus

F Gaudere in hac solennitate ob gaudium Christi matris & sanctorum. Apparuit se Christi primo sue matri. Ioannes Cassianus.

1. Cor. 7 Eph. 5 Collos. 1

Leo papa.

Esaias 9

Rom. 4

Gregorius

Philip. 4

G Resurrexerunt suam cur Christus non desitulerit usque ad vniuersalem. Gregor.

statim tertia die: Præter alias rationes dicendum, quod voluit dominus perfectam beatitudinem sanctorum, scilicet in corpore & anima non seorsum compleri, sed ut simul omnes eam expectarent, & qui nos antecesserunt non sine nobis consummarentur. Qui licet habeant in anima perfectam beatitudinem, tamem corpora eorum nobiscum sunt in spem & consolationem nostram: & ipsi orant pro nobis, ut cito compleatur numerus electorum, & ipsi recipiant duplicem stolam glorię nobiscum: quia, ut dixi, sciunt se tam diu oportere expectare, donec omnes electi sint parati: & tunc fiat vna communis reformatio omnium electorum, & commune gaudium, adeo quod vnusquisque non solum de sua, sed etiam equaliter de alterius glorificatione gaudebit. Sed dicit forte aliquis: Iam per passionem Christi consecuti sumus perfectam salutem, quid opus fuit nobis futura resurrectione, id est, beatitudine? Respondendum: Verum est, quia consecuti sumus perfectionem eius plenam liberationem & mutationem ab omni peccato quoad animam, sed non quoad corpus: quia corpus nostrum etiã ultra peccata habet defectus & grauamina, quæ ablata sunt perfecte in Christi resurrectione. Caro nostra fuerat nobiliter formata in paradiso, sed hanc nobilitatem & pulchritudinem amisit per peccatum. Reformata est autem modo per Christi resurrectionem longe perfectior, quam olim fuit in paradiso: quia si mansisset in statu innocentie, non fuisset mortua, fuisset tamen mortalis, id est, potuisset mori: fuisset inedia consumpta elementisque subiecta, id est, quod potuisset pati: idcirco per sui restaurationem & conseruationem indignisset cibo restauratio, loco temperato, & ligno vitę virtutis reformatio. Quæ omnia Deus prouiderat homini in paradiso, si sterisset. Sed non sic caro Christi in sua resurrectione glorificata est, cui nostra conformabitur, sicut iam dixi: quia hæc per doctes glorię facta est immortalis, id est, quod non potest mori, subtilis, agilis, clara, non indigens pro sua conseruatione loco neque cibo. Totus mundus ei paradysus est: & in quocumque elemento nec in inferno pati posset quicquam molestie. Assumpsit quidem Christus molestias nostras, & omnes penales defectus nostrę naturę, omnes languores & dolores carnis nostrę

Resurrectio nostra non fiat die tertia sicut Christus.

Resurrectio corporis quod ceteris ad beatitudinis glorię.

Carnis humanam de formatione vniuersalem Christi resurrectionem si reformatam.

Doctes quoniam Christus glorificatus assumptus.

Resurrectione sua quoniam mala Christi deposuerunt.

x ij sine pec-

line peccato, & quæ nos patimur ex peccato, & vere portauit viuendo & moriendo, sed iam deposuit omnes resurgendo.

H Natura hois corrupta qui bula ma lis subra ceat. Job. 17

Quadruplici autem onere graui premitur & laborat natura humana post lapsum primorum parentum. Primo est corruptibilis, passibilis & mortalis, continuo tendens ad non esse, adeo quod, sicut habetur in Iob, quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Secundo, natura seu potius corpus hominis est grossum & impeditibile, id est, impeditur, alio corpore, ita quod non potest penetrare ea quæ vult: angustiat quæque & premitur. Tertio corpus humanum est tardum & fatigabile: quia non potest esse ubi vult, & quando vult. Quarto, est obscurum & turpe, ita vt non solum ad protectionem à frigoribus sed etiam ad tegendam turpitudinem opus habet vestimento. Hos defectus quomodo Christus habuerit in passione, sicut credo sufficienter audistis & intellexistis. Sed hos omnes in sua resurrectione deposuit. Licet enim idem fuerit corpus ante passionem, in passione & post resurrectionem in Christo, eiusdem naturæ, eiusdemque substantiæ: fuit tamen alterius gloriæ post resurrectionem, maioribusque dotibus gloriæ adornatum. Habuit enim contra primum defectum impassibilitatem, quæ excludit omnem separationem animæ à corpore, omnem dolorem, omnem læsionem, quia fuit integrum ab omni corruptione, sanum ab omni dolore, quod in passione plenum fuit vulneribus à planta pedis vsque ad verticem capitis. Sed dicit quis: Ipse tamen habuit quinque vulnera post resurrectionem, sicut patet in sancto Thoma, cui ea tangenda exhibuit. Dicendum, quod sponte reseruauit illa quinque vulnera sine dolore, nec ex impotentia curandi, sed ad specialem gloriam, & propter singulares rationes, vt videlicet probaret se eundem resurrexisse qui passus fuerat & vulneratus. Idcirco etiam permisit Thomam dubitare, vt dubitans probaret, & probans manifestaret & testaretur resurrectionis veritatem propter nos, vt nos sciremus, quod surrexit vere, & non habuit corpus phantasticum, quod solummodo appareret. Plus enim contulit nobis dubitatio Thomæ, quam credulitas Mariæ Magdalene: quia per incredulitatem Thomæ plenius sumus

Impassibilis erat vt induerit Christus.

Ioan. 20

S. Thomæ cur Chrs pmiserit dubitare de sua resurrectione

Gregori

informati, quam per Mariæ Magdalene credulitatem. Dubitatum est ab illo, ne dubitaretur à nobis. Sunt tamen adhuc alie rationes, quare dominus quinque seruauerit vulnera, quas modo prætereo. Item, non indiget vterius cibo vel potu: quia licet Christus cum discipulis veraciter comederit, hoc fecit ex potentia, quia potuit comedere, sed non ex necessitate vel indigentia. Comedit tamen ad ostendendum veritatem sui corporis, & ad roborandum fidem: & ille cibus, quem assumpsit in corpore, iterum annihilatus fuit, sicut aqua consumitur in igne, vel sicut humor mox excicatur à sole. Mirum est, quod non miramur tantam charitatem Christi, qui ita studiose curauit, nec quicquam omisit quod prodesse nobis posset ad fidem & charitatem. Et quid ipse habet inde, si nos credimus, vel non credimus: si saluamur vel non saluamur: ipse vtique inde nihil fit melior vel minor: sed solum, quia diligit nos.

Secundo, corpus Christi habuit subtilitatem, quia nullius corporis soliditate potuit impediri: sed potuit, quæcumque voluit penetrare. Hoc patuit in eo quod clauso prodijt sepulchro, & ad discipulos ianuis clausis intrauit. Tertio, habuit agilitatem, qua eius corpus sic fuit habitatum, quod protinus potuit esse sine aliqua fatigatione, ubi voluit esse spiritus. Hoc ostendit Christus in eo quod discipulis in ipso die resurrectionis toties & in diuersis locis apparuit ubi voluit, & disparuit quando voluit. Quarto, habuit claritatem pulcherrimam & suauissimam, amoenissimamque coloris, lucentissimi splendoris, vincetis fulgorem omnem solis. Non tamen apparuit discipulis (secundum Augustinum) in tali claritate, quia non potuerunt corporeis oculis illam aspicere: sed in varijs figuris, sicut habetis in Euangelijs: vel saltem in pulchritudine proprii corporis occultando splendorem gloriæ. Beatæ tamen virginis, quæ fuit altioris perfectionis creditur apparuisse sicuti est. Ecce charissimi vnde gaudeamus: quia sicut Christus resurrexit, ita & nos resurgemus in ipso, iam in spe, & postea in re. Non volebat tamen, quod sola anima haberet remunerationem pro obedientia, quam habuit ad Deum, sed volebat etiam quod iste pauper asinus, id est, corpus nostrum haberet remunerationem pro obedientia, quam habuit ad animam, id est,

Cur Chrs post resurrectionem comedit.

I Subtilitatem quam Christus induerit, Marth. 28 Ioan. 20 Agilitatem quam Christus habuerit, Marth. 28 Marc. 16 Luc. 24 Ioan. 20, 21 Claritatem quam Christus assumpsit, Augustin.

Christus in quanta claritate & gloria matris sue apparuit. 1. Thel. 4.

Philip 4

Vita hanc que periculse hoies diligant.

Apoca. 22

id est, quod ieiunauit, vigilauit, orauit, laborauit, sicut fuit rectum ab anima. Hinc est quod dicit Apostolus: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ conformatum corpori claritatis suæ. Tunc si membra fuerimus Christi, cum anima & corpore recipiemus beatitudinem plenam: ad quam modo semper debemus tendere, & aspirare. Et mirum est, quod non habemus maius desiderium, & continuum fletum ad illam immortalem vitam. Sed causa est, quin ita diligimus hanc miseram transitoriam vitam. Quis est igitur, qui non spirituali gaudio exultet, qui cognoscens se translatum à morte ad vitam, & ad vitam immortalem, sempiternam, à miseris huius temporis ad perpetuam felicitatem, nisi qui nec dum intelligit, vel non appetit vitam illam beatam & immortalem? Ecce quantum diligimus vitam istam miseram, corruptibilem, incertam, miseris & curis plenam, periculis circumdatam, instabilem & aliquando finiendam. Ecce quomodo cupimus illam seruare, & nolumus illam perdere, quam tamē non possumus retinere. Quantacunque aduersa nobis eueniunt, adhuc volumus retinere vitam. Si ita diligimus viuere, quare non cogitamus, quare non laboramus, quare non tendimus ad illam vitam nunquam deficientem, ubi nulla miseria est, nulla aduersitas, nulla cura, nullus labor, nullus timor: ubi perpetua felicitas est, perpetua iucunditas, perpetua securitas. Ad hanc perueniunt sancti qui nos præcesserunt, & plenam habent beatitudinem in anima: sed in corpore expectant nos, vt fiat generale festum nostræ resurrectionis. Et tunc erit resurrectio, quæ nominatur in Apocalypsi secunda: quæ iam est prima resurrectio, scilicet à pecca-

to. Et beatus est (vt ibi habetur) qui partem habet in resurrectione prima: quia per primam venit ad secundam. Si voluerimus ergo peruenire ad secundam, oportet bit nos utique per illam viam incedere, quæ inceserunt qui ante nos fuerunt, quorum vitam quotidie audimus legi in exemplis, vt discamus viam. Sed heu quæ multi sunt, qui si possent hanc presentem vitam semper tenere, quantumlibet ærumnis plenam, essent bene contenti, & resignarent libenter futuræ vitæ. Hoc est, dimitterent Deo regnum suum, & ipsi tenerent mundum. Vnde hoc? Quia immeriti sunt in amore visibilium & temporalium, adeo quod non cogitant, vel desiderant, vel cognoscunt alia bona esse, quam illa in quibus modo delectantur: Vel, adeo sunt grauati in conscientia, quod plus habent timoris, quam spei ad illam futuram vitam. Vos autem charissimi fratres (vt alloquar vos verbis Apostoli) si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Quia ad hoc Christus resurrexit, ad hoc Pascha nostrum immolatus est Christus, vt epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis: vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Dei patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quod nobis omnibus latgiatur idem dominus noster Iesus Christus, qui cum Deo patre in unitate spiritus sancti viuit & regnat Deus per infinita secula, Amen.

K

Vita hanc cur gdam tanto peric diligant.

Collos. 3

Eph. 4

1. Cor. 5

Rom. 6

Sermonum de Festiuitatibus Sanctorum partis Hyemalis FINIS.

IN

IN FESTO SANCTI GEORGII GLORIOSISSIMI MILITIS ET martyris Christi, Lectio loco epistolæ ex Ecclesiastico capite decimo quarto & decimo quinto.



Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspeditionem Dei. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine æterno hæreditabit illum dominus Deus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.



Vita hæc plena sit tentationibus, atque in medijs laqueis tota hominis ætas transigatur, plurimaq; omni ex parte pericula immineant, multiq; tum inuisibiles, tum visibiles hostes pios quosque persequantur, vt eos à sui creatoris amore auertant & abstrahant, benignissimus Deus p nostri institutione, consolatione, confortatiõe, sacram nobis scripturam reliquit, in qua tanquam instructissimo armamentario varia nobis munimenta ac præsidia, itemque remedia voluit esse constituta ad uersus omnes quorumlibet inimicorum impugnationes, & contra mala oia. Quæcunque scripta sunt, ait Apostolus, ad nostram eruditionem scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spera habeamus. Quamobrem etiam in facris ædibus multa publice ex diuinis libris recitantur, vt dum identidem optimis scripturæ sententijs aures hominum imbuuntur, animis firmentur ad tolerandas vexationes impiorum. Quare factum non dubitamus, vt innumeri pro Christo sanguinem promptissima mentis deuotione profuderint, nec à Christo vlla ratione potuerint separari. Ita etiam in ferijs inuicti militis & infracti martyris Christi D. Georgij ex Ecclesiastico breuis quidem, sed memorabilis valde lectio depromitur, paucis verbis saluberrimas institutiones, & præclara promissa complectens: vnde & nos discere possumus, qbus armis munitus Christi martyr tormeta oia superarit, quibusq;

etiam nos comuniri debeamus, si velimus victores euadere. Ait ergo scriptura: Beatus vir, qui in sapientia morabitur, non quidem sapientia huius mundi, quam stultam fecit Deus, nec sapientia carnis, quæ mors est & inimica Deo, sed in ipso vnico filio Dei, qui est vera & æterna sapientia, qui propter nos homo fieri dignatus est, & vulneribus configi, vt habitarem in illis & absconderemur, sicut monet Esaias propheta: Ingredere, inquit, in petra (Petra autem erat Christus) & abscondere in fossa humo corporis eius. Propterea enim filius Dei voluit clavis & lancea transfigi, vt nos in illis vulneribus possumus tuto commorari, nec vllas formidare hostium insidias. Itaq; beatus vir, qui in sapientia, id est, Christo vulnerato comoratur, inenti suæ iugiter ac indelebiter habens impressa vulnera illius, quæ tanquam certissima sui erga nos amoris signa etiamnum retinet, fugitq; inde virtutem ac vigorem quendam & succum spiritalem, quo roboratus suauiter & modeste queat perpeti, quicquid molestiæ occurrerit. Beatus item qui posteaquam Christi vulnera sibi iugi cogitatione inculpsit, ad illius exemplum in iustitia meditabitur, sollicitus imitari vestigia domini sui, vt sicut ille pro nobis libentissime aduersa sustinuit, & virtutes perfectissime expressit, ita & ipse ob iustitiæ studium virtutum exercitationi totus deditus sit, & magno ac tranquillo animo quæuis dura & acerbata ferat. Atq; vt id melius præstare queat, pluri-

plurimum illi contulerit attendere semper presentem Deum, cuncta acutissime prospectantem. Quis enim sanæ mentis audeat iniquum aliquid admittere, si viuæ & vera fide cogitet se peccare in conspectu omnipotentis Dei, q nihil finet inultum abire? Beatus ergo, q sedula exercitatione sese assuefacit ad cogitandam semper diuinæ maiestatis presentiam & circumspeditionem, atq; in de fit sollicitus ad vitanda mala, & recte agendum. Neq; talis magna Dei mercede frustrabit. Cibabit enim illum reficietq; & confortabit pane vitæ, & verbo dei, q alitur ac vegetatur homo interior, ac renouatur de die in diem. Non enim ex solo pane viuunt homo, sed ex omni verbo, qd pcedit de ore Dei. Itemq; cibabit illum præstantissimo Eucharistiæ sacramento, qd est panis viuus q de cælo descendit, & dat vitam mundo: Pane etiã intellectus, vt ex sancti spiritus illustratione & vnctione cognoscat quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta, & scripturæ mysteria ac fidei sacramenta perspiciat. Denique aqua sapientiæ salutaris, nempe diuinæ contemplationis, quæ pertinet ad donum sapientiæ potabit illum, vt oculis cordis videat, & mentis palato feliciter degustet, quam suauis sit dominus. Quæ est vtiq; sapientia salutaris, q non inflat, vt illa Philosophorum sed facit mentem subditam Deo, & veram confert salutem, facitq; contemnere præsentia, & cælestia amare, sicut qdam ait: Gustato spiritu decipit omnis caro. Mundi autem sapientia sese ostentare cupit, atq; hominibus se venditat, suiq; gloriam spectat potius, quam Dei, vel salutem proximi. Porro sapientia salutaris hominem iustum, & ita vt dictum est, se gerentem inter oes rerum vnde cunq; accidentium euentus adeo firmabit, stabiliet, corroborabit, vt non possit facile vnquam flecti ad consensum iniquitatis: continebitq; illum, vt nihil eiusmodi in se admittat, vnde possit alicuius probri vel ignominie notam incurrere, vel apud homines confundi. Semper enim faciet eum meminisse Dei sui cuncta contemplantis, atq; eius amore & timore honeste se gerere, non apud hoies tantum, sed etiã priuatim ac in solitudine vt nec ipsi qdæ demones habeant, qd illi opprobare queant. Et apud proximos exaltabit illum, vt sicut ipse iam bene constitutus est animo, ita & alij profut, multosque Christo lucrifaciat. Solet e-

nim Deus eos qui iam multis possent virtutibus, interdum ad dignitates & functiones publicas pmouere, vt & cæteris luceat verbo & exemplo: atq; illis immortalè efficit memoriã tum in terris, tum in cælis, vt & hic celebres habeantur apud homines, quibus & verbo & scripto, & optima viuendi ratione prodesse curarunt: & sempiterna perfruantur gloria in cælis ob vitam cum pietate & iustitia sancte ac religiose transactã.

EXEGESIS EVANGELII huiusmodi Festi Ioan. XV.



In sermone illo, quæ dominus Iesus extremum habuit ad discipulos suos iamamq; pro nobis immeritum ppassurus mortis supplicium, multa extant ignitissimum spirantia amorem, & suauissimam plenam consolationis, adeo vt nemo dubitare queat, quin totus ille sermo, sicut domini vltimus fuit, ita & singularem quendam illius erga nos declaret benignitatem ac beneuolentiam, qua recessurus à nobis committere non potuit, quin cordis sui æstus nobis verbis flagrantissimis aperiret. Sermonem illum scripsit discipulus præ cæteris charior, vt pote qui in domini pectore recumbens in ccena postrema hauserat inde succum quædam diuinum, quo imbutus posset verba domini vere ignea igneo spiritu proferre. Ex eodem sermone depromptum est huius diei Euangelium, quod nunc elucidare instituimus.

Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem q fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.

Vitem se vocat dominus ob susceptam humanitatem. Nam alioqui non possent homines illius palmites dici, cum vitis & palmites sint eiusdem naturæ. Nos autem diuinæ naturæ non sumus: itaque vt Christi palmites esse possimus, factus est homo, atque eo ipso vitis vera, cui quisquis

Vitem cur se Christum vocet, nos que eius palmites sumus

x iij non in-

Iob. 24

B

Eccle. 15

1. Cor. 4
Deut. 8
Matt. 4
Lucæ 4
Ioan. 6

Roma. 12

Psal. 11

1. Pet. 1
Sapientia
salutaris
quæ sit.

Gregori

Roman. 15

Ioan. 15

1. cor. 11
coloss. 1
Rom. 8

non inhaerit, neque fructum potest adferre vllum, neque ad aliquid valet, nisi ut flammis tradatur. Ipse etiam est caput nostrum, nosque illius membra, si tamen spiritu illius vegetamur. Nam qui spiritum Christi non habet, hic non est eius, id est, non pertinet ad corpus illius mysticum, quod totum vivit de spiritu eius. Porro vitam veram se appellat Christus ut hoc ipso se fecernat ab illa infrugifera & degeneri vinea, cui per Hieremiam dominus dicit: Ego te plantaui vineam electam: quomodo ergo conversata es in prauam vineam alienam: quae est ecclesia impiorum, cuius caput est diabolus, qui est rex super omnes filios superbiae. Quod aut subiungit, Pater meus agricola est, facit more suo, humiliter utens similitudinibus, ut ubique humilitatem tanquam sibi gratissimam, diabolo maxime inuisam commendat. Quare aut patrem suum agricolam dicit, nisi quia sua gratia nobis praestat virtutem fructificandam: Sicut enim homo agricola fodiendo & stercoreando, itemque putando & excolendo facit quantum in ipso est, ut melius crescant vineae & arbores: ita Deus gratiam subministrando efficit ut homines bonorum operum fructus producant. Quia quisque destitutus est gratia, sine dubio nihil praestare potest. Quo fit, ut quantumuis multa quis bona agat opera, nunquam tamen quicquam sibi arrogare debeat, certus gratiae esse quicquid recte gesserit. Deinde adiicit. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum.

D

Quae nobis bene propendenda sunt. Quisquis credit in Christum, iam palmetus est, quia transit in Ecclesiae communionem. Sed nisi fide sua bonis operibus testetur, adferatque fructus sanctae cogitationum, piorum desideriorum, verborum ad fidei aedificationem facientium, & recte factorum, hoc est, nisi sit divina praeditus charitate, quae nunquam est otiosa, sed semper cupit & fitit exequi voluntatem Dei, ut illi placere possit, & potioribus affici gratiae donis, non potest non arescere. Vbi autem exaruit, iam nihil superest, nisi ut praescindatur: hoc est, ut totus gratiae succo destituatur. Quid est autem homo sine gratia Dei? Ergo operemur bonum ad omnes, & per bona opera certam faciamus vocationem nostram, ne sola fide contenti tanquam infrugiferi palmetus a vite amputemur. Omnem autem palmitem qui fert fructum purgat pater caelestis, ut fructum plus afferat. Adeo non vult Deus ut unquam a bonis

Hierem. 2

Iob. 41

Agricola
viti patre
caelestem
vocat
christus

Gregori

Gala. 6
1. Petr. 1

opibus cessemus, ut etiam palmetus fructuosos purget, ut sint magis frugiferi. Nam ipsi fructuosi palmetus saltem quibusdam paruis & quotidianis non caret vitibus, a quibus eos purgat Deus agricola variis eos affligendo temporariis malis & incommodis, itemque, permittendo ut demones & homines ipsos multis diuexent modis, quo sic ad purum ab omni labe excocti, fructum nedum vberiore, sed etiam Deo gratior ferant. Cum igitur recte vivimus, & tamen aduersa patimur, non feramus moleste, sed cogitemus pium patrem sordes quasdam in nobis conspiceret, a quibus nos mundare cupiat. Nunquam enim affligit nos Deus, nisi optima & amantissima voluntate. Alterum e duobus patris quibusque eligendum est, ut aut hic aequanimiter ferant manum Dei paterne castigantis & erudire cupientis, aut postea sentiant flagella iudicis inexorabilis, & seueri vindicantis.

Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. manete in me, & ego in vobis. Sicut palmetus non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.

Mundi erant Apostoli propter sermonem domini non tantum auditum, quod operi mancipatum. Obedierant enim sermonibus Christi: & propterea mundi erant a sordibus mortalium vitiorum, non tamen ab omni labe venaliu, a quibus necesse erat etiam ipsos adhuc purgari. Nemo hic se fallat, tanquam sufficiat audire verbum Dei. Non enim auditores legis, sed factores iustificabuntur. Atque ut in illa mundicia possent Apostoli perseverare, monet eos dominus, ut in ipso permanerent per fidem & charitatem, hoc est, ipsius voluntati morem gerant, seseque promittit in ipsis permanurum per gratiae suae communicationem, qua semper possint esse fructuosi, & a sordibus expurgari. Quid vero iucundius, quam manere in Christo, & in se Christum manentem habere? Quae mors, quae supplicia, quae calamitas illi pertimescenda, qui vitam in se habet indeficientem, unde omnia viuunt? Manemus autem in Christo bone agendo, & ipse in nobis manet gratiam bene agendi nobis impertiendo. Non enim nostris viribus benaezimur, sed illius gratia. Vnde etiam subiungit:

Sicut

Roma. 1
Iacob. 1

Manete
nos i christo
& ipse in
nobis quod

E

Sicut palmetus non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Palmetus praescisus a vite, non trahit humorem ex radice: ergo necesse est ut pereat. Ita etiam nisi per fidem & charitatem in Christo permaneamus, & gratiae illius influxus percipiamus, impossibile est, ut vltimos Deo placitos feramus bonorum operum fructus. Quicquid enim extra gratiam & charitatem fit, non est gratum Deo, qui non nisi sua opera coronat in nobis, nec tamen operatur in nobis sine nobis, sed nostrum quoque studium requirit. Erant nunc superbi, & sese iactitent tanquam aliquid egerint. Si quid boni fecere, non est ipsorum, sed gratiae. Quis autem nisi impudens laudem captare velit vel ausit ex re aliena? Nemo ergo se extollat, nemo sese animo efferat quantislibet sit virtutum meritis ornatus. Si enim Deus subtraxerit paulisper manum suam, omnium miserimus erit. Agnoscamus gratiam, & gratiae grati simus, ac nihilominus totis viribus gratiae cooperemur, ne in vacuum Dei gratiam recepisse videamur. Ita agendo & humiles erimus, & desidia ac negligentiae culpa carebimus.

Deus quod
in nobis
coronet

1. Cor. 6

Fructum
multum quod
nam adferant

Ego sum vitis & vos palmetus. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Et si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmetus, & arescet. Et colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Iam ante expositum est, quomodo Christus sit vitis, nos palmetus. Sed quod sequitur, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, ad commendationem charitatis & diuinae gratiae pertinet. Quisquis enim amando Deum manet in illo, habetque in se manentem Deum per gratiam illius, hic fert fructum multum bonorum operum, vel etiam internarum exercitiorum, quia charitas & gratia semper impellunt hominem ad exequenda omnia, quae sint grata Deo. Ergo qui fructum ferre nolu it, sed suis indulgent affectibus, atque huic mundo eiusque voluptatibus & vanitatibus dediti sunt, non manent in Christo, nec in ipsis Christus manet. Qui autem Christum in se manentem non habent, necesse est: a diabolo rectore possideant: qui nimirum non ad fructus faciendos, sed ad omnem

impietatem eos quos occupat adhortatur. Porro fructum facimus non ex nobis, sed quia Christus habitat in nobis, adiuuans infirmitatem nostram, sine cuius gratia certum est nos nihil posse facere. Ipse enim operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, ita ut ab ipso sit & bonae voluntatis studium, & operis boni executio. Merito ergo patris omnes, ne in suae naturae infirmitate relinquuntur, & caelestis auxilii destituuntur ope, nihil sibi arrogant, nihil sibi tribuunt, sed sunt humiles, & clamant cum Esaiam: Domine omnia opera nostra operatus es nobis. Ergo non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam: quia sine te nihil possumus boni facere. Arbitrium hominis ad perpetranda mala sufficit sibi: sed non item ad facienda bona. Si quis autem in me non manserit, ait dominus, id est, mihi per charitatis perseverantiam non inhaerit (non enim sufficit bonum inchoasse, nisi adsit ad perseverantiam) mittetur foras, id est, a membris meis auulsus, diabolo & membris eius sociabitur, atque a luce gratiae exclusus, in tenebras cordis, ac postea in tenebras tartarus proicietur, & arescit penitus, ut nullum unquam possit fructum facere. Hoc maxime terere debet haereticos, quod se ab Christi corpore abiungunt, & noua comminiscunt dogmata, cum tamen non sit nisi una fides & unum baptisma, & vnica Ecclesia, extra quam nulli est salus: a qua quisque recedit, non permanet in Christo, unde non potest non arescere. Quotidie autem a Christi gratia alieni arescunt, illos colligent angeli executores diuinae sententiae, & mittent in ignem tartareum, quod est mirum in modum intolerabilis, & multiplicem habet vim affligendi impios, adeo ut nulla mens humana id possit capere, atque inibi ardebunt infelices non ad horam, non ad diem, non ad annum, non ad centum annorum millia, sed absque villo fine. Quid his potest dici horribilius? O homo time Deum tuum, dum adhuc licet respicere, ne talibus poenis inuoluaris.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.

Si man.

Phil. 1

P

Esaiam 40
Psalm. 113

In haereticos
noue dogmatum
commentatores

Mat. 23. 11

I Si manseritis, inquit, in me per charitatem (Qui enim manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo) & verba mea in vobis manserint, ita ut ea re ipsa exequamini & sitis dictis meis audientes, quodcumque volueritis secundum Deum, petetis a me, & fiet vobis, si tamen sit vobis salutiferum. Non enim in omnibus exaudit Deus etiam charissimos amicos suos, ut est evidens de Apostolo, qui ter rogauit auferri a se angelum sathanæ, nec tamen obtinuit, sed in illis duntaxat, quæ sint illorum salutis accõmoda. Propterea etiam sanctus Iob dixit ad dominum: Clamo ad te & non exaudis me: sto, & non respicis me: mutatus es mihi in crudelem. Itaque nõ frãgamur aõ si nõ temp exaudiat Deus pces nostras. Ipse em nouit, qd expedit salutis nostræ. In hoc, inquit, clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis. Cedit em ad gloriam Dei, quicquid a pñs geritur, & in bona vita nostra Deus sæpe etiam ab infidelibus laudatur. Quamobrẽ alibi dominus monet: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et sicut ad laudem Dei cedit quicquid corã alijs pie & religiose agimus ob honorem & amorem illius, ita impba vita nostra maxima illũ cõtumelia afficit, efficitq; ut ppter ab Ethnicis & incredulis blasphemet sanctũ nomẽ illius. Atq; hodie sane dubium non est, quin vita Christianorũ longe sceleratissima apud infideles despectui sit & opprobrio, atq; Deus ipse illius causa impñssime cõtemnatur ac blasphemet. Sed q̃ dire hoc olim vindicaturus sit Deus, sentiet filij scelerati, qui pium patrem tanta afficiunt ignominia. Quis iã velit ad Christi fidẽ accedere, quando vita Christianorũ talis est, ut nullos possit esse flagitiosior? Colligimus etiã ex his Dñi verbis quantum placeant Deo fructus multi bonarum actionum nostrarum, quibus dicit clarificari patrem suũ, ne quæspitet nõ habere meritũ apud Deum recte facta nostra, qd hæretici mentiuntur. Hoc ipso enim Christi efficitur discipuli, si fructũ plurimum afferamus, & quæ Deo placita sunt semper faciamus, ita ut nec momentum temporis absque fructu dilabi patiamur. Seminemus interim, & qd cumque potest operari manus nostra, instanter agamus: veniet nox, quãdo nemo poterit operari. Nec timeamus ne frustra

laboremus: quia suo tempore metemus nõ deficientes. Ipse dominus hoc eodem sermone manifeste docet, quinam sint sui discipuli. In hoc, inquit, cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicẽ. Ergo charitas facit nos Christi discipulos. Vbi autem est charitas proximi, ibi est etiam amor Dei. Amor autem non potest esse otiosus, sed operatur magna vbi est, & plurimum facit fructum. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Pater filium amore incõprehensibili diligit: & nos quoq; filius ardentissime amat. Pater se totum communicat filio: Filius se totum nostræ salutis causa impedit. Pater filio omnia sua secreta reuelat: Filius nobis nota fecit omnia quæcumque audiuit a patre. Et tamen quamuis charum haberet pater filium, nihilominus ad atrocissima perferenda supplicia destinauit eum. Ita & filius charissimos quosq; amicos suos ex præcipuo erga illos amore, quo cupit eos sibi vtin pœnis, ita & in gloria similes efficere, multis permittit ñsque admodum duris vexari afflictionibus. Sed in omnibus curandum nobis est, ut in dilectione Christi permaneamus. Et qui id fiet? Hæreticus dicit: Crede, & sufficit tibi. Quid vero Christus: Si præcepta mea ait, seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Forte nescire te dicis quæ præceperit Christus, Audi quid dixerit Apostolis iam iamque in cœlos ascensurus: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcumque mandauit vobis. Ergo quicquid quatuor Euangelij continetur, id ad Christi præcepta pertinere videtur. Ea enim omnia ipse suis mandauit Apostolis. Viue ergo iuxta Euangelij præscriptum, & manebis in dilectione Christi. Nam si secus vixeris, & Christum ore confitens, opere & vita contempseris, non manebis in Christi dilectione, sed fides tua tibi damnationis cumulus erit. Sic & Christus non fuit cõtentus patrem verbis prædicare, sed etiã omnia illius præcepta seruauit, factus obediens vsq; ad mortẽ crucis, sicq; pmanit in dilectione illius: Probatio dilectionis, exhibitio est operis: quam qui negligunt, de illis propheta dicit: Dilexerunt Deũ in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat relictum cum eo &c.

Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Nõ dicit, ut gaudium mundi sed gaudium meum in vobis sit. Mundi gaudium est de vanitatibus & voluptatibus carnis, de pœnis & honoribus atq; id genus alijs, quæ nunq̃ possunt vexare p̃stare gaudium. Sed Christi gaudium est puritas cordis, cõsciẽtiæ tranquilla serenitas, amor iustitiæ, odiũ iniquitatis, spes firma futuræ beatitudinis, veritatis æternæ contemplatio, & mētis imperturbabilis pax & immota securitas. Hoc aut gaudium in hoc mundo inchoari potest: impleri nõ potest, nisi vbi omni carnis corruptiõ abiecta, ad cœlestis patriæ portum appulerimus, & vnum cũ Deo effecti in eandem fuerimus imaginem transformati a claritate inclaritate, ut sit Deus in nobis, & nos in illo, nec quisquam vnquam deinceps nos ab illo possit separare.

SERMO IN BODEM Festo. Vt nos maneamus in Deo, & Deum in nobis manentem retineamus: & de duplici martyrio.

Manete in me, & ego in vobis. Ioan. XV. Festũ inuicti marty. Georgij hodie colimus dilectissimi, q̃ ea re inuictus fuit, qd & ipse māsit in Christo, & Christus in ipso. Miramur martyris sc̃i cõstatiã, vincẽti cõgratulamur, & delectat nos fragilis hois in supabilis fortitudo, & morituræ carnis aduersus tormẽta sæuissima ineffabilis patientia. Sed in his agnoscimus Dei gratiã intus operantẽ, gratiã p̃dicamus, gratiã p̃cipuam victoriæ palmam assignamus. Obtinebat Christus & suo sibi iure ṽdicabat pectus martyris sui tanq̃ arcẽ ipsius virtute & p̃sidio munitissimã, & q̃ illud virtus vel humana vel diabolica expugnare potuisset: Ma-

nebat Christus in martyris nedũ aia, sed & corpore, (An nescitis, ait Apostolus, quoniam membra vestra tẽplum sunt sp̃s sc̃i, q̃ in vobis est: & martyr suo inhærebat capiti, suo obtemperabat rectori & inhabitatori, & quæquam vlla vel fraude, vel vi aut Christũ ex martyre p̃figare, aut martyrem a Christo separare potuisset: Sauiuerunt in martyre dæmones, sauiuerunt & hoies: sed ideo sauiuerunt, ut euidentior & gloriosior appareret virtus Christi suũ martyre p̃tegẽtis, & insignior foret victoria & corona martyris p̃ sui regis honore & amore fortiter & acriter dimicantis. Legerat sanctus martyr dominum suis in Euangelio dicẽtem: In mundo pressuram habebitis. Et: Eritis odio oibus hoibus ppter nomen meũ. Et Multos ex vobis occidẽt, & p̃sequẽt de ciuitate in ciuitatẽ. Sed cõfidite ego vici mundũ. Tñ id curq; vobis sit, ut maneatis in me, sitis membra mea, membra capiti consentanea, membra capiti morigera, non capitis imperium detrectantia nõ a corpore abscisa, sed corpori fortiter inhærentia, ut vnguentum cœlestis gratiæ & spiritualiũ charismatum, sine quibus anima nõ potest vitam tueri suam, in vos e capite deriuetur & viuatis de spiritu meo: quia nisi ex me vita vobis subministratur, vita inquam gratiæ, non eritis aliud q̃ palmites inutiles p̃cisi a vite: qui quia non accipiunt ex vite succũ vel humorem, arescunt. Aridi autem hunc solum habent vsum, ut mittantur in ignẽ. Sicut em palmes non potest ferre fructũ a semetipso, nisi mãserit in vite: ita nec vos, nisi in me mãseritis: Omnem autem non ferentẽ fructum tollet pater, & a membris meis auulsum sociabit dæmonibus igni æterno cruciandum. Hæc ergo sanctus martyr minime ignorans, strenui militis sanctus officio regi suo fidem seruauit, fidem seruando ab impijs occisus est: sed corpore extincto, anima ad suum euolauit autorem, atque ad illius admiffa conspectũ, læta & ouis cecinit: Ipse inuanum quæsierunt animam meam. Te permittente conscissus est saccus corporis mei: sed circumdedisti me lætitiã. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Nec dilexi vsq; ad mortem animam meam, sed libenter eam perdidit propter te ut viderem virtutem tuã & gloriam tuam. Eã quoque ob rem cum esset inuictus hic martyr in milita-

Exaudire cur Deus suos q̃s differat 1. cor. 11

Iob. 30

Matth. 3

Vita scelerata christianorum quã infidelibus sit despectui & opprobrio.

G

Eccle. 9 Ioan. 9 Gala. 6

Ioan. 11

Phil. 3

Gregori 9

Psal. 77

Gaudium mundi q̃d nam sit

Gaudium christi q̃d

Matth. 11 Ioan. 11

1. Cor. 3

Christus cur suos electos si nãt multã sãrã hic affligi.

H

Matth. 11

Præcepta christi q̃ nam cõp̃hendunt.

1. cor. 3. 6

Ioan. 16 Lucæ 21. mat. 10. 2. 9 Ioan. 16

Ioan. 16

K

Psal. 68

Psal. 119 Lucæ 9 Ioan. 12 Psal. 62

Luce 13 militari arte peritissimus, vt regi regum & domino dominorum commodius seruire posset, cingulum militiæ soluit, omnesque facultates & diuitias, quas quidem habere potuit, pauperibus elargitus est: malens temporali cum Christo inopia premi vt secundum vocē dominicam immarcescibiles & nunquam deficientes diuitias sibi acquireret in cælis, quod cum huius mundi diuitibus rebus omnibus abundare, & post huius vitæ curriculum, penuria angere. Repererat nanque margaritam preciosam in agro cordis sui latitantem, quam distractis omnibus, mercatus est. Ni si enim quis (ait ipsa veritas) renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Prætulit igitur inclitus hic martyr, & strenuus athleta, Christi discipulatum omnibus fallacissimi huius mundi diuitijs, pompis, honoribus, voluptatibus ac quasi stercorea ea omnia reputauit, vt Christum lucrificeret, Christi vestigijs continenter insisteret, Christumque nudum, nudus ipse quocumque illum ducere decreuisset, incunctanter, intrepide, animoque hylari sequeretur. Non carceres, non vincula, non tortores crudeles, non tormēta pro Christi nomine expauit, nec erubuit iniurias contumeliasque pro domino suo pati: quando iam certa fide tenebat, multo plura ac grauiora Christum pro se, suaque salute pertulisse. O animi singularem fortitudinem: O martyrem inuictum, ac ubique de victoria triumphantem. O constantiam mirandam atque omnibus prædicandā modis. Quis non iam in seipso erubescat hæc legens: hæc audiens, quod adeo sit adhuc animo pusillus, vt nihil possit, ne minimā quidem pro Dei gloria iniuriolam sustinere: & non magis talis, qui solido perfectorum possit pasci cibo, sed paruulorum adhuc lacte sit nutriendus: Is nunquam merito erubescere deberet. Sed quisquis talis est, non despondeat animum, sed viriliter ad altiora se accingat, & quæ paruuli sunt euacuet, vt quandoque ad robustorum multoque tempore exercitatorū certamina possit pertingere, suoque se capiti, hoc est, Christo, magis conformare per multorum opprobriorum contumeliarumque patienti perpeffione, Talis namque iniuriarum ex amore tolerantia, dici nequit, quantum hominem ad virtutes, scilicet humilitatem, patientiam, obedientiam, charitatem. & id.

genus, præparet, ipsique Christo commendabilem ac amabilem efficiat, & gratiam illius in nobis multiplicet atque conseruet, nec facile à Christo nos excidere permittit. Hoc est ergo charissimi manere in Christo, eius gratiæ, per quam ipse in nobis manet, consentire, & cooperari, id est, præceptis illius obedire, vitia fugiendo, & virtutes colendo. Quod etiam idem dominus in huius diei Euangelio declarare volens. Si præcepta mea, inquit, seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Porro in Christi dilectione manere, nihil est aliud, quam in ipso Christo manere. Sicut enim palmitis in vite manentis iste fructus est vt uas ferat: ita hominis in Christo manentis fructus est, vt Deum diligat. Vbi charitas est, ibi legis perfecta executio est, si tamē sit perfecta charitas. Et quanto in nobis charitas perfectior est, tanto quoque nos Christo coniunctiores sumus, & ille nobis maiori copulatur necessitudine. Cæterum charitas non finit hominem otio languescere, sed impellit & vrget ad vitandum omnia illa, quæ Deus oderit, & exequendum quecunque grata sint Deo. Charitas enim non potest ferre aliquid vel minimum, quod offendat animum dilecti: nec potest præmittere quippiam, quod dilecto placeat: itaque charitas ubi animum hominis occupat, cogit eum exequi cuncta præcepta Dei: & ipsa præceptorum sedula executio fouet & auget charitatem. Ita vna eademque res & nos facit manere in Deo, & Deum in nobis. Si quis autem peccati fallacia deceptus, aut propria concupiscētia abstractus & illectus, noluit facere quod exigit Deus, aut recuset vitare quod vetat Deus, is quæ præcepta Dei non seruat, non manet in eius dilectione. Quisquis autem Deum non diligit, non habet spiritum Christi (charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis) Qui vero spiritum Christi non habet, hic non est eius: ergo nec ipse manet in Christo, nec habet in se manentem Christum. Si enim Christus in ipso esset, viueret vtique de spiritu Christi. Sed non potest de Christi spiritu viuere, qui charitatis expertus est. Talis non fuit beatissimus martyr Christi Georgius, qui & perfectissimus in Christo maneret, illis adhærere possit per charitatem curauit ante omnia propria carnis edomare vitia, & per iugem meditationem

Manere in Christo quod sit

Ioan. 14

Manere in Christi dilectione quod sit

Charitas quod in nobis efficiat

Iacobs

Rom. 6

Rom. 1

L

1. cor. 9

Gal. 5

Rom. 6

Timor mortis vnde de accidat

cerationem, continuamque mortificationē suipsius, carnem spiritui subdere rectæque rationis imperio subigere, ne cum alijs prædicaret, ipse reprobis inueniretur. Nisi enim hoc modo mortuus sibi, mundo & vitijs fuisset, minime Christo viuere potuisset, nec tot animas à diabolo per tam longa tempora possessas, Christo lucrificasset. Hinc B. Paulus ait: Qui Christi sunt, carnem suā crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs, nec permiserunt dominari peccatis, in suo mortali corpore, eo, quod mens peccatorum onere prægrauata, non valeat se ad cōspectū creatoris sui subleuare. Quod verissimum esse comprobans strenuus miles ac martyr Georgius (vt paulo ante diximus) proprium penitus ex corde suo extirpauit amorem, & ubicumque potuit aut docendo, aut exhortando, aut orando gloriam & honorem domini sui promouit: superstitiosum Idolorum cultum euidentissimis signis & miraculis euacuans. Sacramque huiusmodi inexpugnabile arripiens scutum, tam regibus quam tyrannis inuincibilem se obiecit: Charitatis quoque ardore succensus nec minis, nec blanditijs à veritate abduci potuit. Inde est, quod carceri mancipatur, virgis & scorpionibus caeditur, lampadarum exustionibus crematur, laniatur, torquetur, perimitur, nulla tamē in eo auditur querimoniarum vox, nullus repugnandi motus, nulla stimulatio impatientiæ, sed lætus corde, intentione immobilis, deuotus animo, mentemque tranquillam laudat Deum, carnificibus compatitur, se odientes & exquisitissimis tormentis afficientes, sincero amore complectitur. Erat ibi videre magnū spectaculū grædeque prodigiū, hominē tot pœnis totque immensis expositū cruciatibus ac morti pane vicini summa gaudere pace, sūmoque cordis profundi gaudio: cum aliogen (vt nostra hæc misera fert ætas) hoies iamque pœnas illis inferēdas horreāt, palefiant, trepidēt, oīaque eorum mēbra cōtremiscant. Sed vñ hoc illis cōtingit: Nō alia sane de causa, quæ necdū sibi suisque vitijs, & motibus internisque proprietatibus emortui sunt, quibus si mortui essent aut mori saltem vellent, misericorossimus Deus omnem hanc vanā formidinē & puerilē timorē breui in illis singulari quodā modo mutaret, ita vt nō solū aduersa ad Dei gloriā excipient gratā ter verum etiā ipsam mortem per nihil ducerēt

animati nimis exēplo fortissimi ac inuictissimi marty. nostri Georgij, quæ vt æternā inueniret vitā, temporariam non formidauit mortem. Verū opie Deus cuius hæc immensa sunt opa, nisi tua, quæ olim per os S. pueri tui David loquutus es: Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutē & fortitudinem plebi suæ. Qui enim concilium pugillo contines, & terrā palmo metiris: sancti tui Gregorij possidens animā, veluti insensibilem eū faciebas in pœnis. Vis ergo & tu quisquis es manere in Christo, eiusque sacra sequi vestigia? Dilige Christum. i. dilige iustitiā, veritatē, vitā, lucē, sapientiā cæteraque virtutes, & quicquid potest facere ad bene beateque viuendū. Hæc enim oīa aut Christus ipse, aut pducunt ad Christum. Si autem diligas iniustitiā, iam recedis à Christo. Si delectaris mendacio, nō inhæres Christo quæ veritas est. Si peccatis, quæ animā occidit amas, odis vitā, quæ Christus est. Si tenebris vitioque implicatus es, nisi te nitentis excutere, & redire ad lucē, nō cohæres Christo, quæ lux est & dies. Atque ita de alijs id genus sentiendū est. Quid vero cōmodi habet relicto Christo, id est, repudiata iustitia, veritate, luce, vita &c. ad iniquitatem, mēdaciū mortē, tenebras se transferre? Nihil sane. Quales ergo cēfendi sunt, quæ id faciūt? Nimirum amentes, insani, furiosi. Dicit tibi rex aliquis p̄potens miseratus inopiā tuā. Veni ad me & faciā te beatū & diuitē. Sed alius quidem extremę vilitatis & abiectiōnis inuidens tantę felicitati tuæ, vocat te ad se dicens: Veni, & non quidē re ipsa te beatū efficiā, sed tū verę beatitudinis vmbra quadā & imagine te deludā, atque post paululū extremæ & nunquā finiendæ miseriarum te obiciā & tu audebis rege contēpto, hominē vanissimū sequi? Sic sic charissimi multoque peius nos facimus, quā Deum, Deique filiū, eiusdem sacra præcepta, & superiorū nostrorum Christi vicariorū monita, siue cōcilia pro nihilo ducimus, & seruimus immūdis spiritibus, vitijs mundi que voluptatibus, quæ tñ nihil ad æternā vitā obtinendā nobis cōferre poterūt, sed vel maxime æternis nos addicunt infernis cruciatibus. Sed iam vel tandem ad animum redeamus. Pudeat quæso nos indulgentissimum patrem tam impudenter abhærere, & vilissimo hosti adhærere. Maneamus in illo, virtutibus & bonis operibus semper studendo, vt & ille maneat in nobis, gratiam in nobis su

M Psal. 67

Esai. 40

Ioan. 14

Sapient. 1

Ioan. 1.8

Paradi. gma

am augmētādo. En martyr iste infractus & gloriosus, cuius hodie solēnitatē colimus sanguinem suū p̄ Christi amore fudit. Et nos itidem si pro Christo sanguinem fundere non possumus, saltē vitij moriamur, & q̄d corpore nō dat, corde feramus martyriū. Est em̄ duplex martyriū: Aliud corporis, aliud cordis. Exigit potens aliq̄s, vt iustitiā desereras, & cōsentias pct̄o. Si non facias, mortē minas. Hic mors potius excipiēda est, q̄ iustitia violāda. Et hoc martyriū est corporis: q̄d maxime sc̄ti martyres expti sunt, q̄ sub imp̄is Tyrannis vixere, quorū edicta cōstanti irrisione animo, ne ipsi dāmonibus ludibrio forent. Est aliud cordis martyriū, q̄d licet nō cogat sanguinem corporis violenta quadam necessitate fundere, tamen cordis s̄ape & ossiū medullas absomit. Atque vtrumque hoc martyrium, puta, & corporis & cordis eo tendit, vt maneamus in Christo, & Christus in nobis. Hoc cordis martyriū in eo consistit, vt aduersum insidiosas & s̄ape valde molestas & acerbis dāmonū impugnationes, carnis vexationes, & innumeras diuersorum generum spirituales tentationes, quæ plerumq̄ plus cruciant animā religiosam, quam quæuis externa possent tormentorum genera, inuicti persistamus. Norunt p̄ij & Deo dediti homines, q̄ multa secundū spiritū Dei seruos oporteat ferre dura & aspa, q̄rum penitus rudes sunt hoīes mūdo huic & sensibus dediti. Sed ferenda sunt æquanimiter, & sicut olim martyres sanguinem corporis Christi amore hilariter fuderunt, ita hac in parte fundendus est sanguis cordis, & ipsa quoq̄ ossiū medulla cōficienda potius, quam in mortiferū peccatum consentiendum. Sant tamē multæ id genus tentationes, quæ nul-

la re melius, quam contēptu & parū pensio ne vincantur. Nemo sibi in hac vita securitatem promittat. Caro quamdiu spiritui coniuncta est, multas excitat perturbationes, & pondere suo premit animum multa cogitantem. Habet Deus semper martyres suos. Olim cogebantur aut sacrificare dāmonibus, aut mortem subire. Hodie necesse est aut dēmonibus obtemperare consentiendo vitij, aut Deo morem gerendo vitæ huius oblectamenta & aspera proculcare. Non vis esse martyr Christi vitij reluctando: seris ergo ludus dāmonū ferendo tormenta impiorū. Obsecro charissimi nihil in hac vita queramus aliud, quā aut agere semper aliquid boni, quod placeat Deo, aut illius flagella æquanimiter persequi. Bene semp̄ agendo mortificantur carnis desideria: dura æquanimiter ferendo cordis patientia exercetur & corroboratur. Maneamus semper in Christo p̄ veram & synceram charitatē, quæ omnem a nobis excludat iniquitatem, vt & ille semper maneat in nobis, sua nos gratia confirmādo, sua luce illustrādo, sui amore inflammādo. Transiit mūdos & concupiscentia eius qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Breuis est omnis molestia, quæ potest mortalibus occurrere: sed patientia p̄m̄ium habet sempiternū: Nec potest quis quam manere in Christo, nec Christum in se manentem retinere nisi semper bene agendo, aut mala patienter ferendo, iustitiam colat, iustitiam exequatur, & a iustitia se nunquam vllis vel fraudibus, vel blāditijs, vel terroribus auelli patiat: Quod nobis omnibus præstet dominus noster Iesus Christus, Qui cum Deo patre in unitate spiritus sancti viuit & regnat deus, per secula, infinita, Amen.

Martyriū corporis q̄dam sit

Martyriū mētis q̄d sit

Carnis desideria q̄ mortificantur.

1. Ioan. 1

IN FESTO SANCTORVM APOSTOLORVM Philippi & Iacobi Lectio libri Sapientia, Epistolæ loco. Capite V.



Tabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, &

sum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei? Et inter sanctos sors illorum est.

PARAPHRASIS IN EANDEN EPISTOLAE, Lectionem

A



Vlcherrima hodie lectio nobis proponitur filij charissimi in qua commemorat breuibus quidem, sed admodum aculeatis verbis insipientia mundi amicorum, quod dum amicos Dei conspiciunt haberi despectui ea quæ ipsi summo in pretio, nimisque chara habent, puta diuitias, honores, voluptates, successus prosperos, & quicquid huiusmodi est temporarij vanitatis, in quibus periunt miseri, derident eos atque vilipendunt, tanquam qui mente capti, ac sensibus non recte sint constituti, eo quod nolint frui bonis huius vite. Sed reuera ipsi potius plane amentes ac stupidi sunt, dum amorem suum in res presentes ac seculi voluptates conferunt, neglectaque vera salute & summa beatitudine, cuius capessendæ gratia ac emerendæ tamen omnes conditi sumus, nec aliam ob causam in hac lucem editi sumus, vmbra & somnium amplectuntur, tantoque fiunt miseres ac miserabiles, quanto his magis dediti sunt, magisque abundant. Quamuis autem quod ad presens tempus attinet, maiori videantur gaudere felicitate, vitamque iucundiorē, suauiorē, ac gratiorem ducere atque illi, qui Christum dominum per pœnitentiæ & crucis iter sectantur: quod tamē nec ipsum simpliciter verum est, cum utique nullæ huius mundi voluptates, tranquillæ conscientia gaudijs possint comparari, quibus vt perfruuntur amici Dei, ita mundi amici careant necesse est, tamen vbi ad extrema ventum est, tum demum res ipsa declarabit, quam nihil fuerit, imo quanta infelicitas fuerit mundi prosperitas & amor ac studium voluptatū quanta que felicitas ea Christi amore contempsisse. Maxime vero in ipso extremo iudicio, vbi iusti pariter & impij omnes comparebunt, p̄spicue animaduertent filij huius seculi, & quotquot amicos Dei, dū viuerēt, persecuti sunt, ac derisui habuere, vel etiā neci dederunt ob pietatem, quam bonū fuerit seruire Deo, quā noxiū nō timere deū, Tunc enim stabunt iusti in magna constā-

Matt. 13

tia, nempe de sua iā gloria immortalis, summaque beatitudine securi, aduersus eos qui se angustiauerunt, qui suis persecutionibus, ludibrijs, sannis, terroribus, minis, supplicijs ipsos diuexarunt: & qui abstulerunt, quod alij vertunt, spreuerunt labores eorum, tanq̄ futiles, inanes ac superuacanos, quos nullus esset fructus cōsecutus. Stabant igit in magna constātia aduersus eos, tantoque maiori, quāto hic visi sunt contemptibiliores, abiectiores, magisque ab impijs afflicti ac p̄sisi sunt. Erit em̄ in illo iudicio: maxima bonorum gloria, virtus, & potestas, & claritudo. Fulgebunt enim sicut sol in virtute sua, ac vehementissime impios omnes, maxime sui oppressores, vexatores ac in persecutores affligent & premēt, adeoque subsannabunt & despicient. Videntes autē impij Christū ipsum, & cū eo iustos omnes in tanta maiestate & gloria, turbabuntur timore horribili, imo incōphēnsibili, tātoque horribili, quāto hic magis sese erigunt ac insurgunt & s̄auiunt in amicos Dei: & mirabuntur in subitatione inspiratæ salutis, quæ præter sp̄e & opinionem ipsorum electis obtinget. O iustum æquissimi iudicis Dei iudiciū. Humiles, mites, p̄ij, quos modo mūdos deprimat, vexat, angit & angustat, illic summa erunt animi constantia, securitate, latitudine præditi. Impij contra, supbi, tumidi, qui hic miris sese modis efferunt, insolescunt, lasciuunt, summo animi metu, angustia, terrore constringentur: dicentes intra se, secumque cogitantes, ac pœnitentiam agentes, sed heu seram nimis. Non enim habet fructus vllos pœnitentia in aliud seculum dilata: & tamen pœnitebunt scelesti ac inimici Dei, non quod eis dolebit p̄issimum ac amantissimum offendisse creatorem, sed quod se sentient ob sua demerita pœnas duros sempiternas. Vnde etiam præ angustia spiritus gement acerbissime, quod in tam inexplicabiles sese miseras demerferint, quas tamen, si voluissent facile euadere potuissent. Hæc nanque angustia vna est ex pœnis damnatorum, intantum

B
Mat. 13

Impios q̄nta post hac mane ac calamitas

Pœnitentia apud damnatos qualis erit

gravis, vt quidam eam dicat pœnas alias omnes superare: cuius talis quædã possit si militudo dari, quis nec ipsa veritati respõdeat. Si terra hæc, quam calcamus tã effret crassa, quantum distat cœlum à nobis, eaque sese aperiret, & hominẽ viuum cū anima & corpore in mediũ sui reciperet, rursusq; vndiq; sese claudens, hominẽ illũ strictissime comprimeret nec tamen occideret, sed in omnem æternitatem viuum retineret, quis dubitat ineffabilem illam fore angustiam? Tali ergo, imo longe

C

maiori angustia prementur impij omnes, ita vt singulis quibusq; momentis præ nimio terrore & angore putent se redigendos in nihilum, nec tamen vnquam possint interire. Hacque angustia correpti dicent: Hi sunt, quos aliquando, dum nobiscum in terris degerent, habuimus in derisum, eorum simplicitatem, humilitatem, innocentiam, pietatem contemnendo: & in similitudinem improperij, ipsorum recte facta eis aut etiam alijs ceu vana & stolidi obijciendo ac opprobrando. Nos insensati, q̄ olim putabamus nosse nos omnia, aut illis rectius nobis sapere videbamus, tamen si veræ sapietia expertes fuerimus, vitam illorum Deum timentium. Deoque humiliter & cum timore ac reuerentia seruientium æstimabamus insaniam, eo quod voluptates fugerent, & angusta via ingrederentur. Sic olim Pharisei dominum Iesum auaritiam publico sermone damnantem iridebant, eo qd̄ auari essent, dicebantque: Insanit, quid eũ auditis? Vnde merito confortari debent p̄ omnes membra Christi dum ab impijs iridentur, quandoquidem Christum ipsum caput suum idem perpesum audiunt. Et finem illorũ putabamus esse sine honore. Quod licet ad omnes mudi amicos pertinet, vt q̄ seruos Christi putant non habere apud Deum repositã mercedem, vel etiam ob hypocrisim, quã plerũque eis tribuunt, male perituros esse: specialiter tamen referri potest ad psecutores & peremptores martyrum, qui demonibus seruientes, Christi fidem superstitionem impiam crediderunt, & idola adorare nolentes ad Tartara relegandos putarunt. Sed vbi viderint eos in iudicio ad maximam euectos dignitatem, dicent: Quomodo ergo inter filios Dei, id est, angelos sanctos computati sunt, & cohæredes Christi effecti? Et inter sanctos fors il-

lorũ est. Quod itidẽ dicturi sunt mali omnes, qui modo sanctos Dei homines derident ac affligunt, dum eos summa felicitate, se vero extrema miseria affici sentient. O si hæc bene perpenderent stulti homines, qui in suis sibi vanitatibus placent, & mundi contemptores despiciunt, mirum si nõ rectius suæ saluti consulerent.

EXEGESIS EVANGELII

in eodem Festo.

Ioan. XIII.



Dominus ac redemptor noster dilectissimus ex hoc mundo transiturus ad patrem, ex quo processerat, à quo missus fuerat in terras vt perageret opus reparationis nostræ, paulo ante passionem suam sermonem dulcissimum habuit ad discipulos suos, quo sui erga nos amoris tenerritudinem nobis abunde declarare voluit: q̄ vt arctius discipulorũ cordibus semper maneret affixus, morti proximus eũ habuit. Ex q̄ etiã huius diei Euãgelica lectio extracta est, plena dulcedinis ac pij amoris, ita vt quicuis facile possit intelligere dominum Saluatorem in illa extrema necessitate seipso posthabito, totum se discipulis, consolandis atq; confirmandis impendisse. Quod autem discipulis tunc præstitit, id nobis omnibus modo p̄stitũ dubitare non debemus. Ex quo patet eius erga nos amoris & fidelitatis magnitudo, quod licet tum immanissimos, iamiamque sibi cruciatus imminere cerneret, tamen oblitus sui, hoc solum curarit, vt à nobis recessurus p̄sentia corporali, quoad posset nos consolaretur, & amorem suum testatum nobis relinqueret. Atque vtinam benignissimus Saluator immensa fidelitate sua à saxeis hominum pectoribus id posset impetrare, vt vel qualemcunque ei vicem amoris rependere vellent. Ita ergo idem ipse p̄ssimus animarum nostrarum liberator cum vidisset discipulos verbis suis, quæ de sua morte habuit mœrore affectos eorum mœstitiam ferre non valens, cum esset ipse acerbissimi plenus doloris, mox ad consolandos eos sermonem vertit, ita dicens.

dicens.

Nõ turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum,

Vides quam bene cõgruãt dño Saluatori ea verba Esaiæ, quibus ex illius persona dicitur: Quemadmodũ mater consolatur filios suos, ita & ego consolabor vos. Sed mirum quiddam hic considerandum sese offert. Dominus Iesus qui est verus paracletus siue consolator mœrentium omnium, qui solus potest perfecte consolari afflictos omnes, quique committere non potuit, qn̄ suos consolaretur discipulos, tamen eodem ipso tempore omni pene consolatione destitutus erat, quod ad exteriorum hominum & infimas animæ vires attinet, ita vt paulo post etiam ab ipsidem ipsis suis discipulis, quorum dolorem p̄ssima consolatione lenire studuit, derelictus sit. Sed hoc melius potest mente pertractari, quam hic exprimi. Ait ergo clementissimus magister discipulis suis, propediem ab ipso defecturus: p̄ssimus pater filijs mox futuris orphanis, pastor vigilantissimus ouibus mox dispergendis: Non turbetur cor vestrum. Tanquam dicat: Cur affligitis cor meum dolore vestro? Cesset omnis formido, faceat omnis mœstitia. Boni animo sitis charissimi. Non vos deserero, non vos derelinquo. Etsi corpore disijgor, at diuinitate semper adero. Si creditis ergo in Deum, & in me credite. Siquidẽ & ego Deus sum, minor quidem patre secundum formam serui: sed illi omnino æqualis in forma Dei: vt merito nihil turbari de beatissimis, quẽ certissimi esse potestis vobiscũ semp̄ permanurum: neque id solũ in hac vita, sed multo maxime in futura, in illa æterna domo patris mei, in qua ab ipso mudi initio pro diuersa ratione meritorum diuersæ ac plurimæ mansiones p̄paratæ sunt, ad quas etiã vos recipiemini. Quod si ita se res non haberet equidem iam pridem certiores vos reddidissem. Atq; nunc eo pergo vobis locum p̄paraturus. Neq; enim vobis illuc ingredi licebit, nisi per mortem discedam à vobis, & ipsa

morte vobis aditum patefaciam, locumq; parem. Ergo nihil ultra perturbationis apud vos resideat. Fides certa & firma spes futuræ beatitudinis nebulas omnes tristitiæ dispellat.

Et si abiero & p̄parauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis.

O pietas Saluatoris. O benignitas & humanitas Dei nostri. Quid poterat dulcius dixisse discipulis mœrore contractis? Etsi, inquit, abiero, atque per mortem corporis huius à vobis discessero, humanæ salutis ita poscente ratione: tamen statim vbi resurrexero veniam sapius ad vos, & tristitiam vestram in gaudium mutabo. Dein de etiam postquam ascendendo p̄parauero vobis locũ, meisq; meritis cœlos reserauero, vbi naturæ debitum persoluendum erit, veniã ad vos singulos, itemq; ad electos omnes, & accipiam vos ad me ipsum, mihiq; penniter coniungam: vt vbi sum ego & vos sitis, videatisque claritatem meam, & perfruamini æterna beatitudine, ac totã diuinitate mea. Quod etiam potest ad iudiciũ extremum accommodari, quando reuertetur ad nos, secumque electos omnes corpore & anima gloriosos in cœlum adducet. Hac igitur spe dilectissimi etiã nos consolari debemus nos ipsos, dum huius vitæ fluctibus quatimur, dum aduersis casibus agitamur. Multũ em̄ tẽperat mala p̄sentia futuræ beatitudinis cõtemplatio: ita vt Apostolus ipse constanter dicat: Nõ sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et si hic interim non nihil oporteat propter Christum & virtutes perpeti, tamen finẽ non habet: sed beatitudo nobis p̄missa, finẽ non habet: vbi dominus Iesus absterget omnem lachrymam ab oculis nostris, & fugiet dolor & gemitus, atque in sinu suo nos dulcissime consouebit Deus & dominus noster.

Et quo ego vado scitis, & viam scitis.

Iam quidem per fidem nostis Deum patrem meum, ad quem pergo, consummato opere quod is dedit mihi vt faciam: ipsam quoque Hierusalem supernam id est, patriam cœlestem nostis, quando-

y iij qui

Pœna damnatorũ q̄nam omniũ sit gravissima

Matt. 7

Lucæ 16
Ioan. 10

Esaiæ 66

Matt. 16
Marc. 14
Lucæ 22

Matt. 28

Beatitudinis æternæ contemplatione vt oia graua hic q̄ nio scilicet sint

Roma. 8

Esaiæ 29
Apoc. 21

quidem me de ea saepe referentē audistis: sed & viā scitis, æque à me inde instructi, nempe mortem & passionem meam, quæ vnica restat via, qua liceat ad cælos proficisci. Vel etiam viam, id est, me ipsum scitis, qui sum via, veritas & vita, vt mox sequetur.

Dicit ei Thomas: Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me.

F Negat S. Thomas Apostolus, quod Christus affirmarat: & tamen quod Christus dixit id verum sit oportet. Itaque non uerant quidem discipuli & terminū quo pergeret Christus, id est, Deum patrem, & viam, qua pergeret, id est, Christum, sed tamen tenuiter admodum ac imperfecte: & fortasse quidam ita fuere rudes, inter quos & Thomas forsitan fuerit, vt domini mentem penitus non caperent, quibusq; verba illius prorsus obscura forent. Nam & ipsa Saluatoris verba non ita perspicua habent intelligentiam, possuntq; diuersis modis accipi. Sed dominus statim eum conuincit nosse ea quæ se dixit ignorare, dū ait: Ego sum via, veritas & vita. Ac si diceret: Me igitur Thoma nescis, qui tam diu vobiscum versatus sum? Id utiq; affirmare non eris ausus. Si ergo me nosti, quomodo te ais nescire viam, qua iturus sum? quando ipsa ego via sum? Per me ingrediatur necesse est, quisquis optat saluus & beatus effici. Nam si aliud fuerit amplexus iter à me diuersum, nunquam pertinet ad beatitudinem. Ego enim sum via, qua fit proficiscendum: ego veritas, qua nitendum: ego vita, ad quam tendendum. Quisquis nō vult ferri per deuia, extra meæ vitæ vestigia nō deflectat: & ne frangatur pusillanimitate spiritus, dum occurrunt aduersa & pericula, consoletur se promissis meis, qui veritas sum & fallere neminem possum: denique ne currat temere, nihil spectet, nisi vitam: qua apprehensa, securus erit. Est igitur Christus via, per quam tendamus, est veritas qua erudiamur, est etiam vita, ad quam proficiscamur. Quatenus via est,

nullis neque blanditijs, neque aduersis casibus finit nos errare à salute: quatenus veritas est, omnem animi fluctuationem & ignorantiam excludit à nobis, confirmans nos pollicitationibus suis, & verbis ac exemplis erudiens: denique quatenus vita est, totam animi nostri intentionem in se dirigit, vt vita nostra omnis in ipsum tanquam vltimum finem referatur: viuificatque sua gratia animas nostras: sed & corpora ad vitam reuocat, vt vtroque, id est, corpore & anima ipsum, qui est vera vita, possideamus. Quod autem subiungit, Nemo venit ad patrem, nisi per me, id iam expositum est. Si enim Christus via est, qua perueniatur ad patrem, nec extra illum aliam est reperire viam nihil certius esse potest, quam neminem, nisi per ipsum ad patrem posse pertingere. Et quia Christus mitis fuit & humilis corde, itemque obediens vsque ad mortem, & cunctis alijs præditus virtutibus, quisquis ediuerso immitis, superbus, immorigerus, atque veris destitutus est virtutibus, nunquam perueniet ad patrem, quandoquidem non graditur recta via, qua Christus est.

Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

G Ex his verbis colligitur, id quod dominus paulo ante dixit, Et quo ego vado scitis, & viam scitis, de imperfecta cognitione accipi debere. Nam de perfecta cognitione nunc dicit: Si cognouissetis me secundum diuinitatē, qua omnino similis sum patri, atque prorsus vnus cum patre substantiæ, utique & patrem meum cognouissetis. Et amodo, id est, post perceptam gratiā spūs sc̄i ignoscetis, eū sublimiter & excellenter, dono sapientiæ illustrati, quo possitis capere etiam profunda Dei. Siquidem per sapientiæ donum contemplamur Deum & diuina: & quo contemplatio lynxior ac dilucidior est, eo & perfectior cognitio. Præcipue vero in patria cælesti cognoscetis eum facie ad faciem. Quamquam & in præsentī vidistis eum, dum me vidistis, qui illius imago sum, & expressissima similitudo.

Dicit

Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

Philippus apostolus non contentus vidisse patrem per fidem, sicut potest ab omnibus videri, petit eum demonstrari sibi per speciem, certus illius visione se fore beatum. Ideo nanque addit: Et sufficit nobis. Nihil enim sufficit animæ rationali, nec quicquam eam explere potest, nisi visio & fruitio Dei: quæ erit in vita æterna. Magni cuiusdam desiderij videtur fuisse Philippus, qui Deum videre concupierit. Et posset id desiderium ex magna perfectione profectum videri, nisi ex subditis domini verbis diuersum appareret. Sequitur enim:

Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, ostēde nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est?

Quæ quidem obiurgationem quādam præ se ferunt, qua Philippi ruditas & simplicitas castigatur. Nam Philippus ita sibi patrem ostendi voluit, tanquam ille filio maior esset, quum tamen illi filius æqualis sit, atque ideo assimilis, vt qui filium videt, videat & patrem. Verum potest nihil excusari Philippus, quod tamen filium viderat, non tamen nisi in forma serui: atque ea minime contentus, voluerit sibi eius diuinitatem ostendi. Non enim putabat sibi in eius sola humanitate acquiescendum, quandoquidem ea non finis noster est, sed via qua pertingatur ad finem. Vnde & Apostolus Paulus: Etsi, inquit, nouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus, videlicet in diuinitatis contemplationem mentis aciem defigens. Quamuis igitur multo tempore cum discipulis familiarissime vixisset Christus, non tamen diuinitatem suam eis manifeste videndam præbuerat: vnde nihil mirum si volebant videre etiam patrem, diuinamque essentiam. Sed magister bonus, qui animum Philippi penitus per-

spectum habebat, non eum obiurgasset, nisi quiddam reprehensione dignum in eo conspexisset. Tanto, ait, tempore vobiscum sum, tot vestris sub oculis præclara, solique Deo possibilis feci miracula, calcavi vndas, mortuos excitavi, plurima quoque de mea diuinitate vobis commemoravi, & tamen necdum cognouistis me, necdum intelligitis me patri esse coæqualem, atque vnus cum eo substantiæ & virtutis? Quod si ita vt oportet cognosceretis, non esset sane cur patrem vobis ostēdi velletis, quando ego diuinitate nihil ab illo differo, sed per omnia simillimus ei sum: ita vt quisquis me videt oculis fidei, oculis cordis illuminatis, nō sensu carnis, qui tantum de externis iudicat, videat & patrem, quādo pater & ego vnus sumus, personis quidem discreti, sed substantia vnus atque idem. Quod cum ita sit Philippe, quomodo tu dicis: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis? O si me benesses, non id diceres. Non credis saltem, etsi necdū id capere potes, quia ego in patre per essentiæ vnitatem, & pater in me est? Quod tamen vel inde credas oportet, Quia

Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Nō creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

Verba & sermones meos, quoscumque hactenus ex me audistis, & etiamnum auditis, non à meipso loquor primario, sicut nec sum à meipso: quandoquidem quicquid sum & habeo, à patre accipi: qui per me nedum loquitur, sed etiam in me semper manens, vnus mecum Deus, cuncta mea efficit opera, nec potest vnquam à me separari: sed sicut ego totus in illo sum, ita & ipse totus est in me. Atq; ipsa humanitate mea tanquam aptissimo vtitur instrumento, efficiens per eam opera & signa, quæ me facere vidistis. Manet enim semper in ea, quam assumpsi, natura humana cum gratiæ suæ plenitudine, tanquam in templo dignissimo, vtens

y iij caad

Mart. 8. 10
Marc. 6
Ioan. 6
Marc. 5
Lucæ 7
Ioan. 18

Ioan. 10.

H

Quidam
sola fatia
re p. dicit
tionealem
animam.

Mar. 8
Phil. 4

G

1. Cor. 9

1. Cor. 11
Hebr. 1

Ioan. 10

Christus
vniuersa
veritas &
vita.

ea ad omnem libitum voluntatis suæ. Quum igitur tot præclarissima in me opera, soli Deo possibilia conspexeritis, potuistis inde tanquam ex effectu cognoscere in me inhabitantem Deum patrem: ut plane superfluum, imo & reprehensione dignum sit, quod patrem vobis ostendi vultis, quem tot argumentis nosse potuistis. Quod si necdum id apprehenditis, nõ creditis saltem, quia ego in patre, & pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite, de quibus ambigere non potestis, quin autore Deo facta sint. Nec est necesse, imo nec possibile, ut oculis corporeis patrem, cuius ea virtute facta sunt, videatis, quod vos desiderare videmini: sed satis est ut corde credatis, & oculis fidei eum contemplemini. Apparet hinc satis, rudes valde quosdam fuisse discipulos ante obitum Saluatoris, & necdum perfectam habuisse fidem. Sed nihil hoc beatissimorum apostolorum sanctitati derogat. Illi ad tempus in quadam cętitate relictı sunt à Christo, ut nos firmiores simus in fide. Deinde ubi spiritus sancti gratia perfusi sunt, tanta omnigenum donorum & virtutum abundantia & excellentia repleti sunt, ut vix aliquis sanctorum eis possit comparari. Non igitur magnipendamus in his beatissimis patribus, quod quandoque minus fuere illuminati: sed quam postea sunt adepti, & in qua indes mirifice excreuere sanctitatem, modis omnibus veneremur. Iam vero dominus Iesus rursus ad erigendos consolandosq; eorum animos sese cõuertit, dicens:

Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet: & maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado.

Hoc est: Ne grauer & acerbe feratis meum à vobis recessum, en pro certo confirmo vobis, quisquis crediderit in me, vnius ac indissimilis me esse cum patre maiestatis & nature: crediderit, inquam, in me fide perfecta, opera admiranda, quæ ego facio virtute patris in me manentis, & ipse faciet, non sua, sed mea virtute: atque adeo etiam maiora faciet, ut glorificetur ac præ-

dicetur nomen meum in seruis meis: Quia ego ad patrem vado, id est, ubi ad patrem ascendero, hanc meis fidelibus gratiam præstabo, ut miris fulgeant signis, & maioribus atque ipse. Hoc impletum est post sancti spiritus illam largissimam infusionem, quando, ut Actorum narrat historia, etiam ad vmbra Petri ægri curati sunt. Ergo licet molestus futurus erat discipulis Christi recessus, tamen quando tanta se eis præstiturum pollicebatur post ascensum suum in cœlos, merito poterant non nihil animis recreari. Nam hoc ipso quod tantam mira faciendi virtutem eis se collaturum affirmat, simul etiam certos eos facit se sua diuinitate semper eos inhabitaturum, cuius potentia signa & miracula facturi sint.

Sed quid dicemus charissimi, quando tam pauci hanc habent gratiam, ut miracula faciant: an ne igitur credendi sunt non credere in Christum? Minime sane. Quod dominus hic de prodigijs faciendis asseuerat, neque de creditibus omnibus, neque de quibuslibet temporibus accipiendum est. In Ecclesiæ nascantis, initio apostolis, apostolicisque viris ea gratia collata est ad fidei Catholicæ confirmationem & augmentationem. Deinde etiam alijs temporibus certis quibusdam amicis Dei, hoc idem donum præstitum est, ob excitandam in hominibus fidem, charitatem, Deique timorem, vel ob alias certas causas. Non est autem necesse, ut miracula fiant, vel apud omnes, vel per omnes Christifideles: neque propterea minor est fides eorum, qui hæc non faciunt. Imo miraculis interdum choruscant etiam mali. Tamen ut plurimum Deus adiungere miracula solet, dum per seruos suos grande aliquid, aut nouum moliri instituit. Vnde mirum est Lutherum cum suis tã nulla edidisse signa: quanquam hoc summi potest prodigijs loco haberi, quod spurcissimi homines, suis voluptatibus dediti, & nihil nisi carnem sonantes, tot hominũ millia suis laqueis implicare potuerunt. Sequitur:

Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

Non dicit, Quodcunque petieritis patrem

Apostolorum quo rursus ante spiritus sancti susceptionem ruditas quantafuerit.

Act. 1.

I

Miracula ad quod primi in cœlestibus valuerunt

Miracula ve etiam multis sint cõmunia

trem in nomine meo, hoc ille faciet: sed ego faciam, ut ostendat diuinitatis indiuersam esse operationem. Quid est autem petere in nomine Iesu, nisi id petere, quod deceat præstare saluatorem? Multi petunt diuitias, sed non audit eos Iesus: quia nouit eas saluti eorum haud parum obesse. Alij scientiam, alij dignitates, alij alia petunt: sed non petunt in nomine saluatoris, qui suam perniciem petunt. Vis scire quid sit in nomine Iesu petere? Ipse dominus paucis id verbis absoluit: Petite, inquit, & accipietis, ut gaudium vestrum plenum sit. Hoc est, ea duntaxat petite, quibus pertingatis ad conspectum & fruitionem Dei, qui solus plenum atque consummatum præstat gaudium. Cætera omnia, quæ extra illum petuntur, etsi aliquod adferunt gaudium, sed plenum non est. Animam summi boni capacẽ non perfecte exhilarat, quicquid summo bono minus est.

Ergo dilectissimi petamus in nomine Iesu, maxime quidem & ante omnia ipsum Deum & dominum nostrum: deinde quæ nobis adminiculo esse queant, ut ad illum certius & expeditius pertingamus. Res temporales nõquam petamus importune, sed cõfidamus domino, qui ait: Primum querite regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia, puta vitæ agendæ necessaria adijci entur vobis.

SERMO IN EODEM

Festo. Quanta sit felicitas videre Deum, & de gaudijs cœlestis patriæ, quibusque studijs eo pertingatur.

K

Domine, ostēde nobis patrem, & sufficit nobis, Ioannis decimo quarto, Dominus Deus noster Iesus Christus filij charissimi, grãde ac immẽsum promittere dignatus est præmium seruis suis ipsi perseuerantibus, & fideliter seruientibus: & hoc est, ipsius Dei visio. Qui nouit saltem vtrunque quid sit Deus, facile sentit, quam excellens præmium sit, posse videre Deum. Carnalis autem & animalis homo, seruus & mancipium voluptatum suarum a cõmundorum dæmonum nihil mouetur, ni-

hil afficitur, dum audit promitti sibi visionem Dei. Quare? Quia densissimis vitiorum tenebris inuolutus, nescit oculos cordis attollere ad contemplandum, quid sit Deus. Itaq; nec scire potest Deum. Quod autem quis ignorat, quid mirum si nec appetat? Et tamen videas homines alios ad quamlibet perdiscendam artem, alios ad cognoscendas rerum naturas, alios ad antiquitates & res occultas inuestigandas, alios item ad alia nedum friuola, sed sæpe etiam illicita ac turpia perspicienda omnem adhibere conatum: quorum tamen omnium cognitio non eos beatos efficit. Deum autem ut cognoscere velint, nõ possunt ullis rationibus induci. Et tamen, teste ipso Salvatore, hæc est vita æterna, vita beata, & summa beatitudo, ut cognoscamus verum Deum, & quem misit Iesum Christum. O homo, o creatura nobilis magni & præpotentis Dei, quid tibi & infinis hisce rebus, ut illas anteponas cognitioni ac fruitioni Dei tui? Cur intantum uoluit apud animum tuum Deus tuus, ut nihil sit pene, cuius obtinendi aut videndi minori tenearis desiderio? Esto, habeas omnia quæ sunt infra Deum, quid tibi proderunt sine Deo? Contra vero si nihil habeas nisi Deum, quid tibi deerit? Hoc est dilectissimi, quod merito etiam sanguineas possit exprimere lachrymas cunctis Deum amantibus, quod heu tanta mortales ferme omnes, etiam illos, qui Christianos & dici & haberi se volunt, Dei cepit obliuio & incuria. Heu effusi sumus in istas mundi vanitates, & ab origine nostra Deo scilicet lõgissime aberrauimus, & qui manna cœli alendi essemus, stercora charius amplectimur: quibus tandem adeo assuescimus, ut ipsa nos delectent, & manna fastidio sit. Totis animi affectibus ferimur in presentes oblectationes, nec volumus attendere, cur conditi simus. Totos dies ridemus, iocamur, ociamur, saltamus, garrimus. acquirendis rebus intenti sumus: & in his omnibus ita securi sumus, tanquam eorum causa facti simus. Clamat Deus in scripturis, clamat per continua, horrendaque flagella, clamat alijs multis modis, ut à mundi vanitatibus & oblectamentis animi reuocemus, & veram beatitudinem, quæ in Dei visione consistit, queramus & expetamus, & nos semper æque surdi manemus: quasi magna felicitas sit bonis ac de-

Videndi Dei gnati nullo desiderio teneantur.

Ioan. 17

Incuria & obliuio Dei quos hodie teneat.

Hoim secularium studia quæ sint præcipua.

ac delectationibus frui momentaneis, & ingens miseria, æternis inhiare delitijs, & domini faciem requirere cum Prophe- ta, dicente: Tibi dixit cor meum, exquisi- uit te facies mea: faciem tuam domine re- quiram. Videmus, & quotidiana di- scimus experientia, præterfluere cuncta vi- tæ huius vana gaudia, voluptates, delitias: & velimus, nolimus sine vlla interpolatio- ne properare nos ad extremum diem, nec quicquam æque nobis incertum est, atque is idem extremus dies. Videmus quoque tam multos in medio ætatis flore, in sum- ma rerum felicitate subito e medio tolli, & rapi ad tribunal Christi. Videmus de- nique mundum ipsum indies deficere, & iam pene minari ruinam: & tamen o rem miseram, non possumus ab his miserijs & fallacissimis somnijs animam auellere, & transferre amorem nostrum ad res sem- per manfuras, & ad ipsum Deum ac domi- num nostrum: quem si solum haberemus, iam nihil possemus desiderare amplius. Oculus non vidit, ait quidam, nec auris au- diuit, nec in cor hominis ascēderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. O quæ excitabit frigida nimium pectora nostra, vt dicamus ex omnibus animæ medullis cum Philippo: Domine Iesu ostende no- bis patrem, & sufficit nobis: Ipse est enim bonum illud quod præparauit diligentibus se. Visio Dei est beatitudo nostra: vt Deum videamus, videndo amemus, aman- do fruamur, fruendo beati simus. Eam enim ob rem conditi sumus. Sed viæ Sion lugent, eo quod non sit, qui veniat ad so- lennitatem, nemo sit qui ad videndum De- um pergere velit. Quamobrem vt ad ve- ram obtinendam felicitatem, quæ, vt dixi- mus, in Dei clara visione consistit, animis accendamus, dicendum est aliquid de vi- tæ æternæ ineffabilibus gaudijs, & quan- ta sit beatitudo Dei faciem conspicerem: quod nihil est aliud, quam frui æterna beatitu- dine. Propheta regius, qui iam non nihil illius futuræ felicitatis degustarat, cupi- ens mortales omnes ad eius amorem in- citare. Gustate, inquit, & videte, quoniam suavis est dominus. Itemque: Quam ma- gna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Perfeci- sti eis qui sperant in te. Acalibi: Inebria- buntur ab vbertate domus tuæ, & torren- te voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam

apud te est fons vitæ, & in lumine tuo vi- debimus lumē, id est, in lumine creato glo- riæ, lumen increatum diuinitatis, hoc est, Deum ipsum. Quem vbi viderimus, im- plebitur in bonis desiderium nostrum, & tanta nos totos in corpore & anima bea- titudo peruadet, penetrabit ac inundabit, vt nihil neque infra, neque supra, neque ex- tra, neque intra, neque circum nos nisi om- nigenarum affluētiam deliciarum, gau- diorum, tripudiorum, nihil nisi plenissi- mam ac certissimam omnis boni abundā- tiam percepturi simus. Quum enim sit dominus Deus noster beatorum obie- ctum, in quod suos semper defigunt obtu- tus, idque visui pulcherrimum, sensui sum- me delectabile, gustui dulcissimum, & om- nibus potentijs perfecte proportiona- tum & accommodatum sit, non poterunt non omni ex parte maximis gaudere bo- nis: præsertim cum eo accedat pactum cer- tissimamque pollicitatio perpetuæ possessio- nis, qua fit vt nihil omnino metuendum sit sanctis ne quandoque illa bona amit- tant, sed sint prorsus securi semper se illis felicissime perfruituros. Quanto au- tem in hac mortali vita, quæ nihil nobis esse debet aliud, quam transitus ad patri- am, singuli quique studiosus hic virtuti- bus excolendis, ac diuinæ exequendæ vol- untati, omnigenis que bonis actibus nauauerint operam, tanto copiosius illis be- atæ vitæ bonis & gaudijs inundabuntur, clariusque regem gloriæ in decore suo cō- spicient: cuius pulchritudinem sol & luna mirantur: qui est totius pulchritudinis fons: qui est pulchrum illud, a quo omnia pulchra fiunt, vt bene sentiunt Platonici, simul cum diuo Dionysio & Hierothæo, qui dicunt: Quod sicut vnumquodque di- citur bonum, quia participat de summo bono: & ens, quia participat de summo en- te: Ita est pulchrum participatione primi pulchri, imo pulcherrimi Dei, qui ob su- am pulchritudinem obiectū, vt diximus, summe delectabile erit sensui interiori per diuinitatem: & exteriori per humanitatem assumptam, vt ipsemet Christus redem- ptor, merces & quies nostra ait: Ingredi- etur, scilicet, ad diuinitatem, & egredi- etur ad humanitatem: & vtrouique pas- cua inueniet: pascua nimirum delicio- sissimæ refectionis, sobrijsimæ inebriati- onis, castissimæ voluptatis. Est nanque etiam

Phil. 26

1. Cor. 2

Chron. 1

Facile Dei conspicerem quid sit.

Psal. 33

Psal. 38

Gaudium æternum be- aritudo quanta.

Psal. 100

M Beatitudinem obiectum quod sit pulcherrimum.

1. Cor. 13

Plato, S. Dionys. Arcopag. Hieroth.

1. Cor. 13

1. Pet. 2 Sapien. 12 Plal. 144

Dulcedo Dei quæ omnem excedat in infinitum dulcedinem

Beatitudinem caritatis fore prope tuam.

Ioan. 16

Exodi. 33

Psal. 15

Psal. 103

Boni quæ quædam creaturis est a se solo Deo esse, & pen- dete.

etiam obiectum gustui dulce & suauis, vt D. Petrus ait: Si tamen gustastis quoniam suavis est dominus, & Sapiens quidam: O quam bonus & suavis est domine spiritus tuus in omnibus. Et sanctus David: Sua- uis dominus vniuersis. Quamquam reue- ra quicquid hinc dici vel cogitari potest, nihil est ad rei veritatem. Dulcedo domi- ni Dei nostri nihil cum præsentis vitæ dul- cedine commune habet, sed longe alia, imo incomprehensibilis est. Congere omnes species odoriferas, balsamum, cinnamo- mum & id genus alias, & quicquid vspi- am grati odoris est: & vbi cuncta hæc in vnum conflaueris, scetor potius, quam su- auis odor dicenda erunt, si cum dulcedi- ne diuina componantur. Atque hæc ipsa suauitas totos nos intus & foris occupa- bit, summaque alacritate, fortitudine, ro- bore ac incolumitate afficiet. Est de- niq; etiam proportionatum & accommo- datū omnibus potentijs, quamuis sua im- mensitate ac infinitate potētias omnes lon- ge lateque excedat. Enimvero hoc excessu minime corrumpit, nec affligit, sed tantū tribuit, quantum potentia recipientis est capax. Quæ autem ex proportione & con- uenientia resultat delectatio & iucūditas, ea vtiq; gratissima est. At vero istæ iu- cunditas, suauitas, gaudium, & sclicitas nihil quodammodo esset, nisi cum certa foret possidentis securitate cōiuncta. Quā obrem ne quid dubitare possimus, beni- gnissimus saluator certos nos reddere di- gnatus est, dicens discipulis suis, & conse- quenter omnibus: Gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Iam si mire affici solent homines ad viden- das res pulchras, gustandas suaves, sonos tinnilos auribus hauriendos atque id ge- nus alia sensibus iucūda percipienda: quā ta erit beatitudo videre, gustare, sentire, frui Deo Optimo Maximo qui est omne bonum & summum bonum, nihil acci- piens aliunde: quia nullo bonorum no- strorum indiget: omnibus autem ipse po- tius largitur, vt bona sint, sicut Psalmi- sta canit: Aperiente te manum tuam om- nia implebuntur bonitate: Nam creatu- ræ omnes ex seipsis quidem non nisi me- rum nihil sunt, & quicquid habent boni, ex Deo promanauit, tantumque sunt, quā- tum Deus sese in eas diffundit. Et qui ma- gis de Deo participat, melior vtiq; cen-

sendus est, cum Deus sit ipsum verum bo- num: & pulchrior est, cum Deus sit ipsa vera pulchritudo, vel pulchrum ipsum. Vnde etiam D. Dionysius, eo quod De- us est, inquit, substantiale bonum, ad om- nia existentia extēdit bonitatem suam, quæ lumen eius participare possunt. Bonum igitur summum per ipsam essenti- am suam omnibus existentibus, mensura quadam & proportione mirabili immit- tit totius bonitatis radios. Idemque paulo inferius ait: Ipsum etenim pulcherri- mum, & suprapulchrum semper, & ex omni parte existens, omnium pulchro- rum est causa. Ex hoc itaque pulchro his quæ sunt omnibus prouenit, vt sint pro- modo suo pulchra singula: efficitque pul- chrum istud rerum omnium congruen- tias, & amicitias, ac societates. Et idem pulchrum est & bonum, quod cuncta de- siderant, & quo omnia cognata sunt: quia nihil est in substantijs rerum, quod pul- chri & boni nō sit aliquatenus particeps. Ex quibus dilectissimi filij colligi licet non posse non infinita animam illā affici voluptate, cui Deum videre Deoq; frui conceditur: quandoquidem istæ res infimæ tantas sæpe adferunt voluptates, vt stulti homines ob eas capiendas liben- tissime corpus, animam, bona, fortunas que omnes atque existimationem sui in mille pericula conijciant. Et tamen ab- sit vt tum ista, tum alia quæcunque, quæ hinc scribi aut dici queant, putemus ylla ex parte rei veritati respondere. Cum enim, vt ante diximus, oculus non viderit, nec auris audierit, nec in cor hominis as- cenderint quæ præparauit Deus diligen- tibus se, certum est quicquid inde verbis exprimi aut cogitatione comprehendere potest, longe esse infra rei magnitudinem. Infinita prorsus est Domini Dei no- stri pulchritudo, suauitas, bonitas, sapi- entia, iustitia, veritas, amabilitas, beni- gnitas, maiestas, dignitas, præstantia, no- bilitas, virtus, fortitudo, excellentia, om- nipotentia, & quicquid potest cogita- ri de Deo: atque ita necesse est horum per- spicua, stabilis, æterna contemplatio incomprehensibilem adferat volupta- tem. O felices illos, quibus iam con- cessum est videre faciem Patris in cœ- lis. O Hierusalem ciuitas sancti, quam glorio-

S. Dionysius mar- tyr.

pulchritudo & bonitas Dei quæ sit.

1. Cor. 13

Perfectiones Dei vti sunt omnimodis infinitæ.

Matth. 18

Psal. 26
Ciuiratis
superne p
stantia ac
felicitas
quanta.

gloriosa dicta sunt de te. Tu dulce refrige-
rium ab hoc molestissimo exilio reuerten-
tium: tu quies sempiterna post labores mi-
serę vitę huius emigrantium viatorum: tu
corona vincientium: tu paradus delitiarę.
In te lux in circumscripta viuentis Dei im-
mota acie conspicitur, & vultus Dei omni-
potentis perpetuo pręfens cernitur. In te
abundat quicquid potest appeti, vt nō im-
merito dixerit sanctus Augustinus: Tanta
est pulchritudo summę iustitię, tanta
est iucunditas lucis æternę: hoc est, incom-
mutabilis veritatis ac increatę sapientię,
tanta est felicitas cęlestis curię: vt etiam si
non liceret ibi non, nisi vnum manere di-
em, ob id solum innumerabiles omni vitę
huius diuitijs atque delitijs pleni, merito
sperneretur. Et reuera charissimi sic se res
habet. Omnipotens Deus pro sua ma-
gnificentia & liberalitate tot & tanta suis
seruis pręparauit bona in illa superna ciui-
tate, vt quicquid iste mundus sublunaris
pręstare possit, crux & tormētum iure ha-
bendum sit, & ex animo fastidiendum. Pe-
trus Damianus in Hymno quodā pucher-
rime inter cętera sic ait:

Augustin.

Bona que
quantaq;
electis ppa-
rata sint
in cęlis.

Petrus Da-
mianus.

Nam quis promat summę pacis,
Quanta sit lætitiā?
Vbi viuus margaritis
Surgunt ædificia,
Auro cęsa micant tecta,
Radiant triclinia?
Solis gemmis preciosis
Hęc structura nectitur.
Auro mundo tanquam vitro
Vrbis via sternitur.
Abeſt limus, deest fimum,
Lues nulla cernitur.
Hyems horrens, æſtas torrens,
Illic nunquam sæuiunt.
Flos perpetuus rosarum,
Ver agit perpetuum.
Candent lilia, rubescit
Crocus, sudat balsamum.
Virent prata, vernant sata,
Riuus mellis influunt.
Pigmentorum spirat odor,
Liquor & aromatum.
Pendent poma floridorum
Non lapsura nemorum.
Non alternat luna vices,
Sol vel cursus syderum.
Agnus est felix vrbis
Lumen innociduum.

Apoca. 21

Nam & sancti quique velut
Sol præclarus rutilant,
Et præsentem veritatis
Contemplantur speciem.
Hinc vitalem viui fontis
Hauriant dulcedinem.
Inde statum semper idem
Existendi capiunt.
Clari, viuidi, iucundi,
Nullis patent casibus.
Absunt morbi semper sanis,
Senectus iuuenibus.
Inde virent, vigent, florent,
Corruptela corruiunt.
Auidi & semper pleni,
Quod habent desiderant,
Non satietas fastidit,
Neque fames cruciat.
Inhiantes semper edunt,
Et edentes inhiant.
Nouas semper harmonias
Vox meloda concrepat,
Et in iubilum prolata
Mulcent aures organa.
Felix cęli quę præsentem
Regem cernit anima.

Et alius quidam loquens ad super-
nam Hierusalem: Sol tuus, ait, & claritas
tua, & omne bonum tuum huius pulcher-
rimi regis indeficiens contemplatio. Ipse
rex regū in medio tui, & pueri eius in cir-
cuitu eius. Ibi hymnidici angelorum cho-
ri, ibi societas supernorum ciuium. Plena
& perfecta ibi regnat charitas: quia Deus
est omnia in omnibus, quem sine fine vi-
dent, & sine fine semper videndo in eius a-
more ardent: amant & laudant, laudant &
amant. Et diuus Augustinus: O vita, inqt,
vitalis, dulcis & amabilis & semper memo-
rabilis. Vbi summa securitas, vbi securatā
quillitas, vbi tranquilla iucunditas, vbi iu-
cunda felicitas, vbi felix æternitas, vbi eter-
na beatitudo, vbi beata certitudo, vbi cer-
ta visio, & sine fine laudatio. Ibi affluentia
diuitiarum, influentia deliciarum, & con-
fluentia bonorum. Diuus quoque Beruar-
dus: Merces, ait, sanctorum tā magna est,
quod non potest mensurari: tam multa,
quod non potest numerari: tam copiosa,
quod nō potest finiri: tam preciosa, quod
nō potest æstimari. Denique Augustinus:
Ibi, inquit, Deus videbitur sine fine, sine fa-
stidio amabitur, sine defatigatione lauda-
bitur. Ecce dilectissimi filij, quam merito
diuus

P

L. Cor. 15

Augustin.
Ciuiratis
superne
felicitas
quanta.

Bernard.
Merces
sanctorum
quæ æterni
in cęlis.

Augustin.

diuus Philippus apostolus motus fuit pe-
tere à domino saluatore ac dicere: Domi-
ne, ostēde nobis patrem, & sufficit nobis.
Hęc enim omnia iam dicta, longeq; ma-
iora habent quicunque Deum vident. Illis
nanq; Deus est omnia in omnibus. Ad hęc
felicitissime fruenda & possidēda creati nos
omnes sumus. Quod cum ita se habeat,
discamus obsecro totam vitam nostram
huc referre ac dirigere, vt isthęc obtinere
mereamur, id est, vt dominum Deum no-
strum facie ad faciem videre digni effici-
mur. Si aliud quærimus, nihil quærimus.
Ecce præfens verum tempus quam gra-
tum est vobis, quantopere sua amœnitate
vestros exhilarat animos. Si igitur sic dele-
ctat vmbra & somnium, quantum ipsa ve-
ritas delectationis habet: Sed etiam atq; e-
tiam videte obsecro, ne vmbra atq; som-
nium ipsi veritati præferatis. Solet nanque
tartareus spiritus laqueos suos vbique ex-
pandere ac spargere super hæc res tempo-
rarias & vitę oblectamenta: eaq; vt liben-
tius capiamus, semper craftinū promittit
diē, donec tandē oēm eripiat salutis spem.
Et vt Basilius Magnus ait, intelligens ver-
supellis nos homines præfens libenter reci-
pere tempus, oēmque actionem humanam
in præfens contendere atq; spectare, hodi-
ernū tempus nobis furatur astute, & spem
facit craftini. Postq; craftinum venerit, rur-
sus malus diuisor sibi hodiernū, craftinū
vero dño dari petit. Sic continuo diem de
die trahēs, voluptate præfenti & spe frugis
nostrę subducit latenter vitam. Vidi
ego, ait idem, iam auis astute miram artem
cum pullos suos videat adhuc ob debilita-
tē prædę piculo expositos, sese aucupi an-
te illos vt prædę paratā offerre, ita sese ver-
tentem ac gestus dispensantem, vt nec peri-
culo penitus aut manibus se pbeat, neque
item insidiantī spem oīno eripiat. Sic itaq;
illum inter vtrunq; versando, occupando,
in se retinēdo, spatium dat natis ociose fu-
giēdi. Ipsa ad extremū euolat. Vbi mox i-

1. Cor. 15

Gene. 32
Exodi. 33

Diabolus
vt promit-
tat lōgiō-
rē vitam
fallaciter.

Basilius.

Diabolus
q; fallaci-
ter decipi-
at tēporis
pmissiōne
longioris.

Q
Aniū qua-
runda qn-
ta natura
lis callidi-
tas.

dem sanctus Episcopus subiungit: Caue
igitur ne tu aucupi similia patiaris, certa p
incertis relinquens, spem firmam vana cō-
mutans. Hęc ille. Ita nimis dilectissimi
filij, caueamus insidias diaboli. In medijs
versamur laqueis, & vbique iniquus ille ha-
mos suos, quibus nos capiat, abscondit. Quic-
quid in hoc mūdo sensibus plausibile est,
fortiter contēnatur, nisi quatenus aut cor-
po ri sustentando necessariū, aut ad placen-
dū Deo, obtinendamq; beatitudinem cō-
ducibile est: alioqui si nos præfentibus ve-
limus dare oblectamentis, hamo suo dia-
bolus capiet nos, & in mortis æternę car-
cerem secum pertrahet. Valeant creaturę
mortales omnes: vni Deo nos per amorem
coniungamus, illique firmissime adhærea-
mus, ne quid vel aduersum vel prosperum
ab eo nos possit abiūgere. Semper & vbique
linguam freno quodam cohibeamus, san-
ctis meditatiōibus demus operam, sermo-
nes nostri parci sint, & nō nisi de rebus sa-
lutiferis ac necessarijs, pœnitentię operi-
bus nos affligamus: quicquid nobis dñs
Deus noster patiendum imposuerit, hilari-
ter excipiamus aliorum vitia & defectus
benigne toleremus, ac in meliorem partē
interpretemur, quatenus recta dictabit ra-
tio, homines incompósitos ac improbos
fugiamus, familiaritatem quorūlibet im-
modicam declinemus, sensibus semper in-
uigilemus, neq; temporis, neq; verborum
plus satis cuiquam impendamus, nos ipsos
vbique & semper studiose obseruemus, sub
Deo cunctisq; mortalibus nos ipsos com-
primere ac demittere discamus, de cunctis
fratribus ac proximis nō nisi bene loqua-
mur, nos ipsos habeamus despectui, Deo
iucundis animis seruiamus, proximis bo-
na præbeamus exempla, pctā omnia & ma-
gna & parua vitemus, Deū in oibus pro sco-
po habeamus, atq; totū tēpus eū Deo trās-
gamus. Hisce studijs digne & apte efficie-
mur, q; faciē patris nostri videamus in cę-
lis, cui ē oīs honor in seculā seculorę, Amē.

Creaturis
quam sic
caure vtē-
dum.

DE FESTO INVENTIONIS SANCTÆ CRV-
cis require infra, in eadem parte scilicet æstiuāli, de Festiuitati-
bus sanctorum, scilicet in festo Exaltationis eiusdē.

IN SOLENNITATE ASCENSIONIS DOMI-
ni nostri Iesu Christi, Lectio Actuum Apostolorum
Epistolæ loco, Actuum primo,

2 PRL



Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cepit Iesus facere, & docere, vsq; in diem, qua præcipiens apostolis, per spiritum sanctum quos elegit, assumptus est. Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam, in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conuescens, præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent: sed expectarēt promissionem patris: quam audistis, inquit, per os meū. Quia Ioānes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabāt eū, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel: Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Et quum hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cunque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.



Ascensionem domini Saluatoris Lucas Evangelista graphice describit, connectens videlicet historiam Actorum Apostolicorum cum Euangelio suo, in cuius calce iam non nihil eadem de re posuerat: sed in Actis diligentius prosequitur. Ait enim: Primum quidem sermonem, nempe in Euangelio meo, feci de omnibus, id est, præcipuis quibusdam, vel saltem multis o Theophile, quæ cepit Iesus facere & docere: non quidem docere primum, deinde facere, quod solent scioli quidam ac impudentes, qui prius docēdi sibi auctoritatem sumunt, quā ipsi bene didicerint, nec erubescunt vitam agere improbam ac flagitiosam, cū tamen alios ipsi reprehendant, qui bus Paulus dicit: Qui alium doces, teipsum non doces: quod vitium partim iactantiæ & ostentationis, partim intolerantiæ impudentiæ est. Non sic Dei sapientia Christus Iesus fecit: sed primū cepit facere, deinde docere. Et tamē nemo iustius alios docuisset. Atqui vsq; ad annū trigessimū ætatis suæ penitus siluit, & exemplo suo doceret, quod post verbo docturus erat. O superbiam nostrā, o arrogantiam, q cum bonis

omnibus pene vacui simus, imo sæpe etiam omni vitio spurcitiæ polluti simus & cōtaminati, tñ prōptuli sumus ad docendos, obiurgandos, castigandos alios: q si vel te niter ab alijs reprehendamus, nullo pacto ferre valeamus. Qui vtinam attenderemus, quod Psalmista ait: Peccatori autē dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meum p os tuum: Tu vero odiisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum, quodq; post subdit: Existimasti inique quod ero tui similis: arguā te & statuat contra faciē tuam: tum videlicet, quod dicitur est illis q alios docēt, & ipsi improbe agūt: Ex ore tuo te iudico serue nequā. Qui em iustitiā ore promūt & factis impugnat, suo ipsorū iudicio suoq; ore cōdemnabitur. Ait igitur S. Lucas ea se scripsisse, quæ cepit Iesus facere & docere, vsq; in diē, qua præcipiens apostolis, p spiritū sanctū qs elegit, assumptus est, & ad cælos ascendit, nō angelicis aut vllius creaturæ subuectus manibus, sed virtute propria, sicut lōge ante S. Dauid vaticinatus erat, dicēs: Exaltare dñe in virtute tua. Præcepit autē apostolis eadē ascensionis die, vt in totum mundū Euangelij gratiā diuulgarent, docerētq;

Inarrati & scilicet quod docere & scilicet.

Psal. 49

Ibidem.

Luc. 11

B

Marc. 16

Psal. 118

Luc. 24

Marc. 16

cerētq;

Act. 1

Matth. 28

Marc. 16

Luc. 24

Ioan. 14

Ibidem.

Baptism^o Ioānis Baptizati ad quid, valuerit.

C

Appli quod dicant baptizati ipse titu scō.

Baptizatio mentis quænam dicatur.

Eccle. 10

cerētq; gētes oēs relictis da monū simula chris vnū ve: Deū iuste ac pie venerari. Iisq; apostolis p̄buit seipm viuum post passionē suā, videndū, audiendū, cōtrectandū: in multis argumētis multisq; signis sensibilibus p dies q̄draginta apparēs eis, & loquens de regno Dei tā p̄sentis Ecclesię militantis, q̄ superne triumphantis. Ex q̄bus summa apparet nostri redēptoris benignitas & humilitas, qd etiā post perfectā corporis & animę glorificationē ac immortalitatē, post plenissimā in cælis ac terra datā ipsi potestate nō minus vt ante sese pau perculis ac rudibus discipulis affabilē, piū, familiarē exhibuerit: idq; adeo vt etiā māducare cū eis non fuerit dedignatus. Illis oībus nihil aliud spectās, nisi vt tū illorū, tū nostros animos ad fidē instrueret atq; cōfirmaret, omni p̄sus ambiguitate ac infidelitate exclusa. Et cōuescens eis ipso ascensionis die, p̄cepit ab Hierosolymis ne discederēt, neq; trepidationis, neq; p̄dicationis gratia: sed expectarēt p̄missionem Patris, & gratiā supuenturi in ipsos Spiritus sancti, q̄ audistis inquit, p os meū. Dixerat em̄ eis: Et ego rogabo Patrē, & aliū paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscū in æternū. Et ille docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixerō vobis. Quia Ioannes Baptista quidē baptizauit aqua, typū quendā veri baptismi, q̄ diluunt peccata, p̄ferens, nō autē animas a peccatis emundās: vos autē baptizabimini Spiritu sancto nō post multos hos dies, id est, intra paucos dies. Sed cū ipsi discipuli alios baptizarint ante dñi necē Euangelicæ legis baptismō, q̄ gratia cōfertur, ambigē dum nō est, quin & ipsi eodē fuerint expiati. Cur igit hic dicuntur rursus baptizādi Spiritu sancto: Nimirū propter copiosā & exuberantē Sancti spiritus infusionē, q̄ in Pentecoste p̄cepturi erant. Vt em̄ Sancti spiritus illustrationē scriptura diuina vocationē appellat: ita eius copiosā susceptiōnē mentis baptismationē vocat. Igit q conuenerāt, interrogabāt eū iā iamq; ascensurū, dicentes: Dñe, si in tēpore hoc restitues regnū Israel: Ecce q̄nta fuit discipulorum simplicitas & ruditas, q̄ postea q̄ tādū adhæserant saluatori, vix tamē adhuc spiritu sapiebāt. Tam multa audierant de futuro sempiternæ beatitudinis regno, & adhuc de carnali Israelitico regno sciscitant. Reuera nihil est, vnde superbiat terra & cinis,

quā etiā Apostoli sub ipsius Christi magisterio tā rudes p̄mansere. Dixit autē eis nō sine castigatione cecitatis eorū: Nō est vestrū nosse tēpora vel momenta, q̄ Pater posuit in sua potestate. Regnū Israeliticū quā sit restituendū spiritaliter, qd in extremo fiet die, nō est vestrū nosse. Faceat curiositas, & pietas succedat. Quid ad vos pertinet tēporalis regni restitutio, q̄ ad æternū regnū vocati estis? Sed accipietis virtutē supueniētis Spiritus sancti in vos, dona sua vobis imptientis, vosq; sua virtute corroboratis: & eritis mihi testes in Ierusalē, & in omni Iudæa, & samaria, & vsq; ad vltimū terrę. Quibus v̄bis hæreticorū latibula condemnant, q̄ fere semp angulos petunt, & certis finibus vel locis sua spergūt venenata dogmata. Christus autē vbiq; terrarū veritatis Euangelicæ lucē diffudit. Et cū hæc & alia q̄dam dixisset, q̄ apud Marcū legunt, vidētibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eorū, summo cum desiderio & ineffabili exultatione eū aspectantiū, & cordibus p̄sequentium vsq; in cælū. Cunque intuerent in cælū euntē illū, ecce duo viri, hoc est, angeli sancti sub humana effigie, astiterūt repēte iuxta illos in vestibus albis, angelicę puritatis candorē, & tātæ festiuitatis iucunditatē testatibus: q̄ & dixerūt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælū, etiā post ablatū vestro e cōspectu saluatorē? Cur admiramini Deū oīpōtentē cælos cōscendisse? Miremini potius eū ad vestræ infirmitatis conditionē suscipiendā descendisse. Hic Iesus q̄ assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, id est, in ea forma veniet iudicaturus viuos & mortuos, quemadmodū vidistis eū euntē in cælū. Nō igit oculis in cælū intentis hic diutius hæreatis, tanq̄ ad vos modo rediturus sit. Redibit quidē, sed eo tempore qd ipse solus nouit. Interim vos ita viuite, vt redeuntem securi videre possitis.

Regni cœlestis restitutio qñ futura.

Hæreticos semp quæ rere latibula, vbi sua spergant impietates. Marc. 16

Luc. 24

EXEGESIS EVANGELII in eadem solennitate Mar. vlt.



Post peractū salutis nostræ opus, mortēq; perpeffā, benignissimus saluator per q̄draginta dies identidē discipulis sese visendū p̄buit, & in fide eos confirmauit, z ij vt nihil

D

Luc. 24

In eos qui ante didicerint docere alios p̄sumunt. Rom. 2

vt nihil possent de eius resurrectione ambigere, q̄ tot indicijs, certaq; experiētia didicissent: ac demū XL. die illis aspectatibus, cœlos gloriosus ascēdit cū innumera sanctorū patrum & angelorū frequentia: vt sicuti olim filij Israel p̄ desertum XL. annis ambulauerant, ac deī terram p̄missionis ingressi sunt: ita dñs XL. à passione die veram p̄missionis terrā cum suis ingrederet. Cuius nimis causa in hoc miserabile sese exilium e cœlis demiserat, & tot labores, tot dolores perpeffus erat, vt scilicet, in patriā cœlestem verāq; Hierusalē, fraude improbi serpētis amissam, humano gñi post liminio reuerti liceret. Itaq; ascēdit in iubilō, cātantibus angelis, psallētibus iustis q̄s fortis armatus ex diaboli carcere vi eduxerat, & ad æterni patris p̄perauit cōspectum, oblaturus illi p̄dam gratissimam tot miliū animarū, q̄s sua morte ab æterna morte liberarat. Cogitet hic, si q̄s modo pōt, quid gaudij, qd̄ exultationis senserit dñs Iesus, qd̄ tantam sc̄torū multitudinē suis p̄cenis cum patre in gratiam restituisse, cœlorūq; aditū eis se patefecisse cerneret. Sed nunc attentis cordibus, aīoq; collecto cōsideremus dicta factaq; dñi saluatoris iam iamq; cœlos ascensuri, eaq; nostris p̄cōribus fortiter imprimamus. Nō em̄ debēt nisi studiosissime ac attentissime inspicere & audiri, quæ dñs à nobis recessurus dixisse ac fecisse legitur. Ita nanq; etiā in humanis rebus vsuuenire cernimus, vt amici p̄cul abituri, aut morituri extrema v̄ba gestaq; arctius menti insculpantur. Atq; vt inam tā simus in his dñi nouissimi sermonibus ac gestis p̄cipiendis intēti, vt nos vna cum illo animis cœlos scandamus, possimusq; dicere cū Apostolo ex sententia: Nostra autem cōuersatio in cœlis est: Qd̄ certe maxime Christianos oēs deceret, vt sicut Christi mēbra se dici & haberi volunt, ita semp̄ cordibus illic versent: q̄ caput suum hodie p̄cessisse norūt. Nam si amore & animi voluntate alibi heremus, à nostro capite disiungimur. Membra autē quæ capiti non in hæret, illius vitales influxus nō recipiunt, nec eius spiritu vegetantur. Porro, q̄ sp̄m̄ Christi nō habet, hic non est eius. Semper igit, quantum humana finit fragilitas, capiti nostro inheremus, & calcatis rebus caducis, in cœlestibus habitemus. At nūc Euangelij explicationem aggrediamur. S. Marcus vltimo sui Euangelij cap. sic ait:

Recūbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatē eorū, & duritiā cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse nō crediderunt.

Hæc apparitio facta est ipso Ascētionis die, qñ discipulis in cenaculo illo, vbi Pascha ederat, sese visibilem exhibuit, atq; vna cum eis etiā cibum sumpsit, ad carnis veritatē demonstrādam. Et q̄ iam erat abiturus in cœlum, vt infide firmiores, tenaciusq; verborū illius memores essent, exprobrauit illis incredulitatem illorū & duritiā cordis, q̄ fidem nō cōmodauerant dictis eorū, q̄ eum rediitū cōspexisse se affirmarant. Nouimus em̄ ex scriptis Euangelicis, q̄ fuerint ad credendum difficiles, p̄sertim aliq; eorū, adeo vt S. Thomas credere nollet, nisi suis digitis vulnere cicatricea attigisset. Sed hic q̄ri posset, cur p̄missus saluator hac incredulitate electissimorum corda discipulorum laborare tam diu per miserit, cum tñ illi merito ad credendum p̄optissimi esse debuissent: nisi q̄ propter nos id p̄missum facile intelligimus, vt dñi illi cunctantius ad fidē accederent, nos oī hæsitatione ac trepidatiōe absolueremur. Itaq; benignissima miseratione, & p̄uidissima dispensatione apostoli & aliq; nōnulli ex discipulis aliquandiu in hac animi fluctuatiōe & credēdi difficultate relictī sunt, vt nos certissimi simus Christū v̄c resurrexisse, & sua resurrectione spem nobis resurgendi p̄buisse. Neq; putemus solos dñi discipulos à Christo rephensos esse ob incredulitatem suā. Imo v̄o in hac vsq; diem nō desinit saluator p̄ spiritū sc̄m̄ suū multisq; alijs modis singulorū hoīm, maxime Christianorū obiurgare incredulitatem & duritiā cordis: tametsi paucissimi id p̄cipiant ob nimiam mentis surditatem. O qñ ta hodie mortales pene oēs incredulitas et duritia cordis obtinet: cuius vel hoc vnū satis est evidens argumentū, q̄ vsque adeo huic mūdo rebusq; labētibus dediti sunt: Deum autē, summum videlicet bonum, & futurā gloriā p̄ns oībus promissam, penitus nihili p̄dunt. Nam qd̄ fidei vestigium pōt apparere, vbi nec minæ terribiles, nec promissa amplissima æterni Dei id possunt efficere, vt mundus cōtemnatur, & Deus timeat ac amet: Tales igitur obiurgat Deus

Num. 14. & 22. Deut. 32

Psal. 46. Luc. 21. Zach. 9

Quāto cū gaudio dñs corlos consecendū rit.

Verba Christi ascēdentis quāta cū deuotione sint auscultanda. Philip. 3

Roman. 8

E. Luc. 14

Ioan. 10

Dabitur cur Chri p̄mittit Aplos de sua resurrectione.

Incredulitas Chri morā multorū vnde hodie contingat.

Dei multi taria m̄lorū Christi sanctorū rephende re vitam.

tum p̄ seipsum, occulta sc̄q; inspirationes suas, tū per angelicos sp̄s nostræ salutis fiti entissimos, tum p̄ superiores nostros, tū per cōciones sacras, tum p̄ flagella multiplicia itemq; alijs multis rōnibus: sed raro quicq; proficit, eo q̄ corda gerat lapidea, quæ nullis admonitiōnū vel rephensionum spiculis cōpungi se patiunt: sed semp̄ seipsis deteriora fiunt, indies profundius sese in vitiorū gurgites demergendo, donec tandem eo deuoluantur, vbi iam nullum sit in p̄cenis remedium. Sequitur:

Et dixit eis: eūtes in mundū vniuersum, p̄dicare euāgeliū oī creaturæ.

F. Matth. 10

Ante passionē suā dixerat Christus discipulis suis: In viā gentiū ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis: sed ite potius ad oues q̄ perierunt domus Israel. At nūc iubet eos toti orbi annunciare Euāgeliū. Vehemēter em̄ diligebat populū illum, in q̄ tñ ab initio semp̄ summā est expertus ingratiūdinem. Ideoq; si quārōne potuissent ad agendā penitentiā, atque ad ipsum Christū agnoscendū & recipiendum emolliri, tū p̄ seipsum, tum p̄ discipulos suos illis solis Euāgelij lucē & gratiā voluit p̄dicari, donec tandē ipsi à se eā repellerēt. Vnde tametsi apostolos hoc loco iubet in vniuersum p̄gere mundum: nō tñ id statim fieri permisit, nisi qñ obstinata Iudeorū p̄fidia & ingratiūdo meruit derelinqui, & ad gentes Dei gratiā trāsferri. Quod tū demum factū est, qñ apostoli inter sese puincias partiti, lōge lateq; Christi fidem & Euāgeliū diuulgauerunt. Qd̄ autē dicit hic Christus, vt annunciet Euāgeliū oī creaturæ, de cunctis gentiū nationibus accipi debet. Quare quantū nobis oībus, q̄ ex gentibus ad Dei veri notitiam perducti sumus, à Deo bñficiū p̄stitū sit, nulla mēs creata pōt cōphendere. Siqui dē ex tā lōgis ac inueteratis erroribus, cim merijsq; tñbris, stultissimisq; gentilibus opinionibus, q̄ animis hoīm penitus insederant, ad creatoris nostri cognitiōnē reuocati sumus, relictoq; spurcissimorū cultu demonū, v̄c Deū supplices adoramus & colimus, tot annorū millibus toti ferme hoīm gñi prorsus incognitū. Itaq; dignas Deo dilectissimi impendamus gratiæ actiōes, q̄ nobis miseris voluit p̄ apostolorū, ceterorūq; seruoꝝ suorum p̄dicatiōnē innotescere, & nos à p̄fundo mortis extra

Creaturæ oī cur p̄dicari Euāgeliū p̄ceptum.

Gfarum quam actionē te nētur Deo Christiani pro vocatione ad fidem.

here, cū interim oēs illi q̄ nos p̄cesserūt hodieq; viuunt verē fidei expertes, nisi resipiscant, haud dubio cum aīa & corpore semp̄ sint apud inferos p̄cenas grauissimas pro sua cæcitate ac infidelitate daturi.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur.

Fides totius religionis nostræ fundamentū est, q̄ necessario ad obtinendā beatitudinē exigat. Nam sine fide impossibile est placere Deo. Sed ne q̄s seipm̄ fallat, putetq; cū Lutheranis solā sufficere fidē, qñ quidem dñs hic affirmat, eum q̄ crediderit & baptizatus fuerit, saluū fore, audiat qd̄ idem dñs post resurrectionē apud Mattheū dixisse legatur: Ibi nāq; sic habes: Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos in noīe patris, & filij, & sp̄s sancti: docentes eos seruare oīa quæcunq; mandauī vobis. Hoc fac hæretice, & viues. Noli tñ credere in Iesum, imponēs tibi p̄psi: sed serua oīa mādāta illius, & saluus eris. Scis qd̄ p̄cepit tibi Deus: nepe, vt diligas dñm Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, ex tota mente tua, & ex oībus viribus tuis: & proximū tuum sicut seipsum. Id fr feceris, securus eris. Alioq; fides tuā dānationis cumulus potius tibi erit, q̄ salutis. Qd̄ si mille adferas scripturæ loca, quæ idem sonare videantur, puta solā sufficere fidem, tamen nisi fidei coniunxeris spem & charitatem, & obseruantia mandatorū Dei, delusum te senties. Sūt apertissima scripturæ testimonia, q̄bus id certo probat. Ipse dñs noster Iesus Christus dispēsatis ac distributis censibus in ope redēptionis acquisitis (q̄s in Euāgelio sc̄m̄ Mattheū talenta: sc̄m̄ Lucam, minas vocat) nō solum exigit studiū atq; diligētiam nostram, sed etiā minatur p̄cena, si lucrum nō faciamus. Negociami ni, ait, dum venio. Vbi duo nobis attēden da veniūt: Primo, pecunia siue dona nobis ex illius benignitate nobis collata. Secundo coopatio nostra dū dicit: Negociami ni. Non em̄ talenta tñ cōtulit, sed etiā nostro studio aucta ea vult ad se referri: idq; adeo vt pigrū seruū inertiae deditum iusserit in tñbras exteriores mitti, eo q̄ nullū fecisset negociando & coopando lucrum. Quod si sola fides sufficit, & opa ad salutē necessaria non sunt, cur tanta cōminatio ne à nobis exgruntur? Cur in æternas

G

Hebr. 11

Matth. 28

Deute. 6. Matth. 22. Marc. 12. Luc. 11

Fides hæreticorū vsq; sit cumul' dānationis potius q̄ salutis.

Matth. 19. Luc. 19

Ibidem.

Opera bona q̄ sint ad salutē necessaria.

H

fit mergi tenebras talētum integrū, sed nihil auctum reportantē: Qua tandem iustitia heretice puniunt omittentes ea, ad que non sunt obligati? Quomō stat sententia tua cum sententia summæ veritatis? Veritas dicit: Qui gratiæ quā diuinitus accepit, non erit cooperatus, dānabitur, siue mittetur in tenebras exteriores. Tu autē dicit: Fides sola sufficit sine operibus. Certe aut Christum, aut te errare necesse est. Absit autē vt veritas erret. Tu potius excēcatus superbiæ tumore, à veritate aberras, dū nimium contra & supra multorum sanctissimorum patrum concordem intelligentiā sensa scripturæ pro tua libidine ac animi vanitate & elatione interpretaris, ita vt merito inter illos numerādu sis, de q̄bus Humilitatis magister, sic ait ad patrem: Abscō disti hæc à sapientibus & prudētibus, scilicet in oculis pprijs, aliosq; p̄ se despiciētibus, tanq̄ ipsi melius alijs sapiant: & reuelati ea paruulis, q̄ malunt humilibus cōsentire, & intellectum suū captiuantes, alioq; potius iudicio inhærere, q̄ laudis cuiusdā & singularis existimationis captāda gloria vna cum negligentibus operarijs ad tenebras interiores & exteriores deduci. Alio q̄q; loco pater familias, q̄ vtiq; Deus oī potens est, operarios cōduxit in vineā suā, singulisq; mercedē pollicitus est: ac deinde ait procuratori suo, vt vocet operarios & reddat illis mercedē suam. En operarios nō ociosos & desides p̄mio affici, ijsq; mercedē restitui iubet. Merces autē non soluitur, vbi nullū p̄cessit opus vel meritū. Sed quid necesse est multis his immorari? Tā nihil habet dubitationis p̄ter fidem etiam opera esse necessaria, vt etiam illi qui contrariam tuētur opinionē, haud dubie propria reuicti cōscientia ita sentiant, licet aliter scripto aut verbo sentire videantur. Pudet nāq; eos victos se fateri, & errorem dānare suum. Quod si qui ita sunt cæci, vt se errare nesciant, illorum misereatur Deus. Sed quamuis fides sola ad salutē non sufficiat, tamen certum est quisquis ea caret, eum saluum fieri non posse, sicut dominus ait: Qui vero non crediderit, condemnabitur.

Math. 11

1. Cor. 10

Math. 20

Mercedē operibus bonis solui debet.

Hereticos docere cōtra ppriam cōscientiam.

Fides q̄nā ad salutē sit necessaria.

tur nouis: Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

Hęc signa illis tēporibus fuere necessaria, q̄bus Euangeliū p̄dicatio cepit originem. Deinde vbi fides creuit, signa illa externa in spiritalia abierunt: sicq; etiā hodie quotquot vere fideles sunt, signa eadē inuisibiliter ac spiritaliter efficiūt. Enimvero in nomine Iesu dēmonia eijciunt, q̄nā à malis spiritibus grauer impugnati, & diuersis tentationibus vexati, Christi auxilium implorant, signoque crucis & fide viuā eos repellunt. Scriptum est enim: Turris fortissima nomen domini: ad ipsum currit iustus, & saluabitur. Et recte dicitur: In nomine meo dēmonia eijcient. Nam quoties aduersus tetros illos spiritus prauales, non vtiq; nostris viribus, sed Christi virtute & gratia prauales: cui etiam totam victoriā nostræ laudem & summam deferre debemus. Nam sine illo quid nos miseri possemus contra versutissimos, ferocissimos, atque in omni nequitia genere exercitatissimos spiritus, qui sepe nec verbulum vnum æquanimiter ferre valeamus? Vnde cauendum summopere est, ne inaniter animo extollamur, aut nostris tribuamus viribus, dum tentationes vincimus: sed summa cū humilitate & gratiarum actione dicamus domino: Nō nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et: Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum, Et: Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Linguis autem loquuntur nouis, qui ex diuina gratia compuncti, atque ad Deum ab improba vita conuersi, sicut prius scurrilia, mendacia, vana, impia, ociosa verba & audire, & dicere, solebant: itemq; obrectationibus, murmurationibus, alijsque illicitis verbis linguas suas, imo & animas contaminabant: ita nunc ob timorem & amorem Dei, atque pro tuenda cordis & conscientia puritate, aut silentio vacant, aut non nisi vtilia, necessaria, & quæ ad Dei laudem & proximi vtilitatem spectant, loqui volunt: memores semper terribilis illius sententiæ domini Saluatoris: De omni verbo ocioso, quod lo-

Miracula externa q̄nā, q̄bus que fuerit necessaria.

Dēmonia eijciuntur ce qui cōtingat.

Prover. 18

Victoria cōtra dēmones cui nā adscribenda.

Psal. 113

Psal. 117

Psal. 118

Linguis nouis qui nā mystice loquuntur.

Math. 11

math. 10

K

Serpentes gnām spiritaliter auferant. Serpentes tartarei vti sint dēmones

Apoca. 1

Inspirati ones prauæ quate nō vel ob sint vel p̄ sint.

Mortiferæ gnām q̄d mystice uolunt bant

Detraçtio nem libenter audire q̄ sit periculosum.

Detraçtio vt sit furto grauius peccatum

quiti fuerint homines, reddēt de eo ratio nē in die iudicij. Si otiosus sermo illius tremēdi iudicij examini seruetur, quid fiet de p̄nitioso? Serpentes tollūt, q̄ venentis ac pestiferis resistūt suggestiōibus: vel qui suis adhortationibus malitiā ex aliorū cordibus excludunt. Serpentes tartarei dēmones sunt, qui nunquam non pios virulentis inspirationibus infestant. Et quæ admodum serpentes venena sua in fundūt in hominis corpus, ita dēmones virus exitiale prauarum suggestiōum animabus instillant, vt eas auertant à Deo, & suis peccatis inuoluant. Sed tollēdi sunt serpētes isti penitus negando consensum, vt etsi sentiantur sibilus nefandarum inspirationum, tamen ob amorem & honorem summi Dei, q̄ dilexit nos & liberauit sanguine & morte sua de potestate satanæ, illi minime cōsentiatur. Atque ita nihil officiet, quantumuis execranda suggestio. Nam virtus aut vitium ex voluntatis consensu dependet nec aliquid adfert detrimenti, sensisse malum, si consensus non præbeatur, sed Deo fideliter & cōstanter adhæreat. imo vero sepius prauæ dēmonū inspirationes p̄ijs magna p̄stant vtilitatem, dū sua importunitate & molestia p̄enas minuunt peccatorū, & ad magnam capeëndā gratiam eos p̄parant. Qui autem noxijs assentiunt inspirationibus, illi virus serpētīnū intimis hauriunt visceribus, & mortē sibi ipsi asciscūt. Porro mortiferam quædam potionem sumunt, siue mortiferum quod biberint, q̄ hominum malorū & Deum non timentium pernitiosas audiunt obrectationes, aliaque verba mortifera & nociua: sed vbi aduertunt, si non sit spes emendationis, mox penitus inde se auertunt: aut alias pro loci ac temporis ratione reprehendunt, ne alienis p̄catis cōmunicent, & libenter audiēdo q̄ nō licet, alijs p̄beant occasionē liberius talia p̄ferendi, & se ipsos apud Deū reos efficiāt. Periculosum em̄ admodū est audire detrahentē. Nam si qs consentiat illi, aut obrectationes illius ipsi placeāt, vel nō resistat illi vt oportet: puta vel obiurgando, si speret eū posse corrigi, aut ab obrectādo reuocari: vel ad minus ab eius dictis sese auertendo, aut vultū tristē contractiorēve illi exhibēdo, vnde intelligat se grauate au diri, p̄cātū admittit. Et sæpe in his etiā valde grauer peccat. Detestandū sane vitium detraçtio est, & ipso furto grauius.

Nam qui detrahit, famam alterius tollit, & extinguit in cordibus audientium: qd nemo dubitat p̄nitiosus esse, quam nummos aut aliud quiddam eiusmodi tollere. Et tamen qui furatur quippiam, in cruce malā agitur, q̄ verò detrahit, apud homines impunitate gaudet, sed nō apud Deū. Sunt autē sex Detraçtionis species. Prima omnī eaq; longe deterrima est, cuiquam falsa imponere crimina: Secunda, alterius occulta mala proferre in publicū: Tertia, mala audita alijs cum quadā exaggeratione referre: Quarta, aliorū occulta negare bona: Quinta bona manifesta diminuere & extenuare: Sexta, bona aliorū in partē peiorē interpretari. Isthæc qui facit animo malitioso, mortiferum quidem, quantum in ipso, est, alijs poculum præbet: sed bibentibus nō nocet, dum nō placet, sed ita vt dictū est, sese gerunt. Deniq; sup ægros, manus imponunt & bene habent, q̄ proximos suos in malū p̄cliuēs, & ad resistendum tentatiōibus, virtutesq; colēdas infirmos conspiciētes, suis monitis, exēplis & p̄cibus illis succurrunt, atq; ad declinandā fugiendāq; mala, & bona agenda eos efficiunt alacres, firmos ac studiosos. Qui enim difficile abstinet à vitijs, & bona ægre operatur, is vtiq; animo valde infirmus est. Et talibus vnus quislibet debet pro viribus esse consilio & auxilio, vt possint animo conualescere ad cauenda vitia & recte agendū. Sed heu maxima pars hominum ita iā affecta est, vt quicunq; possint, malint à bono retrahere, & ad vitia illicere, quā ad meliora prouocare: qui sunt inimici Christi Iesu, & socij atq; cooperatores dēmonum.

Et dñs quidem Iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in cœlū, & sedet a dextris Dei. Illi autē profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Nō ista solū, q̄ hic S. Mar. cōmemorat, sed etiā alia multa locutus est dñs discipulis suis. Quib9 expletis vidētibus multis assūptus est in cœlū empyreū, non aliena, sed ppria virtute, tū ratiōe diuinitatis, q̄ potest oīa: tū ratiōe humanitatis gloriosē. Sigdē ob dotē agilitatis, corpus gloriosū, q̄ntū ad motū locale attinet, ad nutū obtēperat aīa. Et sedet à dextris Dei. Nemo putet Deū se-

L Detraçtio nis species q̄nam sūt.

Ægros curare spiritaliter quidd sit.

marc. 16 Lucæ 14

re, vel habere manus, cum sit spiritus, Sed Christus secundum humanitatem sedet à dextris patris Dei omnipotētis, hoc est, vltra creaturas omnes subleuatus est in summā vsq; dignitatem & potestatem, & bona prestantissima, quæ Deus largiri queat.

Christus q modo se dere dicit à dextris Dei

M. Lucæ 24

Nō est hoc loco p̄mittendū, qd hac die dñs Iesus discipulos suos primo de ciuitate eduxit, Secūdo eos in Bethaniam adduxit. Tertio eis benedixit, Quarto ascendit in cœlū. Hæc enim mystice significat dñm Iesum, hominē peccatorē primo qdem ex pctō & vitijs educere: deinde in Bethaniā, id est, obedientiæ domū pducere, vt q ante suis indulsit affectibus, proprijsq; obsequutus est voluntati, quæ radix est peccatorū omnīū, deinceps Dei & Ecclesiæ, prælatorumq; suorum discat parere volūtatī: Tertio ei benedicere. i. gratiā impertiri, qua pseueret in bono: Quarto ascendere, id est, illius animū ab amore p̄sentium ad amādā & appetendā cœlestia leuare, atq; ad supna trāsferre. Illi autē p̄fecti, non tum statim, sed

Eorū que christus ascendit fecit ratios mystice q sint.

Prædicatiōnis apostolorū ratio mystice quæ

Signa in conuersione infidelium cur fuerint oportuna

In conuersione hominum ad Deū quænam instrumenta apta reguntur.

Prædicatores qui dum cur fructū par

opportuno tempore, vt ante dictum est: p̄dicauerunt vbiq; primo in iudæa locisq; adiacētibus, deinde etiam in exteris regionibus, dño cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis. Ita sane necesse erat, vt prædicatorum suorum sermonibus diuina gratia cooperaretur, aliq; nunquā illi tam pauci, tā simplices, tā abiecti tā tam hominum multitudinem ad credendum in hominē crucifixum traducere potuissent. Vnde adiuncta sunt illis signa, quibus audientium animi de eorum quæ dicebantur veritate certissimi fierent, planeque confirmarentur: nec quisquā fidelīū dubitare potest, quin mundi ad Christum conuersio diuinæ gratiæ potissimum ascribenda sit, vtpote qua factum est, vt prædicatorum verba hominum animos emollirent, penetrarent, compungerent: quæ si defuisset, vtique nō nisi aera verberassent. Nemo ergo sibi tribuat, si quandoq; suis vel concionibus, vel scriptis alios conuersos sentiat. Gratia est quæ homines conuertit. Interim homines quædam instrumenta sunt, per quæ gratia operatur. Nō est tamē dubitandum, quin vt plurimū efficacius operetur gratia p̄ apta & munda instrumenta, id est, prædicatores sanctos, quam eos qui quod verbis docent, ipsi factis non sequuntur. Fit enim sæpenumero, vt est homo multa etiam feruenter & doctè dicantur

ab illis qui secus viuunt atque docent, tamen parum aut nihil apud auditores efficiant, eo quod ex frigido corde ipsorum dicta proficiantur, atque ob id non incendunt alios, Quamquam cauendum est ne quis iudicet temere quempiam: sed à quocunq; veritas dicatur, semper humiliter, reuerenter & attentis animis auscultanda est: nec tam attendendum cuiusmodi sit, qd dicit, q̄ ea quæ illius ore proferunt.

SERMO IN EADEM celebritate. Quæ nos, quo minus post Christum ascendamus in cœlum, impediunt: & quæ nobis ad ascendendum adminiculo sint.

Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ad Ephesios III. Quantum nos hac die solēni gaudere deceat charissimi filij, qui in Christo natura nostra prius in Adam corrupta & ex amœnis & tranquillis paradisi sedibus in hoc teterrimū labētis mūdi exiliū relegata, vltra omnē angelicorū spiritū celsitudinē vsq; ad æterni patris est euecta cōfessum, q̄ quis nō intelligit, mentis & sensus oīs inops est. Quid enim tantam possit nobis miseris, nobis desperatis, nobis iræ & damnationis filijs veræ ac salutaris lætitiæ materiam ingerere, q̄ qd hodie die verus Dei filius, idemq; verus homo naturā nostrā, quā pabolēdis illius eratis, expiādisq; meritis pœnis suscepit, suæ diuinitati vniōe tā stupenda, q̄ inseparabili copulata, in cœlorum summa arce p̄cipua dignitate collocavit: Obsecro dñe qd est homo qd memor es eius, aut qd apponis erga eū cor tuū: hiccine decet morti p̄ suis sceleribus suoq; cōtēptū & ingrati tudine destinatos, ad tantā euehi gloriā, & nō solū iustas nō luere pœnas, sed etiā in tua trāsire mēbra, tuæq; beatitudinis inestimabili participatiōe beatos ac gloriosos effici: O immēsam erga nos Dei charitatē & benignitatē. O hō terrę affixus, lucris & voluptatibus & vanitatibus terræ semp̄ deditus, excutere de puluere, mētis caliginē absterge, intēde acriter oculos cordis ad cōtēplanda beneficia dei. Vide q̄ te vocet benignitas & munificētia Dei tui: vide q̄ ille te nolit esse contentum his paruis, breuib; & angustiis rebus, quas orbis subluat.

N

Psal. 107.

Ascensio sua quænam christi sui os docueris.

ris insipientibus offert & ingerit, prima frōte & fucata specie blandas ac suaves at exitu acerbis & amaris: sed cœlestibus, & ternis, nec vnquam vel fraude cuiusquam amittendis, vel vi eripiendis bonis te diuitem ac beatū efficere cupiat. Propterea namq; Christus hodie ascendit in cœlū in ea forma, quā assumpserat, quæ nobis cum illo cōmunis est, vt posthac scias cōmittendum tibi non esse, vt animo hisce infimis rebus adhærescas, sed post Christum toto cordis affectu, proposito, amore, conatu tendas ad superna: idque maxime turpe tibi ducas, si mūdi stercorea velis amplecti, qui ad inmensas Dei patris tui in cœlis repositas opes secure possidendas Dei benignitate vocaris. Age igitur abiectis impedimentis, ea tibi asciscē, quibus fretus & suffultus, possis alacriter post Christum in cœlos conscendere. Impedimenta autē sunt ea omnia, quæ à Dei voluntate discordant, vt sunt vitia perturbationes animi, quibus anima ceu quibusdam cōpedibus ac vinculis stringit, & captiua retinetur, vt non possit libere ingredi. Adiuuenta autem & adminicula sunt virtutes & dona Dei, quæ animam reddunt expeditam & liberam, vt in ipsum vsq; cœlum euolare possit. Quæ duo vna sententia complexus est Apostolus, eam à propheta mutuatus, vbi ait: Ascēdens Christus in altū, captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Captiuā, inquit, duxit captiuitatem, nostrorum scelerum nexibus alioqui inexplicabilibus peccatorum nos absoluens, quibus anima miserandum in modum obligatur, vt nō possit indita sibi diuinitus vt libertate, nec erigere sese ad cognoscendū, amandū, riteq; colendum dominū Deum suum: sed auersa semper à veris bonis, atq; adeo ab ipso omnis boni fonte Deo, prona quadā cupiditate feratur ad spectanda, expetenda, & amanda vitæ temporalis oblectamenta: quæ tamen nedum vana sunt, quia breuia: sed etiam fallacia, quia infidiosa. Deinde adiungit Apostolus: Dedit dona hominibus, veris scilicet virtutibus nos exornans ac instruens, quibus ceu alis quibusdam sursum feramur. Vt enim vitia suo pondere animam semper in ima deprimūt ita virtutes ex Dei gratia sursum leuant. Vnde etiam in extremo die, quando dominus ad iudicandos mortales omnes adueniet, impij & scelesti peccatorum suorum

Ascensio sua quænam christi sui os docueris.

Quænam hoiem ab ascensio post Christū in cœlū impediunt

Ascensum mētis in cœlū quæ moueāt

Eph. 4 Psal. 67

Eph. 4

Ascensio sua quænam christi sui os docueris.

grauifarcina retenti, non poterunt vltra terram sese erigere: iusti autem & sancti Christo pergēt obuiam in aera, moxque cum eodem etiam momento celerius in cœlum empyreum subuolabunt: impij vero maleficijs suis tanquam immanissimis plūbi massis & ponderibus in profunda tartarorum deprimentur. Itaque vt ad abiectanda peccata, virtutesq; excolendas animis accendamus, de vtriusq; non nihil in medium adferre statuimus. Constat nimirum duas esse vias, per quas humanam vitā progredi necesse est: vnā scilicet virtutum, quæ sursum ducat ad veram beatitudinem vbi nobis Dei visio promittitur, quæ quicquid recte desiderari potest, in se completur: altera vitiorum, quæ ad inferos deprimat, vbi est, malorum omnium confusa congeries, & infinita calamitas, quantum nulla mens concipere, nulla lingua explicare potest. Hæc vias nedū Philosophi, sed etiam Poetæ commemorant. Et eā quidem viam, quæ sit assignata virtutibus, primo aditu arduam esse voluerunt & confragosam, in qua si quis difficultate superata, in summum eius euaserit, quod vtique nec illi ipsi præstare potuerunt, qui suis hæc scriptis posteritati commendarunt, quamdiu diuinæ gratiæ fuerunt expertes, deinceps plano illum vt i itinere, lucidumq; & amœnum habere campum, & omnium laborum suorum capere fructus vberes atq; iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos ad vitiorum sese conferre viam, quæ primo ingressu sit quasi amœna, multoq; tritior: deinde cum in eam paulo longius processerint, fallacem iucunditatis eius speciem repēte euanescente, exoriri autem viam præcipitem, innumeris plenam periculis, nūc rupibus asperam & inaccessam, nunc obductam sentibus, nunc procellosis gurgitum fluctibus sæuam ac immitem, nunc torrentibus rapidam, vt laborare, hærere, labi, præcipitem ferri necesse sit. Quibus quidem nihil aliud homines illi ingeniosi quidem, & quod ad humanam attinet scientiā eruditi significare voluerunt, nisi in virtutibus obtinēdis laboris ac sudoris inesse p̄multū: in pceptis autē fructus lōge vberri mos, & veras ac solidas voluptates. Vitia vero fallacissimis quibusdā delinimētis illicere aios hōim, & p̄nitialiū oblectamētōz ianifima voluptate captos & illaq̄atos ad itōte randas

1. Theff. 4

Via virtutum q̄ ducit

Via vitiorum q̄ ducit

Via virtutū vbi sit primo cōgruū arduū, deinde de facili or

Via vitiorum vbi sit facie prima facilis & iucunda

randas miseras, acerbasq; calamitas perducere. Extant hinc pucherrimi apud Hefiodum vetustū poetā versus, q̄s sanctis- simum præsulem Basylium quadam con- cione recitare non piguit, suntq; eiusmodi. Ad vicium facilis vicinaq; semita cunctis Panditur: at virtutis iter posuere remotū Cœlicolę, durūq; prius, sed vertice summo Dū fuerit, planū se offert q̄rentibus illud.

Hefiodus, Basylius

Q

Quibus carminibus vir sc̄tus nihil aliud poetā voluisse putat, q̄ ad amplectēdā virtutē hoīes excitare, vt nec initio voluptati cōsiderēt, neu rerū tædio ac labore ante cōsequutū terminū deficerēt. Meminit idē reuerēdus antistes Ch̄i cuiusdā q̄ hisce iā dictis similia in virtutem & vitiū scripserit, cuius sententiā recitat, eiq; mentē adhibendā asserit: eo q̄d nequaquam vir despicendus videatur. Ait igitur Chius ille: lū ueni quondam Herculi secum consulenti ad vtrā viarum se cōuerteret, an eā, quę ad virtutē p̄ labores ducit, an facilem p̄ voluptates ingrediendā, duas ei fœminas Virtutem ac Voluptatē, quæ mox tacitus apud se ex diuerso habitu differentiā agnouerit apparuisse. Altera q̄dem forma cōspicua, molliore facie, lasciuis oculis, sermone blādo, omnia fausta faciliaq; & ad vitę solatia tendentia p̄ otia pollicēdo Herculē ad se trahere conabat. Altera vero vultu rigido, squalenti mœstiq; ore, magnam fidutiam atque constantiā p̄ se ferēs, nihil iucundū, nihil amænū ostendebat, sed mille pericula, laboresq; immensos terra mariq; subeundos. Præmiū t̄n horū immortale: ad extremū vero morientē Herculē se secuturā, & inter Deos collocaturā p̄mittebat, hanc que secutū Herculē dicit. Hucusq; S. Basylius. Pulchre q̄dem viri isti virtutis ac vitiōz depinxere itinera, plane diuersa, sed t̄n ga futurę vitę nullam habuere certā notitiā, non satis mouēt Lectoris animum. Itaq; quæ ab illis satis explicata nō sunt, ex nostrę religionis indubitata persuasione petenda sunt. Nobis quidem certum est diuersas planeq; contrarias, vt iam ante diximus, homini propositas esse vias, quæ tandem non ad temporariam sed prorsus æternam vel felicitatem, vel miseriam perducant. Habetque vtraque ducem suum, qui per eas ingredi volentes deducat. Virtutis viæ dux Christus est, vitiōrum diabolus. In virtutum via, quam à mundi exordio Dei amici oēs amplexi sunt, pri-

Ibidem

chius

Virtus & voluptas q̄ ex diametro diuersę sint

Vitæ ducem aut ducem quā sint

us demonstrantur mala multa & molesta homini exteriori, qui peccato corruptus continuum cum anima bellum gerit, detrectans illius imperium, quæ Deo obtemperare noluit, sed mala hæc temporalia tantum, quæ postmodum sempiterna cōsequantur bona. In vitiōrum autem via ordine contrario prius temporalia offeruntur bona, sed quæ tandem ad æterna perducant mala, vt quicumque præsens mala, quæ diuturna esse non possunt, cum iustitia delegerit, malens ob conseruandā Dei sui similitudinem momentaneis affigi incommodis, vt possit tueri virtutem ac innocentiam, quam quibuslibet gaudere oblectamentis cum iniuria summi Dei, idem ipse maiora & potiora consequatur bona, nempe æterna, quam fuerint illa, quę spreuit, vt pote breuia & incerta. Quisquis autem labentis vitę bona iustitię pręposuerit, aut carnis infirmitate, aut praua deuctus consuetudine, vel obstinata animi irretitus impbitate, in acerbiora & diuturniora incurrat mala, q̄ ea quæ fugit.

Via virtutis siue suauitate difficilis

Seruitores vitę p̄ sentis merces q̄nam maneat

Apo. 11

S

Via virtutis siue difficilis q̄ retribus mercedem

R

Vitæ huius siue molesta siue inuita non posse esse diuturna.

Acto. 14

1. Tim. 3

Vitæ præsens quæ nā videtur delectabilis.

Rom. 8

1. Cor. 4

Vitæ siue vitiōrum exitus quæ siue sit

sciditur, vt non ante miseri illius nexibus inuoluti ac obstricti tum illius imposturatum sua pericula & damna prospicere possint, quam in profundum tartarorū chaos quo illa omnes sui sectatores certissime perducit, ruant præcipites. Quisquis enim earum rerum, quæ præsens vita indiscriminati bonis malisque ingerit & exhibet, molli ac delicata specie captus & illectus, atq; in his, nulla habita voluntatis ac præceptorum Dei ratione, consequendis ac fruendis occupatus, animum à futurorum consideratione reuocauerit, seq̄ à Deo auerterit, atq; ad dæmonū castra trās fugerit, is morte ex hac luce abreptus, mitet in abyssum, & stagnū illud picę ac sulphure semper arsurū, dæmonesq; ac impios omnes penniter crematurum. Porro in cœlesti virtutū via, quæ difficilis & cliuosa, atq; vel horrida veprium ac tribulorum asperitate terribilis vel præruptis ac arduis rupibus minime peruia prima facie videtur, ita vt eā ingredi volenti, multo labore ac solitudine vtendum sit: quę tamē Dei amor & gratia, atque ipsa hominis bona voluntas temperare solent. In hac ergo via posita est Iustitia, Modestia, Continentia, Charitas, Sapientia cæteraq; virtutes: sed simul cum his paupertas, ignominia, labor, dolor, amaritudines omnes, vt quisquis veris appetat virtutibus ditescere nihil horū perpeti vereatur: Vt enim Apostolus ait, Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Et: Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecuti onem patientur. At quisquis nulli neq; labori, neq; molestiæ, neq; dolori cesserit, sed in hac via Christi domini auxilio subnixus, constanter perseuerauerit, aut si quādoque non nihil contingat aberrare, ad viam redierit, is tandem non ad campos Elyfios, quos poetarum fabulæ loquuntur, sed ad æternę beatitudinis perpetuas mansiones feretur, atque à Deo æquissimo iudice, & liberalissimo Imperatore suo corona virtutis, & pro laboribus ac doloribus virtutis causa toleratis, lumina ac infinita felicitate donabitur. Vbi tum reifera experietur quam verum sit, quod Apostolus plenus spiritu Dei affirmat: Non sunt condignę passionibus & afflictionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et, id quod in præscienti est momentaneum & leue tribulatio-

nis nostrę, supra modum in sublimitate æternę glorię pondus operatur in nobis. Quid autem mirum est, si pro summis illis ac veris bonis, quæ promisit Deus fidelibus seruis suis, nonnulli labores ac difficultates subeundę sint, quando nihil pene tam vile est in hac vita, cuius obtinendi causa non sit labor aliquis perferendus? Imo vero quid nō periculi subeunt amici seculi huius pro rebus quibusdam inanissimis? Athletę, vt pulchre describit Basylius Magnus, mille supra mille patientes labores, & multis modis robur ac vires sibi comparantes, multumq; in gymniciis sudantes exercitationibus, plures insuper plagas ex pædotriba accipientes, distamq; nō iucundam, sed gymnasticam subeuntes, & alia per quam multa sustinentes, tūc demū probe instructi ad stadium procedūt, vbi & laborant rursus & maxime periclitant, vt oleastri, aut apij, seu cuiusuis alterius frōdis coronā accipiant, vt à præcone victores declarentur. Huius simile quiddā scribit venerabilis ille æternę sapientię discipulus Henricus Suso, cuius vita præclaris eximiq; virtutibus, atque etiam miraculorum gloria emicuit, Ait enim se circa suę conversionis initio vehementi flagrasse desiderio omnipotenti Deo haud vulgariter placendi: sed absque labore & dolore. Accidit deinde, vt quodam tempore concionandi gratia foras proficisceretur. Cumque in nauī federet, inter alios vidit illic luuenem quendam sane strenuum, & forma egregia, & optimis ornatum vestibus. Ad quem sese adiungens, quisnā esset ex eo sciscitabatur. Respondit ille, se eiusmodi esse hominem, qui nobiles & illustres viros inter se committeret, vt publicis certaminibus congregarentur, hastisq; & id genus ludis palestricis dimicarent: quibus quęcelleret eum honore affici, ac præmium reportare. Percontante autem viro sancto cuiusmodi id esset præmium, ait ille, Fœminam omnium pulcherrimam annulū aureum eius digito inferere, idq; illius esse præmium. Tum vir sanctus, Quæso, inq̄t, quid agendum est illi, qui id honoris, eumque annulum velit adipisci? Respondit miles: Qui crebriores accipit plagas, acriusque angitur & præmitur, nec tamen animo lascescit, sese gerit viriliter, immotusque equo infidet, & duris cedentium icibus tundi se finit, is nimirum victorię pal-

Quia aduersa pro æternis bonis toleranda sunt.

Basylius

Athletarum vanorum studia laboribus sine fine tructu

Henrici Suso vita virtutibus fuerit eximia

Paradigma.

palma recipit. Quid si, ait vir sanctus, primo congressu quispiam strenue se gerat, id ne satis est? Minime sane, inquit miles, Certaminis discrimen omne ad extremum vsq; sustineat oportet: & si vsq; adeo immanes excipiat ictus, vt oculi igneas mittant scintillas, sanguisque ex ore & naribus eruptat, id omne ferendum est illi, si laudem referre velit. Rursusq; vir sanctus, Licet ne ait lachrymas illi emittere, aut ora frontem que in rugas contrahere, dum ita immaniter pulsatur ac ceditur? Neutiq; ait miles, etiam si cordis defectum patiat, vt plerisq; accidit. Sed alacri ac hylari vultu sit necesse est: aliq; patebit ludibrio ac derisui, honoreq; illo & annulo frustrabit. His autem dicit pater ille venerabilis totus animo compunctus, alta imo ex pectore ducens suspiria & grauitate ingemiscens ait ad dominum: Omnipotens æterne Deus, si huius mundi milites pro tam vili premio, quod in seipso reuera nullius pretij est, tam dira perpeti habent: quam ergo plane dignum equum & iustum est, vt æterni causa honoris obtinendi maiora acerbioraq; perferant? Nihil igitur, vt dicere ceperam charissimi, admirati onis habet, si non nihil laborandum sit pro æterna vita, quando amentissimi huius seculi, ac stolidissimi homunciones multis prorsus immania pro vilissimis nugis subire non dubitant nedum presentis, sed etiam æternæ mortis discrimina. Interim tamen, ne quis animo frangatur, tanquam via virtutum solis intolerandis, nimiumq; duris ac incompatilibus sit plena molestijs ac periculis, id pro certissimo habendum est, vt iam ante meminimus, dominum Deum seruis suis suæ gratiæ aspiratione, sui amoris dulcedine, alijsq; multis modis ita temperare aduersa omnia vt sapius nedum æquamiter, sed etiam hilariter perferant. Contra vero vitiorum via etsi blanda omnia promittit, tamen innumeris sui sectatores miseris, afflictionibus, laboribus ac doloribus diuexat, etiam ante quam ad terminum puenerit: idque adeo vt plerisq; ex his adhuc in corpore subsistentes infernorum cruciatus ac supplicia in mente & conscientia patiantur, præter externa mala, quibus sæpe multo frequentioribus ac acerbioribus, quam qui virtutum gradiuntur itinere, affliguntur, vti iam partim commemorauimus: Vnde etiam quicquid siue hic, siue alibi de asperitate illius viae, quæ virtutibus assignatur, dictum est,

ad illos referendum est, qui à vitijs sese ad virtutes transferre instituunt: quibus initio certum est laborandum esse, donec ad exterioris interiorisq; hominis aliquam reformationem, ac passionum edomationem pertingant: qua adepti, iam ineffabilem potius iucunditatem ac suauitatem, quam asperitatem ullam experientur. Nam si quæ præferit eos aduersitas, non solum non dolent, sed gaudebunt etiam: quoniam quidem ea nihil homini expurgato, sed carni tantum nocet. Eam autem premi meritasq; Deo soluere poenas lætabuntur, vtpote, quam ceu hostem crudelissimum oderunt, Quod quidem ad virtutem hæroicam pertinet, gaudere videlicet & lætari de omni aduersitate illata corpori & animali nostro inimico quidem acerrimo. Sunt namque virtutes quadripartitæ, nempe Ciuiles vel morales, Purgatoriæ, Heroicæ, & Exemplares. In Ciuilibus vel Moralibus, homo laborat: in Purgatorijs præualeat: in Heroicis lætatur: in Exemplaribus splendet & diuinitatem consequitur. Itaq; in Ciuilibus & Moralibus virtutibus præcipue labor est nulla ferme redemptus delectatione, quæ est in alijs virtutibus melioribus: quanquam dominus Deus pro sua benignitate etiam nouitiss & circa morales versant virtutes non nunquam haud mediocrem solet dulcedinem instillare, vt fortius perseuerent. Sed tamen, vt diximus, illis potissimum, hoc est, nouis Christi tyronibus, & quæ virtutum viam ingredi incipiunt, passim prædicatur arduum esse & difficile ipsarum virtutum iter: quo facit illa D. Basylii sententia: Aspera primo & pene inuia, sudorisq; continui, ac laborum plena est virtutis via. Quæ obrem magna vis exigitur propter arduitatem illius capeffendæ: nec affectanti facile est ad illius cacumem ascendere. Item: quæ illa Lactantij Firmiani. Ad supremum boni apicem, non nisi cum summa difficultate ac labore puenit. Hæc enim ad in exercitatos magis spectat, quam eos qui iam longe in virtutibus progressi, aut virtutis perfectionem adepti sunt: quæ enim propheta dicunt: In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs: Item: quæ Dilexi mandata tua super aurum & sero pacium, Et illud: Iudicia domini vera, iustissima in semetipsa: desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Itemque: Viam meam datorum tuorum cucurri, cum dilatastis eorum meum.

Laborem dicitur quæ via sit per reformationem exterioris interiorisq; hominis. X
De aduersitate corporei nostri animalis vitia duntaxat.
Virtutes esse in quibus duntaxat duntaxat.
Via virtutis est quæ sit difficultis per ardua.
Lactantij Firmiani.
Psal. ut
Ibidem
Psal. ut
Psal. ut

Pro bonis æternis nullis parcedi esse laboribus ac molestijs

Vita quæ suos amatores ex cruciat.

meum. Quibus nimirum non modo asperitas non est virtutum via, sed suauissima, & iugum domini vere suauis, & onus leue: quibus amor cuncta reddit facilis, quæ minus amantibus sæpe nimis onerosa & difficilia videntur. Sed iam his ita de utroque, puta & virtutum, & vitiorum itinere perspectis, cognitoque quorsum utraque tendat, studeamus dilectissimi filij illi inhære viae, quæ lætissimum habet exitum: eam autem fugere & execrari, cuius finis mors est sempiterna. Namque hoc pacto expediemus nos ad quod initio vos hortatus sum ab impedimentis illis omnibus, quæ non sinunt nos cum Christo in cælum proficisci: amplectemurque & comparabimus nobis ea, quæ nos ad superna eleuent.

Si membra summi capitis sumus, si quod fide credimus, animo concupiscimus: si denique non fallaciter Christi nomine gloriamur, sequamur Christum caput nostrum in cælos ascendentem, quæramus & expetamus ea, quæ sursum sunt, non quæ super terram. Et sicut à Christo nos gaudemus Christianos dici, ita nihil admittamus vniquam, quod tanti nominis gloriam & dignitatem obscurat. En sedet ad patris dextram gloria & honore coronatus Christus Iesus dux & signifer noster, vt se sequamur summopere exoptat. Dolet nos animi amore & affectu hisce vilibus coniungi re-

bus, quos cælestibus mallet ditare bonis. Clamat indefinenter ad nos: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Contemnite diabolicas fraudes, quibus implicat vos nequam ille spiritus, ne me sectemini. Transite ad me omnes, & diuitijs meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Quæso charissimi obtemperemus vocanti nos domino, nec obduremus corda nostra, ne si nos illius modo benignitatem contemnimus, quandoque audire cogamur quod se sui contemptoribus dicturum comminatur: Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Depexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quippe in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis, euenerit. Cum irruerit repentina calamitas & interitus quasi tempestas ingruerit: Quando venerit super vos tribulatio & angustia, Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint. Comedent igitur fructus viæ suæ & consilijs suis saturabuntur. Quod à nobis auertat clementia Saluatoris nostri Dei, Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

Matt. 11
Eccle. 24
Prou. 9

Matt. 11
Quibus via virtutum sit iugum
coloss. 1
Christum nos sequi modo oporteat
Psal. 111

FERIA SECUNDA POST SOLENNITATEM Pentecostes lectio loco Epistolæ Actorum Apostolorum capite decimo.



Periēs Petrus os suum, dixit: Viri fratres, & patres, nobis præcepit dominus prædicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc: cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui uenerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi.

III.
Psal. 111
Ibidem
Psal. 111

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAE Lectionem

A
Acto. 2. 4
Acto. 10

Acto. 9

Marc. 16

Mat. 28

Ioan. 5



Postquam Apostoli receperunt spiritum sanctum, augebatur quod tidie credentium numerus. Nam & Cornelius Ceterio cum omni domo & familia sua, vocatisque ad se necessariis & amicis, ex Ioppe accersuit Petrum Apostolum, qui sibi ac suis, iuxta reuelationem per angelum sibi factam, viam annuntiaret salutis. Quod ubi Petrus adueniens esset factururus, aperiens os suum, dixit: Viri fratres & patres, nobis praecepit dominus predicare populo: dicens: Euntes in mundum vniuersum, praedicate Euangelium omni creaturae: & testificari, quia ipse est, qui etiam secundum naturam humanam constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Apparens namque post resurrectionem apostolis Iesus: Data, inquit, est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Et ante passionem idem de patre loquens, dicit: Potestatem Dedit ei. i. filio pater & iudicium facere, quia filius hominis est. Neque enim pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit filio. Huic Christo dominus omnes prophetarum eundem praecesserunt, testimonium perhibent hoc, puta ut omnes qui credunt in ipsum, remissionem accipiant pro nomine eius. Hoc, inquit, testimonium adferunt Christo omnes prophetae credentes vniuersos iustificari pro nomine eius, hoc est, pro fide & inuocationem nominis eius. Haec ita Petro loquente, interim cecidit, id est, subito venit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, hoc est, super Cornelium & super illos, quos aduocauerat praesentes. Descendit autem haud dubium in specie aliqua visibili aut sensibili spiritus sanctus, quamuis in qua descenderit specie, sit incertum. Hoc viso obstupuerunt quod ex circumcisione erant fideles, qui cum Petro aduenerant, praed admiratione, quod in nationes seu in Gentes gratia quoque spiritus sancti diffunderet, cum abundantia tanta & miraculosa sui ostentatione. Cuius fuerunt enim semper Gentes Iudaei despicere, tanquam idololatrias & homines sine Deo, se vero efferre quasi dei cultores, Quia propter superbiam nimium haud raro tribuerunt de conuersione sui ad Christum, quasi propter legis obseruantiam, & per bona opera in Iudaismo facta, meruerint (quod falsum erat) ad fidem Euangelicam conuerti. Cum itaque parem gratiam viderent effundi in Gentes, quod idolis iam dudum sacrificauerant, stupebant pro admiratione diuinae be-

Iudaei vti
gentiles ha
buerunt
delictum.

nignitatis & largitatis. Audiebant enim & illos loquentes varijs linguis, quomodo in die Pentecostes locuti fuerant Apostoli. Quamobrem, ut dixi, admirabantur magnificantes Deum. Tunc respondit illis quod ex circumcisione aduenerat admirantibus Petrus: Nunquid aqua quis prohibere potest, ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Re ceperunt hi ex Gentibus conuersi reuera spiritum sanctum in signo exteriori, donumque linguarum sicut apostoli, licet non in tanta plenitudine, quanta apostoli: ideo non erant a baptismo procludendi, quos spiritu sancto Christus dignatus fuerat. Quapropter Petrus iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi. Non baptizabant apostoli impediti verbo praedicationis, cui magis vtiliusque insistebant, pro discipulos suos nouiter conuersos baptizantes. Hoc namque & Apostolus Paulus fecit, dicens: Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Obserua tamen hic, quod phibentur baptizari in nomine domini, hoc est, in nomine Iesu. Quocirca non immerito quod dubitet, cur Apostoli in nomine Iesu baptizauerint, cum illis sit dictum: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Verum absque dubio putandi sunt Apostoli familiari consilio spiritus sancti illuminati, ut in principio ad tempus aliquod baptizarent in nomine Iesu, propter gloriam Christi in principio nascentis Ecclesiae magis exaltandam. Sunt tamen qui hodie hunc ritum baptizandi in nomine domini Iesu, aut in nomine Iesu, aut Christi dicerent non esse baptismum quamuis alijs aliud placeat. Obseruandum quoque est hic Cornelium, & eos qui cum illo erant, spiritum sanctum recepisse antequam baptizarentur, sicut enim mirum purificante corda eorum, & quia parati accinctique erant expectantes baptismum.

B

I. Cor. 1
Baptizati
quoniam
sunt in no
mine Chri
sti.
Mat. 28

EXEGESIS EVANGELII

huiusmodi eiusdem secundae feriae post solennitatem Pentecostes, Ioannis tertio.

Ante



C
Ioan. 3
Num. 11

Mundum
lumi trita
riam

Ioan. 1

Ioan. 3

Ioan. 6
Apoc. 11

Ioan. 12

Ioan. 7

Nunc haec verba Euangelij hodierni Christi cum Nicodemo tractans, dixerat: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Huius rationem quasi nunc assignaturus, in haec verba quae hodie ab initio leguntur Euangelij, continuat: Sicut enim Deus dilexit, & caetera. Poterat enim obijci in praecedentibus verbis: Cur exaltari oporteat filium hominis, & cur in illum credi, cum in neminem sit credendum, nisi in Deum? Huic ut quaestioni satisfaceret, Christus humiliter de se loquens ostendit filium hominis non hominem tantum, sed modeste & quasi clanculum hoc ipsum quoque insinuat, ut filius hominis idem intelligatur, qui & vnigenitus sit filius Dei, quem Deus dederit ex dilectione, ut in mundi salutem exaltaretur admodum serpentis in cruce, ut quisquis fide in illum intuens, ipsum saluatorem credens non pereat, sed habeat vitam aeternam. Dicit itaque.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.

Mundus in triplici accipitur differentia. Est namque mundus, cuius Deus creator est: est mundus, cuius est redemptor: & est mundus, cuius diabolus princeps & rector est. Primo accipitur modo, ubi in Ioanne scriptum est: In mundo erat, & mundus pro ipsum factus est. Hic mundus Dei est semper, nunquam diaboli. Secundo modo accipitur: Sic Deus dilexit mundum, &c. Ideo enim quia dilexit, redimere statuit. Est ergo mundus hic fidelium vniuersitas: quod alibi quoque pari modo indicat, dicens: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et in Apocalypsi: Factum est regnum huius mundi domini & Christi eius qui regnabit in secula seculorum. Tertius mundus, est, vniuersitas malorum. Huius princeps & rector est diabolus, de quo Christus: Nunc, inquit, princeps huius mundi eijcitur foras. De hoc quoque mundo intelligitur, quod Christus dixit: Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia

ego perhibeo testimonium de eo, quod opera eius mala sunt. Et illud: Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. Nam si quis diligit mundum, non est charitas patris in illo. Itaque hic secundo accipitur modo, cum dicitur: Sic Deus dilexit mundum, id est, vniuersitatem fidelium, ut filium suum vnigenitum daret. Vide quanta efficacia verborum. Nihil est quod hominem a deo inuitat, adeo allicit, adeoque trahit, atque amor. Nihil igitur in exercitationem nostram validius, nihil quod accendat nos ad redamandum, possit dici efficacius, quam, sic Deus dilexit mundum. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari in cruce oportet filium hominis. Quare o domine oportet te exaltari? Quia nolo te perire. Sanguine te meo redimam oportet. Tu enim vulneratus es peccato & a serpente laesus. Ego vulnerabor propter iniquitates tuas. Atterar propter scelera tua, ut tu meo liuore saneris. Neque enim leuis mihi causa est tui saluatio, aut tui perditio. Nolo ego mortem peccatorum: quam doquidem Deus pater meus, adeo dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret in mortem, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.

I. Ioan. 2

Amare nihil esse vtilius

Esaim 53

Ezech. 18

D

Haec, inquam, sunt verba efficacissima filij, ad excitandum nostrum amorem erga Deum. Nonne vides quae cura sit Deo de nobis? Quid autem nos sumus, ut memor sit nostri? Quae ex nobis aut bonitas aut utilitas ei speranda est, ut cogitet de nobis? Aut quid illi accedit, si nos salui fuerimus? Quid amittit si ab eo recesserimus? Quid vero commodi illi est quod nos diligit? prorsus nihil. Neque enim ut a nobis quid accipiat nos diligit, sed ut largiatur nobis tam dona sua, quam seipsum, amat nos. Causa itaque quare dona & beneficia sua nobis confert, est, quia amat nos. Sed expende quod sit amari a Deo. Nunquid non praemagnus foret, si vel de nobis cogitet Deus? Praclarum habetur, gratissimum atque gloriabundum videtur nobis, nostri esse memoriam apud regem & principem. Quid de Deo sentiendum, cuius tanta est charitas erga nos, ut suum vnigenitum malit dare in mortem, quam nos non liberare a morte? Est autem amor Dei liberalissimus, quia nos amat, non propter se sed propter commodum nostrum. Neque sibi amando acgrerealiquid querit, sed quod bonum ipse est, nobis communicat.

Amari a Deo quod sit

re. Porro alia hoibus est amādi ratio Deū. Homo em amādo in suo opere intēdit ali quid boni impetrare, quod vel prācipue quārit, aut saltē (idq; ordinate) propter De um. Sic Deus, inquit, dilexit mundum, hoc est, tā vehementer, tam potenterq; dile xit, vt non solū hoc qd grauiissimū, sed etiā quod irrationabile videbatur, ageret, filiū suum vnigenitum dās in mortem & seruū nequam liberans. Est igitur Dei amor erga nos magnus, quod quadrifariā potest ostendi. Primo inspicere eum, & quis sit qui te diligit, expende. Inuenies enim immen sum & infinitum, nempe Deum. O quam iucundum & gaudiosum est amari à Deo, o quam nobile ac prāstans est in gratia ef se Dei omnipotentis. Secundo liquet amo ris magnitudo diuini ex vilitate amati, hoc est, hominis qui inquinatus est totus, & amari indignus. Tertio, eius magnitudo manifestatur ex dono dato, hoc est, ex ma gnitudine doni. Sic dilexit, inqt, Deus mū dum vt vnigenitum suū daret. Quarto, ma gnitudo diuini amoris appareat ex mgni tudine fructus. Hic enim haudquaq; est exiguus, sed tantus, vt ex eius nobis amore proueniat non solū non perire, sed vitam etiā habere æternā. Ita enim sequitur: Vt omnis qui credit in ipsum, nō peat sed ha beat vitam æternā. Obserua qd nō di cit: Omnis q credit ei, aut qui credit eum. Hoc enim modo multi crediderūt Chri sto, multi etiam Christū crediderunt, qui tamē non obtinuerunt vitam æternā. Hoc etiam modo hæretici credūt Christum fu isse, & sic locutū fuisse. Credunt etiā Chri sto, vt omnia quæ dixit, vere locutus sit (hæc nanque est hæreticorum fides, quæ eos haudquaquam saluabit, quandoquidē hæc fides per dilectionem nō operat) sed dicit: Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat. Aliud nanque est ipsum aut ipsi cre dere, aliud in ipsum credere. In ipsum cre dere, non solum fides, sed est etiam cum fi de motus charitatis in Deum. In Christum itaque credit, qui charitatem habet. Est ita que credere in Deum, quasi credendo ten dere in Deum.

Amoris Dei erga nos magnitudo ex quatuor cōfide ratur

Gal. 3

credere in Deū qd sit

Non enim misit Deus filium su um, vt iudicet mundum, sed vt sal uetur mundus per ipsum.

Non ad hoc Iesus in primo venit aduen tu, vt peccato nos obrutos opprimeret, sed

venit filius hominis quærere & saluum fa cere quod perierat. Idcirco dictus est salua tor mundi, vt mundum saluet. Quantū in medico est, venit sanare agrotos. Tu igitur teipsum interimis, si præcepta seruare non vis medici. Christus venit ad salutem om nium. Si tu saluari cupis, ausculta verbis Christi. Si vis, inquit, ad vitam ingredi, ser ua mandata. In tuo nunc est arbitrio, si ve lis saluus fieri. Omnia tibi parata sunt re media salutis, modo illis vti volueris. Hæc si neglexeris, non habes, quod conquera ris, nisi contra teipsum.

Qui credit in eū, non iudicatur.

Qui credit in Christum, hic ex fide iam habet vnde sit saluus. Credit em quod pau lo ante Christus præmonuit: Nisi quis re natus fuerit ex aqua & spiritu scō, nō po test introire in regnum Dei, & festinat re nasci. Non igitur iudicabitur ad condem nationem. Iudicantur tamen hic omnes iu dicio discretionis. Discernitur enim hic in ter bonos, meliores & optimos: discernit quoq; inter bonos & malos & pessimos. Hic tamen qui credit in Christum, non iu dicabitur, id est, non condemnabitur. Quā diu em credit in eum, fidem habet charita te viuentem, vt eius in quē credit & optet honorem & velit voluntatem. Quamdiu ergo hoc modo credit in eum, certum est, vt alibi dicitur, in iudicium eum non veni re, sed transire à morte ad vitam. Hæc om nia de fide viua & formata, quæ per dile ctionem operatur, intelliguntur.

Qui autem non credit in eum, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei,

Nondum apparuit iudicium, & iam factum est iudicium, qd qui nō credit in eū hic iam habet in se causam, quare damnā dus sit. Circumfert enim, vt dici solet, sicut fur funem in collo secum suæ damnatio nis causam, quia non credit in nomine filij Dei. Sicut Adam eodem die quo comedit de lingno prohibito, mortuus est, hoc est, morti deputatus, iuxta illud: In quacunq; hora comederitis, morte moriemini, sic is qui non credit in Christum, iudicatus est, id est, iudicio damnationis deputatus, quia non credit in nomine filij Dei, in quo solo est salus. Itaque iudicatum esse, est iuxta sua demerita in præsentiarum damnationis re um esse

um esse. Nouit enim dominus qui sunt e ius, hoc est, eos q ad se ptinent. Nouit mo do qui pertineant ad coronam, nouit etiā q pmaneat ad flammam. Satis, inqt, iam iudicatus est, q in hac vita nunquā habuit vnde potuisset saluari. Qui enim fidem nō habet, nunquam salutis portam intrauit. Nunquā accepit vnde illi spes foret salu tis. Manifestam indubitatamq; igitur ha bet rationem damnationis, vtpote in qua natus est, quam nunq; insup exiit. Huius aut est causa, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei, in qd si semel credidisset, consortem se æternæ fecisset salutis. In hoc enim solo nomine est salus. Neq; em datū est sub cælo nomen aliud hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Si hic ob ōciatur de paruulis baptizatis ante ratio nis vsum, necdum ad credendum idoneis quia non crediderunt. Nunquid ergo licet baptizati sint, non erunt salui? Erūt. Vir tus enim sacramenti & fides, responsiones que offerentium, quæ ipsorum nomine fi unt, saluabit eos: vnde in numero compu tantur credentium. Si enim alienum pec catum, puta Adæ, sufficiebat eis, cum non dum nati, nec ad peccandum idonei essent ad damnationem, quomodo non etiam a liena fides, quamdiu ad credendum non dum sunt apti, eis prodesset ad salutem?

Sciendum præterea, & aliter hæc verba posse intelligi. Siquidem cum dominus di cat: Qui autem non credit, iam iudicatus est, dicit semel eum iudicatum. Vbi: In pa tre suo, in primo pctōre antecessore suo. Qñ em ille iudicatus, & e paradiso eiectus est, tūc etiā in illo oēs sunt iudicati, q sunt de semine eius. Quicūque igitur in eo, hoc est, in Adam expulsus est, nisi credat in no mine filij Dei, nisi credat velitque renasci denuo, puta ex aqua & spiritu sancto, ex pulsus & iudicatus manebit in æternum fo ris. Quicunque autem sic non credens, ex pulsus, & in generali massa iudicatus est, non propterea minus iudicabitur in sua etiam persona. Quia sicut non dictum est: Qui credit in eum non est iudicatus, sed non iudicabitur. Iudicatus enim semel est, dum esset in lumbis Adæ patris sui, sen tentia illa generali. At vbi credit postea, v bi fuerit baptizatus, nō iudicabitur in sua persona, qd credit in nomine filij Dei. Sic etiam non dicit: Qui non credit, iudicabi tur, sed iudicatus est. Itaque qui non cre

dit, iudicatus est in massa generali, & iudi cabitur nihilominus in sua persona de p fidia sua, hoc est, de reprobata omni vita sua. Quādiu enim in eo est perfidia, quādiu in eo nō est fides, peccata eius omnia sunt su p eam: pro quibus eum iudicari oportet.

Hoc est aut iudiciū, quia lux ve nit in mundū, & dilexerunt homi nes magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera.

Hæc est, inquit, ratio iudicij, vel inde ap paret iustitia, quod infideles & impij merito iudicabuntur, quia inexcusabiles sunt, & illorum damnatio iusta est. Venit enim lux in mundum, & dilexerunt homi nes magis tenebras, quam lucem. Nemo per ignorantiam se potest excusare, quia lux venit in mundum omnibus lucens, & viam veritatis docens. Præcesserunt lumi naria multa verbo & vita lucentia, atque mundo, vt suam nuditatem vilitatemq; agnosceret, suadentia, Prædicabant vt su um refumerent homines vestitum, suum que ornatum. Multi enim iusti ante legem & sub lege Christum præcesserunt, qui sa tagebant populum in viam veritatis & in Dei veri cognitionem cultumq; reducere. At dilexerunt homines tenebras magis q lucem: imo & iuxta parabolam Euangeli cam, quosdam eorum percusserunt, quos dam lapidauerunt, & quosdam occiderūt, tandem lux ipsa Christus venit. Dicebat enim pater: Verebunt filium meū. Ve nit lux Christus. Prædicauit mūdo pœni tentiā, p̄dicauit regnū cælorū, vocauit eos ad suauē iugum amoris, & onus suum le ue (qd suis imponere solet) amplexandū. Hierusalē, inquit, q occidis prophetas, & la pidas eos qui ad te missi sunt. Quoties vo lūi congregare filios tuos, quemadmodū congregat gallina pullos suos sub alas, & nolūisti. Quare prophetas, quare antiq̄s iustos, quare Christum audire, ad eundem que se conuertere noluerunt? Quia dile xerunt homines magis tenebras, quam lu cem. Peccata tenebras vocat, vel quia ad æternas tenebras autorem suum perdu cunt, vel quia in peccatis viuētes tenebras hoc est, latere, cupiunt. Male enim operā tes in occulto sua explere desideria quæ runt. Est autem minus excusabile, dum qs in lucis præsentia, dum lucis habere potest

Luc. 9

1. Tim. 2

Aug. 11

Matt. 11

Acto. 4

Ioan. 3

Fides in pueris ba ptizatis q exigatur.

Ioan. 14

Gal. 3

Ioan. 3

Gen. 1

Acto. 4

Roma. 3

Ioan. 14

Marc. 16

Matt. 3 Marc. 6

Matt. 11

Matth. 23

Pctā cur vocentur tenebræ

Psal. 96 copiam, vult habere in tenebris, quod tolerabilius foret luce absente. Quamobrem maior hic apparet hominis ingratitude, quando quidem lux orta est ei. Venit lux in mundum omnem illuminare hominem.

Ioan. 1 Venit medicus sanare omnes. Occurrunt nonnulli sese infirmos agnoscentes, cupientes ab infirmitatibus suis liberari. Alij impugnaverunt etiam medicum, restiterunt medico, noluerunt ab eo sanari: Recede, inquit, a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Et hoc ideo, quia dilexerunt homines magis tenebras quam lucē. Hoc Simeon quoque olim vir iustus futurum de infante prophetauit Christo: Ecce, inquit, hic positus est in ruinā, & in resurrectionem multorum in Israel. Venit ut filios suos colligeret, semen puta Abraham. Venit etiam omnibus generaliter, quia volebat saluum facere omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed multi sua malitia abutentes occasionem sibi sumpserunt ruinae: multi etiam de peccatis suis resurrexerunt. Erant enim eorum mala opera.

Lucas 3 Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucē, ut non arguantur opera eius.

Qui enim vult esse in tenebris quō potest non odisse lucē? Qui malus & iniquus dedita etiam ad hoc opera esse cupit, illi nō ostēdis, quas ignoret tenebras. Sunt enim eius mala non solum opera, verum etiam studia. Sed dicit: Quorum non erant, dum Christus venit, mala opera: Nōne ideo Christus venit, ut nos ob opibus liberaret malis? Quomodo ergo iudicandi sunt quorū opera erant mala si fere omnium erant mala? Quis enim mundum se gloriabitur habere cor? Erant sane opera mala. Verum cū ita se res haberet, quidam tamen horū sua opera mala voluerunt abscondere, maluerunt in tenebris esse, noluerunt opera sua mala deserere: ideo non venerunt ad lucē, ne eorum opera arguerentur. Alij sua opera mala detestati sunt, planxerunt, seque cupiebant ab his liberari. Requirebant medicum, eius curā se subdiderunt. Hi nimirum ven erunt ad lucem, quoniam peccata sua damnare non modica est pars iustitiae.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem: ut manifestentur opera eius.

ra eius, quia in Deo facta sunt.

Quomodo, inquis, in homine poenitente opera in Deo sunt facta? Nēpe ideo, quia cum Deo iam sentiens, sua opera mala cum Deo damnat, odit & persequitur. Dānare namque odisse, persequi corrigereque peccata sua, est opus facere in Deo & cum Deo. Qui enim huiusmodi sunt, hi illuminati sunt, quia venerunt ad lucem: hi curati sunt, quia obtemperarunt medico. Hi, inquā, quia volebant facere veritatē, odientes iniquitatem & mendacium, venerunt ad lucē. Neque enim erubuerunt opera sua quae voluerunt esse manifesta, quia in Deo sunt facta. Det nobis filij p̄issimus Iesus cognoscere vilitatem nostram, iniquitatem nostram, deformitatem nostram, detque nobis eisdem reformare, atque ad cultum suae voluntati acceptissimum reducere, ut in eius luce tota die ambulemus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO DE EADEM

Feria. Quomodo Christus nobis sit lux.

LVx venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Ioannis III. Cum dñs noster Iesus Christus ante dixisset, filium hominis nō venisse in hūc mundum ut iudicaret mundum, sed ut mū dus per ipsum saluaretur, voluit in hoc omnibus spem veniē prae rogare, eosque ad se invitare, qui peccatis erant onerati. Erāt enim omnes peccatores. Qui ut auerent ad Christum accedere, necessarium erat ut illis sinum aperiret pietatis. Necessarium erat, ut sese patrem, consolatorem, saluatoremque promitteret, non iudicem. Si enim mundum venisset iudicare, quis reus nisi compulsus accederet iudicem? Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Primum ergo hunc suum aduentum ad nos mitissimus confitetur esse ad nos liberandos a peccatis, ad saluandos nos, & sibi in filios adoptandos. Quapropter ne quispiā timeret propter peccata sua Christum accedere, veniam desiderantibus singulis libēter donauit, quia (ut dixi) non venerat iudicare mundum, sed mundo misereri. Quod vero in secundo aduentu iudicabit

dicabit nos, hoc erit propter nostram ingratitude, quia cum gratiam suam & nostrorum peccatorum remissionē vltro nobis ante obtulerit, hanc spreuimus accipere, & beneficia eius, praedicationes, labores, vigiliās, passionēs, reliquaque nostrae redemptionis opera omnia nobis per contemptum seu negligentiam nostram inutilia fecimus. Ideo in Euangelio hodierno dicit: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quā lucem, id est, propterea homines iudicabuntur, & hoc ab eis requiretur, quod lux venit in mundum. & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucē. Ego quidem nunc venio, non intendo in iudicium homines adducere, sed eos a peccatis eximere & liberare. Venite ad me omnes qui laboratis desiderijs vestris & concupiscentijs. Venite omnes qui peccatorum grandi estis mole onerati, & ego reficiam vos. Saluabo vos & liberabo, iam nolite timere. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Ambulate dum lucem habetis. Ego vos docebo, ego ducam, ego protegam, ne tenebrae vos comprehendant. Verum, si contemnitis nunc gratiam quae vobis offertur, de hoc iudicabimini, quod lux venerit vobis, sed vos magis amastis tenebras, quam lucem. Lux venit in mundum. Christus est lux, sicut scriptū est: Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Est quaedam lux illuminata, & est lux alia illuminans. Apostolis quoque Christus dixit: Vos estis lux mundi. Erāt quidem apostoli lux, per quos etiam Christus luceret in cordibus nostris: sed erant lux illuminata a Christo. Christus autem dicitur vera lux, quae non habet ex accidenti seu ab alieno, sed ex seipso ut luceat. Itaque Christus lux est mundi multipliciter. Primo enim lux est mundo sua eruditione. Docuit enim nos mundum & carnis delicias spernere, docuit humiles & mites nos esse, docuit eos qui nos oderunt, diligere. Et quid est, quod ad salutem nostrā pertinens nō docuit? Eius igitur eruditio nobis lux est, qua videamus, quod vbiue sit nobis cauendū, & quod sit amplectendum. Est etiam viuendo atque patiendo nobis lux Christus. Nam infans dum hunc ingrederetur mundū, quae nobis mox orta lux est: Dum enim diuersorio excluditur, dū nascitur in stabulo, dū

ante iumentorum ponitur ora, dum panis inuoluitur, dum denique omnia haec carnis incommoda, & ea quae sunt carni molestiora elegit, nonne eius paupertas, humilitas, patientia & simplicitas hic nobis luxere? Nonne in nobis interim reprehenditur ostentatio, auaritia, superbia, voluptas seu carnis deliciae? Si igitur omnia hic aspera Christus tenerrimus infans sustinuit, Christi interea seruus nunquid delicias & gloriam quæret? Itaque luce sua quid amandum, quid respiciendum sit, Christus docuit. Debet enim membrum corporis suo conformari capiti. Quapropter ubique Paulus clamans ad Christi imitationem nos invitare contendit. Christus quoque ipse lux nostra: Qui sequitur me, inquit, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Quia ego eius qui me vult imitari, dux sum & legifer, idē sum ei lux & via, & veritas, & vita. Est praeterea Christus lux nobis lucēs in sacra scriptura erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & pie & iuste viuamus in hoc seculo. Inde enim nos erudimur, quibus datum nō est tempore Christi viuere, ad nos tamen in sacra scriptura eius tam gesta quam verba peruenerunt. Haec nobis lux sunt, qua ad Dei instrumur voluntatem. Haec lux contraria est concupiscentijs nostris, & aduersatur carnalibus nostris desiderijs: roborat autem spiritum. Vnde scriptum est: Concorda cum aduersario tuo quamdiu es in via. Sacra scriptura, siue Dei verbum contrarium (ut dixi) est ubique carnalibus concupiscentijs nostris. Nos enim sumus avari, at Dei verbum praecipit largiri & misereri. Nos superbi sumus, Dei verbum nobis mandat humiliari. Nos irascimur & inuidemus fratri, verbum Dei praecipit reconciliari, iubet sine causa non irasci, iubet offendentibus iniuriam dimitti. Vide ergo vbi senseris scripturam sacram tuis peccatis, tuisque desiderijs malis aduersari, hic intellige lucem tibi esse sacram scripturam, quae tibi peccata tua, quae tibi vitia corrigenda ostendat. Quapropter tibi in hac re aduersaria est, quia optares tuis desiderijs potiri, ipsa id prohibente. Huic in via, hoc est, in hac vita te concordare oportet, nisi cum via finis aduenerit, ab eodem aduersario tuo, hoc est, a reclamante tibi sacra scriptura accusari (te enim in propria tua

Opera facere in Deo & Deo

Psal.

Christus quod quibus que sit lux

matth. 11

Zacha. 3 Ioan. 12

X

Ioan. 1

Lux ut sit duplex.

Matth. 5

Ioan. 1

Chrs veri nobis lux sit multis modis. Matth. 16 Marc. 3 Luca 9 matth. 11 Luca 6

Psal. 119

Luca 2

1. Cor. 4 & 11 Eph. 5 Philip. 3 Ioan. 8

M Ioan. 14 Titum 8

Matt. 9 Aduersari us noster cum q̄ in via cōcor dare debet amicus quis sit. Matth. 18 Luca 14 Matth. 5 Matt. 6 18 Luca 11

conscientia accusabit, quia in via sibi non concordasti) & à iudice damnari, in carcerem conijci, subireque supplicium malueris. Dixi igitur sacram scripturam tibi esse lucem, aut in sacra scriptura Christum tibi loquentem esse ducem verum, vt Christus loquitur: Dilixerunt homines magis tenebras, quam lucem. Oculis lippis certe lux est odiosa, & prauis mentibus odiosa est veritas. Proinde Phariseis Christus dicit: Qui ex Deo est, verba Dei audit: ideo vos non auditis, quia ex Deo non estis. Hoc quid aliud erat dicere, quam si dixisset: Vos ideo non venitis ad lucem, quia magis diligitis tenebras vestras, quam lucem? Tertio, est Christus nobis lux, quæ nobis lucet, quæ nos dirigit ac docet per sanctam inspirationem. Nemo est qui non sentit se multoties illicitorum argui intus in mente. Hi autem potissime diuinam recipiunt inspirationem, qui libenter instinctui huiusmodi diuino acquiescunt. Sunt enim grati Deo, & eius non contemnunt vocem. Sic David: Audi am, inquit, quid loquatur in me dominus Deus. Et Samuel: Loquere, inquit, dñe, quia audit seruus tuus. Deus itaq; eos quod huiusmodi sunt, sua continua dignatur allocutione interna, qua efficiuntur meliores. At vero hi, qui inspirationes sacras negligunt, & nonnunquam dedita opera illis resistunt, hoc est, qui ex harum admonitione, vbi se sentiunt tristari aut turbari, alienas peregrinasque studiose quærunt consolationes, vt timoris quem ex instinctibus huiusmodi, & ex reprehensione spiritus sancti contraxerunt, tristitiæque salutaris obliuiscantur. (Volunt enim hic letos possidere dies, & abesse à tristitia quacunque) Vnde non solum ad quod diuinitus mouentur, id non faciunt, sed etiam admonitiones ipsas nolunt. Hoc quid aliud quæso est, quam spiritui gratiæ contumeliã facere? Habemus hoc ex verbis Christi, cum de missione spūs sancti apostolis loqueretur: Cum venerit, inquit, spiritus ille veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Arguit reuera & per seipsum intus homini in mente loquens, & per hominem foris erudiens. Verum filij huiusseculi, quomodo dicit Christus, magis diligunt tenebras, quam lucem.

Quarto, lux est nobis Christus in omni homine, qui veritatem docet. Chri-

stus enim veritas est. Et quisquis siue doctorum, siue prelatorum, aut bonorum fuerit amicorum, qui nobis veritatem dicit, hic lucem nobis offundit, qua videamus quomodo sit nobis in Dei itinere ambulandum. Libenter sufferamus igitur correptiones ab hoibus, quocūq; etiam animo illi nobis nostras infirmitates ostendunt, aut defectus obijciunt, quia expedit nobis (tametsi tristes interdū audiamus) vt qui nos oculis nostris intueri nolumus, nos ab alijs monstrari nobis. Vnde cūq; itaq; veniat correptio, à quocūq; veritatē audieris, Christum tibi loquentem intellige. Conuerte te ad lucem, exhibe huiusmodi vultum loquenti, vt gaudeat de suæ exhortationis fructu. Fac ita gratias agas illi, vt cū denuo quid in salutē tibi fuerit dicendum, non timeat te grauare laturum, memor quod prioris exhortationis charitatem à se animo cādido tuleris. Noli te corrigenti exhibere eū qui tenebras suas diligit, qui in tenebris manere instituerit, aut quod tenebras etiam suas propugnet. Hoc enim impie satis nonnulli faciunt, non solum inter mūdānos, sed etiam in monasterijs, aut inter alios in congregatione bonos viuentes (quod minime est salutis indicium) Hoc nanque modo nonnulli viuunt, vt eorum vita omnibus sit fastidio, omnibus luctui, omnibus molestiæ: tolerantur tamē, tametsi propter generale vitandum scādalum, aut pro tutanda conscientia prælati, necesse sit quandoque eos obiurgari. Quod tamen vbi factum fuerit, nullo possunt placari sermone. Tenebras enim suas defendunt, & eos qui se auocare ab his contendunt, odiunt atq; persequuntur. Officium charitatis, hoc est, monitionem sui, odium & persecutionem clamant: quo fit, vt aliquando eos sit necesse omnino relinquere sibi, ne deteriores fiant. Heu bone Iesu, quis hos à tenebris extrahet? Quam verum est quod in hodierno Euangelio Christus subiungit: Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius? De his enim loquitur qui lucem odiunt, qui tenebras amant suas, & in proposito perseverant peccandi: non de his qui aliquando oderunt veritatem, & peccauerunt, modo vero saniori viuere instituant mēte, & seipsos corrigunt. Vnde de illis quod Apostolus dicit: Omnes enim peccauerunt, & egēt gloria Dei. Ois igitur, non qui per

Matth. 5
Ioan. 14
Ioan. 8
Inspiratio nō diuinā quinam recipiant.
Psal. 84 1. Reg. 3
Inspirati onū diuinā nam ne glectores quid periculi incedant.
Hebr. 10
Ioan. 16
Ioan. 3

Ioan. 14
Per hoies vt Chrus nos instruat.
Correptioes libenter gratiterq; esse suscipiendas.
Tenebras suas amātes q̄ sint.
Ioan. 1
Roman. 1

Luc. 6
odit lucem quā amat.
Peritatem facere quod sit.
Roman. 7
Ibidem.
Qui per ignorantiam aut per infirmitatem labitur, sed qui studiose perseveranterque & diligit & defendit iniquitatem, odit lucem. Hanc quamdiu oderit, non est possibile eum inter adoptionis diuinæ filios numerari. Cæterum, qui facit, inquit, veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Qui facit veritatem, hoc est, qui cum Deo sentit, & seipsum iudicat, odiens in seipso iniquitatem suam, & condelectans legi iuxta interiorem hominem, ille venit ad lucem. Quamuis enim aliam videat legē in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, captiuumque ducentē se in lege peccati, quæ est in membris suis, ingemiscit tamē & clamat, confiteturq; suam miseriam, & plangens se dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? In hoc autem cum Deo sentit ac facit, quia Deus odit peccatum & damnat. Proinde si iam homo suum quoq; peccatum oderit damnaueritque, Deo consentit, facitque idem cum Deo: & venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia cum Deo sunt facta. Quando peccabat, quando scortabatur, quando fraudabat innocentes, quando commensationibus vacabat, faciebat opera mala sine Deo, imo & contra Deum. Quamdiu itaque sic illi placuit agere, odio habuit lucem, quæ illi peccata sua ostendebat, amauitque tenebras. Porro, vbi ipse quoque cœperit detestari peccata sua, cœperit damnare, plangere & persequi in se malum, iam cū Deo facit, iam non erubescit venire ad lucem, vt manifestentur opera eius. Hoc est, non timet manifestari opera sua, quantum ex natura est operum, licet fortasse optet latere ex humilitate ad gloriæ humanæ tentationem declinandam. Videtis charissimi, quam benigne dominus loquitur nobis, promittens nihil id nobis nocere posse, si etiam peccauerimus domino, modo non diligamus peccata nostra, modo non defendamus, non abscondamus, sed confiteamur, pro hisque ingemiscamus ad Deum, illaque non iteranda proponamus. Quis iam in peccato filij est vestrum cōstitutus, qui nolit relinquere peccatum suum, qui nolit ad lucem venire, vbi peccati sui grauitas sibi ostendatur? Quisquis is est, quantam putatis habet amaritudinem in conscientia sua, & nullam pacem? Tenet eum capti-

Luc. 6
Roman. 7
Ibidem.
Q

uum diabolus, tenetur præterea adeo à peccato captiuus, vt iā sibi videatur non posse peccatum deserere. Videtisne quam miserima, & multo omnium sit infelicissima hæc captiuitas, quam rodit, & etiam nolens impugnat conscientia amara? Vult peccator aut potius velle se putat abstinere à peccato, & non potest. Scit sibi deberi infernum, scit ad gehennam ignis infernalis se properare, nec tamen sibi fræna potest imponere. Qui ergo vno sic est peccato retentus, mox nisi per pœnitentiam resurgat, ad aliud conijcitur peccatū, iam enim victus est à diabolo, iam succumbit & succubuit hosti, factus est in eius potestate, adeo vt multo sit, quam olim erat ante peccatum, infirmior. Videtisne modo, quam noceat vel vno peccato teneri, quod occasio fit multorum? Quanto enim sæpius iteratur, tanto vitatur difficilius, adeo vt aliquando desperantes huiusmodi dicant: Non possum abstinere, non possum relinquere, quamuis hoc sit falsum. Omnia enim peccata Dei auxilio vitari possunt. Semper etiam præsens est homini diuinum auxilium. At ideo non possunt, quia non satis volunt. Vellent quidem à concupiscentia se fore liberos, vellent à se tolli tentationem resistendique laborem, & omnia irritamenta, omnesque extingui in se inclinationes percuperent, vt absque suo conatu Deus illos faceret bonos, hoc est, suo conatu nihil cooperante, nihil animo suo tolerante, infunderentur sibi virtutes & Dei dona, optarent. Nolunt enim sibi ipsi vim aliquam inferre (vt scriptura monet: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud) nolunt pugnandi molestiam sentire, nolunt contra se dimicare, nolunt denique peccati illecebra carere: ideo gratiæ obicem ponunt.

Deus enim, etsi possit, non tamen, nisi tu quoque velis tibi auferri, tollet peccata tua. Neminem de communi lege sua contra voluntatem ipsius iustificat. Quare enim animam, potentias, vires, mentem, intellectum, memoriamq; tibi dedit, quare alia tam multa remedia tibi contra peccatum prouidit, nisi vt donis his tibi collatis contra peccatum vtaris, & non eadem negligas dona, nec eisdem ad conditoris contumeliam vtaris? Vtere ergo intellectu, industria, viribusq; tuis iam tibi datis, fac tibi constantem voluntatē à peccato recedendi.

Peccati captiuitas q̄ sit miserima.
Peccati omnia posse vitari per diuinum auxilium.
Matth. 10
Iustificari neminem posse nisi volentem

dēdi. Spera diuinum auxilium, applica vi- res & labore indefesso obfiste pctō, quasi illud expugnaturus, reuera tamen Deum maxime inuocans, in eius misericordia cō fidens: & videbis certissimum (si tamen per seueraueris, nec a studio hoc, licet fortasse interea labaris, destiteris) sup te auxilium diuinum, vt quod non potueras, aut te nō posse existimaueras, iam in Deo & cū Deo possis. Scito præterea, eum qui peccat, seruum esse peccati, efficiq; pctō tributarium & miser, eumq; obligari, a q̄ vectigal suum hostis improbus exigat. Quappter cum vnum sit pctm̄ causa posteriorum, at

que de vno peccato trahimur in aliud, nō li tu morari in peccato vel vno: sed vbi ce- cideris, q̄ primum tu discute, te ipsum dam- na, plange, confitere, & peccati hoc iugum ab humeris tuis excute, Deoq; recōciliare, vt cōtra tentationū insultus, qñ redierint, non vt miser, imbellis atq; captiuus teipm̄ non defendas, sed vt miles impiger & Dei virtute armatus, Dei gratia fretus, atq; sup eius fortitudine nitens hostem inuadas, sternas, cōtemnas, atq; foras extra animæ tuæ claustrum detineas, gratia Dei & do- mini nostri Iesu Christi semp protectus, qui est benedictus in secula, Amen.

Ioan. 8

FERIA TERTIA POST SOLENNITATEM Pentecostes, Lectio loco Epistolæ, Actorum octauo.

V **I**N diebus illis, Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioanem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erāt in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A **R**æclara sancti spiritus solēnitas nūc agitur: vt inā faxit idem ille spiritus, vt digne a nobis agatur. Jam superioribus diebus de eodem spiritu quædam dicta sunt, sed si vel q̄tidie de illo dicendum sit, nunq̄ possit deesse copia differendi. Quid est em̄ aliud spiritus sanctus, nisi verus Deus, substantia intelligibilis, virtute infinita, magnitudine incircumscrip̄ta: Cuius est simplex essentia, sed varia ac multiplex operatio & virtus. Qui & singulis totus adest, & nihilominus totus vbiq; est. Qui sic diuiditur in donis suis, vt tamen nullum ipse sentiat detrimentum, sicq; omnibus sese pro sua liberalitate cōmunicat, vt tamen in seipso integer & indistractus perseueret. Qui nec temporum, nec seculorum dimensionem recipit: qui nulli inuidet bona sua, sed liberalissima benignitate paratus est omnibus, qui tamen se capaces præsent, impartiri. Qui sic cætera perficit, vt ipse in nullo deficiat. Qui nec augeti vnquam nec minui

potest. Qui totus vbiq; præsens est, cuncta nouit, cuncta perspicit. Qui licet natura sit inaccessus, tamen ob suam bonitatem capi vtrunq; potest. Qui implet omnia præsentia maiestatis suæ, quæ est illi vna & indissimilis cum patre & filio, nec tamen nisi dignis se communicat: nec id quidem eadem mensura, sed prout quisq; capax est. Qui est parens sanctificationis, lux intelligibilis, illustrans cunctas mentes rationales lumine suo, quo veritatem inuestigare queant. Qui deniq; corda pioꝝ ad superna erigit, infirmos manuducit, proficientes perficit, & suæ lucis radijs adeo perfundit, vt apti sint & ipsi alios illustrare. Quis igit vnq̄ de hoc spū satis dicere q̄at: Gaudeamus in dño, & gratias agamus Deo nostro, q̄ talem tm̄q; spm̄ etiam gentibus in dololatrīs impartiri voluit. Sicut em̄ præsent lectio Epistolaris habet: Cum audissent apostoli, q̄ erāt Hierosolymis, q̄a recepisset Samaria v̄bum Dei, miserunt ad eos Petrus & Ioannē. Samaritani erāt ex genti- colo

Opera spl- ritis sancti qualia

Samarita ni quam dicantur.

Spiritus sanctus q̄ sit.

Marth. 10

colonijs oriūdi, homines ab Hebræorum genere alieni, partim quidem colentes Deum, partim vero etiam suis idolis feruientes. Et tamen tales supernæ gratiæ illustrati splendorebus, receperūt verbū Dei. Olim dñs phibuerat discipulis. ne Samaritanis prædicarent: at nunc legūtur recepisse verbum Dei. Quod sane dubium nō est, qn gratia sancti spiritus effectū sit. Philippus apostolus illis prædicarāt, cuius visis miraculis, receperūt verbum Dei, id est, crediderunt in Christū. Iudæis p̄sequentibus eos qui Christum annunciant, spiritus sanctus mouit q̄sdam ex ijs qui crediderant, vt gentibus salutem mundo redditam annunciarēt. Ita iudæoꝝ excecatio, facta est gentium salus: & dum illi noluerunt Mes- siam sibi olim promissum recipere, gētiles dæmonum mancipia ad vnus veri Dei notitiam reducti sunt, & alieni a Deo, in filiorū hæreditatē successerunt. Gaudeat Ecclesia ex gentibus adunata filium Dei iudæis prius oblatum, deinde ablatū, sibi datum esse, & ne patiat, q̄d ille perfidus pertulit populus, inhæreat mādatis illius, & quem fide nouit, pietate colat, charitate cōplectatur. Miserunt aut apostoli ad Samari- tanos Petrum & Ioannē, qui columnæ erāt & vertices apostolici agminis, cæteris vt vi- detur spiritu feruentiores, animi fortitudi- ne cōstantiores, charitate excellentiores. Et quis tales ac tanti essent, tamen missi libenter obtemperarunt, nec inde cōsequens fit eos minores fuisse: alioq̄ dicatur ex im- p̄ssimū Arrii sententia etiā filius patre mi- nor, eo q̄d se filius a patre missum dicat. Obedientiā ad sui magistri exēplum p̄cla- rissimi apostoli declarare voluerunt, vt dis- cat omnis caro subdere se maioribus suis, quando illi obedierunt etiam suis coapo- stolis, q̄bus tñ omnibus ab ipso Christo Pe- trus prelatus erat. Nemo se fallat: vnica ad beatitudinem via est submissa obedientia, qua se homo homini subijcit propter De- um, imitans redemptorem suum, q̄ nō so- lum Deo vsq; ad mortē, sed & virgini ma- tri ac patri putatitio obediuit. Si dicat superbus hæreticus, Quis me cogit subditū esse homini, cum vnum habeamus patrem & magistrum in cœlis: dicamus illi: Quis Christum cogit subditū esse simplici vir- gini, & fabro lignario? Christus submittit se homini, & homo vanissimus non vult subijci superioribus suis: Porro cum ve-

Galat. 3

Marth. 15 Ioan. 7. 8

Obedientiā vt sit vni ca ad salu- tē via.

Luce 3

nissent Petrus & Ioannes Samariam, ora- uerunt pro ipsis, vt acciperent spiritū san- ctum. Nondum enim in quenquam illoꝝ venerat in signo visibili, sicut in apostolos sed baptizati tantum erant in nomine do- mini Iesu. Orant apostoli adhuc mortali carne circundati, & impetrant alijs spiritū sanctum, & dubitare quis audeat iam cum Christo regnantes, non multo efficacius pro alijs orare posse: Sed nesciūt, vt ait Hæ- reticus, quid agatur apud homines. Imo vero hæreticus in sanus, nescit quid dicat. Ignorare ne aliquid possint, qui Deum, in quo cuncta ceu speculo relucet, conspici- unt: Ergo sancti omnes ex Dei contem- platione facillime norunt quicquid agitur in creaturis, & pro sua erga nos ardentissi- ma charitate libenter orant pro nobis: & quia Deo coniunctissimi sunt, oratio eor- um efficacissima est. Denique apostoli cū orassent, etiam manus imposuerunt Sama- ritanis, atque ita accipiebant spiritum san- ctum. Manuum impositio in veteri iuxta ac nouo Testamento legitur, nec certo my- sterio & occulta operatione vacauit. Ho- die episcopi eos quos sacris initiāt, ma- nus imponunt, nec ambigitur, quin & ipsi accipiant spiritum sanctum, si tamen con- scientiā habeant a mortiferis peccatis im- munem. Possent hic quædam dici contra hæreticos, qui sacramentum ordinis peni- tus rejciunt, sed stultum est cum furiosis & insanis contendere.

Actoꝝ 8

Sctōs sel- re queqd agitur in creaturis.

Orare san- ctos pro nobis.

Manuum impositio quid in- sicut.

EXEGESIS EVANGELII in eadem Solennitate Ioannis de- cimo.



C **I**n hoc Euangelio simplicibus domi- nus v̄bis vtitur mo- re suo, sed quæ scate- ant mysterijs, ac spi- ritualibus sint graui- da intelligētis. Hu- milis magister vbi- que humilitatem verbis factisque com- mendat, sed quanto humilior est eius ora- tio, quantoque facta simpliciora, eo mag- is altissimis sunt grauida sacramentis. O humilitas virtus Christi. Vbi que retun- ditur superbia nostra, vbiq; diaboli erecta ceruix præmitur, & sicut tã diabolus, quã homo

Esaiæ 14 Gene. 3

homo supbia intumuit atq; eo ipso e sublimi loco in extremam miseriam prolapsus est: ita filius Dei verus animarum medicus humilitatem ubique amplexus est, & docuit amplectendam. Hoc ideo dictum sit, vt non contemnenda aut negligenda putemus dicta seruatoris nostri, quæ mundi iudicio simplicia & abiecta videtur, sed eo magis suspicienda ac veneranda. Ad ipsum Euangelium progrediamur.

Amen, amen dico vobis: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.

Ostium est Christus: ouile ouium, Ecclesia. Primo hic sciendum est Euangelium hoc commodissime prelatum a pastoribus Ecclesie accommodari: atqui non impedit etiam nonnulla de alijs accipi. In Ecclesia intrans, vel potius intrare se putant hæretici, falsorum dogmatum architecti, hæresum fabricatores: sed non intrant per ostium. Quare? Quia superbi sunt, & Christi humilitatem sectari nolunt. Quid est enim aliud per ostium ingredi, nisi ita ambulare vt Christus ambulauit, & eius mores ac virtutes in se exprimere? Quid autem ab ipso natiuitatis exordio intantum Christus coluit, atque humilitatem: Quid vero tam humilitati inimicum atq; contrarium, vt hæreticorum peruiacia? qui suum iudicium Ecclesie totius auctoritati & sententiae præferunt, & tanquam nesciant se homines esse, qui facile errare ac labi possint, omnia sua mordicus tuerentur, & impudentissima temeritate rident Ecclesie decreta, ac definitiones, patrumq; sanctissimorum dicta renūciunt, & sibi solis volunt fidem adhiberi? Sed non intrant per ostium. Non sic didicerunt à Christo, q̄ fuit mitis & humilis corde: qui nō est dissensionis Deus, sed pacis. Si autem non intrat per ostium, ergo aliunde ascendunt. Quid est aliunde ascendere, nisi relicta Christi humilitate, per metis fastum, elationem ac tumorem in sublime contendere? Vide quam nihil sit ociosum in sermonibus Dei.

D Ascendit, inquit, aliunde. Non enim vult hæreticus placida humilitatis via ingredi, sed tanquam sit ipse ceteris excellentior, fertur in sublime, non sane ob aliud, nisi vt summa cum ignominia ruat in profun-

dum. O hæretici, cecum hominum genus, quos noua dogmata pferre iuuat, cur nō per humile ostium ingredimini potius, q̄ per inaccessa montium præcipitia iam iamque ruituri inceditis? Sed quales tandem sunt, qui relicto ostio, aliunde ascendunt? scilicet fures & latrones. O nimis veram sententiam. Fures sunt doctores hæretici, q̄ Christi gloriam sibi usurpant: latrones, q̄ oues Christi iugulant: fures impudentissimi, latrones sceleratissimi. Si illi, qui argentum, aut vestes, aut quippiam eiusmodi clam subducunt, in crucem aguntur: & si illi, qui corpus quandoque tamen mortuum occidunt, dirissimis torquentur supplicijs, cui tandem pœnarum generi subdendi sunt, qui animas, quarum precium sanguis Christi est, precium utique inestimabile suffurantur & perimunt. Illi etiam qui non recto ordine vocati à Deo vt Aaron, sed aut dolo & calliditate, vel ambitione sua, aut deterrimo Simonie vitio, aut alijs quibusdam iniquis machinamentis, ad honores & dignitates, ac functiones Ecclesiasticas irrepunt, vel etiam irrumpunt, non sane intrant per ostium, nec prodesse cupiunt, sed præesse, Christi q; gregem misere negligunt, perdunt, excoriant, trucidant, vt recte meritoque fures & latrones vocentur: quos certe manet horrendum Dei iudicium.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.

Quod potest paucis sic exponi: Qui per omnia studet sese conformare ad exempla Saluatoris, qui est ostium, ille pastor est ouium: quia tales plerumq; à Deo vocantur ad publicas functiones, vt pascant gregem Dei verbo, exēplo, auxilio, consilio, & precibus ad Deum. Itemque qui recto ordine & ita vt oportet ad dignitates pertingit, non ipse se impudenter ingerens, sed diuinitus electus & vocatus, legitimus est pastor ouium, facitq; quæ decent bonum pastorem, nō suis lucris aut voluptatibus inhians, sed animas subditorum solite custodiens. Quanquam & quod dicitur: Qui intrat per ostium, pastor est ouium, potest ad vniuersam Ecclesiam vnitate referri, quæ quotidie pascit verbo & exemplo. Non enim omnes per ostium ingredienti pastores sunt: siquidem & oues intrant: sed quod singulis separatim nō potest tribui,

Fures & latrones q̄ dicantur hæretici.

Hebr. 11

Pastor ouium q̄ sic dicitur.

bui, cōuenit isdem ob totius corporis myfici vnitate.

Huic ostiarius aperit.

E Id est, Eiusmodi vero ac legitimo pastori ostiarius, hoc est, spiritus sanctus aperit scripturæ mysteria, vt habeat, quod suis eructet ouibus. Qui enim autore spiritu sancto ad alios regendos promouentur, etiam eodem spiritu doctore discunt, quæ ad subditorum salutem pertineant: nec tamen propterea ipsi debent scripturarum studia negligere, sed sancti spiritus gratiæ cooperari, vt maiora dona consequantur. Facile autem ab errore tutus manet, cuius doctor est spiritus sanctus: sicut ediuerso non possunt non erroribus infici, quibus ostiarius iste nō subministrat intelligentiæ donum. Propterea recte Propheta ait: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Væ autem illis, qui ipsi sibi magistri sunt.

Psalm. 23

Pastorum vita inculcata quam proficiat subditis.

Lucæ 10

Oues suas quina vocet Christus notatim. 1. Tim. 1. Matt. 5. 10

Et oues vocem eius audiunt.

Nam vbi cernunt homines p̄i pastorem suum recte viuere, libenter obtemperant dictis illius. Non enim est difficilis in subditis, qui tamen oues sint, obtemperandi voluntas, si sit in pastore vita inculcata & integra. Verum e iam si secus eueniat, vt sit pastor vitæ perditæ & iniquæ, at nihilominus debent subditi illius dictis, nisi diuinæ legi repugnēt, obtemperare, ne dum illum contemnant, contemptus iste in Christum redundet, q̄ suis vicarijs ait: Qui vos audit, me audit: & q̄ vos spernit, me spernit.

Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.

Hæc vt de quolibet bono pastore possint intelliigi, nō est videre difficile. Nobis iam visum est ad Christum ea accommodare. Qui nimirum proprias oues vocat nominatim: quia nouit dñs qui sunt eis: & electorum omnia nomina habet scripta in libro suo. Vocat autem eas per gratiam, & educit eas ex tenebris ignorantie & vitioꝝ, vt cogno-

scant ipsum verum Deum. Et cum eas ita emiserit, ante eas vadit, suis exemplis eis vitæ itinera monstrans. Primo enim vocantur homines ad fidem, deinde monentur oculos intēdere in ducem & pastorem suum, & eius vitam moreq; contemplari. Tum vero, si sint de numero ouium, sequuntur Christum pastorem, eiusq; vestigijs inhærent: quia sciunt vocem eius, quæ semper ad pietatem, ad iustitiam, ad innocentiam, ad veritatem hortatur, semper à vitijs reuocat, ad virtutes inuitat, docet mundi vanitatem despiciere, vitam æternam inquirere. Alienum autem non sequuntur, id est, eos omnes qui aliud docent, quam Christus, quales sunt hæretici, dæmones & flagitiosi homines, non sequuntur, nec eorum improbis consilijs morem gerunt, neque facta imitantur, sed fugiunt ab eis tanquam ab hostibus exitalibus: quia non nouerunt vocem alienorum. Vtinam Christiani nostrorum temporum fugerēt voces alienorum. Volunt audire quæ carni blandiuntur, & interim perdunt animas suas, verborum lenocinijs ac dogmatum peregrinorum præstigijs irretiti. Qui si fugerent alienos, felices forent. Hæretici omnes alieni sunt: quotquot eos audiunt, nō sunt oues Christi, nisi respiscant. Christi vox est: Cōtendite intrare per portam angustam. Et: Pœnitentiam agite. Alienorum vox est: Christus pro nobis satisfecit: Pœnitentia nostra superuacanea est, & gratiæ inimica. Oues Christi priorem vocem audiunt, posteriori fugiunt & execrantur.

Hoc prouerbum dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis.

Pharisæis superbis dñs parabolice locutus est, perstringēs eorum ambitionem & superbiam: sed illi nimium excecati, mentem verborum eius non sunt assecuti. Qui enim verba cœlestia caperent homines terræ affixi, & nihil nisi terrena aucupantens? Animalis homo nō percipit ea q̄ sunt spiritus Dei. Voluit autem dñs hac parabola id significare, Pharisæos non esse veros doctores & pastores, sed duces cecos: qui et si quosdam seducerent, tamen electos eorum fraudes euadere, & Christi potius, quam ipsorum tanquam alienorum vocem audire, Sic hodieque hæretici omnes

Vox verbi pastoris q̄ doceat.

Alieni vt hic vocentur omnes hæretici. Math. 7. Lucæ 13. Matt. 23. 4

1. Cor. 3

V
Duces cæci ut sint omnes hæretici. *Matth. 15*

duces cæci sunt: & si videantur multos in suam sententiam pertrahere, tamen oues non seducunt, nec rapiunt eas de manibus Christi. Sui similes euertere possunt: electos dominus perire non sinet, id est, eos qui bona sunt præditi voluntate, & faciunt quod in ipsis est.

Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen, amen dico vobis, Quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones. Sed non audierunt eos oues.

Hic ipse dominus verba sua explicat, si vel sic possint lumen recipere mentes occæcatæ. Seipsum ergo ostium ouium dicit, per quod scilicet ingredi necesse est tum oues omnes, si velint esse membra Christi: tum pastores ipsos, si iure & ordine suo velint munere perfungi. Pulchre autem dominus fideles suos ouium nomine appellat, hoc ipso significans debere eos ouium innocentiam, mansuetudinem, simplicitatem, obedientiam, cæteraque ex natura illis insita bona imitari. Non se dominus luporum, non canum, non leonum, non porcorum ostium vocat, sed ouium. Nō ergo poterunt per ostium ingredi rapaces, gulosi, inuidi, superbi, luxuriosi, atque id genus alijs vitijs dediti, sed oues, id est, qui student adipisci ex gratia, quod ouibus natura dedit. Alij omnes, qui iam nō ouium, sed ferarum naturam imitari malunt, illius membra sunt, & cum illo ruent præcipites in tartara, q̄ in scripturis sacris modo draco, modo leo, modo basiliscus, sæpe alijs atque alijs bestiarum nominibus appellatur. Quod vero iam subiungit dominus, Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones, intelligendum est de illis, quos non misit spiritus Christi, sed qui ipsi sua temeritate venerunt, quales fuerunt multi pseudoprophetae, de quibus dominus ait: Ipsi currebant, & ego non misi eos. Ad quorum numerum etiam pertinent hæretici omnes, & quotquot ad alios regendos non à Deo mittuntur, sed ipsi per fas & nefas sese ingerunt. Tales omnes fures sunt & latrones: quia usurpant sibi quod ipsorum non est, & animas occidunt. Veruntamen dominus semper suos seruat, sicque fit ut eiusmodi pestilentes homines non audiant oues, nec eorum dictis fidem accommodent,

Oues cur vocentur rite fideles.

Psa. 90. 10; Apo. 11. 11

Hiere. 23

Quod quidem sepe vsu quotidiano discimus: quando plerique simplices ac boni homines etiam in media hæreticorum frequentia ætatem omnem transigentes, tamen non capiuntur erroribus illorum. Multi autem ea potissimum ex causa pereunt & illaqueantur ab hæreticis, quod nolunt eorum consortia fugere, sed tanquam nihil ea res periculi habeat, cum sit lōge periculosissima, intrepide eorum conciones auscultant, libros lectitant, & familiari consuetudine vtuntur. Porro, oues Christi talium luporum moribus non infestantur, quia nec audire illos volunt, memores illius apostolici: Sermo hæreticorum vt cancer serpit. Et quamuis Ecclesia sub anathematis pena seuerissime Christianis omnibus interdixerit lectionem librorum ab hæreticis conscriptorum, tamen passim omnes eos lectitant, atque interim Deo permittente ob suam inobedientiam & temeritatem capiuntur ac irretiuntur & pereunt.

Oues que quos non audiant vocem.

1. Tim. 4. Lectio librorum hæreticorum scriptorum quam sit periculosa.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

Bis se dominus ostium vocat, scilicet propter pastores, & oues. Non enim est pastor legitimus, qui per Christum non ingreditur. Nec est ovis Christi, qui alia, quam per Christum ingreditur. Quisquis autem per Christum introierit, ambulando sicut ille ambulauit, saluus erit hic per gratiam, post in gloria sempiterna. Per Christum enim tanquam ostium & viam certissimam non solum in præsentem ad fidem & gratiam, sed etiam in futuro ad beatitudinem & gloriam intramus. Sunt autem nō eadem studia vel exercitia eorum, qui per Christum intrando saluantur. Alij enim circa actionem, alijs quamuis pauci circa contemplationem versantur, alijs licet paucissimi simul & actioni & contemplationi sese accommodare norunt. Sed quocumque in genere Christianus versetur, siue ingreditur ad contemplanda diuina, quod est quædam futuræ vitæ inchoatio, siue egredietur ad officia charitatis, pietatis & misericordiae exequenda, utrobique pascua inueniet, quibus anima eius multo melius, quam caro eficit corporalibus, reficietur ac impinguabitur. Habet enim omnis pia actio, si sit

G
Ostium bibe quare Christus appellat.

Quid Ch. studia vt sine dicitur

Opera pietatis vti animam nutriant & impinguent

si fit cum charitate coniuncta, vim quandam animam nutriendi ac vegetandi & corroborandi, vt merito debeamus semper solliciti esse ad bona opera exequenda: quæ quanto plura fecerimus ob Christi & proximi amorē, tanto spiritus noster magis pinguescet & confirmabitur. Habet etiam celestium cōtemplatio suam alendi & impinguandi mirabilem efficaciam, qua anima adeo fit fortis & alacris, vt quicquid mundus hic habet, præ celestis vitæ dulcedine prorsus illi amarescat. Ita ergo utrobique fideles & in actiua, & contemplatiua vitæ studijs pascua vberissima reperiunt. Qui autem hic neque recte factis siue bonis operibus, neque diuinorum cōtemplationi vllam nauant operam, misere marcescunt, atque vbi ventum erit ad vitæ terminum, omni succo supernæ gratiæ destituti, ad æternam ægestatē & inedia m deuoluent, semper cum demōnibus fame intolerabili cruciandi.

Pascua vbi fides inueniant

Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

H
Furjs animarum studia quæ nam sint,

Quisquis non Dei, sed suam gloriam quærit, fur est, non pastor verus. Talis ergo non potest animarum lucra cogitare, sed tantum studere rebus & commodis suis. Interim oues misere euertit & perdit, & mactat: nec ea res illi curæ est, quia Deum non timet, nec vult præstare quæ bonum pastorem decent, sed ducit iucundos dies, suisque & verbis & exemplis in exitum mortis æternæ pertrahit subditos suos. Hoc manifestum est in hæreticis, quorum Deus venter est, qui semper ollas carniū suspirant, nec sua perditione cōtenti, etiam alios quoscumque possunt suis laqueis innectunt. Christus vero qui pastor est verus, ea causa venit in hunc mundum, vt hoīes à morte peccati, & diaboli tyrannide eruti, vitam habeant gratiæ in hoc seculo, & abundantius habeant vitam gratiæ cōsummata, id est, gloriæ in cælis. Ita e diametro pugnant hæretici & mali pastores cum Christo: quando illi perdere duntaxat & mactare, Christus seruare & vitam præstare exoptat. Et tamē vbi Christo vix paucissimi obtemperant, eo quod aduersus carnem militet doctrina illius, hæretici innumeros habent sectatores & asseclas, quia carni plausibilia do-

Philipp. 3 Exodi. 16

cēt. Atqui exitus probabit, vtri rectius docuerint & fecerint.

SERMO IN EADEM Solennitate. De gratia Dei, an sit homini necessaria. Quid conferat homini, atque id genus alijs scitu iucundis.



Go veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ioan. X. Nostis charissimi, vt ante natū Saluatorem mors totum pene

hominum genus occuparit, mors scilicet culpæ, & quæ hanc sequitur mors æternæ damnationis. Sed dominus Iesus humanæ calamitatis miseratus, venit ad homines, vt vitam habeat gratiæ, qua culpæ mors profligetur, & abundantius habeant vitæ gloriæ, quæ nullam timeat damnationem. Et quia nunc solennitatem sancti spiritus, qui est totius gratiæ fons, qui hodierna die cum magna gratiæ abundantia venit in apostolos, atque etiam quotidie in omnes sui capaces venire paratus est ad illuminandam cecitatem nostram, ad corroborandam infirmitatem nostram, & ad inflammandum teporem nostrum, libet hac vice de gratia loqui in auribus vestris, si tamen ipsa gratia nobis non desit, sine qua nihil possumus, quia, vt dicit Apostolus, Nemo potest dicere dominū Iesum, nisi in spiritu sancto. Occurrit autem primo hoc loco quæstio eiusmodi: Vtrum scilicet gratia Dei sit homini necessaria ad salutem: quæ quæstio tantundem valet, ac si quæreretur: Vtrum homo possit id genus opera bona facere, quibus mereatur regnum cælorum, etiā si non habeat gratiam Dei. Hæc quæstio vna est, & duo complectitur. Primo, Vtrum possit homo vlla opera bona facere extra gratiam Dei: sicut videtur, quod hi qui in peccatis sunt mortalibus, & extra gratiam Dei, & similiter infideles aliqua opera bona & laudabilia faciunt, vt est quod caste viuunt & sobrie, & quod iustum iudicium faciunt, & præstant eleemosynam. Secundo, vtrum talibus quis possit mereri regnum cælorum: quia videtur quod nō sint perditæ, sed meritoria, & profint ad vitam æternam. Quibus vt respondeamus, scire cōuenit, quantum ad præsentem materiam sufficit, duplicem esse gratiam Dei: Vna est gratia gratis data, id est, sine meritis: & idcirco dicitur

Act. 13

1. Cor. 13

Gratia Dei duplex q̄ sit.

Gratia gratis datur & fit.

Gratias datur ut sit multiplex

K Gratia gratia faciens quae fit.

Exodi. 10

Præcepta Dei quae sic po seruan

tur etiam gratia, quia si non gratis daretur sed ex meritis, non esset gratia. Hæc gratia est donum infusum rationali creaturæ sine meritis, quantum in se est, disponens ad salutem propriam vel alterius. Hæc est animæ bonum, additum bonis naturalibus, quibus homo creatus est, aptumque efficit hominem ad bene operandum. Hæc gratia multiplex est & datur multipliciter bonis & malis, scilicet vni gratia cantandi, alteri legendi, alteri concionandi, alteri prophetandi. Huius gratiæ est, quod alius habet felix ingenium, alius tenacem memoriam: hic castitati, ille misericordiæ deditus est, multaque eiusmodi. Atque etiam huc pertinere videtur, vnumquodlibet auxilium vel instinctus, quo Deus cor hominis mouet ad cognitionem sui, ad peccati naufragium, & ad desiderium, siue conatum placendi Deo. Sine hac gratia nihil possumus agere, quod sit bonum, & disponens hominem ad salutem: & tamen potest persistere cum peccato mortali, & qui ea præditus est, potest damnari, quia datur bonis & malis: & tamen hac sola non possumus efficere, quæ vitam æternam mereantur, quia, ut diximus, præstatur bonis & malis, & potest habere adiunctum peccatum mortale: siquidem alij ea bene vtuntur, alij non. Secunda gratia dicitur, gratia gratumfaciens, & illa necessario exigitur ad salutem. Nam tametsi cum prima, ut dixi, quædam possumus bona agere, at non salutifera, quia licet homines qui non habent Dei gratiam gratumfacientem, de qua nunc loquimur, fusiussq; paulo tractare instituiamus, efficiant etiam aliqua opera bona, & videantur implere mandata quædam, tamen reuera non implent, ut illis regnum cælorum & perpetuam mercedem mereantur. Cur hoc? Quia licet faciant eiusmodi quædam opera, qualia faciunt homines boni, qui sunt in gratia Dei, sicut est non furari, non periurare, honorare parentes, & cætera similia, tamen non faciunt ea secundum mentem præcipientis Dei, id est, non faciunt ea forma vel ratione, qua ille iussit, voluitque fieri. Deus enim voluit illa præcepta, quæ dedit, seruari ex charitate, & in charitate, ut scilicet voluntas nostra sit conformis voluntati suæ, quod non potest fieri sine gratia eius. Ex quo fit consequens, nihil nos boni posse quan-

tum ad æternam attinet beatitudinem facere sine gratia Dei, sicut etiam dominus dicit in Euangelio: Sine me nihil potestis facere. Et Apostolus Paulus: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et quamuis aliquid etiam faciamus ex gratia illa communi, quæ datur bonis & malis, non id tamen est meritum vitæ æternæ, sed necesse est accedat adiutorium gratiæ Dei gratum facientis Deo. Sed ex dictis oriuntur alie quæstiones, quatuor, scilicet, Quid sit illa gratia necessaria ad salutem: Secundo, quomodo amittatur: Tertio, an omnes possint eam habere: Quarto, quomodo recuperetur iam perditam. Primo ergo queritur, qualis, vel quid sit illa gratia Dei, vel spiritus sancti. Ad hoc respondet beatus Bernardus in sermone de charitate & gratia Christi, quod gratia Dei est lux quædam animæ à Deo infusa, mirabiliter animam decorans, bonificans, & gratificans, habens comitem spiritum sanctum. Ecce in hac definitione insinuantur tria bona, quæ operatur in nobis gratia Dei. Primo, decorat animam, & idcirco dicitur etiam lux, quia anima quæ est in gratia Dei, comparatur carboni ignito qui lucet, calefacit & delectabilis est aspectu. Sic est anima habens gratiam Dei. Lucet enim in conspectu Dei & sanctorum, ardet in amore Dei, & etiam alios calefacit secum, hortans bonis verbis & exemplis ad similiter arduendum in amore Dei, & delectabilis est in aspectu, quia opera eius sunt grata Deo. Sed ediuerso anima quæ perdidit gratiam, est velut extinctus carbonis, qui est niger, turpis & foetidus. Sic anima, quæ cadit in peccatum mortale, amittit omnem pulchritudinem, quia perdit lucem gratiæ, & idcirco fit nigra, turpis & foetida. Vis nosse quam turpis sit? Diabolus qui licet sit creatus pulcherrimus, tamen quia amittit gratiam Dei, non nisi vnus perpetratio ne peccati factus est turpissimus, atq; adeo turpis, ut non possit in sua propria forma, qua nunc est ab homine videri, nisi per miraculum, sicut de Sancta Catharina Senensi legitur, quanto miraculo Deus eam seruauit, ut posset illum cernere: quæ etiam vidit eum vsque adeo turpem, ut mallet in clibanum igne succensum ingredi, quam vel semel adhuc eum in illius propria specie vi-

Ioan. 16 1. Cor. 1

L

Bernard.

Gratia Dei ut sit lux anima.

Gratia ut animam decorat.

Anima ut comparatur carboni ignito.

Anima sine gratia ut sit sicut carbonis extinctus.

Dæmon fit de iormis & turpis.

Catharina Senensis.

Turpitudine animæ peccati eius quæta.

Prouer. 8

M Gratia ut animam bonam efficiat. Chrysostr.

Augustin.

Ioan. 3

Ioan. 1

Generatio spiritalis quomodo fiat.

cie videre. Eadem habent & aliorum scripta sanctorum. Ecce charissimi, si diabolus non nisi propter vnum peccatum amisit pulchritudinem suam excellentissimam, & contraxit turpitudinem indicibilem, quid putatis de anima, quæ polluta est decem, aut centum, aut mille peccatis & ultra? quam turpem putatis illam esse in conspectu Dei? Nemo est qui posset suam animam videre etiam vno corruptam peccato mortali. Siquidem nimis molestum id esset. Atqui quando homo se peccasse dolet, & petit, studetque reconciliari Deo tunc adueniens gratia Dei ipsum circumfulget & exornat vltra omnem decorem totius mundi, ita quod Deus delectatur in tali anima super omnia alia, quæ sunt sub cælo, sicut ipse dixit: Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Quid enim aliud traxit filium Dei de cælo, ut susciperet miseras humanæ naturæ absque peccato, & tam horrenda pateretur, quam formositas animarum, quas intantum dilexit, ut noluerit eas damnari, si velint cum ipso permanere? Secundum bonum, quod adfert gratia animæ est, quia bonificat, id est, bonam facit eam, sicut dicit Chrysostr. Melior & Deo acceptior est vnus iustus, quam totus mundus peccatoribus plenus. Num videtur vobis esse hoc exiguum bonum, quod adfert nobis Dei gratia, quod facit nos filios Dei? & est nobis quasi signum quoddam, quo discernimur à filiis damnationis, ut habet Augustinus libro quodam de sancta Trinitate, vbi sic dicit: Gratia Dei est excellentius Dei donum, quod solum diuidit inter filios regni, & perditionis. Quod autem ex gratia fumus filij Dei, patet in epistola canonica sancti Ioannis prima, vbi sic ait: Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, ut filij Dei nominemur, & simus. Atque ex principio Euangelij illius, vbi ait: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et post pauca: In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, id est, qui non carnaliter vel corporaliter, sed ex Deo spiritualiter nati sunt, ut essent filij eius. Hæc generatio spiritalis fit in baptismo, quia per fidem & susceptionem baptismatis efficiamur me-

bra Christi, & per consequens filij Dei. Ibi infunditur nobis gratia, quæ nihil aliud est, sicut dicit Augustinus, quam lux animæ illuminans mentem ad bene secundum legem Dei & gratuite operandum. Ex quibus verbis etiam id patet, ut nos gratia faciat bonos, sicut iam dixi, quia illuminat nos, & adiuuat ad bene & virtuose operandum. Hæc gratia tam diu manet nobiscum, quam diu voluntas nostra manet subdita, & conformis Deo. Quando autem nos auertimus à Deo ad id quod est contra legem Dei, hoc est, peccatum, eo ipso amittimus gratiam, & per consequens illud quod habuimus ex gratia manet, scilicet, quod fuimus filij Dei. Quando igitur non sumus filij Dei, cuius filij sumus? Nimirum mortis, peccati & diaboli, qui est initium omnis peccati. Deus enim non fecit aut creauit peccatum, sed ex diabolo est. Tales erant illi, qui gloriabantur se esse filios Abrahamæ, & tamen nolebant opera Abrahamæ facere: quibus dominus dicebat in Euangelio: Vos ex patre diabolo estis, & opera patris vestri vultis perficere. Non est tamē id ita intelligendum, quasi mali homines sint creati à diabolo, sed esse eum patrem eorum, id est, principem & rectorem. Tertium bonum est, quod gratia gratificat animam, quia facit eam dilectam & gratam Deo, habens secum Spiritum sanctum. Enimvero vbi gratia Spiritus sancti est, ibi est & Spiritus sanctus: & vbi Spiritus sanctus est, ibi pater & filius: & ibi tota trinitas vnus Deus est. Ecce charissimi quanta dignitas est animæ habentis in se gratiam Dei, id est, quæ est sine peccato mortali. Ipsa plane est preciosior omnibus corporibus mundi, & cunctis bonis temporarijs. Et idcirco tolerabilius esset & minus malum, si vel totus mundus, puta cælum & terra cunctaque corpora & omnia temporalia, destruerentur & perirent, quam si sola vna anima moriatur & pereat. Moritur autem anima, quando amittit gratiam Dei. Et hæc amittit, cum assensum præbet peccato mortifero. Vñ habemus in Ezechiele: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et in libro Sapientiæ: Homo per malitiam occidit animam suam. Væ væ illis, qui malo exemplo, consensu, consilio vel auxilio suo inducunt vnam vel plures animas ad mortale peccatum, quia occidunt eam, quam Christus redemit ac viuificauit sanguine suo.

Augustin.

Gratia quæ amittatur.

Pater vnus de ortu habuit. Ioan. 8

Ibidem.

N Gratia vbi anima gratificet.

Animarum preciositas quantafit.

Anima quæ moriatur & quæ gratiam perdit. Ezech. 18

Sapient. 16

suo. Sed quia superius dictum est, quod vna anima habens gratiam Dei, melior & Deo charior est, quam totus mundus peccatoribus plenus & melius esset cœlum & terram perire, quam vnam animam mori vel perire, scilicet spiritualiter. Cunctq; hæc ita se habeant, quærat fortasse aliquis, cur Deus non impediat tātum malum, quod anima moritur, cur nō retineat eam, si tan tope amat, si plus diligit animam sanctā quam cœlum & terram, quam obrem permittat animam perire & non cœlū: & quare non omnes ad se cōuertat: Respondendum, quod Deus vniciuibet tantum præstat auxiliū, quod cum gratia ipsius & libero arbitrio suo, quisquis est in gratia, potest in ea permanere, & qui non est, si vult, potest eam consequi: sed iustitia illius id exigit, vt vniciuique permittat arbitrium liberū, vt qui vult recedere, recedat, & qui vult venire, maneat. Nanque ipsos volentes iuuat, sed non cogit nolentes. Vnde dicit Augustinus: Maius est miraculum conuertere impium, quam creare cœlum & terram. Impius dicitur, qui nondum habet voluntatem se conuertendi ac resipiscendi. Nimirum creando cœlum & terram, nullum passus est Deus obicem vel obstaculum, sed conuertendo impium habet quodammodo obstaculum, scilicet illius malam voluntatem, quam non cogit, sed mutat. Secunda quæstio fuit, vt gratia amittatur. Licet autem iam ex prædictis intelligatis, vt gratiam perdamus, dicam tamen adhuc, vt melius intelligatis. Dixi iam animam mori, quando amittit gratiam Dei. Quare? Quia licet anima secundum suam essentiam sit immortalis, tamen aliam spiritualem vitam habet ex Deo, qui viuificat & decorat eam per gratiam. Patet ergo quod anima quæ habet gratiam, habet hanc vitam spiritualem. Mors autem spiritualis animæ, est peccatum: quia sicut mors & vita sibi repugnāt, ita culpa scilicet mortalis, & gratia. Quando ergo anima auertit se à Deo, à quo ipsi influit vita, id est, gratia, & se conuertit ad mortale peccatum, mox gratia recedit ab ea: & tunc anima moritur, quia vita eius recessit. Et sic anima, quæ prius mire pulchra fuit & Deo dilecta, manet obscura, nigra, frigida & foetida, vt ante audiuitis, quando etiam similitudinem adhibui de carboni ignito. Atque hoc loco aliam potestis

capere similitudinem de domo illuminata à sole. Quum enim sol splendorem suum & radios mittit per fenestram, domus est lucida & delectabilis. Si quis autē claudat fenestram, ita vt sol non possit penetrare, domus fit tenebrosa, idque non aliqua culpa solis, qui omnibus lucet, sed claudentis & impediētis. Sic quando homo obstruit fenestram suam obice peccati, Deus subtrahit influxum gratiæ suæ in animam illius, & tum anima fit tenebrosa, quia sicut nulla conuenientia est lucis ad tenebras, sic nulla potest esse societas gratiæ cum peccato. Tertia & quarta quæstiones fuerunt, An omnes habere possint gratiam, & hi qui non habent vel amiserunt, vt eam acquirant siue recuperēt. Respondendū, tantam esse omnipotentis Dei benignitatem, vt nulli neget gratiam suā, sed omnibus paratus sit dare fidelibus & infidelibus, si se præparent ad suscipiendū. Enimvero quādo homo facit qd in se est, & disponit se ad gratiam, hoc est, statuit vitare peccata, & dolet, & vult se componere & reformare secundum voluntatē Dei, iam quidē necessario Deus infundit ei gratiā, nō ex absoluta necessitate, q̄ si sit ei debitor, sed ex necessitate suæ bonitatis, quādoquidē vsq; adeo bonus est, atq; tale nobiscū fœdus pepigit, vt velit dare, si faciamus quod in nobis est, & charitas sua, qua diligit hominem, cogit eum, vt communitet se oibus id desiderantibus. Qd autē homo facit id qd in se est, & pparat se cū libero arbitrio, id etiā est ex gratia, q̄ dicit gratia pueniens, vel gratia gratis data, quā Deus dat oibus bonis & malis, sicut iā in principio dixi, qd possint si velint consequi gratiā gratū faciētem, de q̄ nunc loquimur. Hic multa adhuc essent dicēda, videlicet qd nō pōt certo cōstare homini, nisi forte p reuelationē, vtrū sit in gratia Dei nec ne, ppter humilitatem seruandā & timorē, & ad cauendā negligentia & acedia. Itē de multis signis, ex quibus pōt coniectura capi, qd homo sit in gratia, solent doctores multa signa proferre, quæ tamen non ad oēs pertinent. Equidē paucis hic quædam enumerabo signa, quorum primum specialiter ad religiosos pertinet, cætera ad omnes, quæ quisquis in se deprehenderit, est vnde gaudeat, & bene speret. Primum pro religiosi signum bonum id est, quādo quis viuens in aliq̄ statu salutifero & bono gaudet &

Græ ad lo
le qualis
cōparatio.

1. Cor. 6

Gratiā su
am vti De
us nulli
denegat.

Græ puen
ens qui sit

P
Signa per
que homo
sciat aliq̄
tenus se ef
se in grā.

det & gratulat sibi de tali statu, scilicet in q̄ Deo seruire possit. Nihil enim pinde machinatur diabolus, quam vt aliquem in bono & salubri degentem statu inducat ad illius displicentiam vel fastidium, tanquam possit in alio melius & fructuosius viuere, adducens multa & varia sub specie boni & melioris profectus. Hoc autem ideo facit, vt auellat eum de statu, in quo illum bene & secure videt ambulare. Et cum abstraxerit, proponit ei tentationes alias, quam prius quibus illum seducit: & sic miser amittit qd prius habuit, nec ad illud peruenit, ad qd se venturum & facturum sperabat. Causam huius tentationis hanc arbitror, quod non attendit quis vocationem suā, quia scilicet à Deo vocatus est ad id vitæ institutū salutare, qd amplexus est, qui si eum in aliquo alio statu habere voluisset, vtiq; vocasset. Ex nobis ipis sane religionis nūc alloquor, q̄ aliquā religionē professi sunt non venimus ad hunc locū, sed Deus dedit nobis voluntatē veniēdi, & patribus suscipiēdi nos. Si em̄ non fuisset iste status saluberrimus nobis, nunq̄ vocasset nos huc, sed aliter ordinasset nobiscum. Deus enim neminem fallit vel deludit. Similiter est de alijs, quādo sunt in bono & securo statu, non facile debēt eum relinquere, nisi certissime sciant se vocari à Deo ad meliorem: qua tamen in re magno opus est iudicio, & multa circumspectione, ne quid temere fiat. Posset huius rei exemplum dari, quod rex offenditur si cui demādarit vt custodiat cubiculum & thesauros suos, & ille dimisso cubiculo velit ministrare mensæ. Potest illi rex iratus dicere: Ego tibi hoc negocij non dedi. Si voluisset te habere in tali officio, equidem id tibi demandassem. Nunquid sine te non possum alteri mandare, vt mensę seruiat? Hęc idcirco dixerim charissimi, quia interdum aliqui secum imaginantur, quod si essent in illo vel illo statu, possent plura bona facere, non intelligentes, quod nec illic, nec hic aliquid possunt, nisi quantum Deus dederit. Debet ergo vnusquisque contentus esse & gaudere de vocatione sua, quia Deus qui ab æterno omnia prouidit & disposuit, nouit multa nobis alibi infeliciter euentura, de quibus nos non scimus nec cogitamus. Etiam si in alio statu fieri possent meliora, tamen ipsi non sunt meliora, quia non est, ad illa missus vel

Displicen
tiā sui sta
tus cur dia
bolus qui
busdā in
tundat

Paradi
gma

Vocatiōe
sua vnus
quilibet
contentū
oportere
fore

vocatus. Oportet vero vt seruiamus Deo secundum voluntatem suam, non pro nostro desiderio. Siquidem iam nouimus quid ille exigat à nobis. Ante nobis libera erat eligendi facultas, at nunc fortiter est in arrepto proposito perseuerādum. Ist hæc tentatio est periculosa, quia quando quis statum suum exosum habet, eadem etiam displicent præcepta & canones status illius, & quicquid agendum est facit cum tædio. Secundum signum bonum est, quod quis peccasse se dolet, quando peccatorum suorum reminiscitur. Solent aliqui quando in memoriam veniunt peccata præterita delectari & gaudere, quod ita fecerint, vel poenitere & seipos reprehendere, quod occasionem habitam peccandi dimiserint, vel neglexerint. Tales quando suis cogitationibus consentiunt (licet iam eiusmodi peccatum non velint in eo statu, in quo iam sunt admittere) si peccatum est mortale, de quo gaudent etiam talis consensus erit mortalis. Si autem non consentiunt, & libenter vellent se excutere à tali delectatione, est venialis quanquam interdum exercitium virtutis, vt homo discat pugnare pro virtute, & ex tali labore merita acquirat. Tertium, quando bona est voluntate libenter & studiose implendi omnia quæ ad se pertinent, secundum voluntatem Dei & suorum superiorum. Quartum est, quando semper habet voluntatem non peccandi, id est, cauēdi ab omni culpa, & si dū labitur in diuersos defectus contra propositum suum, nō tamen iacet in illis, sed statim resurgit, & denuo proponit cauere sibi ab illis & alijs, idque tali cū seruire, quasi iam inciperet Sanctus quidam & venerabilis pater docuit modum, quo quis viciosa possit consuetudinem frangere & se emendare: vt scilicet, q̄ tics deliquerit, ipse sibi multā irroget, aliquot orationes dominicas legendi, vel abstinendi ab aliquo cibo & potu, aut corpus castigandi &c. Hoc profuit multis & nemo, cui cordi est se emendare, hoc par uipendit. Quintum, vitare & à se excludere occasiones peccatorum, quia ille non potest dici velle abstinere à pctō, gnō vult fugere pro viribus peccādi occasiōes. Quis illum dicat casti & mundi cordis teneri desiderio, qui non vult vitare colloquia & aspectum mulierum, præsertim in faciem

Arbitriū
vri vniciui
que maneat
ar liberi.

Augustin.

Impius q̄
dicatur.

O
Græ quō
amittatur

Alia q̄
quō mori
dicatur.

Gratiā
dei recupe
rare p vo
luntatem
bonam

Consuetu
dinē ma
lam emen
dandi mo
dus quis.

Occasiōes
peccandi
fugere vt
gratiā
dei recupe
ret

Eccle. 9

quando facies mulieris vrit vt ignis, & per fodit vt gladius: licet aliqui putent se ea re non tentari, quod tamen vt plurimum in de eis accidit, quod vsque adeo stupidi sunt, & sese minime cognoscentes, quod non sentiunt nec aduertunt. periculum suum, sicut potestis discere ex simili. Aqua pura & perspicua qualis est, in fontibus, facile turbatur, & fit sœculenta, si moueatur in fundo: sed in aqua concitata & turbida ex seipsa, vt est in Rheno vel stagnis, si commoueatur fundus, non sentitur immundities, quia iam ante aqua est turbida. Sic etiam aliqui habent turbidas conscientias, per totam septimanam loquantur & rident, & cogitant quando, & quomodo volunt, agitantur varijs desiderijs, & multa alia peccata continue committunt, quando autem veniunt ad faciendam confessionem, nesciunt quid debeant cõfiteri, cum tamẽ alij q magno studio puritati conscientia nauant operam, satis inueniant, vnde vel ter in die confiteantur. Quod inde fit, quia habent puriorem conscientiam, & facile quamcunque maculam, turbationem vel deordinationem vident. Sextum, quod semper homo de se timet, & melius sentit de alio. Neminem iudicat, de nemine murmurat. Et si quid ipse benefacit, non extollitur inde, nec sibi adscribit, sed gratia Dei, quæ in ipso operatur, & potest ipsum relinquere, & in alio maiora operari. Propterea manet in humilitate, & spem suam figit in solo Deo, cognoscens ex sola illius bonitate & benignitate proficisci, quicquid habet boni vel facit: ex se autem nihil se habere, nisi peccata, & multos defectus. Ista nimirum charissimi bona sunt signa, quæ qui habet, studeat seruare, quando quidem in omnibus operibus bonis necessaria est perseuerantia, si debeant habere premiũ & coronari: & hæc perseuerantia etiam est ex gratia Dei. Quamobrem rogemus incessanter pñssimum dominum Iesum, vt gratiam suam nobis per spiritus sancti infusionem cuius hodie solemnia celebramus, tribuat & conseruet: quia nulla re adeo indigemus vt gratia illius: nihilque perinde vtile est nobis vt gratia, sine qua cætera bona sunt velut mortua & informia. Quam si habuerimus, cuncta quæ nobis eueniunt sine peccato, profunt nobis ad æternam vitam, sicut dicit Apo-

stolus: Scimus qm diligentibus Deum oia to operant in bonũ, id est, ad æternã felicitatẽ. Si autẽ ea destituti simus, non poterimus toto virium nostrarum conatu quicquã efficere, quod sit gratum Deo, nobisq; apud illũ meritum pareat. Vnde sane cum primis reprehendẽdi veniunt, q diuinæ gratiæ adeo sunt incuriosi, vt plus videantur sollicitudinis adhibere erga quamlibet aut obtinendam, aut conseruandam rem temperariam, quam amore complectantur & desiderio, quã gratiã spūs sc̃i, quæ est res longe prætiofissima, sine qua tamen nihil omnino quisquam potest præstare, quod sit cum vera virtute coniunctum. Sed abfit hæc à nobis cæcitas ac improbitas charissimi. Quæramus ante omnia gratiam Dei, nihil ea nobis charius, nihil optatius sit. Inhiet aua rus ad cumulandas breuiq; velit nolit amittendas opes: impurus & obsecenus omnigenas suo corpori studet adhibere voluptates superbus & arrogans tanquã semp̃ victurus nervos omnes in tẽdat, vt possit honores & dignitates, imo onera & cruces cõsequi in hac vita, nobis ea p̃cipua sit sollicitudo, vt tantopere nobis necessariã sancti spiritus gratiam queamus adipisci. Interim simus humiles. Si quidem humilibus Deus dat gratiã. Non intumescamus animo, non alijs nos stoli de anteferamus. Sicut aquæ vberius confluent ad profundas cõualles: ita spiritus sanctus gratiæ suæ ymbrem propensus mittit in corda humilia, quæ nesciãt altum sapere, sed semp̃ pie humiliterq; timere. Si bene plegamus scripturas omnes diuinas, vdebimus quam multi idcirco gratia sint destituti, quod inaniter ac sœde sese extulerint: itemq; plurimos ea re, magnam pcepisse gratiã, quod essent mansueti ac humiles: Ad quem respiciam ait dñs per prophetam, nisi ad pauperculum, id est humilem. Beati enim pauperes spiritu, id est, ex vero cordis fundo atque ex ipsa animi sententia humiles, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum, quod non potest obtineri, nisi gratia spiritus sancti cooperante, quam nobis pro sua benignitate & misericordia præstare dignetur, qui hodierna die in humiles ac mansuetos apostolos suos largissimum effudit gratiæ suæ ymbrem dominus noster Iesus Christus cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

In præ

IN DIE VENERABILIS SACRAMENTI.
IN PRÆCIPVA CELSISSIMI SACRAMEN
ti celebritate. Epistola B. Pauli Apostoli, I. Ad Corinthi. XI

VI



Ratres, Ego accepi a domino, quod & tradidi vobis. Quoniam dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam coenauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in meam commemorationem. Quotiescũque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: non dñudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dñudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem, a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

Matth. 26
Marc. 14

Luc. 22

1. Cor. 11

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

A



AC lectione Apostolus eam Christi Iesu Dei ac dñi nostri charitatẽ nobis cõmendat, qua istantum nobis præstitit beneficium, quo non potuisset vllum præstitisse maius: nempe præstantissimum sui corporis & sanguinis sacramentũ, cui tota diuinitas inseparabiliter coniuncta est. Quæ quidem ineffabili charitate ac beneficentia sua nostros voluit sui amore inflammare animos, nostra accendere pectora, vt totos nos illi rependere non dubitemus, qui se totum nobis impendit. Et reuera quid magnum est, si nostra exiguitas totam se illi rependat, qñ ipse omnipotens & immẽsus totum se nobis tribuit, non aliquo fructu aut emolumento suo, sed grãdi utilitate nostris: Ait ergo S. Apostolus: Fratres ego accepi à dño, diuinãq; traditione didici, qd & tradidi vobis, vosq; summa fide & diligentia edocui, sicut & dignum fuit tãtam rem serio vos ac studiose edoceri: quoniã dominus noster Iesus Christus, in ea qua nocte tradebatur à Iuda, q fuit dux eorum q eũ cõprehenderũt, accepit panẽ azymũ, (eo enim iuxta præceptum dñi velcebant

Phase celebrantes) in sc̃tã & venerabile manus suas, & gratias agens omnipotenti Deo patri suo, benedixit, fregit, & ait discipulis suis, qui illius vltimæ cœnæ conuicte fuere. Accipite & manducate corde & ore, fide & dilectiõẽ. Hoc est corpus meum, qd pro vobis paulo post tradetur extremo mortis supplicio. Non dixit, Apparet, aut significat, (quod hæretici fingunt, q domini corporis & sanguinis in hoc sacramẽto negant veritatẽ) sed, est & vere corpus, non panis, sed meum. Quod etiam plane declarat pronomen demonstratiuum, Hoc, quo demonstrabat substantiam illam, quam in manibus haberet se illis traditurum. Hoc facite in meam commemorationem, id est, meæ passionis, mortis, charitatis ac fidelitatis memoriam. Vide quãtopere pius dominus memoriẽ nostræ affixa voluerit ea, quæ pro nobis, pro nostrorum abolitione peccatorũ, p nostri cum Deo patre reconciliatione, ac p redẽptiõẽ nostrã agere ac perpeti dignatus est. Nanque hac ex causa etiã tã celsũ & venerandum instituit sui corporis & sanguinis sacramentum. Et tamen õ detestandam & omni

Exod. 12

Matth. 26
Marc. 14
Luc. 22

1. Cor. 11

Ingratitudo Chri-
stianorum
quanta et
ga tantu
sacramen-
ti Eucha-
ristie.

& omni lachrymarum fonte plangendam hominum ingratitude, quod totos saepe dies, menses & annos transigunt, ut nec semel quidem ea qua decet gratitudine domini Dei sui acerbissimos, quibus redempti sunt, dolores commemorant. Hocine est Christianum esse, tantae charitatis tam immemorem vivere? O quam diras & tamen iustas olim dabunt poenas, quos tædet vel breui spacio mente tractare acta & poenas domini Iesu: & noctes atque dies vel de rebus auare conquirendis, aut de carnis suae voluntatibus, aut obtinendis honoribus cogitare non tædet: imo etiam vehementer delectat. Sequitur.

B
Lucæ 22

Leuit. 4
Hebr. 9

Testamen-
ti veteris
& nouo di-
stinctio
qualis

Passiõem
dñi memo-
randa an-
te Eucha-
ristie sa-
cræ cõmu-
nionem

Morrem
christi an-
nunciare
quid sit

Similiter & calicem postquam cenauit, accepit, consecrauit, & sumendum dedit Apostolis, dicens: Hic calix, id est, hoc contentum in hoc calice siue poculo, est meus sanguis, cuius effusione nouum confirmatur Testamentum sicut olim vetus aspersio sanguinis vitulini confirmatum est. Distinguitur autem Nouum Testamentum à Veteri: quod Nouo promittuntur aeterna & caelestia bona, sicut Veteri terrena & temporaria populo illi carnali Israel promittentur. Hoc facite, inquit, quotiescunque bibetis hunc calicem consecratum, in meam commemorationem. Ecce secundo repetit, ut in sui commemorationem hoc sacramentum percipiamus & conficiamus. Vnde cauendum est, ne is, qui tantum beneficium sumpturus accedit ad altare, Christi Iesu passionem, mortem & charitatem non ante animo reuoluat. Nec tamen tum solum hæc ad memoriam reuocanda sunt quando Eucharistiam sumpturi sumus: sed danda opera est, ut nunquam ex nostris cordibus abscedant: ita ut ubicunque simus, aut quicquid vel loquamur, vel agamus, semper nobis ob oculos versetur imago Christi in cruce pendens: atque illius contemplatione prospera mundi despiciamus, & aduersa æquamiter perpessi discamus, eiusdemque saluatoris tam indigna pro nobis patientis amore feruentissimo accendamus. Sequitur iam Apostolus, & Christi verba exponens, ait: Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, id est, corpus Christi, panis specie velatum, & calicem, id est, sanguinem Christi, bibetis, mortem illius debetis annunciare, & commemorare, donec veniat ad iudicandos viuos & mortuos, siue bonos & malos. Sed ne putemus

temere ad mensam domini accedendum esse subicit Apostolus, quod merito quemlibet tenere possit. Itaque, quicumque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, id est, cum peccati mortiferi, cuius ipsum non poeniteat, conscientia. (Is enim omnium Theologorum sententia indigne accedit) reus erit corporis & sanguinis domini hoc est, non secus sceleri erit obnoxius & obstrictus, quam si sanguinem ipsum domini fuderit. Vere tremenda sententia: quæ utinam bene attenderent plerique, qui cum sint corde & corpore polluti, Deum Dei & virginis filium accipere non verentur: quod hodie pro dolor nimis commune est. Sed resipiscant tales, faciantque quod Apostolus subsequutus hortatur: Probet autem seipsum homo, hoc est videat & pensitet quid sit, quod accipit: quo pacto sumit, an religiose ac deuote, ut habeat voluntatem Deo subditam attente accipiat, exclusis euagationibus impijs & quis sit ipse qui sumit, cum videlicet sit fide, spe & charitate præditus, quatenus id humano modo scire licet, dispiciatque & scrutetur conscientiam suam, num quod intus lateat peccatum, præsertim mortiferum, idque primum quidem Deo, deinde etiam sacerdoti vero cum dolore ac emendandi firmo proposito confiteatur: atque ita purgatus poenitentia & confessionis sacramento, de Dei benignitate nihil hæsitans, edat de pane illo, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, non prius examinata & repurgata conscientia, iudicium sibi manducat, & bibit: fitque aeternæ damnationi obnoxius, quandoquidem à cæteris escis non diiudicat & discernit corpus domini, neque tremendam Dei attedit maiestatem, in hoc sacramento latentem. Ideo inter vos multi infirmi corpore & aetate varijs afflicti morbis, & in vitia proliues. Qui enim polluta conscientia summæ puritatis dominum in se recipe non metuunt, in fere omnibus sepe per sceleratissimi efficiunt maxime si id verum tamen in consuetudinem. Ut enim de Iuda scriptum est, quod post buccellam sumptam intraverit in illum satanas, ita & in istos demones ius sibi vendicant, eisque ad omnem suam abutuntur voluntatem. Neque solum aduersa quidam corripiuntur valetudine ob indigne percepta hæc sacramenta, sed etiam sopore mortis immaturæ obruunt. O quam multi in ultione tanti sceleris subito peunt, & ita

Indigne
gram di-
cat cõmu-
nicatur

Indigne
cõmuni-
tes vita
deserunt
rester.

Apoc. 3

Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

Videmus quantopere homines corporis sui cibum ac potum appetant, qui tamen neque diu, neque semper sumentes exatiant. Nam velint nolint, ubi quod sumptum est natura concoxit, mox redit fames & sitis, rursusque potus & esca adhibenda est, nihilominus atque corpus moritur. De hac autem spiritali alimonia eodem capite apud Ioannem dicitur: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Si ergo in tantum appetitur esca corruptibilis, cuius tamen tam breuis & angustus effectus est, quanto vehementius esurienda est caro Christi, quæ plenam satietatem & vitam præstat æternam: de qua hic dicitur: Caro mea vere est cibus, non quidem ventrem implens, sed mentem reficiens, cuius effectus est non momentaneas corpori restaurare vires sed animæ vitam conferre sempiternam: quod idem & sanguis facit, ut pote quæ vere est potus, non corporis, sed animi.

Corpus &
sanguis
christi quod
in lumine
digne effi-
ciant

EXEGESIS EVANGELII

In eadem solennitate.
Ioan. VI.



D

Apud nullum Evangelistam tanta feruntur de diuinissimo Eucharistie sacramento, cuius hodie festum colit diem Ecclesia catholica, gaudens & gratias agens Deo pro tam insigni munere, atque apud D. Ioannem. Decuit nimirum rem præclarissimam à præcipuo describi Evangelista, qui ex dominici pectoris fonte hauserat tanti mysterij verberem notitiam, atque etiam frequenti illius usu quid in se gratiæ, quid virtutis, quid dulcedinis contineret, abunde didicerat. Neque sane nobis vulgariter commendatum esse voluit cuius tam studiose copioseque meminit: imo vero ut summo illius desiderio & amore accendamus præ cæteris Evangelistis diligentius suo in Evangelio Christi verba quæ inde habuit, profecutus est. Quæ nos dilectissimi fideliter, pie ac sedulo considerare debemus, ut agnoscamus Christi erga nos benignitatem, & tantæ gratiæ excellentiam, in qua totus continetur Christus tam secundum diuinitatem, quam humanitatem: totumque se præbet omnibus, puro corde ipsum percipientibus, idque immenso cum fructu. Quis enim possit ambigere infinitis ditari bonis qui Christum verum Deum intra sui pectoris habitaculum recipiat? Itaque ut tantam gratiam auide esuriamus ac appetamus inter alia multa, quæ apud Ioannem sexto capite inde dixisse legitur, præsentis Evangelij verba locutus est.

Et merito quidem dominus Iesus carnem suam vere cibum, & sanguinem suum vere potum appellat. Namque cibus corporeus, ut ait Diuus Guilelmus Parisiensis Episcopus, si bene attendas, falso cibi hominis nomen habet. Non enim ad verum hominem pertinet, utpote qui minime cedit in hominis interioris, qui pro sua dignitate & excellentia verus est homo, alimonia, sed tantum asinum illius, nempe corpus nutrit. Porro Christi caro & sanguis hominem interiorem alit & confirmat, sicut etiam Psalmista meminit, Panis, inquit, cor hominis confirmet. Vnde iure debuit veri cibi nomen obtinere. Porro soli experti norunt, quam recte dictum sit à domino: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Homines sceleribus dediti nihil inde nouerunt, imo vero talibus non cibus est, sed potius exitiale venenum, non quidem sui natura, sed illorum vitio. Qui autem animis bene affecti sunt & constituti, mirram sentiunt interioris hominis ex hac esca salutifera corroboracionem, ita ut ea sapius etiam in corpus reddundet. Legimus quosdam Dei homines huius vnus esca visu vitam sustentasse, nec villo præterea alio cibo habuisse opus. Et quod mirum si tantam habeat vim caro Christi, quando illi semper

E
Cibus cor-
poreus ve-
falso voce-
tur cibus
hominis.

Psal. 107
Cib⁹ hoīis
gnā vero
iure vocē

Ioan. 6

Solo sacra-
mento alim-
ris quosdā
in vitro
hoīe iustē
tari.

semper tota diuinitas coniuncta est, cuius virtute cuncta subsistunt: Sed quanta est horum temporum calamitas, quantus tepor, quanta incuria, vt cibum corporis omnes summopere cupiant: cibum aut animæ, q proprie est caro Christi vnita verbo, oēs pe ne fastidiant: Offert sese totum filius Dei, optat sese intime nobis coniungere, atque communicare: & quasi vile sit hoc donū, vix adduci possunt homines, vt ter quaterue in anno sese præparent ad comunicā dum. Vnde etiam dubium non est, euenire illis quod dominus terribiliter ait: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis. Olim in ipsis nascentis Ecclesiæ initijs tantus inerat feruor credentium peccatoribus, vt quotidie communicarent. Hodie qui semel in anno communicat, satis si bi Christiani hominis officio functus videtur. Lutherani hæretici dominicis diebus multi numero currunt ad cœnam domini vt vocant, & possent videri quodam sc̄to feruore duci. Sed qa propria temeritate ab Ecclesiæ comæitudine recedunt, & vtramque speciem sumere volunt, tanquam non sit totus Christus sub alterutra specie, iam plane certum est hunc feruorem non ex Deo, sed malo spiritu proficisci. Nitimur enim in vetitum semper cupimusq; negata. Si Ecclesia catholica præciperet, vt sub vtraq; specie singulis dominicis diebus cōmunicarēt, aut nulli aut paucissimi ex ipsis quo Lutheranis id agerent. Iam quando Ecclesia iustissimis adducta rationibus iubet populo sub altera tātum specie, in qua totum quod sub vtraque, reuera, continetur, tam excelsum & tremendum porrigi sacramentum, omnes spreto Ecclesiæ, & p consequens spreto Dei iudicio sapius cōmunicare volunt. Sed quo fructu id agant ex vita illorum abunde perspici licet. Sequitur.

Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo.

Iudas proditor domini, carnem Christi edit, & sanguinem bibit, nunquid etiā ille mansit in Christo, & Christus in illo? Minime. Nam scriptum est, quod post buccellam intrauerit in illum diabolus. Non igitur verba hæc simpliciter accipiēda sunt, sed sane intelligenda. Nemo putet satis ef-

se manducare Christi corpus, & sanguinem bibere, nisi dignus sit, qui manducet. Qui peccato mortifero obnoxius est, nec tamē dolet, nec confitetur, is si accedat ad mensam domini, vtiq; non manet in Christo, nec Christus in illo: imo vero totus in anima moritur, qñquidem vitam illius, id est, Christum à se excludit. Quomodo enim non excludit à se Christum, qui intra conscientiam peccatum retinet, quod Christus summe execratur & odit? Is igitur qui ob amorem Dei dolet se peccasse in Deum, & facit quod ex Dei & Ecclesiæ præscripto constat esse faciendum, statuitq; deinceps, quantum humana finit imbecillitas, vitare peccatum, & vitam suam diuinę conformare voluntati, si Christi sacramenta percipiat, & ipse vtiq; manet in Christo per fidē & bonā voluntatem, que, teste Augustino, charitas est, & habet in se manentē Christum per gratiam & præsentem inhabitationem, quamdiu à vitijs immunem se seruat. Hęc est reuera vita felicissima, manere videlicet in Christo per amorem, & studiosam executionem mādatorum eius, ita vt semper sollicitus sit illius parere iussis, & cauere quæ ille vetuit: & si quandoque labatur humana præuentus fragilitate, aut diabolica seductus persuasionem, tamen cito respiscat, nec ad iniuriam summi Dei in vitiorum cœno perseueret: atq; etiam habere manentem Christum, sui videlicet rectorem & gubernatorem, ita vt non proprio viuat corruptæ volūtatis arbitrio, sed illius spiritu agatur ad implendam iustitiam omnem: quod nihil est aliud, quam Christi vestigijs ingredi: quicū à Ioanne baptizari vellet, & is recusaret baptizare dominum suum, ait ad eum: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Vnde etiam S. Ioannes Euangelista prima sua Epistola sic ait: Qui dicit se in Christo manere, & per consequēs Christum in se manentem habere (non enim possunt hæc separari) debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Quod qui non facit, non vtiq; manet in Christo nec Christus in illo, etiamsi Christum quotidie māducet: nec tamē propterea minus verax est hæc, quā modo tractamus sententia Christi: quandoquidem non ita manducat carnem & bibit sanguinē Christi, sicut Christus se voluit manducari. Ita rursus ait idē Ioannes: Qui seruauit mandata illius, in il-

Quisram
vere dicit
manere in
Christo,
& Christi
in eo.

August.

G

Matth.

Ioan.

Ibidem

Io ma

Christi su
mere in sa
cram enro
quōd ipius
se manda
tum

Ioan. 3

lo manet, & ipse in eo. Sed dicat aliquis: Si mandatorum obseruatio id præstat, vt maneam in Christo, & Christus in me, qd necesse erat hoc institui sacramentum, cuius perceptione hoc idem promittitur: Cui respondendum primo quidem etiam hoc esse mandatum Christi, vt ipsum in sacramento sumamus, atq; ideo quisq; id cōtemnit, non seruare eum Christi mādata. Nā etsi alia oia, isto excepto, seruet, tñ reus est, teste Iacobo apostolo, ita dicente: Qui impleuerit totā legē, offendataut in vno, factus est oīm reus. Deinde etsi mandatorū executio id pstat, vt nos in Christo & Christus in nobis maneat, tamen huius diuinissimi sacramenti dignam perceptionem lōge excellentius id præstare. Non enim vulgaris datur gratia digne communicantibus, nisi quis dubitet vllam posse à deo denegari gratiam illi, cui se totum impertit: quod nimirum in hoc facit sacramento. Vnde nihil ambigi debet, etiamsi quis iam in Christo maneat, & Christum in se habeat manentem, digna tamen huius sacramenti crebraq; sumptione id eum assequi, vt lōge excellentius, firmitus, perfectius & ipse in Christo & Christus in ipso pseueret. Id quod etiam euidentissima experientia sentiunt fideles, hoc sacramentum cum bona voluntate & cordis puritate crebro percipientes: non quidem arida ducti consuetudine, sed maioris grariæ desiderio, studioque Deo placendi, & virtutum obtinendi incrementa. Sequitur.

Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui māducat me, & viuet propter me.

Pater misit filium humanæ carnis substantia indutum, vt genus humanū sua immerita morte ab æterna morte redimeret. Dicitur autem viuens pater, quia vitam habet in semetipso, & est omnino incommutabilis, æterna & modis omnibus absoluta vita. Et sicut ipse vitam habet in semetipso, sic dedit & filio vitā habere in semetipso, hoc est, vt D. Augustinus exponit, genuit filium habentē vitā in semetipso. Vnde hic iam dicit: Et ego viuo propter patrem id est, ab eo vitā habeo, idq; non secundū diuinam duntaxat, sed etiam humanā naturam. Filius namq; Dei, est Deus, de Deo, vita, de vita, lumen, de lumine. Sicut ergo propter patrem filius viuuit, sic qui man-

H
Pater vi
uens qnā
Deus pa
ter dicit.

Ioan. 5
August.

Ioan. 6

ducat digne Christum in sacramento, viuuit ppter Christū, id est, ex illo & ab illo tāquam membrum e suo capite vitam accipit per influxum & communicationē gratiæ ac spiritus Christi: quē qui non habet, putre membrum est, & à Christi corpore alienū vnde nec viuuit vita spiritali, licet corporea nō sit destitutus. Vt enim anima hominis vitam non ministrat membro putri do vel à corpore resecato: ita qui à Christi corpore absclusus est, non viuuit de spiritu Christi. Vt ergo de Christi spiritu vitam habeamus, manducemus Christum, Christoque vniamur & incorporemur, vt vitā in nos suā deriuare possit. Simul aduertamus hic, quāobrem sese nobis in sacramento relinquere voluerit, vt scilicet ipsum māducādo illi incorporemur, & vitā gratiæ ex ipso hauriamus: q̄ nisi ipsum māducemus, certū est nos diu tueri non posse sicut ipse ait: Nisi māducaueritis carnē filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, vitam scilicet gratiæ, quæ non potest haberi sine Christo. O vere pius & misericors dominus, qui ne nos p̄ inopia ac inedia sp̄s moriamur, seipsum nobis escam parare dignatus est.

Hic est panis q de celo descēdit. Nō sicut patres vestri manducaerunt manna & mortui sunt.

Apud eundem beatū Ioannē paulo supius dixerat dominus: Panis quē ego dabo caro mea est p̄ mūdi vita. Certū est autē carnem Christi nō e celo descendisse, sed assumptam ex virgine. Quō igit dicit dñs panem quē ipse daturus sit, e celo descendisse: Quæstio hæc nihil habet ambiguitatis apud eos, qui in scripturis diuinis & sanctorū patrū monumentis versati sint. Vult em̄ dñs hoc loco, sicut & multis alijs, in duabus naturis personę vnitatē in se intelligi. Ita ergo etiam caro Christi descēdit de celo, sed ob vnionem inseparabilem, qua verbo coniuncta est. Quod maxime inuitare nos debet vt tanto auidius escam hanc salutiferam esuriamus: quandoquidē totus hic nobis Christus & Deus verus & homo verus præbetur. Iudæi quide iactabant patres suos in deserto manna edisse: quod tamen huius cibi non nisi figura quēdam fuit, sicut etiam alia multa illi populo in figuris contingebant: sed dominus eorū iactantiam compescens, ad seipsum nempe verū

Viuere p
per christū
quā qd sit

De spiri
tu christi
quā qd
viuere pos
sit.

Ioan. 6

I
Ioan. 6

Caro christi
quō dicit
descen
disse de celo.

1. Cor. 10

cc manna

manna eos reuocat, dicens, primo patres eorum, et si manna ederint, tamen illo cibo obtinere non potuisse, quin omnes in corpore, plerique vero etiam in anima mortui sint, deinde adiciens.

Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.

Qui enim Christum manducat, uitam æternam, atque eius participatione etiam ipse in utroque homine immortalis efficit: anima quidem semper uiuente, corpore autem in extremo die excitando, ut deinceps in omnem æternitatem uiuat cum anima, cui se morigerum præbuit instrumentum. Quid hic dicturi sumus nos miseri, nos in grati & tepidi? Promittit nobis sese manducantibus Christus uitam æternam, & certe fallere aut mentiri non potest, quia ueritas est: & tamen quotusquisque est, qui Christum esuriat? O tempora, o mores. Age dum charissimi excutiamus metis lætifere soporem, agnoscamus Christi benignitatem & misericordiam, utamur eius magnificentia. Inuitat nos promissis, imo etiam minis cogit & urget, ut se manducemus. Ne quæso pigeat nos illius accedere conuiuium. Si nos amicus aliquis inuitet ad prandium vel cenam, certe abesse veremur. Ecce rex omnipotens, dominus cæli, pater & creator, summus & fidissimus amicus noster inuitat nos ad conuiuium suum, in quo seipsum proponit edendum & bibendum, & nos abesse audebimus? O quæ male immutati sunt mores populi Christiani: quæ in peiorè partem prohdolor mutata sunt omnia. Olim seruenti spiritu & flagrantissimo desiderio quotidie Christi fideles inhiabant sacræ communioni, & illius participatione uiuifici sacramenti magis magisque pinguecebant spiritu, amore inflammabantur, uirtutibus omnibus augebant, ita ut non aliter ad sæuissima quæque pro Christi fide & amore perferenda tormeta, quæ ad exquisitas epulas properarent. Hodie omnes ad hunc cibum nauseant, & nihil minus libet, quam uiuum & uerum deum, id est, ueram & uiuacissimam uitam edere. Et tamen panis iste, panis uitæ est, præparatus in sustentaculum & uitam membrorum Christi, ut uiuât de spû Christi. Et sicut nihil melius, nihil facilius, nihilque aptius immutat in corpus nostrum, quæ panis: pari modo ut immutemur in Christum, dat nobis hic ci-

bus: quæ quæ manducat, non mutat illam in se, sicut cibum corporis sui: sed ipse in illam mutat ut in ipso, & ex ipso uiuat. Cur igitur desideramus ad manducandum Christum uitam nostram? Nonne ipse dicit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis? Si desperat uita illius, quæ corporis necessarium non admittit alimentum, an desperandus est, qui animam uitam respuit? Optat Christus, atque a deo uehementissime delectatur cenare nobiscum, & seipsum nobis edendum præbere, plenam omni gratia & omnibus bonis, non quod indigeat honorum nostrorum, sed ut nos immutet in se, ut unum & idem secum efficiamur ab ipso est, digesti, & in corpus ipsius vegetati. Cur igitur tantam gratiam non modo negligimus, sed etiam aspernamur? Nimirum non alia huius ratio est, nisi quæ plane mentis inopes sumus. Dolendum est, eorum rediisse apud Christianos, ut semel in anno communicasse satis uideatur. Quod quæso charitatis & gratitudinis erga Deum signum esse potest tam raro ad Eucharistiæ sacramentum accedere, quod ille in sui memoriam instituit? Quid est aliud tam raro communicare, quam Christi eiusque beneficiorum esse immemor? Esto Ecclesiæ precepto satisfaciatur, quæ semel in anno communicat, tamen uideat si etiam Deo & recte rationi faciat satis. Certum est maximi teporis indicium esse raro tam cellum percipere beneficium. Utinam Christiani omnes eo ad duci possent, ut, quæ admodum D. Augustinus hortatur, singulis dominicis diebus communicare uellent: certe meliori in statum res nostræ forent. B. Cyrillus doctissimus atque sanctissimus Episcopus efficacissimis uerbis ad crebram communionem incitare omnes cupiens, ita ait: Sciant baptizati homines, & diuinæ gratiæ participes effecti, si rarius in Ecclesiâ proficiant, & longotempore spacio propter simulatam religionem, mystice communicare Christo recusent, ab æterna se uita percul depellere. Quippe recusatio huiusmodi, quæ uis ex religione proficisci uideatur, & scandalum facit, & laqueos instruit. Quare oportet omnibus uiribus ad prædictum mundari & recte uiuendi iactis fundamentis, magna cum fiducia ad sumendam uitam concurrere. Sed variæ sunt diaboli, multiplicesque ad deceptiendum invidia. Nam primum ad uiuendum turpiter inducit. Deinde cum malis onerati fuerint, tunc à Christi gloria abhorre per-

Ioan. 4

Apo. 1

Psal. 11

Ad communione sacramenti cur Christiani hac tempore sine adeo delicias

Communione sacræ communionis corpus uel spiritum Augustini Cyrillus

Quare frequenter communicandum sit Christianis sacramentum

Ioan. 14

K

Tepor huius temporis quantum communicandum Christiani sacramentum

Psal. 2

1. Cor. 11

Psal. 118

Communio sacræ frequentioris tractus

Ioan. 10

D. Clemens Papa Communio his infrequentioris dicitur quæ incurrat Ioan. 6

1. Cor. 11

S. Hilari

suadet, qua possent à turpitudine uoluptatis quasi ab ebrietate reuocari. Quare demus operam, oro, ut uinculis diaboli abruptis, & iugo seruitutis eius excusso, in timore domino seruiamus, & carnis uoluptate per continentiam superata, ad cælestem gratiam accedamus, corporisque Christi participes efficiamur. Sic enim, sic, inquam & diabolus fugabimus, & diuinæ naturæ participes, ad uitam & incorruptibilitatem ascendemus. Ac deinde ita habet idem uenerabilis pater: Nos uero si uitam æternam consequi uolumus, si largitorem immortalitatis habere in nobis desideramus, ad recipendam benedictionem (Eucharistiâ dicit) libenter curramus, caueamusque, ne loco laquei damnosam religionem diabolus nobis prædat. Recte dicitis: scriptum non ignoramus, iudicium sibi comedere & bibere illi, quod de pane comedit, & de calice bibit indigne. Ego igitur pro me ipsum, & indignum inuenio. Quis igitur, quicumque tu es qui ista dicitis, dignus eris? quando Christum te ipsum offeres? Nam si peccato indignus es, & peccare non desinis (Quis enim delicta intelligit secundum Psalmistam) expers omnino eris huius uisitationis sanctificationis. Quare pias quæso cogitationes suscipias, studiose sancteque uiuas, & benedictione (i. Eucharistiâ) participes, quæ, mihi crede, non mortem solum, uerum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cum in nobis manet Christus, sæuientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit: nec in quibus sumus peccatis considerat, sed ægrotos curat, collisos redintegrat, & sicut pastor bonus, qui animam suam pro ouibus suis posuit, ab omni nos erigit casu. Hæc Cyrillus. Clemens quoque Pontifex Maximus in quadam Epistola sic habet: In preceptio corporis & sanguinis domini magna discretio adhibenda est. Cauendum enim, ne si nimium in longum differat, ad perniciem animæ pertineat, dicente domino: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et post pauca: Probet, inquit, seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, ut uidelicet ab operibus carnis purificans corpus animamque suam, præparet se ad percipiendum tantum sacramentum. Et Diuus Hilarius Episcopus, Timendum est, inquit, ne diu abstractus à corpore Christi, alienus remaneat à salute. Qui peccare quieuit, communicare non

desinat. Sunt & alia sanctorum patrum con-

SERMO IN EADEM

solennitate. Cur & qua charitate in cibum potumque se nobis dominus Iesus reliquerit sumendum.



Memoria fecit mirabilia suorum misericors & miserator dominus, et sancta dedit timetibus se. Psal. CX. Non pauca sunt quæ fecit dominus mirabilia in cælo, in mari, & in terra, quæ propter hominem fecit quæ creauit, in cuiusque solatiu ac auxiliu quæ uidemus cuncta, partim, in cibum, partim in potum, nonnulla in ministeriu ut angelos, solè, stellas, & lunam, quædam in exercitiu, ut sunt homines quibus contraria, immun-da, toxica, aut molesta fecit. Quæ tamen cur faceret, non potior est ratio, quam eius bonitas charitasque erga nos, qua per hæc excitare nos uoluit ad cognoscendum amandumque se creatore ac benefactore nostro. Hoc namque & Paulus testatur, puta inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt cognosci oportere. Cognoscenda igitur, laudanda amandaque est bonitas creatoris nostri, qui tantum nos estimauit, ut nos, cum non essemus, nec ut conderemur meruimus, crearet, & propter nos omnia hæc uisibilia, & inuisibilia faceret. Hoc igitur primum beneficiorum eius, quod quos sciuit sibi rebelles ingratosque creauit. Alterum est, cum mox ut fuimus conditi, creatorisque præceptum contempsimus, quod non quomodo meruimus, irreparabiliter nos à conspectu suo proiecit, scilicet cogitans cogitationes pacis, quomodo scilicet, quod in nobis deformatum erat, reformaret, quod amissum restitueret, & quod nisi succurreretur perire necesse erat, serua-ret, atque saluaret. Atque ideo ad ostendendam suam

M

Visibilia inuisibilia quæ omnia uel propter homines creata sunt

Rom. 1

Creatio beneficia quanta exigit gratitudinem

Hier. 19

dam suæ erga nos admirabilem dilectionis magnitudinem, parum ei videbatur, quod nos creauerat, maxime quod huius beneficii & donorum omnium (quæ obediēter si vixissemus Deo in paradiso seruassemus) fructu ipsi nos spoliuimus, felicitatem æternam, ad quam eramus creati, amissus, erumnas denique multas & calamitates, a quibus alioqui fuisset liberis, peccando incidimus: addidit aliud beneficium maius, quod sui amorem magis quoque nobis declararet, nosque ad redamandum vehementius accenderet. Nam quos creauerat ante, in hoc nunc recreauit, hoc est reparaui, licet non tam faciliter, quam creauerat recrearet: nam sine labore nos creauit verbo, sed non absque labore nos verbo redemit. Vis scire, quo nos labore redemerit? Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, misit filium suum in similitudine carnis peccati, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Itaque verbum caro factum est, legem ac commissionem habens a patre, qui nos modo recrearet, repararet, atque redimeret. Modus hic erat, ut triginta tribus annis propter nos in mundo exul, pauper & ignotus Dei filius habitaret, famem, tristitiam, frigus, æstum, sitim, fatigationes, necessitatesque alias & ærumnas multas innocenter sustineret: predicando circumiens, & quod perierat querens, dispersos dei filios colligeret: tandem post varias multiplicisque penas toleratas, animam suam pro illis in mortem traderet, quo nobis parceret: & ipse peccatum quod non fecerit, exoluere: vulneretur propter scelera nostra. Et ipse quidem nos gratis redimeret, ipse percuteret: nos vero eius liuore sanaremur. Hoc certe beneficium magnum fuit. Quos enim damnare debuit, pro illis damnatus est, quos eterno debebat igne punire, quo eisdem parceretur, omnium peccatorum ultionem in se recepit: nihil propterea a nobis exigens, quam dilectionis suæ erga nos immensæ obliuisceremur. Quod ne fieret, suauissimæ erga nos dilectionis beneficiorumque exhibitorum memoriale seu monumentum nobis reliquit, puta semetipsum in sacramento sub specie panis & vini. Neque enim satis illi erat, quod alia nobis dedisset omnia, nisi etiam daret nobis seipsum, & hoc in cibum & potum. Sed quare, in-

quies, in potum cibumque potius, quam in alia rei: Quia nihil erat aliud, quo suum posset satis ergo nos desiderium declarare, quam intime nos vellet sibi coniungi, quam in sacramento hoc panis & vini. Cibus enim & potus, præter alia dona quæcunque hoc habent, ut non solum sint donum quoddam, seu beneficium dantis, sed nutrimentum recipiētis: hoc est, ut illa recipiēs etiā non tam ea habeat, quam in se illa traiciendo conuertat. Clarum est enim cibum & potum in hominis sustentationem corporis humani alimentum conuerti, ut quod ante sumptionem erat cibus, efficiatur post sumptionem & conuersionem naturalem, hominis corpus. Voluit itaque Christus nos sibi coniungere, & quo posset modo maxime intimo nos sibi unire. Quod ut nobis significaret, in cibum & potum sumendum, sub panis vinique specie se nobis reliquit: Non tamen quomodo naturalis corporalisque agit cibus, ut conuertatur in cibatum, aut idem fiat (ut sic loquar) cum cibato, sed ut eum, qui sua carne relictus est, in se conuertat, (quod longe præstantissimum est) seculumque unum efficiat. Itaque memoriā fecit mirabilem beneficiorum suorum dominus, præstantissimum atque dignissimum quod habebat (hoc est, seipsum sub aliena specie) nobis relinquens, & nobiscum manens usque in consumationem seculi. Quem in sacramento dum contemplamur, dum tractamus, dum offerimus, dum sumimus quoque, omnia hæc volunt in sui ut faceremus memoriā, recolentes, quanta nos dilectione dignatus sit, quanta misericordia peccatis nostris pepercerit, quanta damnationem æternam milies commertā clementia suspenderit nobis, quam longanimiter nos diuque portauerit, qua charitate vigilauerit super nos, atque rebelles sapientissima sua benignitate ceperit, nobis semper benefecerit (licet ingratum): propter nos denique incarnatus, contemptus, afflictus, fatigatus, persecutus, passus, vulneratus totus, atque cunctis viribus & sanguine exhaustus, tandem pro nobis mortuus sit. Voluit nos pius dominus suæ ad nos, charitatis in hoc sacramento admonere, qua recalcantes, ipsum redamemus. De hoc sacramento venerabili & pro huius institutionis dignatione festum diem agimus tam solennem, quam singularem. Is enim, cui festum hunc dedicamus diem, quem

Sub specie panis & vini cur Christus se nobis reliquit in sacramento

Cibus potus conuertitur in substantiam humanam

O Plalm. 118

Man. 11

Christus quæta nos dilectione dignatus sit

Plal. 33

Labore quæro nos Deus redemerit Eph. 2 Ioan. 3 Ioan. 1

Modus redemptiois hominis fuerit Lucæ 19

Ioan. 11 Esaiæ 53

1. Pet. 2 Esaiæ 53

quem laudamus, cui gratias agimus, præsens est reuera nobiscum. Licet enim hæretici non credant Christum in hoc esse sacramento, nisi significatiue tantum: nos tamen Ecclesiæ sanctæ veræ filij nihil hæsitamus sacramentaliter dñi corpus esse sensens, non ut corpus hoc sit sine anima, aut passibile: sed corpus hoc Christi idē quod habet in cælo gloriosum, animatum, diuinitati unitum (alioquin non idem foret corpus Christi) habemus nobiscum, veneramurque in sacramento. Quamuis enim corpus Christi solum in specie panis sit ibi sacramentaliter, atque ex vi sacramenti: tamen concomitantē est ibi anima, sanguis, verbum ac tota trinitas, utpote quæ nequeant à se separari. Nihil etiam nos mouet, quod hæretici dicunt, Christum cum diceret, Hoc est corpus meum, significatiue tantum locutum fuisse: quomodo dixerat, Ego sum lux mundi, Ego sum vitis vera, &c. huiusmodi, ubi certe se per similitudinem luci aut vitis comparat. Nam hæc locutio instituentis sacramentum longe alio fit modo, quam reliquæ. Hic enim ponit demonstratiuum pronomen, hoc, dicendo: Hoc est corpus meum. Habebat enim tunc panem in manibus, quem benedixerat Christus, atque discipulis tradebat sumendum, dicens: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum. Neque enim absque demonstratione, & indefinite panem nominat corpus, quomodo nominabat se vitem veram, ut ad solam nominis significationem similitudinemque recurramus: sed dicit, Hoc est corpus meum. Vbi quæso similis est locutio in scriptura cum eiusmodi demonstratione, quæ significationem tantum, non veritatem exprimat: Nequaquam enim dicit Christus demonstrando, Ego sum hæc vitis, Ego sum hic lapis, hæc petra, hic agnus, sicut dixit: Hoc est corpus meum. De cuius veritate etiam ne omnino dubitarem, mox addidit. Quod pro vobis tradetur. Dedit enim discipulis hoc corpus, quod tunc habebat videlicet passibile & mortale, hoc est tradendum in mortem & crucifigendum: atque ideo dixit, quod tradet. Quod enim aliud corpus, quam ipsum suum corpus dedit ad flagellandum pro nobis, & crucifigendum? Nunquid panis, quem (iuxta hæreticos) significatiue corpus vocabat, pro nobis datus est in passionem & mortem? Aut nunquid similitudo corporis

Christus quæ catholice & vere recedat esse in sacramento

Marth. 26 Marc. 14 Lucæ 22 1. cor. 11 Ioan. 3 Ioan. 15

Hoc pronomen quod significat in consecratione sacramenti Marth. 26 Lucæ 22

P Ioan. 15 Esaiæ 53 Ioan. 1 Marth. 26 Lucæ 22 1. cor. 11 Corp. quæ se christi discipuli dederit

Christi pro nobis mortua est? Aut in mysterio tantum, non in vero corpore pro nobis passus est Christus. Quod si esset, quæ tunc nostra expectatio, aut quæ salus nobis ex tali figmento eueniret? Certe si quid boni hoc modo ibi fuerit, hæreticis relinquamus, ut fructum habeant suarum adinventionum: Nos verum Christi corpus intelligimus, credimus, offerimus & comedimus, quod pro nobis in mortem traditum est, quod resurrexit, quod denique sedet in cælo ad dextram patris. Huius gustu reficimur, hoc refecti confortamur, hoc manducantes viuimus: quia vitam animæ nostræ intra nos recipimus, sicut ipse quoque dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Neque enim carnem in hoc sacramento mortuam, sed spiritum sumimus viuificantem: Atque ideo quia multi idem corpus domini accipimus, omnes etiam eodē Christi spiritu vegetamur. Hoc enim & vox illa, communiō seu communicatio significat. Siquidem quid aliud est communicare, quam cum reliquis fidelibus dominici corporis, & spiritus eiusdem participem se facere? Accedamus igitur mundi & simplices corde, & panem vitam, de cælo descendit mundoque dat vitam, de altari sumamus. Ad huius sumptionem charissimi præparationem aliam nec scio meliorem, quam ut sui profundissima qua potest, humiliatione se homo coram oculis Dei contemnat, accusat & vilificet, stupeatque dignationem erga se admirabilem incomprehensibilemque Iesu Christi dominus nostri, quæ tanti fecerit se, nosque omnes pannos viles ac menstruales tanta charitate complexus sit, ut fecerit nobis quod nulli hominum, imo quod reor nec angelorum cuiquam comprehensibile sit, se nobis in hoc sacramento tradens in cibum potumque: præsertim cum nullo posset modo alio nobis fieri vicinior, quam hoc modo, quo transformaret nos in se, vnumque secum efficeret. Respondeat ergo amor & charitati ipsius feruor, deuotio, desideriumque nostrum, ut simul propter maiestatem eius infinitam ibi latentem reuerentes, ob vilitatem nostram humiles, & propter bonitatem eius nimiam accedamus desiderio feruētes. Præstet hæc nobis benignissimus ipse dominus noster Iesus Christus, ut misericordissima eius dignatione digni efficiamur: quoniam nunquam

Sensus hæreticorum de hoc sacramento cuiusmodi sit

Sensus catholicus de hoc sacramento qd.

Ioan. 6

Communione quæ quid interpretetur

Q

Præparatio ad sacramentum communionem omnino optima quæ sit

Esaiæ 64

quam ex nobis sumus, nisi indignissimi: & idem sibi in nobis pręparet locum, qui habitare cupit nobiscū, seq; ipsum in no-

bis suscipiat, & quicquid in nobis defue- rit, per gratiam suam suppleat, qui est bene dictus in secula, Amen.

IN SOLENNITATE SANCTISSIMI IOAN- nis Baptistę Epistolę loco, Lectio Esaię prophetę. Capite XLIX.

VII



Vdite insule, & attendite populi delonge. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recor- datus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gla- dium acutum: in vmbra manus suę protexit me, & posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua ab- scudit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et nunc hęc dicit dominus, formans me ex vtero serui sibi: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extre- mum terrę. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt dominum Deum tuum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM



Erba huius solennitatis Episto- lę fratres charissimi ex libro Esaię prophetę extracta sunt: q̄ licet spiritu pphetico potissimū de Christo prolata sint, possunt nihilo feci- us ad præclarissimum illius membrum, nē pe S. Ioannem Baptistam, accōmodari. Ni- hil enim obstat, vt pleraq; ex illis, quę ca- piti conueniunt, etiam membris illius my- stica interpretatione aptentur. Sic D. Pa- pa Gregorius quatuor illa animalia, quę apud Ezechielem describuntur, ad ipsum Christum, ad quatuor Euangelistas, & ad vnumquemlibet perfectum acutissime & convenientissime applicat. Dicit ergo sa- cratissimus Baptista: Audite insule, & at- tendite populi de longe, qui procul per va- rias mundi plagas habitatis, & Christianę fidei dogmatibus assensistis. Dominus ab vtero vocauit me, imo etiam ante quam maternis conciperer visceribus misso cęli- tus non quolibet, sed principe nuncio, nē pe Gabriele nomen mihi imposuit, & de- ipso matris meę vētre recordatus est nomi- nis mei, materna voce paternaque manu il- lud enunciās, quando cognatis Zacharię nomen mihi potius imponendum videba- tur. Sed quemadmodum ipse æterna sua electione nomen mihi indiderat, ita oportuno tempore illud etiam a parentibus mi- hi fecit imponi. Recordatus etiam est no-

minis mei, sua me gratia mirifice præueni- ens, atq; adeo etiam sancti spiritus infusio- ne confirmans, nec abiiciens me meique obliuiscens, vt eorum dicitur obliuisci, q̄ iuste derelinquit. Et posuit os meum qua- si gladium acutum, non sicut de impijs le- gitur: Lingua eorum gladius acutus. Item que: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittę, qui pestiferis & venenatis suis ser- monibus animas iugulant, & morte sem- piterna afficiunt. Non inquam, hac ratio- ne os mihi acutum dedit, sed quemadmo- dum apud Salomonem legitur: verba sapi- entum sicut stimuli, & quasi clauis in altā defixi. Non enim noui palpare hominū quamuis potentium vitia, sed pungere, & obiurgare acriter, mortis discrimine con- tempto. Hęc si de se D. Ioannes ta- ceat, tamen ex Euangelio plane discimus, vbi & Iudęos asperis reprehendisse verbis & Herodis adulterium non dissimulasse le- gitur, quę res illi mortē cōciliauit, nō ferē te impijssimā & amantissimā rep̄hensionē. Ita nimi- rū sctōrum viroꝝ dicta habent suos quos- dā acutissimos aculeos, qbus sæpe etiā ada- mātina hoim pectora cōpungunt. Neq; id- miꝝ, qñ non illi loquunt, sed p eos Christi spūs sua verba resonat. Vñ apud Hieremiā dñs dicit: Nunqd nō verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus cōterens petrā: id- est sa-

Obliuisci quorum nam Deus dicitur

Psal. 16 Ibidem

Eccl. 10

B Marc. 1. 10 Luc. 1. 1

Viri scti v. d. v. b. v. r. a. n. t. a. u. t. l. u. c. 11

Hiere. 11

Concionatores qui cur paruū aut nullū referant fructum.

Ioan. 3

Thren. 3

Lucę 14

C

Ioannes Ba- ptista qui datus in lucę gentibus.

est, saxea pectora. Quir vero multi hodie licet buccis crepitantibus pro concione ad populum, Dei verbum prædicent tam paruū referunt fructum, nisi quod e suo frigido & arido pectore, non ex sancti spi- ritus feruore & charitate loquuntur. Quod si illo spiritu pleni essent, possent & ipsi cū sancto Ioanne dicere: Posuit os meū dñs quasi gladium acutum. Neq; verbis suis multorum dura licet corda hęc secus, q̄ quibusdam mucronibus penetrarēt, & ad vitā in melius cōmutandam cōpungerēt.

Dicit porro S. Ioānes: In vmbra manus suę protexit me, diuinę gratię suę vndiq; me cingens adiutorio, vt nullis neque dæ- monibus, neq; hominum insidijs aut affli- ctionibus potuerim euerti. Et posuit me si- cut sagittam electam, qua corda hominū a veritate ad vanitatem misere auersorum efficacissime transfigeret. In pharetra sua, id est, diuina virtute sua abscondit me, ne vllis hostium tartareorū insidijs paterem, multis quoque annis in eremo tanquam tutissimo asylo abscondit me hominū aspe- ctibus, ne quam ex illorum conuictu mac-ulam contraherem, donec tādē tempo- re ab æterno p̄stituto, me ad homines con- uertendos tanquā sagittam e pharetra emi- sit. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel: nō vtiq; talis seruus, de quali dominus di- cit: Seruus non manet in domo in æternū, sed seruus fidelis ac pius, & verus Israelita ob crebram, imo assiduam diuinitatis con- templationem, cui in solitudine semper de- ditus fuit, iuxta illud Hieremię: Sedebit so- litarius & tacebit, quia leuabit se super se ad contemplanda diuina & cœlestia. In te, inquit, glorificabor, & per te gloria, & ma- iestas diuinitatis meę hominibus annun- ciabitur ac innotescet: atq; illi ad me con- uersi, honore & gloria me afficient. Et nūc hęc dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi, quando intra ipsa materna vi- scera tãquam futurum athletam suum me vnxit spiritu suo & induit virtute ex alto, vt officium ab ipso mihi demandatum di- gne possim exequi, & aduersus acies inimi- cas viriliter dimicare. Dedi te in lu- cem gentium. Hęc quantū ad D. Ioannem attinet, synecdochicōs dicuntur: Nā Iudęis Ioannes verā lucem Christū annunciauit: nō item cūctis gentibus. Quanq̄ etiā vere potest dici datus in lucem gentium ob ver- ba illius ab Euangelistis cōmemorata, quę

in hanc vsq; diem cæcis mentibus lucem adferunt, dum ad agendam pœnitentiam peccatis excecatos vehementer extimulāt, atq; eo ipso salus, id est, salutis nuncius & prece est Deo vsq; ad extremū terrę. Reges videbunt illuminati a Deo, & consurgent principes, fide Christi suscepta, vt illū etiā externo cultu venerētur, & adorabunt do- minum Deum tuum, quem tu beatissime Ioannes prædicās, & ad illum digne recipi- endum viam paras in deserto, adhortās om- nes vt pœnitentiam agant, doleantq; se p̄ssimum offendisse Deum, qui tamē fide- lis est, imo verofidelitas ipsa totum se mor- talium saluti impendens, neminē vnq; fal- lens, vehemētissime fitiens salutē animarū, ac amantissima fide & fidelissima charitate paratus opitulari, misereri, succurre oibus ipsius opē poscētibus. Qd magnā debet oibus p̄stare fiducia, vt discant semp de dño sentire in bonitate, & de illius benignitate nunq̄ diffidere. Sūt em̄ multi pusillanimes q̄ sæpe grauibus & molestis impliciti tēta- tiōibus, simul etiā vt de Deo male sentiāt, incitant. Sed cogitēt n̄ semp q̄a Deus fide- lis est, & amat aias, quas redemit sanguine sub. Adorabūt etiam sanctum Israel. Deū plebis Israeliticę sanctificatorem, qui ele- git te non qualitercūq; sed certe præclare valde, vt de te pie sentiant multi in super- bissimi Luciferi locum te successisse. Vtinā beatissime & reuerēdissime patriarcha tu- is exuberantissimis meritis & flagrantissi- mis precibus eius nobis gratiam cōcilies, qui te tam excellenter elegit.

EXEGESIS EVANGELII in eodem Festo. Lu- cę primo.



Sicut inter natos mu- lierum non surrexit maior Ioanne Bapti- sta: ita nulli omni- no inter natos mu- lierum hic ab Eccle- sia delatus ē honor, vt eius natiuitas ce- lebretrur. Magna dignitas, sed sic placuit Deo honorare præcursorem suum. Imple- tur vsque in hanc diē, quod patri eius Za- charię angelus prædixerat, gauisuros mul- tos in eius natiuitate. Nanque toto or- be Christi Ecclesia diem ortus eius festi- uum ac celebrem ducit, & laudat regis cc iij munifi

Lucę 1. 3

Fidelitas Dei erga homines quanta.

Sapient. 1

Matth. 11

Lucę 1

munificentiam in suo milite, solennique officio persoluit Deo cantica lætitiæ & gratiarum actionis, tum quod tot præclaris affecerit gratiæ suæ prærogatiuis Baptistam suum, tum quod eodem nascete propinquare ceperit nostræ salutis tãdiu quæ sita, expectata, & votis ac suspirijs ardentissimis implorata restauratio. Ingreditur hodierna die in hunc mūdum nouus Lucifer, multo illo priori illustrior, qui non contentus diuinitus sibi collato honore, ad æqualitatē Dei suo malo aspirauit. Itaque si ad ortum solis cunctorum exhilarantur corda mortalium, cur non multo magis gaudeant prodeunte in mundum æterni solis nūcio ac præcursore? Vere magnus es S. Ioannes, & ita magnus, vt mortalis cuiuscunq; nedum sermo exprimere, sed neq; mens capere possit. Tu em̄ es propheta altissimi, & plusquam propheta, tu sanctus antequam natus, tu adhuc intra materna detentus viscera mundi saluatorem toti mūdo incognitum agnouisti, tu speculum innocentie, norma pœnitentie, virtutis speciem, iustitiæ forma, pudicitie titulus, saluatoris nuntius celsior, præco verbi, Euāgelij lucerna, legis terminus, agni immaculati, qui suo sanguine peccata eluit, baptista, martyr insignis: denique homo sanctissimus & excellentissimus es. Sed nunc dilectissimi his in tanti patriarchæ laudem exiguam obiter præmissis, ad Euāgelij cōsiderationem procedamus. Ait enim Euangelista Lucas:

In illo tempore Elizabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

E Venerabilis matrona Elizabeth nō casu, sed diuina ordinatione diu sterilis, vt partus illius esset mirabilior, tandē ex Dei pollicitatione concepit & peperit filium. Iam multis annis portauerat obprobriū sterilitatis & legis maledictionē, sed quantum ea res illi probro fuit apud carnalem illum populum Israel, tantum ei honoris & ornamenti attulit filius in senectute genitus, vt pote qui neminem habuit inter natos mulierum se excellentiorem. Gaude beata & reuerenda matrona Elizabeth: ecce natus est tibi vetulæ ac desperatæ filius, qui sua prædicatione suisque exemplis multos Deo adducet filios: & qui tibi est vnigenitus, plurimos Deo filios ignitis ad

hortationibus, & sanctissima vita sua generabit. Non tibi fit pia mater pudori aut dolori, quod diu nullū omnino, & nunc tandem præter spem hunc vnicum peperisti. Nam quanto tu sterilior, tanto ille fecundior: & quo maior tibi fuit confusio apud gentiles tuos ludæos non auxisse numerum populi verum Deum colentis: tanto nunc beatior prædicaris, & maiori gloria extolleris, quod filium genueris, qui plurimos filiorum Israel conuertit ad dñm Deū patrem ipsoꝝ. Certe mirum est charissimi, si ad humanum morem spectes, parentes illos tot annis steriles filium edidisse. Atqui non id opus naturæ fuit, sed gratiæ. Mūdi saluatorem mundo annūciare debebat Ioannes. Quis illi fidem adhibuisset, si non mira quædam, & quæ naturæ vsū excederent circa illum contigissent? Quod ex sterilibus nascitur, totum gratiæ est: sed Deo tam facile est ex sterilibus, atq; ex scœcūdis proles creare. Tamen humano more id prius inusitatum est, vt sterilis & senex pariat, cui etiam si ætas suffragaretur, tamē sterilitas sola satis impediret: aut si hæc abesset, tamē senectus obsisteret. Agnoscamus ergo & in conceptu, & partu Ioannis gratiam Dei, & beatissimū paruulū ex matris utero procedentē exultantibus animis & cōgruo honore excipiamus, matriq; sterilitatis opprobrio liberatæ ex animo cōgratulemur vna cum vicinis & cognatis eius, & quibus sequitur in Euāgelio:

Et audierūt vicini & cognati eius, quia magnificauit dñs misericordiā suā cū illa, & congratulabantur ei.

F Id enim maxime est secundum uaturā, vt proximorum bonis lætemur & congratulemur, malis autem ex animo cōdoleamus. Vicini & cognati S. Elizabeth nō ignorātes eā sterilem semper fuisse, & iam ætate prouectā, cōgratulantur ei, quia præter consuetudinē, & supra naturæ vsū dñs magnificasset, id est, magnifice & excellenter in eam declarasset misericordiam suam. Non enim potuisset vnquam prolem mundo producere, nisi singulari gratia & beneficio Dei. Ergo diuinæ pietatis agnoscētes munus, congratulantur ei, ita vt angelus pdixerat, qd multi in eius natiuitate gauderent. Sunt inuidi quidā, qui dum proximis res ex sententia succedunt, torquentur & dolēt, in q̄s recte dictum illud

Lucæ 1
Matth. 11.3

Ioan. 1
Ioanis Ba
piste h̄o
nia q̄ sine
pr̄statiā,

Matth. 11
Elizabeth
quantum
gaudij &
honoris
acceuerit
ex nariui
tate suę
prolis,

Lucæ 1

Ioan. 1
Ioanis Ba
piste h̄o
nia q̄ sine
pr̄statiā,

F

Lucæ 1

Matth. 11
Elizabeth
quantum
gaudij &
honoris
acceuerit
ex nariui
tate suę
prolis,

Horatius. competit, Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Quod est vitium plane diabolicum. Dic quæso Inuide: Quid tibi obest, si alteri bene sit: aut quid proderit tibi, si illi male sit? Si bonus es, nihil tibi nocet illius prosperitas, sed dolet tibi eius aduersitas. Si autem malus es, vt reuera es, malitia tua tibi officit, non illius prosperitas, Pelle inuidentiæ virus ab animo tuo, & erit tibi voluptati, si ille bene habuerit. De hac peste sententia memorabili D. Chrysostomus ait: O zelus, o inuidia omnia malitia cumulata, Inuidia ignis inextinguibilis est. Etenim sicut tinea comedit vestimentum, sic inuidia eum qui zelatur, cōsumit: eum autē cui inuidet, clariorē reddit. Itēq; Inuidiæ passio fornicatione & adulterio multo est deterior. Et diuus Augustinus libro de doctrina Christiana: Auertat Deus, inquit, inuidiæ pestem ab animis omnium, nedum Christianorum. Vitium em̄ diabolicum est Inuidia, quo solo diabolicus reus est, & inexpabiliter reus. Ergo charissimi, ne tam execrando crimine nos inquinemus, potius aliorum felicitati cōgratulemur. Omnes vnus capitis mēbra sumus. Sicut ergo dum quippiā in corpore patitur membrum vnum, compatiuntur omnia membra: siue dum gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra: ita & nos qui sumus corpus Christi & membra de membro, aliorum felicitati cōgratulemur, & afflictioni condoleamus, ne cum impijs liuore tabescamus.

Et factum est, in die octauo uenerunt circuncidere puerum. Et vocabant eum nomine patris sui, Zachariam.

G Vetus apud Hebræos mos fuit, vt masculi oēs circunciderentur. Et id primum Abraham a Deo præceptum est. Illi namq; datum est Testamentum circuncisionis: quod postea lege Mosaica repetitum est. Valuit autem circuncisio contra peccatum originis: sicut apud nos baptismus. Et sicut hodie dum baptizantur paruuli nomen accipiunt: ita olim cum circunciderentur. Vnde appellabant beatissimum hunc infantem nomine patris sui Zachariam. Id namq; consuetudo obtinuit, vt filij maxime vnigeniti patris nomine vocentur. Faciebant vicini & cognati S. Eliza-

beth, quod ipsis videbatur, necdum celestis mysterij conscij, q̄ iam pridem diuinitus illi assignatū erat uocabulū, qd humano mutari cōsilio vel arbitrio nō deberet. Itaq; videns S. Elizabeth eos a Dei voluntate in imponēdo uocabulo discordare restitit illis, vt pote q̄ sicut D. Ambrosius ait, spiritu prophetiæ didicerat, qui uocandus esset: nec poterat ignorare p̄nuncium, quę prophetauerat Christum.

Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes.

Nō vacat a mysterio, quod id nominis sacratissimo huic paruulo ex diuina reuelatione inditum est. Quæ enim diuinitus quibusdam imponuntur nomina, semper eximium aliquod donum vel munus eis collatum significant. Ioannem quidam ex Hebræo uertunt, in q̄ est gratia Dei. Quæ cum multiplex & cumulatiſsima fuerit in domini præcursore, recte uocatus est Ioannes. Neque ob id tantum, sed etiam quia tempus gratiæ inchoauit. A diebus enim Ioannis Baptistæ cepit regnum cœlorum vim pati, & rapi uolenter, quod ad id temporis oibus quātumcunq; iustis clausum fuit. Inde est dulcissima illa eiusdē in deserto pdicantis vox: Pœnitentiā agite: appropinquauit em̄ regnū cœloꝝ. Apte igit dictus est Ioannes, q̄ mūdo sub graui ira Dei laboranti, ac ab illa supna Hierusalē miserabiliter exulanti gratiā per Christū restituendā, conciliandāq; annunciauit: idque non vt cæteri prophete de longinquis & obscuris sententijs, quantū ad certi temporis expressionē attinet, sed plane & manifestis indicijs, quādo etiā ipsum gratiæ autorē nedū uerbo prophetauit, sed digito demōstrauit. Quanta aut in illo gratiæ plenitudo & excellentia, quæ alia causa est nominis illi impositi, etsi nemo digne capere potest, si quis tamen uel tenuiter nosse velit, Euāgelistas legat. Inueniet ibi ab ipso Christo infallibili iudice tantis eum celebrare encomijs, vt uix possit maioribus. Sed mirum uideatur quibusdam, cū tanta in eo Dei gratia fulserit, cur oēm ætatem in deserto solus exegerit, cur non vrbes cōcionandi gratia puagatus sit, vt plurimos lucrifaceret. Vex: quāto ille maiora pceperat diuinę gratię munera, tanto

Nomē patris vnigeniti imponi conuenit vt fuerit lucidum.

Ambrosius

Ioannes qd soner.

Ab ortu Ioanis Baptistæ uisus gratia fuerit inchoatū. Matth. 16
Lucæ 16

Matth. 3
Marcij
Lucæ 3

Ioan. 1

Matth. 11

Ioannes Baptistæ cur hoim turbas tugebat

magis

Horatius.

Chrysost.

inuidiæ p̄
priū quid

Augustin.

Eph. 3
1. Cor. 12

Gene. 17
Exodi 13
Leuit. 12

Circunci
sio qd ual
uerit, cu
iustque rei
tuerit si
gura.
Nota qñ
infantibꝝ
imponi
conſuetū.

Matth. 11
Elizabeth
quantum
gaudij &
honoris
acceuerit
ex nariui
tate suę
prolis,

Quam sit
difficile
inter ho-
minū tur-
bas inno-
center vi-
uere.

Confortia
hominum
quantope
fugienda.

Hebr. 10

magis conatus est ea conseruare. Et quia difficillimū esse nouerat in hominū turbis innocenter & pure viuere, solitudinem expetūt, ubi à peccandi occasionibus se iūctus, Deo & cœlestibus perpetim esset intentus. Quid hic dicturi sunt stolidi hominū & miseri, q̄ cum sint in vitia nimī procliuēs, tamē si q̄nq; videāt nōnullos monasticæ vitæ aliqd subire institutū, aut alioqui abstractam ab hoīm familiaritate vitam agere, irridēt eos & aiunt: Num soli monachi salui futuri sunt? Nōne maioris virtutis & meriti est inter malos bene vixisse? Deus cor inspicit, nō exteriora. Ostolidi quid dicitis? Christus Deus verus fugit hominum confortia, non quod haberet opus, sed vt nobis fugienda monstraret. Item D. Ioannis Baptista, & aliī innumerabiles sanctissimi hoīes fugerunt peccandi occasiones, & vos in medijs periculis iam naufragio proximi, aut etiā fluctibus immerfi, tā vultis esse securi? Itaq; bonum & laudabile est, hominum confortia tanquam pernitiōsa vitare. Et quidē certo certius est, peccandi occasiones fugiendas esse. Quicquid id est, quod ad peccandum te pertrahit & impellit, siue sit pater, mater, frater, soror, diuitiæ, honores, aut quæuis alia, fugias ea necesse est. Quod si fugere nolis quæ Dei gratiam à te excludūt, absque vllō dubio gratia procul fugiet à te. Sed his obiter dictis, ad Euangelium redeamus. Sequitur:

Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quē vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens, Ioannes est nomen eius.

Cognati S. Elizabeth legis & gētis suæ morem seruare cupientes, reprehendunt eam, tanquam quæ a patrum consuetudine recedat: neq; intelligunt, non muliebri leuitate, sed sancti spiritus instinctu eā pueri vocabulū expressisse: sicq; ad patris putant arbitrium recurrendum. Potest hæc res mystice significare, Iudeos pertinaciter literæ legis semper inhærere maluisse: fructū autem spiritus non expetisse, cum tamen ipsa lex, non nisi vmbra quædam fuerit futurorum. Iudæi legis verba semper allegant, quæ tamen non intelligunt. Sic eti-

am hic cognati S. Elizabeth paternā morem putant obseruari oportere. Sed Deus omnipotens legem quandoq; abolere volens, nouum apud Hieremiam Iudæis testamentum promittit, quæ est lex gratiæ: quam quia Ioannes prædicare mittebatur, non debuit iuxta legis morem, sed diuinæ gratiæ arbitrium nomen accipere. Sigdem diuinæ gratiæ potissimum ascribendum est, quod saluamur. Obiter etiā aduertit hic licet, quod sicut nominis assignandi ratio, quæ apud Iudæos inoleuerat, in Ioanne seruata nō est, ita hoc ipso significatum sit, ab eius ortu legem abolitam iri. Videamus nunc quid Iudeorum pertinacia profecerit. Sperabant patrem Zachariam ipsis assensurum. Itaq; innuebant patri infantis, quem vellet vocari eum. Sic etiam impij Iudæi semper à matris Ecclesiæ definitione, ad patrum suorū instituta recurrunt: qui tamen ab eis maxime dissentunt, & cum Ecclesia consentiunt, sicut & Zacharias cum Elizabeth, qui postulans pugillarem, id est, tabellam ceream, aut alterius materiæ, in qua stylo verba exarantur, scripsit, dicens: Ioannes est nomē eius. Tanquam diceret: Non est opus, neq; fas, vt humana cōsuetudo, aut patrius mos illi vocabulum tribuere velit, qui iam à Deo appellatus est noīe suo. Neq; nos illi nomen imponimus, sed qd à Deo accepimus: enūciamus. Vbi simul potest aduertit, quā vbiq; sibi concordet spiritus Dei. Zacharias & Elizabeth ambo erant pleni spū sancto: itaq; etiam idem sentiunt. Timeant ergo, qui dissensionibus dediti sunt, ne hoc spiritu vacui sint.

Et mirati sunt vniuersi.

Mirantur homines vt homines: quia ignorabant, qd circa infantē diuinitus ageret. Mirant patrē cōsentire matri, vt vetus cōsuetudo negligat. Sed si sciuissent cōsiliū Dei, venerati potius essent, q̄ admirati.

Apertum est autem ilico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.

Prædixerat angelus Gabriel Zachariæ, quod ob incredulitatem suam mutus esset donec quæ audierat, implerentur. Non enim volebat Deus iustus & rectus in tāto pontifice inultam relinquere hæc diffidentia, qua de Dei promissis non hesitabat. Ita enim plerūq; oī potēs Deus in electis suis cito

Electō
errata vti
Deus misit
ricorditer
corrigat.

Mach. 6

Psalm. 33
Apoc. 3

Males hic
impune
deique
re quæ
si damna
tōis futu-
rū iudiciū

Gratitudo
quidō
exigatur.

Lucas

cito vlcisci solet errata illorum, nec permittit eis impune cedere, si quid vel tenuiter deliquerint: cum tamen impios sæpe finat in suis flagitijs securam degere statem. Quo facit etiam memorabilis illa sententia libro secundo Machabeorum commemorata in hæc verba: Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est iudiciū. Atq; ea de causa sanctus Pontifex ilico pœnam sensit diffidentia suæ: quæ tamen quandoq; finem haberet, iustus erat, ideoque noluit Deus huius culpæ in eo hæere maculam, sed statim vltionem adhibuit, ne quid haberet intra se, vnde minus placeret Deo. Multi hodie putant optime secum agi, & Deū se valde habere propitium, cū eis omnia læta & tranquilla eueniunt, etiam male viuētibus. Sed nimis ij vehementer errant, & periculosissimam ducūt vitam. Si enim iuxta prophetæ sententiā multæ sunt tribulationes iustorū: & dñs quos amat arguit & castigat, quomodo possunt recte habere, qui etiā in suis maleficijs parum aut nihil aduersū experiuntur? Timeant quotquot eiusmodi sunt se, idcirco in præsentī vita impune euadere, vt in futura atrocius absq; vllō fine puniantur. Sed venerabilis pōtifex Zacharias humana infirmitate cunctātus fidem angeli verbis adhibēs, atq; ea de causa percussus silētio diuturno, nato atq; circunciso Ioanne, peremptē vocis beneficiū recuperavit, & os quod prius incredulitas frænauerat, natus infans reserauit, moxq; ora diu tacentia in Dei laudem proruperunt. Quid ni enim benediceret Deū, qui tam euidentia, stupendaque eius opera agnoscebat? Prius quidem obmutuit, non accōmodans fidem dictis angeli, sed mox vbi reddita illi loquēdi facultas est, in Dei laudes prorupit. Qua re nos admonemur grates, laudesq; Deo agere nos debere, q̄n aut à malis liberamur, aut eius bñficijs augemur. Alioqui ingratiitudinis, quod est Deo valde inuisum vitium, rei tenebimur. Sed visis tot prodigijs.

Factus est timor super oēs vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur oīa verba hæc. Et posuerunt oēs qui audierant in corde suo, dicentes: Quis

putas puer iste erit? Breuē manus domini erat cum illo.

In rebus nouis, ac præter vstatū morem accidentibus mirari ac timere solent homines. Hic autē multa accidebāt admiratione digna. Itaq; vicini oēs timebāt, nescientes qd portenderēt ea q̄ fieri cernebant. Euidentia diuinæ potestatis argumēta complura visebant, idq; cœlestis mysterij ignaris metū incussit. Mox autē cuncta hæc per loca circumadiacentia diuulgabant: & aliī alijs, quæ vel viderāt, vel audierant, enarrabant, idq; non sine occulta Dei operatiōe & dispensatione, vt maiorem haberent fidem apud omnes, quæ multorum testimonio firmarētur. Sic fides nostra clarissimis semper fulta testimonijs est, & nihil apud nos suspectum, nihil obscurū, nihil commentitium est. Qui credere non vult, suo ipsius iudicio cōdemnabit, qd indubitata noluit veritati cōmodare fidē, cū tota ethnicoꝝ supstitiosa psuasio, nō nisi euidentissimis atq; vanissimis mēdacijs subnixa sit: hæretici q̄q; nō nisi sui capitis adinuentio nibus, publica & vbiq; gentiū recepta veritatis assertiōe contēpta, sese tueant. Porro, vicini S. Elizabeth suis hæc mētibus condita seruabant, dicentes: Quis putas puer iste erit, circa quem tot præclara æduntur miracula: & qui manifesta naturæq; modū excedenti Dei virtute ac operatione illustratur?

Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Superius hoc eodē capite scripserat S. Lucas, Zachariā virum iustum fuisse. Iustus autē esse non potest, nisi qui spiritu sancto præditus sit. Cur ergo hic eum dicit impletum spiritu sancto? Intelligendum est abundantiori sancti spiritus gratia eū repletum. Namque & prophetiæ munus accepit. In quo diuinæ pietatis est declarata benignitas, quando non solum mutō seniloquelam reddidit, sed etiam nouam addidit prophetandi gratiam. Ita semp Deus pro sua benignitate paratissimus est ignoscere pœnitentibus, imo & gratiæ suæ dona cumulare, modo ex animo nos deliquisse doleamus. Ait autem Zacharias: Benedi-

Mirari ac
timere qd
soleat ho-
mines.

L

Spū sctō
repletus
Zacharias
quomodo
dicatur.

Deus cur subinde vocetur De' Israel.

Ezech. 34.

Philip. 3.

1. Petri 1.

Bndictus dominus Deus Israel. Sola plebs Israelitica verum colebat Deum: quam ob rem Deus Israel sapius in sacris literis vocatur: quia visitauit & fecit redemptionem plebis suae. Iam longe ante promiserat per prophetam suum, dicens: Ecce ego ipse requiram oues meas & visitabo eas. Visitauit dominus oues suas, quando formam serui suscepit factus homo propter perditum hominem liberandum. Et fecit redemptionem plebis suae, quando nos non corruptibilibus auro vel argento, sed precioso sanguine suo redemit, non a temporaria seruitute vel morte, sed aeterna.

SERMO I. IN EADEM Solemnitate. Quomodo sanctus Ioannes ardebat & lucebat, & de quadruplici hominum conditione

M

Lecerat lucerna ardens, & lucens. Ioannis V. Beatissimi Ioannis patriarchae, prophetae, martyris, anachoretae (vt caetera eius insignia taceam) festiuitatem celebrantes fratres charissimi, non tantum illius gloriae fatagimus gratulari, verum quod profectui etiam nostro vti cunctorum Christi fidelium, non nihil inde nobis querimus vendicandum: quod tum potissime fit, dum vitam illius recolentes, quicquid ibi laude dignum veneramur, pro modulo nostro itidem gestiamus imitari. Incitat autem nos ad haec, quod cum omnium non solum monachorum sit princeps Ioannes, omnium anachoretarum dux, omnium eremitarum cenobitarumque pater & patronus, verum omnium Christicolarum institutor, magister & legifer. Quam obrem perpulchre conuenit ei veritatis testimonium (tam gloriosum, quam ab adulatione aut deceptione alienum) quo dicitur: Ille erat lucerna ardens & lucens. Vbi ordo quoque verborum haud ociosus censeretur debet: primo ardorem, postremo vero lucem commemorans. Duo etenim haec de illo praedicantur, videlicet quod arserit & luxerit. Vbi tamen non ante luxisse, & postea arsisse dicitur: sed quia in se ardebat, lucis radios in caeteros quoque emisit. Ardebat haud dubium sibi, lucebat nobis. Quod vt magis liqueat, considerandum

Ioan. 3.

quatuor hominum inueniri genera. Quidam enim lucent, sed non ardent: nonnulli ardent, & non lucent: Alij & ardent & lucent. Rursus sunt complures, qui neque ardent, neque lucent. Et hi nouissimi peccatorum magis tenebras amant, quam lucem: quorum opera neque charitatis in se continent feruorem, neque virtutis specimen praeseferunt: atque ideo nihil hic de illis dicendum. Verum, sunt alij (vt dixi) qui lucent, quum non ardeant: ij sunt quorum opera virtutis quidem speciem habent, quae (vt plerumque fit) ab hominibus magnificatur, verum a charitatis feruore sunt aliena, propterea quod fucum duntaxat virtutis ipsis superducat, aut metus, aut reuerentia hominum, aut animi bene morati naturalis honestas, aut fictae mentitaeque pietatis ostentatio, aut alia quaeuis impura intentio. Ad eorum numerum colligantur (vt verbis vtar Bernardi) qui conscientias suas in aliorum labijs posuerunt: quorum lux non solaris, sed lunaris est, quae modo plena, modo exigua, modo nulla videtur: ita & illi modo magni, modo parui sunt, modo nulli, secundum quod adulantium linguas, aut vituperare eos placuerit, aut laudare. Tales erant pharisaei & hypocritae lumina, scilicet in oculis hominum, quos tamen Christus arguens seuerè, sepulchra dealbata appellat. Hoc modo lucebat eremita ille (vt in Vitis patrum legitur) cuius merito sanctitatis putabatur omnis illa circumiacens regio seruari, qui tamen moriens (dum populi vexillis & processionibus ad eum confluentes velut sanctissimo viro, sine quo viuere metuebant, sese commendarent) ipse a demonibus deportatus est in infernum: quippe qui alius in hominum, alius in Dei oculis reperiebatur. Non longe ab hoc ordine sunt qui exterioribus tantum caeremonijs compositioni morum, magnis abstinentijs, frigidè lectioni, multis precibus, & alijs eiusmodi externis duntaxat exercitijs, alioqui in se bonis & sanctis, insudant, adeo pro illis zelantes, vt veras virtutes propterea penitus negligant. Hi itaque solis exterioribus, quae bonis malisque sunt communia contenti, interiorum hominem (ad cuius reformationem externa omnia ordinari debuissent) interim seruire vitijs & passionibus sinunt. Veruntamen dum per haec externa (quibus vulgo inesse aestimat sanctitatem) foris lucent,

Homini genera quatuor quae sunt.

Neque ardent neque lucent quatuor

Lucent, sed non ardent.

Bernard.

Math. 11.

Paradig.

N

1. Cor. 13.

Ardentes, sed non lucent. Math. 5. Luc. 8.

Bernard.

Math. 13.

Ardentes sicut & lucentes.

Bernard. Ardor 10 annis triplex quod nobis luceat.

certè, interdum ipsi quoque, licet veteri adhuc nomine stante incolumi, sanctitatem sibi arrogant, vtpote qui ad exteriora sua quae alij mirantur, tantum respicientes, quid intus sibi desit non animaduertunt. Verum de huiusmodi quid Apostolus pronunciet, constat: Si linguis, inquit, hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens, &c. prosequens adhuc alia ardua & sublimia, quae in oculis quidem hominum sunt magna & lucida, verum nisi charitate simul ferueant, ante Deum sunt nulla. Adde igitur charitatem, & erunt valde bona: sic tamen vt media & instrumenta ad meliora. Sunt praeterea tertio ordine, qui ardent, & non lucent, vti quorum lucerna necdum super candelabrum, sed sub modio posita est, qui lumen suum celant, metuentes a vento inanis gloriae, aut humanae laudis illud exufflari. Hi sunt, qui vilitatem propriae ante oculos habentes, quicquid faciunt, non tale quippiam aestimant vnde possint alij edificari: hoc vnum impensius curantes, ne a feruore in teporem vix vnquam curabilem decidant, sed quae habent humilitate custodiunt. At vero qui super candelabrum locari anhelant, zelo quaedam animarum licet immaturo alleciti, vt alijs quoque luceant, in eos quodam loco deuotus Bernardus sagacissimus vitiorum explorator, tractans verba quaedam Esaiæ, inuehit, dicens: Quid lucere festinas? Non dum illud aduenit tempus, in quo fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Interim perniciosus est iste appetitus lucendi: feruere enim multo melius. Denique, si tam vehementer splendorem desideras, quod videri vis, esse curato: & primum quare feruorem, nec dubium quin & splendor adijciatur tibi. Alioqui in cassum laboras, quia vanus splendor absque feruore. Mutuata aut certe simulata lux est, quae non ab igne procedit. Haec ille. Offert se nunc postremo quartus hominum ordo, priores consequens: in quo sunt qui ardeant simul & luceant. Ardent intus spiritu charitatis, & foris exemplo feruoris lucent. Horum omnium longe praestantissimus fuit Christi Baptista Ioannes, cuius triplicem ardorem, triplicemque lucem sermone quodam luculentissimo & lectu digno Bernardus describit: Ardebat namque in seipsum, in Christum, & ad proximum. Ardorem

eius in seipso testantur circumspectio sui prouida, & poenitentia vehementer austera. Quae nobis quomodo luceant, quomodo ad imitandum alliceant, videamus. De sanctis parentibus natus Ioannes, idemque spiritu sancto plenus, infra aetatem denique (quae seculo possit inquinari) constitutus non modo carnis illecebras, verum parentes etiam, cognatos, ac mundum vniuersum abdicans, confestim ad eremum confugit. Vbi poenitentiam sibi arctissimam, non ad eluenda, sed cauenda peccata instituens, neque manducat neque bibit, & caetera, quae vel Euangelista, vel Christo enunciante didicimus, obseruat. Quod igitur puer pene infans ad eremum se recipit, delinquendi occasiones (tamen si gratiam diuinae benedictionis super se non ignoraret) euitans, quid aliud hoc ipso nos docet, quam neminem ita de diuina gratia debere praesumere, neminem adeo se diuina custodia munum credere, vt gratiae soli innites, timorem, studium, industriam propriam vel securus omnia quae deponat: Quamuis enim praecipuum hoc diuini sit muneris, vt peccatis abstinentes, bonum operemur, absque tamen proprio conatu & studio, neque aduenit, neque manet virtus, quin etiam nec gratia perseuerat. Hoc pensabat B. Ioannes puer ad eremum confugiens. Sentiebat id ipsum sanctus quidam (ni fallor) beatus Rogerius, ordinis diuini Francisci, castitatis dono tam excellenter, quam singulariter praeditus. Hic tamen si citra nauseam non posset mulieribus loqui, atque etiam si quando loqui cogeretur, castior rediret: nullius tamen foeminae, atque ne matris quidem (licet admodum & sanctae & vetulae) vultum voluit contueri. Qui cur tam arctam sensibus suis custodiam indixisset interrogatus (quippe qui diuinum in se castitatis munus sentiret, abessetque periculum) respondit tamdiu in homine gratiam perseuerare, custodiaeque dominica hominem non deserere, quanto sibi tempore vigilaret, ipse faciens quod in se est, & delinquendi pericula, occasionesque euitans. At vero si circa seipsum negligens coeperit fieri, & quae potest, cesset facere, amplius Deum non habebit custodiae debitorem, quin potius iustum erit illum suis viribus derelinqui, quibus ne ad momentum quidem stare poterit illaesus. Huius itaque & maxime Ioannis vigilans ac prouida sui circumsp

Circumspectio Ioannis prouida quae luceat nobis

Luc. 7. Matth. 3. Marcia 1. Luc. 3.

Praesumere deum non esse de diuina gratia.

Paradig.

Castitas B. Rogerii singularis

Gratia custodiae diuina quae diuine perseueret in homine.

Occasiones peccandi re scindendae esse.

ctio docet nos imbecillitatem propria in-
desineter expertos, nos ipsi inuigilare, de
linquendique occasiones aut emendare,
aut rescindere. De hoc satis. Porro,

Poenitentia
B. Ioannis
quam an-
sira fuit.
Bernard.

quantum ad austeritatem poenitentiae bea-
ti Ioannis attinet, quomodo & haec nobis
luceat, mellifluus explicat Bernardus, di-
cens: Considera hominem angelico pro-
missum oraculo, conceptum miraculo, fan-
ctificatum in utero, & nouum in nouo ho-
mine mirare poenitentiae feruore. Victum
& amictum, ait Apostolus, habentes, his
contenti sumus. Apostolica perfectio ista
est, sed Ioannes etiam contempsit. Denique
audi dominum: Venit, inquit, Ioannes non
manducans nec bibens, plane nec vestiens.
Sicut enim non est locusta cibus nisi ali-
quorum forte irrationabilium animalium:
sic nec pilus cameli humanum est in-
dumentum. Incentiuum id mihi est feruo-
ris, & materia humilitatis. Quis enim in
nobis est, fratres, qui Ioannis poenitenti-
am intuens, suam non dico magnificare,
sed alicuius saltem momenti estimare pre-
sumat? Quis audeat murmurare in labori-
bus suis & dicere, Satis est, quod patior, ne-
dum nimis? Quae enim homicidia, quae sa-
cilegia aut flagitia sic puniebat Ioannes
in seipso? Accendamus ad poenitentiam,
fratres, & quicquid in nobis minus est fer-
uoris, humilitas suppleat purae confessio-
nis. Haec ille. Sequitur autem nunc fer-
uorem Ioannis considerare ad Christum.

1. Tim. 6

Luc. 7
Math. 3

Math. 11

Feruor Io-
annis ad
Christum.

Humilitas
Ioannis
quanta fu-
erit.

Bernard.

Ioan. 1
Math. 3

Luc. 3

videbitis eum, in cuius comparatione te-
nebrae sum, & non lux. Haec ille. Iam
vero & hic deuotionem eius feruentissimam
ac pietatem in Christum sentimus. Clari-
us autem si ipse necdum nati in utero ad
Christi praesentiam exultantis motum &
iubilum recolimus, si de voce sponsi gau-
dium eius animaduertimus, si denique com-
mendationem & praedicationem eius de
Christo attendimus. Quae certe omnia no-
bis lucens: quandoquidem nisi lucerent,
non animaduertemus. Restat igitur
nunc tandem feruore eius ad proximum co-
siderare, quem zeli vehementia, iustitiae a-
mor, & veritatis usque ad mortem susceptam
constantia indicauit. Arguebat Iudaeorum
durtiam, non parcebat phariseorum arro-
gantiae, Herodis lasciuiam increpabat. Non
illi cultus deserti, non singularitas propo-
siti, non regis potentia, neque exhibita sibi
reuerentia, non minax adulterae crudelitas,
non denique intentata mors poterant per-
suadere, ut animarum periculum, iustitiae
contemptum, Dei iniuriam dissimulas praeter-
tereret. Haec, fratres charissimi, cum breui-
ter perstringens magis indicaui, quam expla-
naui. Faciat Deus ut in nobis aliquando in-
ueniantur, quae in beato Ioanne modo ve-
neramur, praestante eodem domino nostro
Iesu Christo, qui cum patre & spiritu san-
cto uiuit & regnat Deus per infinita seculorum
secula. Amen.

Deuotio
Ioannis ad
Christum
quanta fu-
erit.
Luc. 1
Math. 11

Luc. 3

Feruor Io-
annis ad
proximum.

Math. 1
Luc. 3
Marc. 6

**SERMO II. IN EA-
dem festiuitate. Ordines omnium
sanctorum ut D. Ioanes Baptista
praecellat: quoniam sit vsus baptis-
mo, utque nouem modis fuerit
singulariter magnus.**

Inter natos mulierum non surre-
xit maior Ioane Baptista, Mat.
XI. Multos quidem fratres cha-
rissimi ante natum dñi praecurso-
re Ioanne, cuius nunc solennitate laetamur,
in veteri testamento commendatos legimus,
sed neminem pinde, ut eundem ipsum uobis dñi
Iesu, quae iam iam audistis. Laudatum a Deo
Noc scriptura commemorat, quoniam dñs ait ad il-
lum: Te uidi iustum coram me ex omnibus gentibus.
Moses item insigni affectus est laude, dice-
te de illo dño ad Aaron & Mariam: Si quis
inter uos fuerit propheta dñi, in uisione ap-
parebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At
non

R

Gen. 1

Num. 11

Numer. 12

Psal. 88
Act. 13

Job. 1

Ioan. 1

Math. 3

math. 11

Ioannis
Baptistae
humilitas
quanta.

Ioan. 1

Luc. 1
Math. 11

Ioanis Ba-
ptistae ca-
ritas quanta

Math. 3, 11
Luc. 7
marci 1

non talis seruus meus Moses, qui in omni
domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os
loquitur ei. Itemque: Erat Moses uir mitissimus
super omnes homines, qui morabantur in terra.
Dauidem etiam dominus laudauit, dicens: Inueni
hominem secundum cor meum. Habet & S. Iob lau-
des suas, commendante illum domino his uerbis a-
pud Satana: Nunquid considerasti seruum meum
Iob, qui non sit similis ei in terra, uir simplex
ac rectus, & timens Deum, & recedens a malo?
In nouo etiam Testamento eximius quidam
dominus encomiis honorasse legit, sed qui non per-
tingat usque ad laudes Ioannis. Habes illic te-
stimonium domini de Nathanaele, quod fuerit uere
Israelita, doli expertus. Fit etiam ibidem honori-
fica mentio Ceturionis, affirmante Saluato-
re se tantam fidem non inuenisse in Israel, quan-
tam in illo. Verum quis praeclearae sint horum lau-
des & encomia, nihil tamen habet simile laudi-
bus S. Ioannis. Alij quidem ob peculiare &
priuatas quasdam uirtutes & excellentias com-
mendati sunt: at Baptista Ioannes in cunctis
fuit magnus, & in omnibus laudabilis: Itaque
de eo solo dixit ueritas infallibilis: Inter na-
tos mulierum non surrexit maior Ioanne Ba-
ptista. Tanquam diceret: Quauis alij coram me
magni sunt, non tamen est quaequam maior Ioan-
ne. Nam si laudat humilitas, quae Ioanne de-
mior: quae non solum superioribus, aut aequa-
libus, sed etiam inferioribus se postposuit
quoniam interrogatus a Iudaeis, num Christus
ipse foret, respondit: Non, num Helias, respondit si-
militer: non denique propheta, idem responsum
reddidit: cum tamen meo iudicio, qui non erro,
quae ueritas sum, in spiritu & uirtute Heliae
ipse uenerit, & non modo propheta sit, sed &
plus quam propheta. Quod si praedicatur castitas
in qua tanta puritas, tanta relucet integritas
atque in Ioane, qui non contactum solum, sed & af-
fectum fugit foeminae, adeoque in tenerri-
ma aetate fugit in eremum mundo penitus re-
lictus: Si sobrietas, si abstinentia, si dura cor-
poris afflictio laudat, ubi quod similis inue-
niri potest illi, qui fuit in Ioanne: qui poenitentiae
deditam uitam ante amplexus est, qui poenitentiam
petraisset, quod esset poenitentia expiandum: ut
vel hoc ipso tanto sit illius uitae rigor lauda-
bilior, quanto ipse innocetior. Et ne quis
putet uulgare fuisse illius poenitentiam, me-
minerit ut Euangelista testat, cibum eius fuisse
locustas & mel syluestre. Potus haud du-
bie aqua fuit: totum corpus opuit cilicium de
pilis camelorum confectum, quod stringebat zona
pellicea, ut fortius corpori adhereret, & car-

ne innocentem sua asperitate cotereret. Stratrum
illi fuit specus subterraneus, aut nuda hu-
mus. Denique annos XXV. ab hominum conui-
ctu separatus, uixit solus in deserto. Iam si re-
ctitudinis zelum & iustitiae ardorem specte-
mus, is quique in Ioanne praecipuus apparet. In-
de est, quod tam constantem phariseorum superbiam,
Iudaeorum durtiam, & Herodis adulterium re-
prehendit. Quae res illi carcerem & mortem pepe-
rit, dum pro iustitiae & castitatis patrocinio ac
defensione neci datus est. Ea de re in scri-
ptura lucerna ardens & lucens appellatur. Porro
excellente eius patientiam & mansuetudinem
haud obscure declarauit dominus, quoniam mortem
illius non sine gemitu commemorans, ait ad
discipulos suos: Helias iam uenit (Ioannem
intelligi uoluit) & fecerunt in eo quicquid uolu-
erunt. Denique alij sancti, singuli singulos
ferme habent gradus & ordines, quoniam alij sunt
angeli, alij apostoli, alij euangelistae, alij mar-
tyres, &c. Ioannes omnibus clarius existit. Ipse
est angelus, non quidem natura, sed ob legati-
onis officium, & munditiam angelicae puritati-
tis. De eo enim dicitur apud Malach. Ecce ego
mitto angelum meum, qui praeparabit uiam meam
ante faciem tuam. Ipse est & propheta, imo, ut Chri-
stus ait, plus quam propheta. Ipse Euangelista
quae legem euangelicam docuit. Ipse apostolus,
imo & apostolorum dux, quoniam non solum populum
ad Christum traxit, sed & apostolos quosdam,
nepem Petrum, Andream & Philippum ad Chri-
stum transmisit, illique docuit adherere. Ipse
martyr, confessor & uirgo excellentissimus
ut potestis ex supradictis colligere. Merito
ergo singulari quodam ratione commendatus
est, quae tam singulari fuit excellentia sanctitatis
praeditus, adeo ut nihil ipsi defuerit vel de com-
muni, vel priuata sanctitate ceterorum. Quamquam
propter simplices admonendi estis charissimi-
mi, ne quis per haec uerba quibus dicit nemo surre-
xisse maior Ioanne Baptista inter natos mu-
lierum, putet eum uel Christo, uel uirgini matri
suae antelatum, siue aequatum esse. Loquitur
enim hic dominus de natis mulierum, unde manife-
ste & seipsum, & matrem excepit. Quamuis enim
eximia sit S. Ioannis sanctitas, non tamen ulla ratione
est Christo comparandus, & multis modis
a matre domini superat. Nam ad minus non ca-
ruit culpis uenialibus: atque mater Dei nul-
lam unquam cuiuslibet culpe maculam contra-
xit: ut interim de ceteris taceam, quibus Ion-
ge superior est Ioanne, sicut & alij creaturis
omnibus. Porro, ut manifestius possitis intel-
ligere, quam magnus fuerit beatus & reueren-
dus

Luc. 1

Math. 3
marci 1
Math. 14
Marc. 6

Ioan. 5

Math. 17

S Ioannes ut
in se omni-
um ordi-
nes sancto-
rum conti-
neat.

Malach. 3

Math. 11

Ioan. 1

Sanctitas
sancti Io-
annis quanta
sanctitatem
non dum
attigerit.

us Christi Baptista Ioannes, qdam hic cō memoranda sunt, ex qbus id pspicue elucet. Primo itaq; magnus fuit rōne annunciationis suę. Nā ab eodē angelo eius p̄nunciata est cōceptio & natiuitas, à q̄ & Christi, nēpe Gabriele: nec hoc loco vulgari, sed sc̄tissimo, puta añ arcam intra sancta sanctorū, q̄ solus pōtifex semel in anno in grediebat: itēq; tēpore sacro, & cū insigni miraculo, qm̄ Zacharias pater eius linguę officio priuatus est ob incredulitatem.

T Sc̄do, magnus fuit ex cōceptione, q̄ p̄ter nature ordinē & vsum conceptus est à matre sterili & sene: ac non multo post intra matris viscera purgatus est à culpa originali, dicente de illo sp̄s sc̄tō p̄ S. Hieremiam: Anteq̄ exires de ventre, sc̄tificauit te. Et ita s̄ mortuus fuisset in vtero, descendisset ad sc̄tōs patres in limbū, qui dicit sinus Abrahę, vbi nō erat aliq̄ p̄na sensus, sed tm̄ expectabant redemptionem humanę nature in reductionem in paradysum p̄ Christi mortem. Quod sane nō contingit alijs infantibus vel sine circūcisione ante natū Christum, vel sine baptismo post mortem Christi hinc emigrantibus, vtpote qui ob p̄ctm̄ originis nō possunt venire ad cōsp̄ctū Dei: nec tñ p̄na sensibili cruciant, si sine proprio p̄ctō decedant. Ita ergo S. Ioannes in matris vtero repletus est sp̄s sc̄tō: nec solū sancti sp̄s inibi gratiā p̄cepit, sed etiā vsum gratiæ: vñ factum est, vt p̄sentia saluatoris per os virginis salutantis Elizabeth agnosceret, simulq; exultaret, vt est apud Lucā. Tertio, magnus fuit in sua natiuitate: q̄ in hunc mundū mūdus, i. liber à culpa p̄gressus est: atq; pater eius Zacharias ita vt à spiritu doctus erat, nomē eius scripto exp̄ssit cū c̄tis stupentibus: itēq; mater Elizabeth idem nomē nō à marito, q̄ mutus erat, sed à sc̄tō spiritu edocta p̄nunciavit puero imponendū. Ad hęc mox vt Zacharias filij vocabulū declarauit, solutū est vinculū linguę eius, & loq̄batur bñdicens Deū, atq; canticū illud p̄pheticum: Benedictus dñs Deus Israel, plenus sp̄s sc̄tō depropl̄it. En q̄ multa hic cōcurrunt mira & inusitata, quę S. Ioannē vehementer illustrant. Quarto, magnus fuit in sua conuersatiōe. Siqdem arduam, inculpatā, purā & sanctissimā duxit vitam. Cū em̄ plus minus q̄nq; esset annorū, relictis parentibus, quis sc̄tūs & spiritu sc̄tō plenus, mundoq; vniuerso cōtemp̄to, abscessit in eremū, &

ibi annis XXV. aut circiter in maxima vitę austeritate perseuerauit. Quid hic dicamus nos miseri, nos vitijs pleni, q̄ vix bñ viuēdi prima initia tenemus, q̄ à p̄fecta cōuersione lōge absumus, & tñ nolumus agere p̄nitentiā, fugimus q̄cqd̄ carni molestum est, quicqd̄ sensibus aduersat̄. Sed reuera si p̄nitentiā agere velimus, sine q̄ nō pōt esse reditus ad gratiam post peccata, nō debemus mollia & delicata ac sensibus plausibilia sectari & aucupari: non est em̄ p̄nitētia carni delectabilis, sed amara. Nam si carnē delectat, nō est p̄nitentia: debet nihilominus esse sp̄s delectabilis. Quę v̄o est illa p̄nitētia, si ad oēpn̄ tristē euentū, si ad quālibet occurrentē aduersitatē q̄rimur, dolemus, murmuramus? Si nos peccasse p̄nitent, cur impatienter ferimus flagella Dei, aut afflictioēs p̄sentis vitę, cū tñ nō ignoremus nihil aliud deberi nobis post peccata admissa, q̄ cruces & flagella: Si sancti & innocētes pleriq; atq; etiā hic B. Christi Baptista, tm̄ egerunt p̄nitentiā, tot tantaq; p̄pessi sunt, vbi obsecro cū nostris p̄ctis & sceleribus manebimus? Non est satis à Christo nos dici Christianos, & fidē tenere Christianā, nisi splendidū nomē splendidi q̄q; mores & vita sc̄tā exoriant. Quinto, fuit Ioānes magnus ex actu illo singulari, quo dñm Iesum baptizauit. Qd̄ quidē summa cū humilitate & reuerentia fecit. Vñ ait ad dñm baptizari volentem: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me: Magna profecto fuit Ioannis humilitas, qua sic pertimuit dominum baptizare: sed longe maior humilitas Christi, qua voluit aquis tingi, cum non haberet opus, vtpote agnus sine macula. **X** Obiter possunt hic quędam quęstiones incidere, Qualis fuerit baptismus Ioannis, an sit idem cū baptismo Christi. Quo baptismo Christus fuerit baptizatus, an eodem quo reliquus populus, nempe baptismo Ioannis, vel suo, quo nos baptizamur? Ad primam quęstionem paucis respondendum est, Baptismum Ioannis non fuisse sacramentum, q̄ gratia conferretur, vel quo peccata siue originis, siue propria remitteretur. Baptizauit autem Ioannes, quia sic erat diuinitus p̄ordinatum, vt Christū ipse baptizaret. Christus enim suū baptisma, q̄ ab omnibus peccatis mundaremur, & in mēbra ipsius & Dei filios trāfiremur, institutus, voluit ipse prior baptizari, vt in seipso

Poenitentia vera vtrōq; necessario sit naturę mollesca, sp̄s iucunda.

Ioannes vt fuerit ab actu baptizandi, manū.

X

Baptismus Ioannis vt nō fuerit sacramentum.

seipso impleret, quod erat alijs p̄cepturus: atq; etiā vt sacratissimę carnis suę cōtactu aquas sanctificaret, vimq; illis regenerādi tribueret, id est, vt cum prolatione & debita forma verborū virtutē habeant expiandi hoīem à p̄ctis, & gratiā cōferendi ex merito passionis & sanguinis Christi. Neq; tñ solus voluit Christus à Ioanne baptizari, ne, qd̄ D. Augustinus annotauit, hoīes putarent Ioannis baptismū p̄stantiorē esse Christi baptismo. Sc̄do, baptizauit Ioānes vt hoīes ad Christi suscipiendū baptismā p̄pararet: qd̄ sane nō faciebat ipse baptismus Ioannis, q̄ nō cōferebat aliquam gratiam, sed illa feruens & vehemens p̄dicatio Ioānis, q̄ hortabat hoīes ad agendā p̄nitentiā, & ad credendū in dñm Iesum. Quā obrem dicebat etiam baptismus p̄nitentię, non qd̄ p̄ctā ablueret, sed qd̄ illo suscipiēdo hoīes velut inducebant ac testabant se p̄nitentiā acturos. Vñ non baptizabant illo paruuli, q̄bus nō erat opus p̄nitentiā. Quos autē Ioannes tingebat aq̄s, eos porro mittebat ad Christū, dicēs: Ego baptizo vos in aq̄, ille vos baptizabit in sp̄s sancto. Qd̄ ad alterā quęstionem attinet, nō fuit Christus suo baptismo baptizatus, q̄ gratia recipit, q̄ Christus semp̄ plenus erat sed baptismo Ioānis, qui velut q̄ddam p̄nitentię signum erat. Id autē fecit Christus causa humilitatis, vt nobis exēplo suo confuleret, & etiam ob alias ante dictas rōnes. **Y** Sexto, fuit Ioannes magnus in p̄dicatione. Namq; anno etatis suę trigésimo cepit p̄dicare & dicere, qd̄ appinquaret regnū cęlorū. Iucunda vox, & quę ad id vsq; tēporis nunq̄ esset audita: soli p̄cursori seruata, ex cuius sacro ore prima sonaret. Multi p̄cesserant patriarchę & prophetę, qui populum ad agendam p̄nitentiā & ad colendū digne Deū erāt adhortati: sed nusq̄ habita est mētio appropinquātis regni cęlorū. Ex Ioanne primū auditur vox salutis, vox exultationis: & cōgrue quidē: q̄ tempore gratię, qd̄ cepit à Christi incarnatione, ille primus natus est sc̄tūs. Qualis autē, & q̄ strenuus, q̄ rectus, q̄ feruidus fuerit in p̄dicatione, q̄ nosse volet, legat Euangelii. Septimo, fuit magnus in morte. Preciosa in conspectu dñi, ait Propheta, mors sc̄tōrū eius: tanto autē p̄ciosior, quanto huius mundi iudicio abiectior & despectior. Vnde mors Christi q̄ ignominiosissima, etiā longe p̄tiosissima fuit. Mors q̄q;

Augustin.

Baptismus Ioannis q̄ spectari.

Christus cur voluerit à Ioanne baptizari.

Ioannes q̄ fuerit magnus in p̄dicatione. Matth. 3 Marc. 1 Lucę 1

Ioannes vt fuerit in morte magnus. Plalm. 119

sancti Ioannis eo noīe p̄ciosa est valde, q̄ admodū contemptibilis & indigna p̄ humana existimatione. Non enim solum ocisus est pro iustitia, veritate, castitate, sed etiam, qd̄ vehementer dolendū est, cum esset vir tātus tamq; insignis peremptus est in p̄cium saltantis puellę vilissimę. Octauo, fuit magnus in sua ad inferos descensione. Mox em̄ vt occisus fuit, deportata est sanctissima anima illius in sinum Abrahę, vbi sancti patres Christi aduentum p̄stolabatur. Quamuis enim & ab originali & actuali p̄ctō esset repurgatus, tamen natura, quę illi cum oībus erat cōmunis, nondum fuit recōciliata Deo per mortē Christi. Vt ergo antecesserat Christū nascētem, baptizantem, docentem in terris, ita & morientē p̄currit, certissimū apportans nūcium patribus in limbo detētis, Christum venisse, & se breui sequuturū esse. Non, deniq; excellenter magnus nunc est in regnocęlorū, vbi maxima fruit gloria & beatitudine. Affirmant doctores nō pauci luciferi locum, id est, supremum chori Seraphici eum obtinere. Non em̄ debet ille locus manere vacuus. Nec tamen conuenit Christo, q̄ est ad dexteram patris: nec virgini matri, quę chorus oēs transcendit. Ergo nemini rectius q̄ illi, q̄ nemo surrexit maior. Nō em̄ erunt duo p̄cise æquales in cęlis, vt ait magnus Dionysius. Si ergo nemo illo est maior, cōsequens eum esse summum. Si dicas, Ecq̄ inde habet dignitatis qd̄ primam occupat sedem? Multum p̄fecto habet, nempe om̄ne illud, qd̄ erat habiturus lucifer, si p̄stitisset. Lucifer si p̄suerasset, fuisset primus & sup̄mus dux, princeps, magister & doctor oīm angelorū, cunctis alijs potentior, habuissetq; alios moderari ac illuminare, & ipse non nisi à Deo regeret ac illuminaret. Fuisset item alijs oībus pulchrior, illustrior, purior, ardētior, in amore p̄fectior, atq; ita ipse alios purgasset, illuminasset ac p̄fecisset: deniq; aliorum oīm inferiorū p̄fectiones ipse habuisset. Si ergo S. Ioannes, vt pie credimus in eius est locum subrogatus, cunctis his p̄ditus est bonus. Quod tum vtrunq; se habeat, id certo certius est, eum sicut maximus in terra meritis & incōparabili abundauit gratia, ita nunc p̄cipuo premio & in æstimabili gloria refulgere in cęlis. Quapropter oremus eum dilectissimi, vt nobis apud Deum suis meritis & p̄cibus auxilio

Ioannes vt fuerit magnus in descensu ad lymbum.

Ioannis beatitudo q̄ sit magna.

Ioannes in cęlis: sic supremus post Christū & virginem Mariam. Dionysii martyr.

Ioannes vt magnus fuerit ab annunciatione. Lucę 1 Exodi. 30 Hebrę. 9

Ioannes vt fuerit magnus ex cōceptione.

Hiere. 1

Lucę 1

Ioannes vt fuerit in natiuitate magnus. Lucę 1

Ioannes q̄ fuerit in sua cōuersione magnus.

semper esse dignes ad laudem & gloriam creatoris, q est bndictus in secula, Amen.
IN SOLENNITATE SANCTORVM APO-
stolorum Petri & Pauli, lectio Actuum apostolorum
epistolae loco Actorum duodecimo.

VIII.



LN diebus illis, Misit Herodes rex manus, vt affligeret
qsdam de Ecclesia. Occidit aut iacobum fratrem iohannis
gladio. Videns aut, quia placeret iudaeis, apposuit &
prehendere & Petrum. Erant aut dies azymorum. Que cum
apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quater-
nionibus militum custodiendum, volens post Pascha p-
ducere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio aut
siebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum aut productus
rus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos
milites, vincus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant car-
cerem. Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussit
latere Petri, excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenae
de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum, Praecingere, & calceas te
caligas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi, Circunda tibi vestimentum tuum,
& sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verum est, quod siebat
per angelum, Existimabat autem se visum videre. Traesentes autem primi-
mam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quae ducit ad ciuita-
tem, quae vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum, & con-
tinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit, Nunc scio
vere, quia misit dominus angelum suum & eripuit me de manu Herodis,
& de omni expectatione plebis iudaeorum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



QVauis hic dies excellentissimis
duobus Christi apostolis, ne-
pe Petro & Paulo dicatus sit, tñ
Ecclesia memor quanta p illos
diuinitus beneficia consecuta sit, noluit eis v-
nius diei impedere officium, sed duos dies
eorum veneratiōi destinauit, vel hoc ipso
fatis indicans, quātopere Christianos om-
nes deceat his suae fidei p̄cipuis post Deū
autoribus ingentes & singulares exoluere
laudes, ac gratiarū actiones. Itaq; hac die
eiusmodi lectio Epistolae loco recitat, quae
ad vnū D. Petrum ptineat: crastina vero talis,
quae non nisi vni D. Paulo possit assignari.
Prouida mater Ecclesia sancti spiritus du-
cta magisterio celebrē tantorū patrū volu-
it seruari memoriā, nec p̄functoriā, sed se-
riā & attentā à cūctis Christianis fidelibus eis
reuerentiam exhiberi. Huius quidem diei
lectio simplex & plana est, tota historica,
nec expositione indigēs, quam tamen mo-

re nostro paraphrasticōs reddemus. Herodes
rex, non quidem secundi Herodis fili-
us, sed abnepos, filius aut Aristobuli, quē
Herodes Ascalonita genuit, maligno in-
citatus spiritu (qui quod per se praestare
non potest, per membra sua, nempe homi-
nes impios efficit) misit manus nefarias,
vt affligeret quosdam de Ecclesia Christi-
anorum. Praedixerat hoc Christus marty-
ribus suis, passuros eos flagella, persecu-
tiones & mortem ipsam. Occidit autem Ia-
cobum fratrem iohannis apostoli, filium Zebe-
dai, vnū ex secretioribus Christi aposto-
lis, sicut aliq̄t Euāgelij locis est videre, gla-
dio, id est, iussit eum capite trūcari: non aliam
ob causam, nisi q̄ impius iudeorū p̄t̄ifex
Abiathar inuidia p̄citus, quod plurimos
ad Christi fidem traduceret, apud Herodē
eum accusari curauit: vnde pro pietate ne-
ci datus est. Videns autem quia place-
ret iudaeis, quibus dominabatur, apposuit
apprehen

Herodes q
D. iacob
occidit q
fuerit.

Matth. 10
Luc. 10

Matth. 9. 16
Mar. 5. 14
Luc. 8. 14

D. iacob
cur occi-
sus fuerit
ab Herode.

apprehendere & Petrum, tanq̄ p̄cipuū Chri-
stianae professionis columnen. O caecam He-
rodis miseri infantiā. Modo placeat homi-
nibus, nihil veret etiam innoxium funde-
re sanguinem. Vtrū placet Deo vel displiceat,
nihil illi curae est, tm̄ vt auram quan-
dam captet popularem. O q̄t huius taring
hoies etiānum mundus habet. Quā multa
fiunt diuinis humanisq; cauta legibus, so-
lum vt hominibus placeatur. Et quid est
obsecro placere velle hominibus in rebus
illicitis, nisi seipsum Deo & bonis omni-
bus inuisum, demonibus autem ludum ex-
hibere? O caecas hoim mentes, o p̄c̄ora ce-
ca. Redite tandem prauaricatores ad cor.
Potius velitis Deo & sanctis oibus placere
bene agendo, quam diabolo & seruis illi-
us illicita sectādo. Erant aut dies azymorum.
Pascalis solennitas, quibus iuxta legis decre-
ta iudei, azymis panibus, quibus nihil ferme-
ti inerat vescerentur. His verbis Euāgelista
causam reddit, cur non statim eum neci dederit.
Hypocrita Herodes vt magis hoibus se
se venditet, seruat vtrumq; extrinsecus le-
gales ritus, sed intus in corde nequitia &
flagitia meditatur. Cum autem apprehen-
disset D. Petrum, misit in carcerem, vilissimus
scilicet regulus Ecclesiae caput & principē
ergastulo includens, cuius non erat dignus
vestigia osculari, tradens eum quatuor qua-
ternionibus militū ad custodiendum, fortas-
se vt p̄ singulas noctis vigiliis quatuor mi-
lites circa eum excubias agerent, ne quouis
modo elaberet. Iam enim rumor sparserat
multa D. Petri mira egisse: quae tñ impij non
Dei virtuti, sed magicis artibus tribuebāt:
volebatq; post Pascha pducere eum populo.
En hominem stultum & impium, nihil nisi
populi fauorem etiam in re nefaria aucu-
pantem. Et Petrus quidem Christi
vicarius, Apostolici agminis princeps, ser-
uabatur in carcere fortassis tetro & horri-
do: oratio autem siebat sine intermissione
ab Ecclesia ad Deum pro eo. Petrus pastor
Ecclesiae ouium ipsi commissarū p̄cibus ser-
uari petiit ne occidatur. Erat enim adhuc te-
nerē Ecclesiae necessarius, & p̄ij oēs scientes
illi à Christo commissam credentium om-
nium curā atq; praeceteris clarissima eum
fulgere miraculorum gloria, instantissime
postulabāt à Deo, vt ex Herodis manibus
eriperetur. Vbi apparet sane exemplum me-
morabile p̄ij amoris ac reuerentiā Christiani
delium in pastorem suū, ne q̄s putet parui

Placere
velle ho-
nibus quē
fructū pa-
riat.

Esai. 46

Exo. 12. 23
Num. 28

Deut. 16

Act. 12. 19
19. 10.

B

Ioan. 21

Act. 9

p̄cedendū esse si Ecclesia suo pastore, Chri-
sti vicario principali destituatur. Sed vā-
tepori temporum horum, quibus populus
nihilipendit pastores suos, dignus qui ty-
rannis Ethnicis vel Turcis excoriādustrada-
datur. Simul etiam discimus, quid in rebus
aduersis agendum sit: nempe ad Deum p-
continuas & feruentes recurrendum p̄ces,
vt is opem nobis ferat. Quod hodie Chri-
stianorum vulgus oēs penitus negligere vi-
detur. Multi sunt, qui toto anno vix vnā
orationem attentis cordibus legant. Et qd
adhuc miramur multis nos calamitatibus
affici? Mireremur potius, non diu orbem ob
sua scelera sulphureis ignibus cōflagrasse.
En misso in carcerem D. Petro tota Eccle-
sia p̄petuis instat p̄cibus vt liberet. Hodie si
tota Ecclesia maxime sit exposita piculis,
vix rarissimae. fiunt p̄ces, eademq; tam fri-
gidis & distractis animis, vt magis irā Dei,
quam misericordiam prouocare quāāt.
Digne ergo patimur si qd patimur. Si nos
iram Dei vitē emēdatione & p̄ijs p̄cibus mi-
tigare studeremus, non est abbreviata ma-
nus dñi, vt amplius misereri non possit.

Cum autem pducendus esset Herodes
Petrum morte p̄lectendū, in ipsa nocte e-
rat idem Petrus dormiens inter duos mili-
tes, vincus catenis duabus, & custodes an-
te ostium custodiebant carcerem. O quāta
est diuinā gratiae efficacitā. Quōdam D. Pe-
trus ita ancillae p̄timuerat vocē, vt amantif-
simum dominum & magistrum suum ne-
garet: nunc in p̄sentissimae mortis positus
periculis, alto deprimitur somno securus
sui, faciens quod Dauid hortatur: lacta su-
per dñm curam tuā. Vere haec mutatio dex-
trae excelsum. O beatissime Petre magna est si-
dutiā tua: tot vallatus custodibus, tot astri-
ctus vinculis, tot expositus infidijs & pe-
riculis somno indulges, nihil scilicet mor-
tem veritus, sed irridens potius, quicq; in
te humana malitia conferre posset. Et ecce
angelus domini astitit, & lumen refulsit
in habitaculo. id est, in carcere, quod tamē
lumen solus Petrus vidisse dicitur: percussit
latere Petri alto somno decubentis,
excitauit eum dicens: Surge velociter: & ce-
ciderūt catenae de manibus eius, diuina vir-
tute cōfractae ac dissipatae. Dixit autē ange-
lus ad eum: Praecingere & calceas te caligas
tuas, id est, indue te caligas tuas. Et fecit Pe-
trus sic. Et dixit illi angelus. Circunda
tibi vestimentum tuum, & sequere me.

Pastores
suos vt fle-
deles in re-
uerentiā ha-
beant.

Orationē
b̄ quater-
nū infisten-
dum sit

Esai. 99

Matth. 10
Marc. 14
Luc. 22
Ioan. 18

Psal. 54
112. 76

Et exiens sequebat angelum, & nesciebat quia reuera fieret, quod per angelum fieri cernebat. Existimabat autem se visum videre. Fortassis enim nondum plene ab oculis somnum discusserat. Certum est enim, & etiam quodam diano discitur experimento quodam in somno ambulare. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, id est milites diuersis locis ad custodiendum Petrum collocatos, sed Dei virtute prepeditos ne illum videre possent exiit, venerunt ad portam ferream, quae ducit ad ciuitatem Hierosolymam, eaque porta vltro aperta est eis. Nihil enim potest dei virtuti resistere. Et euntes processerunt vicum vnum, & continuo discessit angelus ab eo iam plane sibi reddito. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio reuera, quia misit dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudaeorum. En populus perfidus Petri necem sitit, cui Herodes vt satisfaceret sicut supradictum est, misit eum in carcerem sed impius prius extinctus est, quam D. Petrum posset occidere.

EXEGESIS EVANGELII in eadem celebritate Matthaei XVI.



Onuenientissime hac die recitat S. Ecclesia Euangelium, vbi dominus Iesus D. Petro clauis regni caelestis tradidisse, & eundem totius Ecclesiae principem instituisse narrat. Haec namque maxime ornant beatissimum Apostolum, vt non modo cum caeteris, sed etiam praeter caeteris apostolis ligandi atque soluendi autoritatem dicatur assecutus. Vere magna est D. Petri dignitas & excellentia, grandis autoritas, quam merito formidare debeat etiam omnis daemonum multitudo. Vae tibi Lucifer superbe & tumide. En piscator abiectus pauper & humilis per suam modestiam ac humilitatem summum obtinet in Ecclesia principatum, atque in caelis praecipue fulget honore, te ob tuam intolerabilem superbiam in tartari profunda demerso. Ita nimis qui se humiliat, exaltabit, & qui se exultat, humiliabit. Piscator Petrus in sublime tollitur, superbus Lucifer ruit in ima. O altitudo sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Ho-

D. Petri auctoritas & dignitas quanta

Luc. 14. 18

Rom. 9

minem rudem, simplicem, idiotam, pauperem, despectum aeterna sapientia, quae minime fallit aut errat, ad tantum erigit militantis ac triumphantis Ecclesiae fastigium, & electissimum ac nobilissimum spiritum sese insolenter erigentem infra omnes depressit ac destruxit. Caueamus superbiam diaboli, & Christi imitemur humilitatem. Super quem enim requiescet spiritus meus, ait dominus nisi super humilem & quietum? At nunc Euangelium tractandum suscipiamus.

Venit Iesus in partes Caesariae Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?

Prius humani generis redemptor vltro citroque per animabus conuertendis infatigabili studio, & alacri feruore curabat, atque per omnem Iudaeae regionem obambulans, vbique omnes ad agendaem poenitentiam hortabatur. Missus enim erat ad regendas oves perditas domus Israel: Itaque munus ipsi a patre delegatum strenue exequabatur. Atque inter haec venit in partes Caesariae illius, quae Philippus Herodis magni filius restaurat atque amplificat, & Tiberio Caesari dicat: ibidemque interrogauit discipulos suos quid de ipso dicerent homines. Sed cur interrogauit, quem nihil latebat: vt vera confessio suam haberet & meritum & premium. Sic olim in paradiso dedit praecipuum homini, ne ederet de arbore scientiae boni & mali. Non poterat eos caelo inuehere absque illius praecipui adhibitione: Poterat utique sed voluit etiam hominis accedere studium & obedientiam, vt aliquod meritum existeret. Recte sane D. Augustinus. Qui creauit te, inquit, sine te, non iustificabit te sine te. Adhibendum est ergo diuinae gratiae liberum arbitrium, vt illius, iuxta Apostolum cooperatores simus, ne inuacuum eam recipiamus. Nouerat dominus Iesus varias de se hominum extare opiniones, & tamen ex discipulis nosse vult, quod melius illis nouerat. Itaque ait: Quem dicunt homines, id est vulgus simplex & indoctum esse filium hominis? Scribae & pharisaei hic non commemorant. Namque illi indignissime de Domino sentiebant: sed homines vulgares, qui non eadem sequebantur sententiam, alijs atque alijs aliter & aliter opinantibus, errore potius, quam destinata malitia. Vocat autem se filium hominis, non Dei pro sua modestia, ne quam dictis suis pra-

Luc. 12

Matth. 14

Interrogauit eum Christus discipulos suos. Gen. 1

Augusti. Arbitrium liberum hominis vt adhibenda sit Dei gratia. 1. Cor. 9

Etiam hoc cur Christus? non

se ferat arrogantiam. Humilis magister vbiq; & verbis & factis humilitate docet, dicitur nat superbiam, diaboli plerumque, & radicem.

At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis.

Apud Euangelistam Matthaeum ita scriptum inuenimus. In illo tempore, audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Huc ergo Herodis regis error etiam quidam e vulgo imitabant. Libenter enim solent homines simplices potentium iudicio subscribere, vt pote quos tantum sapientia, quantum dignitate praestare putant. Ita saepe ad vnius imperij regis aut principis consilium vel iudicium iura ipsa mutant. Exemplum euidentissimum est in Hieroboam rege Israel, qui facillime toto illo populo vitulorum cultum & veri Dei ac legis contemptum prouasit. Alij dominum Iesum Eliam, alij Hieremiam, aut vnum ex prophetis autumabant. Audierant namque vel legerant horum patrum gesta, quibus cum Saluatoris quaedam facta similia comparerent, ex illis eum vnum aliquem esse credebant. Non dum enim erant intus illuminati neque docti a patre, vt filium possent agnoscere. Tamen imperiosissimis Scribis & pharisaeis hoc ipso longe praeferebant, quod licet Christum non agnouerint, non tamen tam indigne, atque illi, de eo senserint. Et quamuis error iste culpa non caruerit, aberrat tamen ab illa blasphemia, quam dominus vocat irremissibilem, cuius pharisaei & scribae rei erant. Isti namque manifestis Dei operibus derogabant, non infirmitate, sed inuidia & malitia superati, tribuentes ea Beelzebub principi daemoniorum. Volens autem dominus discipulis suis insinuare eos vulgi opinionibus duci non debere, (a pharisaeorum namque & scribarum malitia procul eos abesse nouerat) eorum quoque fidem & meritum alijs iudicare cupiens, ait ad illos.

Vos autem quem me esse dicitis?

Vulgus hominum per suo captu de me sentit. Non enim nisi pauca quaedam operum meorum praesentia habet: neque possunt animi erigere ad contemplandam in me diuinam maiestatem. Ex terius miraculis pascent, neque vltra progrediuntur vt ex his quae foris ostendo, ad interna & abditata praestiganda penetrent. Animalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Vobis autem datum est nosse mysterium Dei,

vobis tanquam amicis meis nota feci omnia quaecumque audiui a patre meo, vobis etiam multa extra turbas locutus sum. Quae ergo vos me esse dicitis? Illi vt homines humana de me opinantur, neque vltra carnis oculum sese norunt attollere. Vos autem quae secreta mea multa didicistis, quem me esse dicitis? Non mihi sufficit, vt eadem sentiat, quae vulgus sentit: sed maius aliquid a vobis expecto. Cui enim plus datum est, plus etiam requiretur ab illo.

Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui.

Petrus tanquam os & caput Apostolici agminis, suo & aliorum nomine respondet: Tu es Christus filius Dei viui. Confidenter respondet homo piscator, & qui forte ne prima literarum elementa nouerat: Tu es Christus filius Dei. Vnde hoc nouerat? Postea id intelligimus ex dictis ipsius Saluatoris. Quid hic dicturi sumus sapientes seculi huius? Anne gloriabuntur adhuc in ingenijs suis? Ecce piscator indoctus intelligit, quod nec tota Academicorum & Peripateticorum schola vnquam vere perspexit. Miraculi plenum est, quod homo intus simplex Christi diuinitatem potuit intelligere, omni etiam haesitatione penitus exclusa, cum multi huius mundi sapientes, philosophi & principes eam non perspexerint. Vtique iam tacitus erat D. Petrus a patre, vt veniret ad filium, eumque cognosceret. Non si non esset tractus, nec venisset: si non venisset, nec agnouisset, si non cognouisset, nec credidisset vnquam. Gratias tibi domine Iesu, quod vnum existens cum patre abscondisti te a sapientibus & prudentibus, & reuelasti te paruulis. Erant nunc scoli ex scientijs suis, tumidi & inflati, & glorientur se legisse libros philosophorum, poetarum, imo & autorum omnium: D. Iesus simplicem piscatorem elegit, mundi sapientes vanos & impios respuit. Atque in hunc vsque diem manifesta videmus per plures simplices magnis pollere virtutibus, doctos autem & de sua scientia tumidos ire per abrupta vitiorum & haesum. Non tamen hic damnamus scientiam, sed dolemus plerumque id solum spectare vt docti euadant porro nihili pendere vt probi sint. Scientia vtilissima est, si ad dei & proximi charitatem syncere referat. Quae si non spectet, topicum est. Theologi, iurisperiti, Medici, artium liberalium professores si non ei omnia sua studia

Matth. 19
Marci 4
Luc. 8
Ioan. 14

Luc. 12

Ioan. 6

Matth. 11
Luc. 10

Simplicitas vera quae sit apud Deum existimatio

Scientia quae sola sit utilis & laudanda.

E
Matth. 14

1. Reg. 11

Matth. 11
Luc. 11

Matth. 11
Marc. 11
Luc. 11

1. Cor. 2

studia referat, vt placeat Deo, & iuxta Dei voluntate p̄ sint pximis inanissime omnē suā locant operam: & tandē non nisi supplicium reportabunt. Sed his obiter dictis p̄pter arrogantes q̄sdam, q̄ in multa lectione & eruditione sua gloriant, putantq; se melius nosse oīa, q̄ q̄suis alios (quæ causa est error: & hæresum oīm) atq; p̄ se ceteros cōtemnūt, ad euāgelij explanationem reuertamur. Sanctus Petrus plenus certa ac indubitata fide, Christo interroganti, Tu es, inquit, Christus filius Dei viui, vtrancq; naturā & diuinam & humanam breuissimis, sed grauissimis verbis confitens. Christus em̄ ad humanitatem, filius Dei viui ad diuinitatem ptinet. Deū aut̄ viuum appellat, quia ipse vera est vita, & solus veram habet vitā, solus habet immortalitatem, vt Apostolus ait, qui creaturis omnibus vitam tribuit, vtpote ex ipso tanquam sua origine dependētibus: ipse vero nō nisi ex seipso subsistit. Beatus qui sic vitam exigit suam, vt huic viuo & vero Deo vitæ illius quadam felici & sempiterna participatione in cœlis coniungi mereatur.

Respondēs autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Barlona: quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est.

G Beatū vocat Christus S. Petrus, q̄d nihil offensus forma serui, nihil carnis infirmitate retentus Christum verum Dei filium agnosceret, crederet & confiteretur. Et reuera beatus merito dici potuit, quod ad tantam gratiam a Deo electus fuit, vt certa fide crederet esse Deum ac dominum suum, Messiamq; in lege & prophetis promissum, quem videbat non alium esse quā ceteros, esurire, sitire, edere, bibere, lachrymari, laborare, miseris subiacere perinde vt ceteros. Totū igitur hoc gratiæ fuit: quod etiam dñs mox declarat, ita addēs. Quia caro & sanguis, id est, carnalis intellectus vel doctrina carnalium Phariseorum non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Ille tibi lumen præstitit, quo fretus me nosse potuisti, neq; nosse tantum, sed etiam amare. Pater reuelauit tibi, id est, intus perspicue intelligere ac firmiter credere fecit me esse filium suum, mundi redemptorem: idē ipse quoque præstitit, vt me fide agnitum, etiam amore persequaris. Si enim nō ama-

res, non mihi perpetuo comes & discipulus adhereres, nō mecū mūdi huius mala, ludæorum odia, & phariseorum persecutiones sustineres. Ergo sic debemus intelligere verba domini Saluatoris, nō propterea eum dicere Petrum beatum, quod Christum nosset duntaxat, sed quod etiam mirabiliter agnitum, feruenter amaret. Verum dicat hic aliquis: Cur rudibus piscatoribus & idiotis pater reuelauit filium, & non potius philosophis, regibus, phariseis & scribis: maxime cum per istos citius videatur fides Christi propagari potuisse, q̄ per illos? Quid Christus adhæc responderit, iam ante dictum est: at nunc Apostolum quoq; quæstioni huic satisfaciendam audiamus. Videte enim, inquit, vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potētes, nō multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapiētes: & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Quorū verborū sentētia est: q̄ pprio iudicio stulti, infirmi, ignobiles & contēptibiles sunt, i. humiles elegi a Deo: q̄ aut̄ suo & mūdi iudicio sapiētes, fortes, & grādes sunt. i. superbos reprobari, Humilibus em̄ Deus dat gratiā, supbis semp̄ resistit, Humilitas Sauli regē fecit, supbia ergni sede deiecit. Cū paruulus esset in oculis tuis (ait samuel Sauli) caput i tribubus Israel factus es. Sed quia abiicisti sermonē dñi, (aduerte contēptū & superbiam) abiicite dominus, ne sis rex. Sic humilima eadēque longe sapientissima virgo Maria, Deposuit, ait, potentes de sede, & exaltauit humiles. Itaq; maluit Deus (quem propheta terribilem vocat in consilijs super filios hominum) pauperes & simplices ab initio eligere, quod talibus vt plurimū amica sit humilitas: nō aut̄ potentes & sapientes mūdi factu inflatos, quod i diuinæ gratiæ plerūque minime sint capaces.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super

sup terrā erit ligatū & in cœlis: & quodcunq; solueris super terrā, erit solutum & in cœlis.

His verbis aperte declaratur primatus Petri supra ceteros apostolos. Lutherani quia inuidēt Romano pōtifici Petri successori, nō sibi tēperare possunt, q̄ etiā ipsi sanctissimo apostolo derogent. Sed omiffis miseris, illis, quos vtinam illuminet dñs Iesus, nos Ecclesiæ catholicæ fidē & sententiā pferemus. D. Petrus antea Simon vocabatur: at quia eximiā de Christo ptulit confessionē, nomen Petri optima mutatione hic accipit. Vocat em̄ dñs Petrum, quia ceteris constantiorē & esse & fore eū p̄cepit. Quod nos q̄q; re ipsa cōprobamus. Sedes Petri hodieq; in fide catholica perseverat, nec vllis fragit aduersariorū insultibus, cū interim tot aliæ sedes funditus euerse sint. Tu es Petrus & sup hanc petrā ædificabo Ecclesiam meā. Hæc verba quædam ad solū Christū volūt ptinere, tanq̄ piaculū sit ea D. Petro accommodare, & th̄ cōmuni oīm & vterū & recentiorū Theologorū sentētia ipsi Petro tribuunt, vt sit sensus dñs sup eū tanquā Apostolorū caput & principē suā voluisse Ecclesiam ædificare: nō qd sit ipse præcipuum Ecclesiæ fundamentū, qd soli Christo conuenit, sed proximū a Christo. Imo non vni Petro tribuit, vt sit Ecclesiæ fundamentū, sed etiā ceteris apostolis. In Apocalypsi sic habes: Murus ciuitatis (de noua Hierusalē loq̄, q̄ vidit Ioānes: descēdētē de cœlo) habēs fundamenta duodecim, & in ipsis duodeci, nomē duodeci apostolorū. Si ergo aliq̄ fundamenta Ecclesiæ vocat, cur nō magis. D. Petrus, q̄ apostolis oībus est excellētior. Quidā ex recentioribus, præclarus sane & insignis autor, verba isthæc Christi ad Petrus: Tu es Petrus & sup hanc petrā & c. ita exponit: Dicit Christus Petro, Tu es Petrus & c. pinde ac si diceret: Tametsi ego sim natura illa inuiolabilis, & firma petra, cui ecclesiastica inædificata domus aduersus ingruentē vim omnē inconcussa & stabilis pmanet: ego ille lapis angularis, q̄ totius ædificij vnitate cōtineo: ego quoq; illud fundamentū, p̄ter qd nemo potest aliud ponere, & in q̄ oīs cōstructa ædificatio crescit in tēplum sc̄m̄ in dño: ego habeam clauē illā Dauid, q̄ apio & nemo claudit, claudio & nemo apit: tibi nihilo minus me cū participatiōe cōmunia hæc erunt oīa, q̄

mibi sunt naturalia. Nā & tu petra es, sup q̄ inædificata Ecclesia, nec infernaliū potestatum vim ptimescet: tu lapis ecclesiastici ædificij cōpaginis vnitate cōtines: tu deniq; sū damentum etiā Ecclesiæ. Et tibi q̄q; dabo clauēs regni cœlorū, atq; eā autoritatē, vt qd ligaueris aut solueris in Ecclesia hoc ipsum ratum firmūq; habeat in cœlis. Hęc ille. Et ne qs putet hęc expositionē ex illius cerebro natā, mox grauissimorū, doctissimorūq; pat̄ sentētis eā pbat, q̄s nos hic p̄mittimus. Vex q̄ nostris tēporibus felices qdā Ro. pōtifici Ecclesiæ primatum, quem dñs Iesus D. Petro tribuit, auferre moliant, ea de re pat̄ sentētias aliq̄t pducemus, vt norint fideles vnum esse in Ecclesia Christi vicarium p̄cipuum, eundemq; nō alium q̄ sc̄ti Petri successorē, nepe Romanæ vr̄bis antistitem. Omnino em̄ fidelium omnium nosse interest pastore suum Christi vicarium, ne sint sicut oues nō habentes pastorem. Quanta autem mala oriant, si sumus antistes nō agnoscat, D. Cyprianus sentētia memorabili insinuat, i. lib. Epistolæ 3. Epistolā scribēs in hæc verba neq; em̄ aliunde hæreses obortē sunt aut nata sunt schismata, q̄ inde qd sacerdoti Dei non obtemperat, nec vnus in Ecclesia ad tēpus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post episcoporum consensum iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret: Nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hæresim cōderet. Hęc D. Cyprianus doctissimus atq; sanctissimus martyr & Episcopus. Adducamus nunc sanctorū pat̄ nō oīa, sed pauca de Rom. p̄fulis principatu testimonia. Anacletus Rom. pōtifex & martyr scribit his verbis: Sacrosancta Roma, & apostolica Ecclesia nō ab apostolis, sed ab ipso dño & Salvatore nostro primatum obtinuit, sicut B. Petrus apostolo dixit: Tu es Petrus & sup hanc petram ædificabo Ecclesiam meā. In opibus D. Athanasij extat epistola vniuersorū Aegyptiorū Thebanorū ac Libyorū pōtificū ad Felicē Papā, vbi nedū sedē Rom. oībus antelatā cōfiteēt, sed etiā miris efferūt encomijs, aiūtq; ita a sc̄tis patrib; i cōcilio Nicēno definitū. Nos

Hæresum causa oīm quā sit

Fidei constantia in sc̄to petro quāta fuerit.

1. Tim. 6

Simpliciter rudi que discipulo cur Christus dicitur

S. petro cur christus nomen mutauerit

Ecclesia q̄ modo sit sup petrā ædificata

Iacob. 4

1. Petri

1. Reg. 11

Apoc. 11

Apostoli oīs quō nominent fundamenta ecclesiæ catholicæ Alberus pyghi? li. 3. eccl. Hierar. cap. 3

Luci 1

Mat. 16

Esaiæ 28 1. Cori. 3 Eph. 3

Apoc. 3

Vicarius Christi in ecclesia catholica quānam v. r. c. cōfendus

Ezech. 34

Cyprianus Hæresis obortē ab sentia vel negligētia pastora

Anacletus martyr

Mat. 16

Nos ex illa Epistola pauca hic referemus: Similiter & a supradictis patribus est definitum consonanter, vt si quisquam Episcopum aut Metropolitanum aut cōprovinciales vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellat sedem, cui ab ipso domino potestas ligandi ac absoluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa em̄ firmamentū à Deo fixum & immobile percepit. Quoniam ipsam formam vniuersorum titulorū lucidissimam, dñs noster Iesus Christus cōstituit. Ipsa enim est facer vertex & cardo, in quo omnes vertuntur, sustentantur & releuantur &c. deinde addunt: Tu es (sicut diuinum veraciter testatur eloquium) Petrus, & super fundamentum tuū Ecclesiæ columnæ, id est, Episcopi, qui Ecclesiā sustinere & proprijs humeris portare debent tibi sunt cōfirmatæ, tibiq; clauis regni cœlorum commisit, atq; ligare & soluere potestatiue, quæ in terra & quæ in cœlis sunt, promulgauit. Tu prophanarum heresum, & imperitorum atque omnium infestantium depositor, vt princeps & doctor, caput que omnium orthodoxorum doctrine immaculatæ fidei existis. Hæc illi tam multi, tam sancti Episcopi in Alexandrina synodo vna cū gloriosissimo fidei propugnatore Athanasio congregati. Possent hic innumera alia adduci testimonia, sed vitædā prolixitas est. Porro quod dominus ait, Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, de vitijs & erroribus, vel malorū spirituum impugnationibus, aut tyrannorum persecutionibus accipiendum est. Et tibi, inquit, dabo clauis regni cœlorum, p̄ cæteris excellentius: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris sup̄ terrā, erit solutum & in cœlis. Ecce omnipotens Deus tā tam tribuit homini potestatem, vt quod is definierit, ipse sit in cœlis ratū habiturus. Vtinam hæc attenderent, qui summū Pōtificem eiusq; excommunicationes penitus nihilipendūt. Sentiēt olim sentient, q̄ tremendū, q̄ terribile sit à Christi vicario tradidit fatanæ, vel excōmunicationis sententia ligari. Sed qs hæc psuadebit occæcatis peccatoribus? Libet hic in calce adijcere totius ferme Euangelij huius breuē sed elegantissimā explanatiōem sanctissimi Leōis papæ eius nois primi ex sermone tertio ex passione dñica. Vnus, inq̄t, de toto mūdo eligit

Romane sedis priuilegia & autoritas quanta

Matthias

K Portæ inferi quæ nam intel ligantur

Sathane tradi à vicario christi p̄ excōmunicatiōem quam sit terribile ac execrandum.

Leo Papa

Petrus, q̄ & vniuersarū gentiū vocatiōem, & oibus apostolis, cunctisq; Ecclesiæ patribus p̄ponatur, vt quis in populo Dei multi sacerdotes sint, multiq; pastores, oēs tñ regat Petrus, q̄s principaliter regit & Christus. Magnū & mirabile huic viro dilectissimi, confortiū potētia suæ diuina tribuit dignatio, & si qd cōmune cū eo cæteris voluit esse principibus, nunq̄ nisi p̄ istū dedit, qcquid cæteris nō negauit. Oēs deniq; apostolos, qd de se opinent hoies interrogat, & tādiu respondentiu cōmunis est sermo, q̄diu humanæ intelligentiæ explicatam biguitas. At vbi qd sensus habeat discipulo rū exigit, primus est in dñi cōfessione, qui primus est in apostolica dignitate & potestate. Qui cū dixisset, Tu es Christus filius Dei viui, respōdit ei Iesus. Beatus es Simō barlona, q̄ caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus q̄ in cœlis est. Ideo beatus es, q̄a pater meus te docuit, nec terrena te opinio sefellit, sed inspiratio cœlestis te instruxit, & nō caro & sanguis, sed ille tibi cuius sum filius vnigenitus indicauit & inq̄t. Ego dico tibi, hoc est, sicut pater meus tibi manifestauit diuinitatē meā, ita & ego tibi notā facio excellentiā tuā: Quia tu es Petrus, i. cū ego sim inuolabilis petra, ego lapis angularis, q̄ facio vtraq; vnū, ego fundamentū p̄ter qd nemo potest aliud ponere: tñ & tu quoq; petra es, q̄a mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, tibi sint mecū participatione cōmunia. Et sup̄ hanc petram ædificabo Ecclesiā meā, & portæ inferi nō p̄ualebunt aduersus eam. Sup̄ hoc, inq̄t saxum, hanc soliditatem & fortitudinem æternū construam templū, & Ecclesiæ meæ cœlo inferēda sublimitas in huius firmitate consurget.

SERMO IN BADEM solennitate. Quantū adniti debeāt Christiani oēs, vt in S. Ecclesiæ catholice vnitate permaneāt & de laude sc̄torum Apostolorū Petri & Pauli.

Tes Petrus, & sup̄ hanc Petrā ædificabo Ecclesiā meā. Et portæ inferi nō p̄ualebunt aduersus eā: Matth. XVI. Magna res est dilectissimi Ecclesia catholica, tantæq; firmitatis, vt nullis possit prumpti quantū uis sæuorū hostiū incurribus, nullis omni

Ep̄st. vt Eph. 1. Petrus quod à Christo vocat' sit petra.

L

no fraudibus aut cuniculis vel demonum, vel malorum hominum euerit. In surgāt omnes tartarci spūs, totus hic mūdus, i. vniuersa impiorū caterua simul vno impetu totisq; viribus in Ecclesiā Christi incurrant, nihil tñ omnino illi obesse poterunt, sed velint nolint Petri nauiculam ad portum tandem q̄nque sup̄næ gratiæ p̄tingere ferre cogentur. Non enim fallit aut mentitur veritas quæ ait: Portæ inferi non præualebunt aduersus eā. Nihil aut̄ aliud est Ecclesia catholica, nisi fidelium collectio sancta, quæ rectā de Deo fidem seruat, vera religione, Deum colit & adorat, vnum atq; idem sentit, & profitetur in ijs quæ ad fidei articulos & sacramentorum vnitatem pertinent. Est alia Ecclesia, quam scriptura synagoga satanæ, & Ecclesiam malignantium appellat, quæ purissimo veritatis fonte derelicto turbidam sibi haurit aquam, foditq; fisternas dissipatas, carnalium videlicet opinionum, ex infano nascentium cerebro humanaque conceptarum temeritate, plus suo iudicio, quam alijs q̄busuis tribuente. Quæ cum non regatur spiritu veritatis & pacis, in multa scinditur, nec vsq; ipsa sibi cōstat, sed pro varijs hoim ipsi deditorum affectibus & iudicij modo hæc, modo illa affirmat, eademq; paulo post aut negat, aut mutat. Quæ est origo cunctarum heresum & errorum, omnis perfidiæ causa. Quam nos D. Paulus Apostolus fugere monuit, vbi ait scribens Timotheo: O Timothee depositum custodi, deuitas p̄phanas vocū nouitates. Quæ verba elegantissime exponens Vincētius Lyrniensis pietate iuxta ac eruditiōe clarus, ita ait: Deuita, inq̄t Apostolus, o Timothee q̄si viperā, q̄si scorpionē, quasi basiliscū, ne te nō solū tactu, sed etiā visu afflatuq; pcutiant. Quid est deuitare, Cū huiusmodi nec cibū sumere. Quid est deuita? Si qs, inq̄t, venit ad vos, & hanc doctrinā nō adfert. Quā doctrinā, nisi catholicā & vniuersalē & vnā eandemq; p̄ singulas ætatū successiōes incorrupta veritatis traditiōe manentē, & vsq; in secula sine fine māsura: Quid tñ? Nolite, inq̄t, recipe eū in domū, nec Aue ei dixeritis. Qui em̄ dicit illi Aue, cōmunicat opibus eius malignis, Prophanas, inq̄t, vocum nouitates. Quid est p̄phanas? Quæ nihil habet sacri, nihil religiosi, ab Ecclesiæ penetralibus, q̄ est templū Dei, penitus extraneas. Prophanas, inq̄t, vocū nouitates: Vocū, i. dogma-

Ecclesia catholica quæ nam vere dicat

Ecclesia sathana & malignantium quæ nam dicat Here.

1. Tim. 6

Vincētius Lyrniensis

1. Ioan. 2 Dogmata heretico rū quæo studio sūt oibus vere catholis vitāda 1. Tim. 6

tū, rez, sententiæ nouitates, q̄ sunt antiq̄tati cōtrariæ. Quæ si recipiantur necesse est vt fides beatorū pat̄rū aut tota, aut certe magna ex parte violes: Necesse est, vt oēs oim ætatū fideles, oēs sc̄ti, oēs casti, cōtinentes, virgines, oēs clerici, leuitæ & sacerdotes, tāta confessorū millia, tāti martyrum exercitus, tanta vrbiū, tāta populorū celebritas & multitudo, tot insulæ, puincia, reges, gētes, regna, natiōes: totus postremo iā pene terrarū orbis, p̄ catholicā fidē Christo capiti incorporatus, tāto seculorū tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse qd crederet, pnunciatur. Hæc ille. Quibus verbis graphice depingit hæreticorū vitanda dogmata, vtpote ex ipsorū insanismētibus, nō sc̄ti spūs instinctu hausta ac p̄palata. Itaq; fideles oēs summo debent studio, quātum sibi optāt ppitium habere Deū, & animas suas ab æternis inferorū flāmis seruare immunes, ad id anniti, vt nunq̄ temere ab Ecclesiæ catholice p̄suasiōe se patiant abduci. Oportet enim hæreses esse vt & q̄ p̄bati sunt, manifesti fiāt, i. vt quisq; quā tenax, & fidelis, & fixus catholicæ fidei sit amator appareat. Moueri aut̄, omni doctrinæ venio, atq; instar arundinis quolibet aurē pulsantis flatu agitari, id vero leuissimæ mētis est. Solidandus ergo est animus, vt etiam si angelus de cœlo aliud euangelizet, præter quā qd annunciatū est nobis, anathematis loco habeatur. Non mihi dicat quisq; En tot eruditi hoies ita sentiunt, ita scribūt, aliq̄ etiā principes in hac sentētia sunt. Nūquā ergo eruditos eos dixerim, q̄ a sancto rum patrū tot seculis receptis sentētijs nō verent diuersum sentire, nec eos principes imitandos sentio, q̄ impiorū hoim adinuētiones totius Ecclesiæ consuetudini & sententiæ antepōnunt. Si quæras, quāobrem docti errent, & potentes fallantur? Cito respondeo, doctos vel potius sciolos ob suam sup̄biam datos à Deo in reprobū sensum: potentes vero non omnes, sed q̄ Deū non metuūt, ob voluptatū & vanitatū studia contemptos à Deo, atq; indignos qui veritatem p̄spiciant. Non est igiur cur q̄ horū exēplo ab Ecclesiæ vnitate sese abiciat. Qui semel in baptismo Christo nomē dedimus, in illius famulatu ad vltimū vsq; spiritū constanter p̄manere debemus. Famulari autem Christo non potest, quisq; extra illius magnam domū, quæ est Ecclesia catholica, profugus abscedit. Credere q̄

M

1. Cor. 13

Eph. 4 Matth. 11 Luca 7 Gala. 1

Docti qui nā vere dicantur

Stabilitate quanta opus sit in vera catholica fide. 2. Tim. 2

ee dem

dem potest, & Christū q̄q; cōfiteri potest, sed feruus fidelis Christi esse nō potest. Sicut membra si à corpore distrahant, nō potest nō emori: ita impossibile est vitam illi manere spiritualem, q̄ ab Ecclesię cōsortio disungit. Et tñ tales sunt hæretici oēs, Iudæi & Ethnici, q̄ tanto sunt à vera vita remotiores, quanto sese extra ouile Christi magis subducūt & abalienāt, Quorū est reuera misera & ploranda cōditio, q̄nquidē est corpore viuunt, tñ spū mortui sunt, & licet sæpe calamitosa atq; miserimā ducāt vitam, multa q̄q; secundū speciem p̄clara agant opera, dura & aspera multa patient, noctes sæpe ducant insomnes studijs aut alijs intēti laboribus, tñ post hæc oīa mox ubi excesserint e corpore, ducunt in immane chaos tartaroz, de p̄senti exilio, & miseria, ad æternas transeuntes tenebras, & ignem inextinguibilem, diabolo & angelis eis paratū: At vero q̄ in Christi ouili in Ecclesia sc̄ta catholica fortiter perseuerāt, & simplici fide, spe bona, syncerazq; charitate dño adherent. ñ ex capite Christo vitam spiritū, gratiā, virtutes & sancti spūs varia suscipiunt charismata, in ñsq; crescunt & augetur: alij tñ plus alijs, prout quisq; ad eiusmodi influxū p̄cipiendū sese magis accommodat: atq; ubi hinc emigrarint, ad celestem dicuntur patriā, & gloriā sempiternam. Quod si q̄ etiā interim minus bene viuunt, tñ ab cōmunibus Ecclesię p̄cijs nō excludunt, q̄ diu ab Ecclesiastica vnitate diuisi nō sunt. Atq; ita fit vt multo facilius possint effici capaces gratiæ, quam hæretici & aliñ penitus ab Ecclesia alieni.

Hoc nimirum præstat vnitas corporis Christi mystici, in quo membra alia p̄ alijs sollicita sunt, & saniora infirmis studiosius subueniunt, vt possint sanitati restitui, donec tandem oēs occurramus in vix p̄fectum, quod erit in futura resurrectione mortuorum, q̄ iam similes erimus capiti nostro, nec quicq; in nobis imperfectum reliquum erit. Hac ratione non solum qui adhuc temporariam agunt vitam, sed etiam q̄ iam in cœlis beati viuunt angeli & spiritus hominum beatorū, imo etiam ipsum caput nostrum D. Iesus Christus mira nobis beneuolentiæ & charitatis coniunctione deuincti sunt, semper sollicitā nostri curam gerentes, vt ad ipsos p̄tingamus, idq; multo magis quam de illis q̄ foris sunt. Nam & horū quidem salutē diligunt, sed q̄ eos

ab vnitate corporis, q̄d ipsi sunt, alienos cōspiciunt, minus illos curant quam nos, vt potē q̄s sibi incorporatos sentiunt. Pulcherrime sane D. Ioannes Chrysostomus Ecclesiam catholicam depingens, vt nos ad illius retinendam colendamq; vnitatē illiciat, in opere Homiliarum in Mathæū, q̄d imperfectum vocant (Sith ille eius auctor est) ita loquitur: Quamuis infestatione inimici Ecclesiæ, vel seculi tempestate laboret, q̄b; suis tentationum fluctibus pulset, naufragium facere non potest, q̄a filiū dei habet gubernatorē. Inter ipsos em̄ turbines mundi, inter ipsas seculi persecutiones plus gloriæ ac virtutis acquirit, dum in fide firma & indissolubili permanet. Nauigat enim instructa fidei gubernaculo, felici cursu p̄ huius seculi mare, habens Deū gubernatorem, angelos remiges, portans choros omnium sanctorum, erecta in medio ipsa saluari arbore crucis, in qua euangelicæ fidei vela suspendens, flante spiritu sancto, ad portum paradisi & securitatem quietis æternæ deducitur. Paulo post eodem capite de Ecclesia hæreticorum idem subiungit. Est & alia seculi nauis non Dei, id est, collectio hæreticorū, quæ sibi huius nomen Ecclesiæ vendicat, sed est nauis maris, q̄a huiusmodi Ecclesia non Dei est, sed seculi: quæ licet habere in se p̄dicatorem dominicæ crucis videatur, tamen in ualida est arbor eius, quia ubi non est veritas fidei, infirma crucis assertio est. Et ideo huiusmodi nauis, hoc est, Ecclesia hæreticorum amisso veræ fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus, in naufragium mortis æternæ demergitur, quæ gubernari à Christo domino non meretur. Hæc ille. Quis iam ita amens erit, vt relicto cætu filiorum Dei, & congregatione fidelium, quibus Christus vt caput præsidet, illi se impiorum conciliabulo adijgat, cui Lucifer dominatur? Quis in tantū stolidus ac improbus esse velit, vt aut propria iniquitate sua dignū se faciat, qui Ecclesiæ iudicio & autoritate extra Ecclesiam eijcitur, aut suapte amentia & peruicacia inde se ipse præcipitet? His enim duobus modis peccator ab Ecclesia expellitur.

Semper ergo dilectissimi Christi corpori inhaeremus, nec quicquam æque fore formidemus, quam à Christi membris se parari. Quod si hodie multi ita dementes sunt, vt leuissima facilitate sese transferant ad hæ-

Non vere catholico rā oim q̄ lūis vita q̄ lūis mors

Math. 23

Catholico rā vita ac mors q̄ lūis

Vnitatis corporis Christi mystici quanto sit digno Ephe. 4 1. Ioan. 3

Chrysost.

Ecclesiæ catholice nauis comparatur

Collectio hæreticorū q̄ ecclesiæ sibi non sunt

Ecclesiæ bifaria aliq̄m ab ecclesia

O

ad hæreticos, agantq; multa, quæ Ecclesia catholica damnat & horrenda anathematizata sententia, nos tamen eorum aemulationem non imitemur. Maneamus intra ouile pijsimi pastoris & redemptoris nostri dñi Iesu, simus oues pascuę eius, repleamur in bonis domus illius, sectemur pacem, amemus concordiam, dissensiones summo pere execremur. Semper nobis ob oculos verset Psalmus ille breuis, sed grauissimo sententiæ pondere venerabilis, q̄ Propheeta canit: Ecce q̄ bonum & quam iucundū habitare fratres in vnū. Sicut vnguentū in capite &c. Ecce inq; q̄ bonū & quam iucundū habitare fratres, nepe Christianos omnes intra sanctam Ecclesiam catholicā, in vnū, id est, in mutua charitate, & dulci animorum cōsensione, vt ne qua admittat scandala, nullas velint hereses, dissidia quę uis execrentur, sed vnum teneat baptisma, eundem colant dominum, indissimilem fidem profiteant, & pacem inuolabili seruet studio, q̄ quid paci aduersum est respuentes. Nimirum adeo suauis ac iucunda pax est, vt quidem sapientes affirmant nihil in natura præstantius, nihil dulcius excogitatum. Vera namq; pax est tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, charitatis nexus, Reip. solamen, domoz iucunditas, angelis domestica, dæmonibus inimica, Deo sup̄ omnia grata, & omnium rerum cōcordia. Et ubi concordia est, ibi harmonia, ibi suauitas, ibi iucunditas. Ex pace puenitur ad benedictionē, de benedictione ad uitā & regnū, ex vita vero ad vnionē felicissimā cum Deo. Vnde vltimo huius Psalmi versu Propheeta sic habet. Quoniā illis, ubi scilicet fraterna viget cōcordia mādauit dñs benedictionē, & uitā vsq; in seculū. Deus enim pacis pace delectat, & amat pacis studiosos, benedicitq; illis, ministrando gratiā in p̄senti, qua freti crescāt & p̄grediantur in iustitia & sanctitate, & uitā sine fine in futuro seculo. Illos autem qui transgredi non verentur terminos à patribus statutos, segregantq; semetipsos, animales, spiritū nō habentes, innitentes prudentiæ suæ, dicentes se sapientes cum sint stulti & miseri, ediuerso Deus iustus & sanctus execratur ac maledicit vsq; in æuum sempiternum. Hac de causa beatissimi Apostoli Petrus & Paulus, quorum hodie insignem triumphum Ecclesia celebrat gratulabūda & laudans, modis oibus

conati semp sunt ad pacē, ad concordiam, ad mutuā charitatem ad veram vnitatem fideles exhortari. Pro hac deniq; tuenda vnitate etiam sanguinē suum fundere non dubitarunt. Quos nobis dominus Iesus duces & patres atq; pastores præposuit, quorum & exempla & præcepta adhortationesq; sectemur, & meritis ac præcijs adiuuemur. De quorum meritis & virtutibus quæ omnē loquendi superat facultatem, vt ait Leo papa sanctissimus, nihil diuersum, nihil debemus sentire discretū, q̄a illos & electio pares, & labor similes, & finis fecit æquales: eosq; vt idem inquit, gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesiæ mēbra prouexit, vt in corpore, cui caput Christus est, quasi geminū illos cōstituerit lumen oculoz. Quos etsi dñs grauiter labi permisit, vt ex seipsis discerent humanę fragilitati condolere, tamē lapsos rursus mirabiliter erexit, tantisq; gratiæ & gloriæ cumulauit donis, vt pene nullis possit æquiparari. D. Petrus prius ancillæ voce, ita perterritus, vt dominum negaret, postmodū nullos neq; reges, neq; p̄fides neque tyrannos metuit. D. Paulus quanto atrocius errat Ecclesiam persecutus, tanto immaniores postea pro Deo & Ecclesia labores ac dolores libentissime sustinuit. De S. Petro apud D. Clementem libro VII. Recognitionum ipsius Petri verbis fertur in hūc modum: Panis mihi solus cum oliuis, & raro etiā cū holeribus in vsu est. Indumentū aut hoc est mihi q̄d vides, tunica cū pallio: & hæc habens, aliud nihil requiro. Hoc mihi sufficit: quia mens mea non ad hæc p̄sentia, sed ad illa quæ æterna sunt, aspicit: & ideo nihil me rerum p̄sentium visibilibus que delectat. Paulus vero de seipso scribens. Castigo, inq; corpus meum & in seruitutem redigo, ne cū alijs p̄dicauero, ipse reprobus efficiar. Rursumque alibi scribens Thessalonicē, Vos, ait, testes estis & Deus quam sancte, & iuste, & sine quærela vobis qui credidistis, affuimus. Itemque: Memores estis fratres laboris nostri & fatigationis. Nocte & die operantes, ne quem vestrū grauaremus, prædicauimus vobis Euāgelium Dei. Ex quibus vti & alijs testimonijs pene innumeris, elucet horum venerabilium patrum erga corporis edomationem & rerum omnium contemptū feruor ac studiū: q̄s etsi nō æqualibus passibus, tñ pro modulo nostro imitari debemus.

psalm. 94 psal. 64 Hebræ. 13

Psalm. 132

Pax vera vti nihil dulci⁹ vel p̄stantius in vita haberi potest.

Pacis vere fructus qui sunt.

Iudæ 1

Rom. 1

P

Leo Papa. Apostolorū Christi p̄cellentia quanta

Marc. 16 Marc. 14 Petrus apostolorū Christi se negare per miserit Acto. 5

S. Clementis Papa D. Petri apostoli frugalitas & paupertas quanta

1. Cor. 9

1. Thess. 2

Ibidem

Q Apostolorū vestigijs vti oibus Christianis in hæreticō veniat

ec ñ mus,

mus. Si enim tam precellentes viri, quos iam sancti spiritus gratia adeo confirmarat, ut in potu mortificari labi non possent, usque adeo in seipos rigidum fuere, qua fronte quae conscientia nos audebimus molliter & delicate vivere, nostrisque indulgere affectibus, carni quicquid libet subministrare, de Dei misericordia securi, poenitentiam salutarem negligere cum tamen miseri & fragiles simus, & alius atque alius subinde vitis implicemur. Angustiam esse viam, quae ducit ad caelos non iam ex Christi tantum verbis, sed etiam apostolorum eius gestis discimus. In hac perseueremus, ab hac ne latum unguem recedamus. Quod si adhuc pusilli sumus & debiles, paruusque in nobis inest feruor erga Deum, confugiamus ad beatos Apostolos, eorumque suffragia ambimus, ut quantum propriis peccatis deprimimur tantum Apostolicis meritis erigamur. Neque timere debemus, ne parum nobis tantorum patrum collocatura sit intercessio apud Deum. Non possunt ullam apud Deum repulsam pati, qui iam unum cum Deo effecti sunt, utique adeo in diuinitatis abyssum absorpti, adeoque Deo coniuncti, ut quod Deus est per naturam, ipsi sint per gratiam. Quanto autem erga nos maiore illos experti sumus charitatem & sollicitudinem, tanto eos feruentiori amore & gratitudine prosequi debemus. Per hos enim reuerendissimos patres nobis Christus annunciat, per hos gentium caecitas profligata est, & lumine veritatis orbi inuectum, potestas daemonum & seua tyrannis exclusa: denique optima & preclarissima nobis tradita viuendi precepta. In quibus tanta extitit charitatis & misericordiae abundantia, ut haud secus couertendis miseris obsecratisque peccatoribus totos se impederint, quam si oes ipsi genuissent. De ipsis D. Bernardus quadam concione pie admodum & eleganter ita ait. Tales decebat humano generi pastores & doctores constitui, qui & dulces essent, & potentes, & nihilo minus sapientes. Dulces, ut me blande & misericorditer susciperent: potentes, ut fortiter protegerent: sapientes, ut ad viam & per viam ducerent, quae ducit ad ciuitatem. Quid Petro dulcius, quam tam dulciter oes ad se conuocat per oes, sicut & Actus apostolici & epistolae eius series attestat. Quid illo potetius, cui & terra obediuit cum mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius se calcabile prebuit: quam Simonem Magum spiritu oris sui in aere attigit

quae clauis regni caelorum tam singulariter accepit, ut precedat sententiam Petri, sententiam caeli. Quid autem illo sapientius, cui non caro & sanguis reuelauit: Libentissime Paulum seque, quod per nimiam ducedine luget eos, qui peccauerunt, & non egerunt poenitentiam: qui fortior est omni principatu & potestate, sapientiam & medullam sacrorum sensum non a primo vel secundo, sed a tertio caelo largiter asportauit. Idem de eisdem alio sermone loquens, Apostolorum, inquit, Christo festus agit dies, quibus sane plurimum a nobis honorum debentur, scio: sed utrum possit aliquis exhiberi, haesito satis. Nimis enim honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Quid enim? Si in terra adhuc positi omnia poterant, non quidem in se, sed in Christo, quod non poterunt hodie viuentes in aeterna felicitate cum ipso? Diuus quoque Maximus Episcopus in horum patrum laudem sic ait: Hi sunt Ecclesiarum columnae Petrus & Paulus, quos & vita sanctissima venerabilem perduxit ad mortem, & gloriosus occasus fecit esse perpetuos. Quos non solum honoramus ut martyres, sed & ut magistros patresque martyrum veneramus, quae Ecclesiam Dei & caelestis praedicationis doctrina, & per sanguinis effusione fundarunt. Itemque: Beati Petrus & Paulus eminent inter uniuersos apostolos, & peculiari quadam prerogativa precellunt. Verum inter ipsos quos cui praeponeatur incertum est. Puto enim illos equales esse meritis, quia aequales sunt passione & simili eos fidei deuotione vixisse, quos si mul videmus ad martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putemus, quod vna die, vno in loco, vnus tyranni tolerauerunt sententiam. Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent: vno in loco ne alteri Roma deesset: sub vno persecutore, ut aequalis crudelitas vtrunque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria persecutor decretus est pro virtute. Horum ait idem alibi, per vniversum mundum hodie passio veneranda celebratur, horum hodie concursu latissimo excolitur Romana martyrii, & quorum dudum impia persecuta est sanguinem eorum, nunc peculiari deuota patrocinio gloria. Haec ille antiquus & insignis pontifex. Itaque dilectissimi tam sanctos, tam illustres, tam precellentes patres & patronos nostros ardentissime diligamus studiosissime veneremur, quotidianis precibus ac pie deuotionis affectibus & officiis inuocemus, & eorum insti-

math. 7
Luca 11

scorum
nos suffra
gna adiu
uari

Bernardus
R
poteria &
dulcedo
apostolo
rum

math. 14
marc. 6

math. 16
ibidem

1. Cor. 13

Acto. 1
1. Cor. 11
Bernardus

Psal. 113

S. maximus

Idem
Marc. 14
math. 27
Luca 23

S. petri &
pauli
vno die
vno loco
vno iure
vno passio
sint

S. maximus

Amoris
B. Petri
ad Christi
sum argu
menta tri
plicia que
loan. 1
Luca 22
math. 26

S. clemens
Papa

Amoris
Christi ad
B. Petrum ar
gumenta
sex que
math. 16
loan. 21
math. 16

Acto. 5

Acto. 1. 4

institutiones ac exempla sectemur, praesentate domino nostro Iesu Christo. qui viuit & regnat Deus in secula, Amen.
SERMO II. IN EODEM festo. Ut Christum Petrus amaret, & vicissim Christus Petrum. De beneficijs Dei nobis collatis: de laude vitae monasticae: ut Christiani omnes agni esse debeant, & de virtute obedientiae.

Dixit Iesus Simoni Petro: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Ioannis XXI. Tametsi charissimi non ignoraret dominus praeter ceteros se plus diligere a Petro, nihilominus percunctari ex eo voluit, ut & nobis id innotesceret. Plane multum dilexit B. Petrus dominum Salvatorem. Vultis ne aliqua huius rei signa discere? Possunt ex pluribus obiter tria commemorari. Primum, est, quod mox vocante se dominum Iesum relicto omnibus secutus est. Secundum, quod ex animo tempore passionis dixit ad Christum: Tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. Ex illo bonae voluntatis feruore etiam extra cetero gladio amputauit deinde auriculam serui dominum inuadentis. Tertium, quod tam vehementer doluit se pius magistrum negasse, ut quoad supuixit semper noctibus surgens, fleuerit illud peccatum suum, quod tamen non malitia, sed animi infirmitate admiserat. Fere etiam quibus dulcissimae allocutionis Christi fuisset recordatus, non potuisse sibi a lachrymis temperare praeter nimiam amoris dulcedinem, atque ob id perpetuo suo in sinu sudarium tulisse, quo lachrymas tegetet, ita crebro ex oculis eius manantes, ut facies eius quasi adusta videretur.

Sed quia Deus non potest non diligere diligentes ipsum, consequens est Petrum tam singulariter diligentem etiam vicissim a Christo haud vulgariter amatum esse. Quod quidem sex potest argumentis comprobari. Primum est quod Christus illum fecit Apostolorum, caput: Alterum quod eum suum Vicarium & totius Ecclesiae principem declarauit. Tertium, quod illi singulariter dedit clauis regni caelorum. Quartum, quod efficaciorum miraculorum gratiam illi praestitit, adeo ut ad vmbra corporis eius mortui excitarentur. Quintum quod praedicationi eius magnam contulit virtutem, ita ut octo milia ludaeorum paulo post missum spiritum sanctum con-

uerteret. Sextum quod passionem illius fecit gloriosam eo ipso, quod eum praesentate ad suam crucifixum crucifigi. Verum quod praesentate charissimi, si Petrus nouerimus & feruenter amasse dominum, & eximie charum fuisse domino, nisi & nos ardentius amare Christum studeamus, ut ab illo itidem multum amemur? Multa quidem sunt, quae nos ad Christi amorem prouocent, sed ut ait D. Augustinus, nihil hoc praesentate efficit, atque frequens & sedula beneficiorum Dei recordatio, ex quibus praesentate licet intelligi, quanto pe nos & amaret & amet. Et quis infinita in nos sint dei beneficia, tam nobis pauca retulisse hoc loco sufficere. Primum illius beneficium est, quod nos creauit ad imaginem & similitudinem suam. Si quis cur id fecerit, non ob aliud sane quam pro nimia bonitate sua, qua cupiebat nos suae beatitudinis participes efficere. Quales vero nos condidit? Certe admodum nobiles & illustres, & quae creaturis cunctis dominaremur. O si perstitissemus in obedientia integra erga illum, quae felices modo essemus. At euersumus horum diabolus, & proprio consensu. Iam penitus actum erat de salute nostra. Non erat spes ulla redeundi ad pristinum statum. Ita quae deus misertus nostri, quasi in seipsum crudelis fuit, ut nobis parceret. Videbat ex nobis ipsis nullum nobis restare auxilium vel consilium. Ita quae filium suum misit in similitudinem carnis peccati, ut ille ois peccati expi immeritas daret poenas pro peccatis nostris. O patris inestimabilem charitatem, o filij incomparabilem obedientiam. Agnosce o homo quanti te fecerit Deus tuus, & vel iam nunc ingratus esse desine. Ut ita tu viuas, ut ta aeterna mortis debitum pro te soluere non dedignat. Dixit ipse dominus in Euangelio: Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quae pro amicis suis, & tamen ipse maiori charitate mortuus est etiam pro inimicis.

Tertium beneficium est, quod vocauit nos ad fidem & cognitionem nominis sui. Paruum ne hoc vobis dilectissimi beneficium videtur? Non est paruum, sed immensum. Potest id vel inde intelligi quod tam innumeros reliquit in deum summa mentis caecitate, ut creaturae potius seruiat quam creatori, & dicat Deus operum manuum suarum: quae oim certa donatio est. Est & aliud eius eximium beneficium, quod nonnullos vocat ad aliquid institutum monasticum amplectendum. Paucis hoc contingit, praesentate his turbulenti temporibus, sed quanto paucioribus praesentate tanto magis colligi potest esse haud vulgare Dei

Beneficia
Dei ut in
nobis eius
amore ex
citent.
Augustinus

Quare quae
lesy nos
Dei crea
uerit

Rom. 8

Ioan. 19

T
Vocatio
ad fidem
et cogni
tionem qua
tum sit be
neficium.
Roma. 1
Vocatio ad
monasti
cum insti
tutum quae
beneficium
magnificum

Aristot.

bñficiū. Vt em Aristot. in Ethicis ait, oia p̄ clara rara, laudabilia & pulchra. Meminitis vt olim ex Aegypto eduxerit Deus filios Israel, & q̄t̄ies in veteri lege p̄ceperit, vt essent memores tāti beneficij. Idē facit Deus, q̄n hodie certos q̄sdam electos suos ex hoc seculo neq̄ vocat ad vitā monasticā, q̄ sc̄i ōrum viroꝝ testimonio velut quādā paradisius terrestris est: esio q̄d q̄dam illic nō bene viuāt: q̄d nihil illi vitē derogat, q̄n etiā nemo p̄pterea dānat matrimoniū, q̄d multi sint adulteri. Potest adhuc aliud huc adferri nō paruipendendū Dei beneficiū, q̄d nobis tā benigne pepcit multo tēpore in p̄ctis nostris. O q̄ innumerā cruciant apud inferos, q̄ forte nō nisi vnū p̄petrarūt p̄ct̄m mortifex: & nos post plurima p̄ctā adhuc p̄cēitēdi spaciū habemus. Si vel semel peccassemus, iure nos creaturę oēs p̄se q̄ deberēt. Cū em cātera oia, q̄ Deus cōdidit quis ratiōis exptia tñ seruēt ordinē & modū suū, homo ratiōalis contēnit aternas leges Dei sui, nullis neq̄ p̄missis, neq̄ minis illius flexus. O magnā & intolerācā hoīs ingratitudinē. Et q̄a hodie pleriq̄ deridēt eos q̄ monasticē amplectūt, libet pauca in illius laudem sic cōmemorare. Certe charissimi nō est vita monastica contēnenda. Si omnē scripturā sacrā diligenter p̄pseritis, inuenietis eos q̄ hodie monachi vocant, multa exēpla, multasq̄ scripturā sc̄nētias p̄ ipsis faciētes habere. Imo vero non contēnendā autoritatis patres libere asseruerant p̄fessionem monasticā baptismi virtutē habere, ita vt hoīnē p̄sus liberet à culpa & p̄cena, si tñ rite fiat. Si em vt dñs ait, eleemosynā dāti oia mūda sūt: & vt Theologi dicūt, posset q̄stantas p̄stare eleemosynas, vt p̄ctis oibus & p̄cenis absolueret, cur nō id multo magis assequat̄ is, q̄ se se & oia Iua dedit & offert Deo: Itemq̄, si is q̄ martyri causa p̄ Christo & iustitia mortē excipit, totus sit liber ab oī culpa & p̄cena cur nō etiā id obtineat monachus, q̄ ob Christi mortē amplectit̄ spiritalē, & lōgos ac acerbos multos fert dolores seip̄sū & p̄p̄riā mortificādo voluntatē: Vñ etiā nulla solet alicui p̄cēitētiā multa grauior irrogari, q̄ vt se se in cōnobiū aliqd̄ recipiat. Possunt aut̄, q̄bus Deus eā donauit gratiā, vt monasticē amplecterēt, merito de tāro bñfacio gratulari, cū ob multas alias causas, tñ etiā, q̄d, vt sc̄i patres argumētis certis pbāt q̄t̄ies se gaudēt cōnobiū pet̄isse, & deo seruituros

obtulisse, integrā cōsequūt veniā p̄ctoꝝ, si se peccasse dolcāt. Nō ergo deridēdi sūt, sed laudādi, q̄ cōtēptis mūdi vanitatibꝫ, totos se cōserūt ad seruiendū Deo. Atq̄ his interim nō nihil extra ordinē dicitis, ad apostolū Petꝫ reuertamur. Audiuitis iā ante q̄ntū is Christū dilexerit, & q̄ntū illū Christus amaret. Superest, vt & hic audiat, vt Christus illi oues suas pascēdas cōmiserit. Vt em ex sermōis huius themate aduertere potuistis, Christus illum oues suas pascere iussit. Nō em voluit pius dñs ex hoc mūdo abiturus gregē suū penitus desolatū relinquere, sed sui loco aliū ei p̄fecit rectorē & pastorē, nēpe S. Petꝫ apost. dicit̄ illi. Pisce agnos meos. Quod licet soli dicit̄ sit Petro tanq̄ vniuersā Ecclesīā p̄cipuo pastor, cuius etiā potestate fungunt̄, q̄t̄ē illi legitime succedunt Ro. pon. tñ etiā cui libet p̄lato cura incūbit gregē sibi creditū pascēdi. Cū em nō possit vnus Ro. Antistes oibus satisfacere, curę suę partē multis alijs cōmunicauit, q̄bus singulis dicit Christus Pisce agnos meos. i. habeto curā populi mei tibi cōmissi. Quod aut̄ dñs dicit. Pisce agnos meos, hoc vtiq̄ vult intelligi, vt Christiani oēs, q̄ tñ ad ipsius ouile velint p̄tinere, sint agni. i. simplices, māsueti, innocētes, instar agnoꝝ tractabiles, sine clamore & murmuratione, sine inuidia & mordacitate (nō em mordēt agni pastoris manū) sine calcitratiōe, sine elatiōe & p̄teruia. Atq̄ vtiā nos charissimi tales agni simus, Sigdē eiusmodi Christus nos esse voluit, q̄n ait p̄latis nostris: Pisce agnos meos. Nō dixit: Pisce vitulos meos, Pisce lupos meos, p̄sce porcos meos. Nō em id genus hoīm, q̄ hōiā animantiū habēt mores, Christus suis vicarijs pascēdos cōmiserit, vt tales p̄manēat, sed vt oues fiāt, itaq̄ et si tales q̄nq̄ ferunt, ideo fit, vt p̄ctis malis moribus, in numero agnoꝝ transeāt. i. ex malis boni fiāt: Quod si nolint, arcēdi sunt & excludēdi ab agnoꝝ cōsortio, ne illos pdant. Per vitulos, q̄ insoles sunt, nec frenū patiunt, nec ligari se sustinēt, sed curritāt, & saltant, & clamitant possunt accipi hoīes immorigeri, dissoluti inq̄ti, q̄ frenū obediētīe ferre nolūt, nec suis obtemperare p̄latis, sed rupto sanctę obediētīe chamo, q̄ duci debuissent ad aternā pascua felicitatis, instar vituloꝝ currūt p̄lites q̄cunq̄ illos p̄p̄ria ducit volūtas: nec nisi vi quadā & p̄cena formidine ad p̄lati voluntatem flecti possunt. Qui si tales p̄seruerent

V

Ioan. 4

Pontifex Romanus

Vituli q̄nam mystice cōtendunt

Exo. 12. 13 Dep. 4. 4. 8

Parcere p̄ctis q̄ sit Dei maxi mū beneficiū

Monastica vita q̄n ta sit laude cōmemoranda.

Luc. 11

uerēt, tandē boues & tauri, vbi cornua creuerint, efficiunt, oibus intolerabiles & intractabiles. Per lupos intelligamus hoīes iracūdos, vindictę cupidos detractiōnis libidini deditos, discordiā semina spargere paratos, rebelles, & velut canes latrātes. Lupi em sunt canes syluestres. Tales pascere molestissimum est. Et quis vni eiufmodi s̄pe maior cura, q̄ centū alijs impendat, tñ plerunq̄ labor est sup̄uacaneus, q̄ licet foris q̄nq̄ ouinā sumāt pellem, tñ intus lupi ingenū p̄manet, atq̄ eo ipse multo sunt p̄nciosiores, q̄ si manifesto sese p̄derent. Istos oīno expedit à grege dñico remoueri. Porci deniq̄ illos significāt, q̄ ad bona opera, & ad quę obligati sunt, quęq̄ ad Dei spectāt honorem, pigri ac desidiosi sunt, & somnū ac carnis delicias amāt, sc̄e disc̄ cogitationibus & factis vt porci sese inq̄nant. Sed his p̄termissis (non em volumus horum studia imitari) ad oues redeamus. In veteri lege agni p̄cipue crāt hostię quę dño offerebant. Et nos charissimi, q̄ diabolo & p̄p̄is eius abrenunciauimus in baptismo, debemus modis oibus esse agni, vt simus gratū Deo sacrificiū. Habent agni q̄uis irracionales pecudes, p̄p̄riates quāsdā suas q̄s etiā hoīem imitari deceat. Agnus animal est mansuetū, humile patientissimū, & irę p̄sus expers. Id sane maxime nos imitaricōuenit, q̄n & Apostolus dicit: Seruū Dei nō oportet litigare, sed māsuetū esse ad oēs. Quod si q̄ nos affligant, nō moueamur, q̄n quidem tales nobis p̄bebēt p̄ficiendi materiā, multo magis, q̄ qui palpant, aut laudāt nos. Ira quatuor habet gradus: Primus est in corde: alter in facie: tertius in lingua: quartus in facto. Ad hoc vitiū reprimendū multū valet, vt dum qs eo se accensum sentit, linguā frānet penitus, donec cesset ignis pestilens. Si em nullum habeat ignis spiramen, facile sua spēte extinguitur. Attamē notandum hic est, iram, quatenus est passio naturalis, & motus q̄dam rationē p̄ueniens, non esse peccatum, si ratione cohibeatur, ne volūate, aut locutione, vel facto ad p̄ct̄m erumpat. Et eiusmodi motus primus vitari vix p̄t, p̄sertim à Cholericis, q̄ sunt ad irā faciles. Deinde agnus matrem suam etiam inter mille oues nullo negotio agnoscit. Sic & Christiani debent agnoscere superiores suos, qui quatenus eos reprehendūt, docēt, regūt, pascunt, sunt patres eoꝝ: q̄te-

Boues & tauri q̄nā mystice dicantur.

Lupis qui nō similes sūt homines.

Porci q̄ nō hoīes sūt gignuntur.

Exodi. 12 Leuit. 7. 12 Num. 7. 28

Agnoꝝ proprietates bonę quę sūt.

s. Tim. 1

Ira gradus quatuor qui

Ira q̄n sit peccatum.

Agnus vt matrē suā agnoscat.

nus eos consolant, eis blādiuntur, & pietate q̄dam eos trahūt & iniurias remittunt, matres sunt. Itaq̄ debemus p̄latis nostris, tanq̄ spiritalibus parentibus honorē & reuerentiā exhibere, qualescunq̄ etiā sint, a deo vt etiā sublimiter, & bñ de illis sentiamus, si nō ob vitę meritū, si forte manifeste mali sint, tñ propter officiū, q̄n & Christus illis dicit: Qui vos audit, me audit, & q̄ vos spernit, me spernit. Atq̄ sine his duobus, puta dilectione & reuerentia erga p̄latum, nō p̄t esse vera & sincera obedientia, ex qua tñ p̄cipue pendet tota salus nostra: ipsaq̄ obedientia inter virtutes morales p̄cipuum tenet locū: & quicquid sit ex obediētia, duplex habet meritū: vnū ex ipsa actione, alter ex virtute obediētīe. Fit sepius, vt minus bonū si fiat ex obedientia, longe sit aceptius Deo maiori bono ex p̄pria voluntate peccato. Vnde haud mediocris p̄statur cōsolatio illis, q̄ monasticum sunt p̄fessi institutum, q̄n quicquid agunt nisi sit ex se malum, etiā si alioqui indifferens sit, si propter obediētiam faciant, meritum inde acq̄rant, puta, si comedant, bibant, dormiant, &c. Sed & Christiani oēs quicquid faciūt boni, aut omittūt mali, eo semp̄ referre debent, vt diuinę obediāt volūtati. Est autem duplex obediētia: Vna necessitatis, qua qs vel naturę, vel cōsuetudinis lege obtemperare habet, vt seruus dño, filius patri: Et hæc habet quidem meritum suum, si recte & ordine fiat: altera est volūtaria, qua quis vltro siue ipsi Deo, siue p̄lato propter Deū mōrem gerit. Hęc magni est meriti apud Deum, & de illa dicitur 1. Reg. 15. Melior est obediētia, q̄ victima. Porro obediētīe meritum in prosperis s̄pe minuit ex proprię voluntatis desiderio: vt si cui aliqd̄ officiū publicū, q̄d illi honori possit esse vel quęstui, imponat, tāto minus inde habet meriti, quāto magis ipse eo aspirat ex p̄pria volūtate, quę in talibus minima esse debet. In aduersis aut̄ quanto plus accedit proprię voluntatis assensus, tanto est magis meritoria obediētia: vt si cui iniungat̄ ieiunium, & ille ex deuotione valde cupiat ieiunare. Ad obediētīā, sine q̄ nullus poterit saluus fieri. puocare nos p̄t, & debet, q̄d oipotens Deus sepe numero horribili vindicta castigauit inobediētes. Probat id Luciferi, & cōp̄licū eius aterna dānatio, Adā & Euz ex paradiso expulsio & totius humani gñis ee iij cala-

P̄latis q̄n honorandi sūt.

Luc. 10

Obediētia vt meritū habeat duplex.

Monachus vt semp̄ mereri possit.

Y Obediētia duplex q̄.

Meritum obediētīe quōd vt meruat vel crescat.

Inobediētia vt Deo semp̄ puniatur.

Esaię 14 Genes 3

Genes. 19
1. Reg. 19
3. Reg. 13

calamitas inde secuta, Vxoris Loth in statu cōuersio. Saulis à regni sede deturbatio, prophetæ illius, q̄ contra p̄ceptum dñi comedit panē in Bethel, à leone p̄focatio, multaq; alia scripturæ exempla, vt cætera omittam, quæ à sanctis patribus passim cōmemorant. Maxime vero commouere debet quælibet Christianū qd̄ ipse filius Dei non solū Deo patri, sed & virgini matri, & patri putatio multisq; alijs libentissime obediuit. Cuius exēplo p̄moti multi sancti hoīes, noluerunt p̄prie voluntatis gaudere libertate, sed alterius arbitrio se regēdos cōmiserunt. Deniq; S. Patres nostri & apostoli Petrus & Paulus, q̄bus hic dies sacer est, sanguinē suū fundere, & innumera perpeti aduersa maluerunt, q̄ à Dei obedientia discedere. Itaq; & nos dilectissimi castigemus corda nostra in obedientia charitatis, vt simus veri agni & oues Christi, & ab illo agnosci mereamur. Ambulemus semper sub obedientia cum amore & reuerentia erga p̄elatos nostros, cū mansuetudine & patientia erga proximos, & æquales, cū bono exemplo, erga mortales oēs vt in extremo die cū ouibus collocemur à dextris filij Dei, cui est cū patre & spū sc̄to honor & gloria in secula seculorū, Amen.

1. Petri 1

IN SOLENNITATE
Visitationis Beatissimæ semper virginis Mariæ: Epistolam cum sua Paraphrasi quære in prima parte de festiuitatibus sanctorum, scilicet in Festo Conceptionis eiusdem Beatæ virginis Mariæ.

EXEGESIS EVANGELIJ
in eodem Festo. Lucæ primo.

IX.



Requenter Ecclesia Catholica memoriã celebrat matris Dei, honorante filio Dei matrem suã. Nec tamen quantumcunq; illi impendat pię uenerationis, digne se

eam laudare, aut pro meritis extollere posse putat Ecclesia. Quis enim dignis uerere laudibus possit matrem omnipotentis Dei?

Sed satisfacit deuotioni suæ, colens eam per quam se suscepisse nouit redemptorem atq; seruatorem suum. Atq; hoc ipsum p̄ns omnibus non solum non molestum, sed suauē & iucundum est, identidem scilicet honorare virginem tam beatam, quamuis impios hereticos id torqueat, putantes derogari filio, quod matri impenditur. Sed nos dilectissimi quantum possumus in matris Dei laudibus p̄seueremus, certi id gratissimum esse Deo, qui intantum hanc sacratissimã dilexit virginem, vt nulla omnino creatura illi vlla ratione possit cōparari. Cuius rei certissima documenta sunt, q̄ Deus pater æternus vnigenitū filium suum vix q̄q; huius virginis filium esse voluit, q̄ eam in singularem elegit sponfam suam, atq; adeo p̄ creaturis oibus eam honorauit, vt cuncti etiam triumphantis Ecclesię ciues eam iure fateantur dominam, reginam, ac impatricem suam, vt pote Dei creatoris sui matrem. Quod etiam filius Dei non modo p̄ gratiæ charismata, p̄ illuminationem, dilectionem atq; familiaritatem externam, sed etiam per naturalem quandam, vt sic dicam, identitatem se illi coniunxit, de illius substantia sibi corpus assumens. Quod deniq; spūs sanctus mentem eiusdem sacratissimæ virginis tam p̄fecte sibi conformauit, vt nunq; aliquid uoluerit, appetierit, egerit aut omiserit quod Deo displiceret: sed in oibus ita se gesserit, vt uoluit spūs sanctus. Quæ tanta sunt in corporabilis erga ipsam amoris totius adorandæ Trinitatis argumenta, vt ambigi nullo modo possit, quin illi fuerit semper lōge charissima, atq; ea re uelit eam quoq; nobis esse charissimam, & modis omnibus pie coli & honorari à nobis. Non ergo timeamus, ne sit in iniuriam Dei, si matrem illius ueneremur, certi hanc esse illius uoluntatem. At nunc ad Euangelium ueniamus, quo describitur causa solennitatis hodiernæ, nempe uisitatio matris virginis, quādo perrexit ad S. Elizabeth salutandam. At ergo S. Lucas Euangelista.

A

Beata uirgo Maria curab oibus honorari debet.

Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth.

Hic primo dubitare non debemus, quin non aliqua leuitate, sed instinctu & motu

B

motu spiritus sancti uirgo beatissima prexerit in montana. Alioqui & ætatis teneritudo, & uirginitatis pudor, asperitas & prolixitas itineris, atque id genus alia facile eã domi retinissent. Sed morē gerebat diuina inspirationi, nec quicquam sibi attendendum putauit, tm̄ ut Deo satisfaceret.

Obedientię exemplar q̄ magnificū hic oibus p̄stat uirgo Maria.

Vbi habemus exemplum p̄optissimę obedientiæ, quod libenter & studiose imitari debemus. Virgo ætate tenera, & quæ laborē ferre uix posset, tã longa difficilis & molestę uicē emetiit spaciã, vt integram p̄stet obedientiã creatori. Nihil oīno adfert excusationis, nullas necit moras, nihil reluctatur, sed simul vt intellexit qd̄ placeret Deo mox iter ingressa est. Et nos ergo diuinis discamus parere mādatis, idq; alacriter, libetē & integro cordis affectu. Id nos docet suo exēplo mater Dei. Surrexit & abiit in montana cū festinatione. Nescit, ait Ambrosius tarda molimina sancti spūs gratia surrexit à quietissime ocio cōtemplatiōis & dulcissima orationis quete, & abiit in montana, vt actiuę q̄q; uitę specimen p̄beret. Erat in utroq; .i. & cōtēplatione & actione p̄fecta, ita vt nec actionē fugeret cōtemplatio, nec cōtemplationem actio p̄pediret: quæ est oīno p̄fectissima uita, q̄ pauci assequunt, vt ubi res exigat, uel actio uel cōtēplationi p̄inde possit insistere. Et quis huic electissimę uirgini nullū potuerit ex itineris occasione euenire periculū uel detrimentū (erat em̄ tota iam mirabiliter à Deo cōfirmata) nihilominus cum festinatione abiit in montana: hoc ipso uidelicet utilissimū oibus, maxime uirginibus & sceminis p̄bens exemplū, vt fugiāt publicū, & si qd̄ foris agendū sit, cū magna festinatione id exequatur. Alioqui plane se suspectas reddunt, q̄ caste nō sint, aut castitatem suam periculosis tentationibus exponunt. Mater Dei tenera adhuc iuuecula etiam altos & asperos mōtes seria quadam celeritate transgredit. O pudicissimã uirginē. O puritatis & innocentie speculum. O gressus sacros, o uestigia uenerãda, quæ primo Emauelem sustinuerunt, in q̄bus uere nata oīm uirtutum aromata, hyssopus humilitatis, liliū puritatis, palma uictoriæ, oliua clementiæ.

Ambrosio

Maria uirgo uiri simul & actionis & cōtēplatiōis uita de se p̄buerit exemplar.

Virgines quare studio publico fugere debeant.

C

Abiit autem Maria in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domū Zachariæ. Peregrini quidam, qui terrã sanctam uisitarunt, aiunt oppidulū hoc, quod coluit Zacharias, mediū inter Hierusalē & Bethleem esse

fitum, & domū Zacharię in tēplam atq; in xenodochium esse cōuersam. Et salutauit Elizabeth, cōgratians illius tam diu sterilis fecunditati. O uere beatã illam domū Zachariæ, ubi mater dñi salutauit matrē p̄cursoris, ubi futuræ salutis gaudia inchoant, & salus olim p̄ sceminã p̄dita, p̄ sceminas incipit instaurari. Et in hoc ipso relucet humilitas Mariæ, q̄ cum esset potior dignitate, tm̄ prior inferiorem salutauit. Non em̄ de donis Dei quicq; sibi arrogauit, sed in tenuissimo ac solidissimo humilitatis portu p̄stitit. Quidam hic sex q̄dam annotarunt nobis in matre dñi imitanda. Primo enim dicitur surrexisse. Et nos itidem surgamus à torpore accidiæ, desideria terrena dispellamus, quæ nos semper in imis retinent, ne mētem ad superna transferre queamus. Secundo, abiit in montana. Nos q̄q; ad perfectiora & sublimiora tendamus, contemptisq; his infimis, cœlestia & superna appetamus & inquamus. Tertio, festinat. Festinemus etiam nos uitam in melius cōmutare, nec differamus de die in diē, ne p̄ter opinionē extra tēpus gratię auferamur. Quarto, uenit in ciuitatē Iudæ. Iuda cōfessionē significat. Ergo & nos in ciuitatē diuinę cōfessionis & laudis ingrediamur: cōfiteamur illi mala nostra, laudemus bonitatem illius. Quinto, intrauit in domū Zachariæ. Zachariã quidam interpretantur memoriã dñi. Itaq; exclusis à corde cogitatiōibus uanis & noxijs, memores simus mandatorū Dei. Qd̄ quanto peius deceat Christianos oēs, uel inde pōt esse p̄spicuum, qd̄ dñs antiq; illi duræ ceruicis populo Iudeorū eiusmodi p̄ceptū dedit, dicens Moysi: Loq̄re filijs Israel, & dices ad eos, ut faciāt sibi simbrias p̄ angulos palliorū, ponētes in eis uittas hyacinthinas, q̄s cum uiderint, recordent oīm mādatorū dñi, ne sequantur cogitatiōes suas & oculos p̄ res uarias fornicantes: sed magis memores p̄ceptorum dñi faciant ea, sintq; sancti Deo suo. Ecce sententiã memorabilem, sed hodie apud Christianos plane exploratam. Dicas hęc dñi uerba cuiuspiam ē populo, r̄ndebit: Nū me monachū uis efficere? Hereticus dicit: Nōne Christus p̄ nobis satis fecit? Mihi qd̄ opus est tã stricta uiuēdi rōne? O stulti tandē sapite & uidete, q̄ non absq; studio & conatu nostro peruenit ad regna cœlorū. Sexto, salutauit Maria Elizabeth. Elizabeth qd̄ significare aiunt saturitatē Dei mei. Ergo etiam nos posthabitis

Quem sex hic nobis marer dñi reliquerit imitanda.

Iuda quid inter p̄tel.

Zacharias quid significet.

Numer. 19

Psal. 99

Elizabeth quid inter pretetur.

creaturarū oblectamentis, q̄ desiderū men-
tis irritare possunt, satiare nō possunt, illi
vni perpetim inhiemus, cui Propheta di-
cit: Satiabor cum apparuerit gloria tua.
Et factum est, vt audiuit salutatio-
nem Marię Elizabeth, exultauit in
fans in vtero eius.

D Mira res, vt infans, qui necdum sei-
psum sciret, salutationem Marię & creato-
ris sui aduentū sentiret. Plenum est hoc mi-
raculi. Sed quia iam verbum æternum car-
nē sumpserat intra sacratissimę virginis vi-
scera, virgo ipsa vbi voce loq̄batur. Quid
ergo mirum, si tantę illa vox efficacię fuit?
Sed & ipsius reuerendę virginis excellen-
tissima sanctitas facile beatissimum paruum
tam nouo & inusitato gaudio afficere
potuit. Exultat Ioannes in matris vtero, &
quod longe post voce dicturus est, & digi-
to demonstraturus, iā miro q̄dam motu cla-
mat intra matris viscera: Ecce agnus Dei,
ecce qui tollit peccata mūdi. Atq; hoc ipso
iam tum domini propheta initiatus est, an-
nuncians modo quo poterat aduentum
Saluatoris. D. Ioannes Chrysostronus tan-
tam stupēs gratiam, ita ait: Dic infans, dic
prophetarum omnium maxime, q̄ digne
satis plus q̄ propheta vocaberis, vnde tibi
hęc exultatio: Nondū natus es, & iam pro-
phetas. Dñi aduentum agnoscis, quem q̄
voce salutari nō potes, exultando agis qd̄
potes. Quam lætus ei occurreres, si iam na-
tus eum videres, cuius agnito aduētū, exul-
tādo obuiā ire conaris. Hęc ille. Ergo mox
ad B. Marię salutationem repletus est Io-
annes spiritu sancto, & supra naturę facul-
tatem accepit vsum rationis, vt & Deum, &
matrem Dei agnosceret. Iucūditissimam ha-
bent ista contemplationem, si cogitemus
Deū maternis gestari visceribus, virginem
concepisse ex Deo non ab homine saluo
integritatis pudore, matrem Dei salutare
matrem præcursoris, sub vno eodemq; te-
cto verbum incarnatū, matrem Dei & vir-
ginem, summū prophetam, & sterilem pro-
le fecundam manere, nostręq; salutis ini-
tia celebrare.

Et repleta est spiritu sancto Eliza-
beth, & exclamauit voce magna,
& dixit: Benedicta tu inter mulie-
res, & bñdictus fructus vētris tui.

E Vbi filius repletus est spiritu sancto,

mox repleuit & matrem. Tanta grātia effu-
sa est in Ioannem, vt copiosissime redun-
daret in matrem, efficeretq; vt quod Ioan-
nes non poterat, ipsa voce promeret erum-
pens in laudes Dei & virginis Marię. Er-
go simulatq; repleta est spiritu sancto ex-
clamauit voce magna. Grandi enim intus
accensa feruore spiritus sancti, non se con-
tinere poterat, quin flammam sui pectoris
vocibus ignitis declararet: & q̄ ex sc̄ti spi-
ritus illustratione ipsa p̄spiciebat, etiam a-
lijs indicaret, nempe dominicę incarnatio-
nis mysterium in vtero virginis. Ita semp̄
spiritus sanctus q̄ sc̄usq; implet & possidet,
Dei laudes celebrare cōpellit, nec patitur
suę maiestatis domiciliū ingratiudinis de-
testadę marcere ignauia, sed mouet ad lau-
dandū Deum, & eius gratiam ac bñficia p̄-
dicanda. Timeāt ergo carnales, pigri, tepi-
di hoīes huic mundo dediti, quos iuuat to-
tos dies inanissimis vacare cōfabulatio-
nibus, tædet aut̄ vel horulam diuinis interes-
se laudibus: qui si sancto spiritu habitato-
re & rectore gauderent, non possent vtiq;
vnquam à Dei laude cessare. Clamauit au-
tem Elizabeth voce magna non tam oris,
q̄ cordis, vt vocem illam non soni magni-
tudine, sed amoris vehementia metiamur:
quantū potest etiam iuxta literam vox ma-
gna de soni contentione accipi. Cum em̄
fortiter arderet intus, nihil mirę, si cum in-
genti sono foras prorūpit. Sed plus valet
apud Deum cordis, quam oris clamor, si-
cut Augustinus etiam confirmat, ita di-
cens: Clamor ad dominum est intētio cor-
dis, & flagrantia dilectionis. Sed quid
tandem clamauit Elizabeth: Benedicta tu
inter mulieres, & bñdictus fructus ven-
tris tui. O vere dulcissimum clamorem, q̄
ex abundantia cordis productus est. Bene-
dicta tu, inquit, inter mulieres, id est, p̄ cun-
ctis sc̄eminis summe bñdicta: quia quod
nulli vnq; cōtigit, tibi p̄stitum est, vt sis ma-
ter Dei. In hęc verba Beda venerabilis sic
scribit: Eadem voce B. Maria ab Elizabeth
qua à Gabriele benedicatur, quatenus & an-
gelis & hoībus veneranda monstretur. O
vere bñdicta mater Dei, q̄ angelicis tremē-
dū potestatis lęta virginali gestauit vte-
ro, & quę totius mūdi immensa capacitas
complecti non potuit, suis visceribus clau-
sum tulit. Quidni bñdicta, quę totius gra-
tię & bñdictionis fontem intra se gerebat?
Et bñdictus fructus vētris tui. Bñdicta
mater

Spiritus
sc̄tus que
nā agit in
eis quos
replet ac
possidet.

Vox Eli-
zabeth q̄-
lis fuerit.

Augustin.

Beda.

Maria vir-
go quō di-
catur bñ-
dicta inter
mulieres.

mater, bñdictus & filius, sed longe diffi-
militer. Marię bñdictio modum & finem
habuit: sed filij bñdictio prorsus immē-
sa erat. Non em̄ illi ad mensurā data est be-
nedictio. Imo vero ipse, vt iam dixi, totius
benedictionis fons est, ex quo etiam ipsa
matris bñdictio deriuata est. Quid aut̄ mi-
rū, si bñdictus sit fructus ventris intemera-
ti, & bñdicta sit mater illius, q̄n de se sui-
q; similibus Apostolus cōfidenter ait: Bñdi-
ctus Deus & pater dñi nostri Iesu Christi,
qui bñdixit nos in om̄i bñdictione sp̄uali
&c. Non est aut̄ temere factum, vt hanc
clausulam, nempe bñdictus fructus ven-
tris tui. S. Elizabeth adderet ad angelicam
salutationē. Id nāq; illi referuarat i spiritus
sanctus, vt qd̄ angelus inchoarat, ipsa ab-
solueret, vt iā nihil dubitemus verbis non
tam angeli vel hominis, quam ipsius sp̄s
sancti honorare matrē Dei, dicendo: Aue
Maria gratia plena, dñs tecum, bñdicta
tu in mulieribus, & bñdictus fructus ven-
tris tui Iesus Christus Amen. quę est ora-
tio dulcissima, gratissima angelis, demoni-
bus terribilis, virgini matri acceptissima,
toti Trinitati honorifica, denique miseris
mortalibus mire cōducibilis & fructuosa.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater
dñi mei ad me? Ecce em̄ vt facta est
vox salutatiōis tuę in auribus me-
is, exultauit in gaudio infans in v-
tero meo.

F Ecce quā reuerenter Elizabeth, imo
sp̄s sanctus per Elizabeth cōpellat & ex-
cipit virginē Mariam. Vnde, ait, hoc mihi?
Equidem me plane indignā agnosco, vt ve-
niat mater dñi mei ad me. Vere aptos habu-
it oculos venerabilis Elizabeth, & matris
Dei p̄spexit excellētissimā dignitatē. Ideo
que territa, summa cū reuerētia & honoris
exhibitione eā excipit. Qd̄ etiam nos ob-
seruare debemus, vt erga tantā virginē nō
ascitāter, dissolute, negligēter, impudenter
nos geramus, sed studiose, attēte, reuerēter
& alacriter illam honoremus. Alioq; filius
eius cōtemptum & irreuerentiā matri suę
illatam indigne feret & grauiter vliscetur.
Neq; quicq; habet ambigui, q̄n tota cœle-
stis curia summo venerationis studio eam
prosequatur. Quanto ergo magis nos mi-
seros, virtutis inopes, vitijq; multis impli-
citos pro illius incōprehensibili dignitate,

Fructus v-
tris B. Ma-
rię qui tu-
erit bene-
dictus.

Eph. 1

Salutatio-
nis angeli-
cæ ad B.
virginem
quanta sit
efficacia.

Matrē suā
vt Ch̄s
a nobis
honorari
velit.

nostręq; multimoda indignitate & vilita-
te pio cum timore, & submissis animis stu-
diosissime eam venerari decet: D. Hierony-
mus in concione de eiusdē virginis assump-
tione: Talem, inquit, ac tantam virginem
laudare indignum me fateor & vereor, ne
sicut indignus, ita & improbus laudator
inueniar: hinc laudes eius depromere per-
timefco. D. quoq; Bernardus: Nihil est, ait
quod tantum me terret, nec aliquid quod
tantū me delectat, sicut de beatissima virgi-
ne sermonē habere. Terret me indignitas
propria, sed me delectat laus virginis san-
ctę. Hęc dicta sunt propter impudentes q̄
dam, qui tantam virginē volunt in ordinē
cogere, & prope omni honore spoliare, q̄
cū sint pleni spiritu tartarico, non possunt
sibi nec à matris Dei iniurijs tēperate. Cæ-
terum in his verbis S. Elizabeth plane ani-
maduertimus spiritu prophetico Dei filiū
in virginis vtero incarnatū eam cognouit
se. Quę aut̄ subiecit: Ecce, inquit, vt fa-
cta est vox salutationis tuę, &c. iam supe-
rius exposita sunt. Deinde addit:

Et beata quę credidisti: quoni-
am perficientur ea quę dicta sunt
tibi a domino.

G Poterat sane animum virginis, præset-
tim tam modestę, tam humilis, tam nihil
penitus sibi tribuētis quædam pulsare du-
bitatio, qua ratione fieret, vt Dei filium ge-
neraret. Non enim parua erant aut vfitata
quę illi ab angelo dicebantur, sed sacratis-
sima plena mysterij, atq; oēm humanę mē-
tis captū plane excedentia. Quid em̄ est hu-
milē puellam eligi in matrem summi Dei?
Sed virgo diuinissima supernę lucis ful-
goribus mirifice illustrata, & mysterium
agnouit, & de Dei virtute nihil hæsitauit:
sicque toto corde assensit verbis angeli,
& humilitate nō abiecta, sed deuota fide,
piaque fiducia suscepta, obtulit se ad om-
nem voluntatem Dei. Vnde iam beata præ-
dicatur à sancta Elizabeth, quod tam mi-
ris & occultis, atque ab humana consuetu-
dine, imo & intelligentia vsque adeo remo-
tis fidem adhibuit, diciturque illi haud du-
bio euentura esse, quę dicta erant à domi-
no, scilicet, vt filium Dei quem concepit,
etiam pariat opportuno tempore. Vere be-
ata & plus quam beata virgo, quę suum &
omnium creatorem meruit habere filium
& illi e suo purissimo sanguine corporis
ministra

Hierony.

Bernard.

Matrē Dei
quā ve-
nerari de-
betent.

G

ministrare substantiam, à quo ipsa corpus animumq; acceperat.

Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum.

Hucusq; silentio prefferat virgo modestissima, quæ diuinitus illi præstita erant: at nunc postquam vidit per spiritum sanctum alijs reuelata, non potest ultra se cohibere, quin prorumpat in laudes Dei. Humilitas sane tegere maluisset tanta beneficia, sed gratitudo & amor compulit laudare Deum, & eius gratiam ac misericordiam prædicare. Ait ergo: Magnificat anima mea dominum, id est, anima mea quamuis non sit nescia maximis se à Deo affectam beneficijs, atq; tanto sublimatam honore, vt maior sub Deo non possit intelligi, tamen nihil horum sibi tribuit, non sibi inaniter placet, non se extollit, nõ stulte ac impudenter gloriatur, sed magnis & congruis laudibus Deum effert & prædicat. Ille est enim totius boni autor. Ex illo est, quicquid tu in me miraris & laudas o Elizabeth. Nolo imitari superbum demonem, qui in effabili se cernens pulchritudine præditum, ad seipsum cum inani sui complacentia se se reflectens, non dedit honorem Deo: sed quicquid mihi laudis abs te tribuit, id ego potius refero in Deum meum, qui sicut voluit & potuit, ita me humilem ancillam suam elegit in matrem suam, vt merito illum totis animæ viribus laudare debeam, quod vsque adeo sese mihi inclinare dignatus est, quod per me venire instituit in hunc mundum ad liberandos filios Adæ ex captiuitate diaboli, reducendosque in paradysum cælestem.

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Overe virginem omnium virtutum formam, totius sanctitatis specimen, omnimodæ perfectionis exemplar. Non acquiescit in vllis Dei donis, quod faciunt stulti, qui se extollunt & gloriatur in beneficijs Dei, sed exultat in ipso Deo. Gratias quidem agit Deo de beneficijs illius, sed non ibi hæret, non in illis cū delectatione quiescit, sed per illa tendit in Deum. D. Augustinus quodam sermone ait: Exultat in domino, qui terrena non curat, quæ prosperitas non emollit, quem aduersitas temporalis non frangit, quem sola Dei memoria

Anima B. Mariæ q modo magnificauit dñm.

Matæ 14

Augustin. Exultare in Deo qd fit.

delectat. Exultauit, inquit Maria, spiritus meus in Deo salutari meo: non in impietate, vnde gaudet diabolus, non in vanitate, vnde lætatur mundus, non in voluptate, vnde caro exultat, nõ in generis nobilitate, non in corporis pulchritudine, non in mudi prosperitate, sed in Deo salutari meo. Vocat autem beata virgo Deum salutarem vel saluatorem suum, non quidem generali, sed speciali ratione, quandoquid ipsam solam à peccato originis saluauit per gratiam præseruationis, qui est modus dignissimus redimendi. Præclarius est enim seruare immunem à vulnere, quã ab inflicto curare. Vnde in officio Conceptionis eiusdem virginis sanctissimæ canit sancta Ecclesia:

Nullum redemit filius
Ex omni gente dignus,
Qui te seruauit provide
Mundam paterno scelere.

Et insignis quidam Theologus loquens B. virgini: Te, inquit, crimine solam immunem natus contulit esse tuus. Et nos dilectissimi non in vllis diuitijs, non delitijs, non honoribus, sed in Deo semper exultemus. Non est solidum, verum, stabile gaudium, nisi in Deo. Gaudeat filij huius seculi in rebus nihili, nos gaudeamus in Deo, qui nobis æterna promisit & seruat gaudia in cælis, Amen.

SERMO I. IN EADEM Solennitate. Vt cunctis mulieribus illustribus & in scriptura laudatis beatissima virgo Maria sit præstantior.

Benedicta tu inter mulieres. Lucæ primo. Charissimi fratres, legimus nõnullas in veteri testamento mulieres ante Mariam benedictas, verum per homines non à Deo ita commedatas. Maria prima est, quæ cælestis nunciij primum, ite Elizabeth, imo spiritus sancti per Elizabeth meruit testimonium. Nec modo bñdicta dicitur, sed additur etiam in mulieribus, hoc est inter mulieres, præ omnibus, ante omnes, supra omnes. Cæteræ quidem ob vnum aut alterum aliquod insigne prædicantur benedictæ. Maria quicquid in singulis claruit, totum in se collegit. Quapropter cõ priores in figura

Exultauit spiritus Mariæ in Deo salutari suo.

Preferri à peccato quanto sit dominus Dei.

1

figura

Figura eius commendatur, ipsa tanto interuallo antecedit omnes, quantum inter est inter figuram & rem. Principio igitur si generatim de sexu loquendum sit, palam est illud trifario ordine distinctum ita gessisse Mariam, vt horum quemlibet illustrarit, quemlibet Deo consecrarit: nam omnis mulier cum sit aut virgo, aut coniunx, aut vidua, Maria quodlibet est horum: atq; cuiusvis ordinis cum sint claritates quædam tanquam benedictiones, Maria supremo ac inaccessibili gradu cū singulis tum omnibus emicuit. Est autem benedictio virginum castitas virginalis, pudica verecundia, & tam corporis quã morum honesta pulchritudo. Coniugarum est fecunditas, prudentia, sedulitas. Viduarum continentia, modestia, pietas. His omnibus quantum B. Maria virgo simul & coniunx, tandem & vidua, cunctis alijs mulieribus illustrior sit, quamq; præterea multis alijs (quæ in nulla muliere inueniri contingit) singularis eniteat, silentio potius q̃ indigno preconio laudabimus: quippe cum tanta sint, vt rei magnitudinæ doctissimus quisq; superetur. At vero si de his mulieribus quæ in scriptura veteris paginæ commendantur singillatim sermo faciendus sit, cito ostendi potest q̃ facile & illas oēs vincat Maria. Nam (vt aliquas recensemus) Eua primam illam ac primam omnium matrem (neq; enim par est illam à sanctæ catalogo mulierum sequestrari) quis nesciat hac nostra matre, puta virgine beata, longe inferiorem: Cui tamen non mediocri laude donatum sit, cunctorum mortalium esse parentem, parit tamẽ filios mortis sicut Maria adoptionis. Multiplicauit quidem Eua gentem, sed non magnificauit lætitiã, quã do quidem filijs suis generale malum induxit, quod Maria beatissima mater nostra nobis abstulit. Illa igitur auctrix culpæ, hæc inuentrix est gratiæ. Illa nos in ærumnas multas coniecit, hæc eripiens nos felicitati restituit. Sit ergo Eua cunctarum gentium parens infelix, Maria oim est electorum mater beata. Nec mirum videatur, qd dixerim Mariam omnium electorum matrem. Qui enim non esset: quandoquidem non aliud est esse Mariæ filium atq; Christi membrum. Constat autem omnes nos esse membra Christi, atq; ideo filios Mariæ. Et de hac satis, Accedamus ad alias.

Commendatur Rebecca à pulchritudine

ne, quod puella sit decora nimis, virgoq; pulcherrima. Item Rachel, quod decora sit facie & venusto aspectu. Adeo vt hæc posterior Iacob septennem laborem sui amore reddiderit breuem. Altera Isaac prioris tristitiæ (quæ pro morte acciderat matris) penitus fecit immemorẽ. At nihil hoc ad Mariam, quæ tota pulchra & sine macula, (Et vt verbis vtat diui Bernardi) virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter & corporis decore præfulgida, specie sua & pulchritudine in cælestibus cognita, cæli ciuium in se prouocauit aspectum, ita vt cælestis regis animum ad sui concupiscentiam inclinaret, vt cælestẽ nuncium ad se de supernis adduceret.

Laudatur mulier illa Thecuitis, qd regi Dauid eiectione filij sui persuaserit reductione. Maria permulta cū Deo in precibus suis pro humani generis reparatiõne disputans id obtinuit, vt non vni tantum eiectione, sed omnibus sit copia reuertendi in paradysum multo feliciorem, quã vnde sumus extrusi. Sic altera quædam in Abela, mulier non tam laudanda est (quod cum Ioab per murum sapienter loquens, assentiendo his quæ postulabat ille urbem seruauerit) quam beata Maria quæ licet pauca, prudenter tamen cum angelo differens, dum annuit his quæ petuntur, orbem seruat vniuersum. Dauid iratum iam iamq; vt de sui contemptoribus ultionem caperet, accinctum præuenit, placat, reuocatq; Abigail offerens se in ancillam vt lauet pedes seruum domini sui Dauid, vtpote non minus humilis quã prudens. Maria diutinã illam inimicitiam inter Deum & hominem suo interuentu dirimit, atq; adeo humanã naturam diuinę cõciliat, vt in vteri sui thalamo ex vtraq; vnus idẽq; fieret Emanuel. Quo nimirum egit vt sententia illis per serpētis astutiam generi humano superinducta (quæ nihilo erat clementior ea quam olim ludæorum hostis Aman eidem genti fuerat machinatus) reuocetur, inueniens apud Deum gratiam pro omnibus vberiorum, quam Hester electa regina ante Assuerum. Laudabilis plane vxor Manue quæ licet sterili angelo credit se parituram, infantemq; editum mox Deo consecrat Nazareum. Anna quoq; deuota vxor Helchanę, perinde ac prior haud fecunda datam sibi prolem Samuelem Deo in templũ redonat. At cernite nunc quam sit Maria tũ

ff fide

Femine (sexus ordinẽ triplicẽ vti gesserunt, illi uirginitate, illi coniugio, illi viduitate) Maria.

Virginum bñdictio quæ sit.

Coniugarum, Viduarum.

Quo cum alijs mulieribus in scriptura laudatis Maria sit præstantior.

Eua quantum excellat Maria. Gene. 3. Et Matæ 9.

Electorum oim mater sit Maria.

Gene. 14

Gene. 29

Cantic. 4 Bernard.

K 1. Reg. 14

1. Reg. 10

1. Reg. 31

Gene. 3

Hester 5

1. Reg. 13

1. Reg. 2

fide maior tum deuotione illustrior. Credit angelo se parituram vel virginem, prolem quoque enixa diuinam, verum patri conceperat Nazareum, Samsonem fortiolem: quippe qui non modo de hostibus, verum etiam de morte moriens ipse triumphauit. Samuelemque sanctiorem, utpote qui non pecudes, sed hostiam uiuentem, Deo placibilem, semetipsum mactaret. Adde quod mater non tam ipsam prolem quam semetipsam Deo in templum dedicat, imo Dei templum etiam ipsa efficitur, dum uterum suum Deo hospitium locat. Quid multa? Queritur David Christo domini in cunctis finibus Israel virgo adolescentula quae foueat illum & ministret seni. Reperta tandem Abisac (qua nulla tum alia speciosior) adductaque seruiuit ei, dormiuitque cum illo manens uirgo. Quorsum hoc? Profecto ut intelligamus Mariam Abisac nobiliorem non modo e finibus unius, sed omnium gentium e cunctis seculis, imo & ab initio & ante secula Christo electam, quippe quae sola uisa digna sit eundem habere, & Deum & filium, eiusdem esse & sponsa & ancilla, mater & uirgo. Verum dicet aliquis: Quid attinet ad Mariam cubatio Abisac, quando quidem de ministerio non dubitatur? Profecto non parum, Christum namque dum laetat, dum pascit, dum fouet, dum denique caetera id genus officia exhibet humanitati eidem ministrat. At dum rursus eundem Deum salutare suum contempletur, cuius est sponsa dignior, quam alia quacumque anima contemplatiua, dum amat, dum suauissimo exultationis gustu amplexatur, eique inheret, dormit cum illo. Quidni dormiat Maria, cum filiabus Sion interdicitur, ne interrupto contemplationis eius somno, usque quaque susciteant dilectam, donec ipsa velit. Dormit ergo, pro qua tanto opere mandatur ne susciteat. Occurrit modo, nec tacenda est, puto, mulier illa Sunamitis, non minus deuotione quam clementia insignis, quae Helisaeo intra domum suam constituit cenaculum. Figura est cuius plane ueritas elucet clarius in Maria. Siquidem haec deuotissima & tota misericors (quippe quae usque hodie ab omni seculo canitur, misericordiae regina, uita dulcedo, spes nostra, aduocata, clemens, dulcis & pia) suscepit misericordiam Dei in medio templi sui, id est, intra domum corporis sui suscepit uerum Helisaeum, id est, Dei mei salutare (ita enim in

Roman. 6
1. Reg. 3

1. Reg. 1

Abisac seruiens Dauid vii Mariae dcfi gnet. Eccl. 2 4

Dormitio Mariae est Christo mystice qd

Cantic. 2

L
4. Reg. 4
Sunamitis
Helisaeum
suscepit
vri Maria
figurari.

Psal. 47
Helisaeus
quid inter
pretetur.

terpretatur) in medio templi sui, hoc est, intra domum corporis sui. Nec modo suscepit, verum etiam cenaculum ei non ligneum, sed carneum spiritu sancto artifice donauit. Vnde etiam ipsa est mulier illa vidua, quae Helisaeo, id est, Deo meo, siue Deo domino panem paruulum, de quo oes in altari reficimur, coxit: cuius neque farina hydri, id est, uirginitatis cadore, neque olei lechitus, id est, exuberantia misericordiae unquam defecit. Parit Sara anus filium sibi repositum, quo mater multarum gentium constituitur: parit Maria (quod mirabilius est) uirgo uerum Isaac in quo benedicuntur omnes gentes, in quo omnes scripturae complentur, in quo oes figurae consummatur. Fit quoque ipsa Maria, ob unius partum, non unius tantum filium, sed omnium qui in Christo regenerantur, omnium qui cum Christo haereditabunt, mater atque propterea siue Lya siue alia quacumque muliere, quam a fecunditate commendat scriptura, fecundior. Non praetermittenda hoc loco uidetur Anna uidua illa Euangelica, quae de Christo uaticinans infante (ne prophetiae donum aestimetur indigna, magnis inducitur meritorum diuitijs commendata. Verum quantum laudata, quando poterit Mariae integritati comparari? Deinde quid potuisset mulier sancta de Christo praedicere, quod Mariae uel experientia non esset competum? Ad aliam igitur transeamus. Ruth, quoniam mulier erat uirtutis, a Boos benedicta meruit laudari, quae priorem misericordiam posteriore superarit. Verum, quid illic tam excelsum, quid benedictione tam dignum, quod non superauerit mulier nostra mater pulchrae dilectionis & timoris & agnitionis & sanctae spei? In qua gratia omnis uita & ueritatis, in qua omnis spes uita & uirtutis: Vere superauit Maria misericordiam priorem posteriore. Magna nobis misericordiam fecit, quod in matre Dei electa & petita annuens, ancillam se obtulit, quod nobis concepit Deum, nobis peperit paruulum, nobis dedit filium. At maiorem hanc fuisse quis dubitet, quod quae genuerat nobis, etiam in mortem exposuit pro nobis, cum illo pariter nostram sub cruce operans salutem? Aut ista prior misericordia eius est, qua temporalibus nostris necessitatibus atque corporalibus subuenit etiam. Haec superat posterior, quae nos pia mater trahit ad aeterna: quae nimirum prior

Ruth

Gen. 11

Gen. 11

Luc. 1

Ruth

Eccl. 14

Misericordiam priorem uel uia supra uel posterior. Luc. 1

Tom. 11

re est

M
Iudic. 2

Marię cur merito tribuatur ex scripturis quę tribuuntur Ecclesie.

Ruth 1
Gen. 17

Iudic. 4

1. Reg. 2

Iudith 10

re est potior, quanto celestia praestant terrenis. Occurrit nunc Rahab, quam si de legimus praeclearam, Maria tamen inferioriorem. Illa enim choruscantibus prodigijs excitata, ex urbe infidelium Deo Israelitarum credidit. Haec Christo moriente, simulque cum eo in cunctorum animis lumine fidei occumbente, sola incolumi fide toto illo triduo perseuerauit, sola tum Ecclesiae personam expressit. Vnde haud immerito factum est, ut ex scripturis, quae tribuuntur Ecclesiae, eadem tribuantur & Mariae, quae doquidem, ut dixi, eo triduo quo Christus mortuus est, in una Maria seruabatur, & Ecclesia, & fides integra. Caeterum, quae iuxta crucem sumus, uidete hic Noemi tristere, uidete Sara honestiorem: quippe quae non modo in puellaribus annis, uerum in tantis etiam dolorum angustijs nihil immaturum, nihil indecens praestitit. Videte Salomae constantiorem. Nec quenquam moueat, quod illa in septem, haec in unigenito passa sit, cum non filiorum numerus, sed dolor copatientis uideatur: & in immensum ferme exaggeratus, in Maria pensandus sit. Accedit quod unius Christi uel ad horam uita cunctis mortalium sit preciosior, proinde quoque mors eius uolentius lugenda, quam aliorum omnium. Non dubitem tamen, quemadmodum Christum non solum pro prius dolor, sed etiam singulorum membro suorum spiritualium, puta qui sui amore erant passuri, torfit: ita Mariae cor doloris gladius, & pro unigenito & pro omnibus filijs adoptiuis, futuris scilicet martyribus disseccuit. Ad aliam pergamus. Miratur quis Delboran propheten populo iudicentem innoxiosque ab oppressoribus uindicantem. Miretur potius Mariam nouelae Ecclesiae post Christi ascensionem praesidentem, legemque Euangelicam interpretantem. Miretur eam nunc caelis terrisque imperantem, atque clementiori iudicio non tam liberantem infantes, quam etiam ex impijs iustos facientem. Honoratur Bethsabee mater Salomonis, & a filio regnante extollitur. Verum illius thronus itaque sedendi maiestas ac impetrandi facultas (cunctis liquet) quam nihil possit ad Mariam gloriam aequari, ne tantillum quidem. Ad Iudith igitur uel nunc tandem veniamus, mulierem tam uirtute quam gloria conspicuam, quam gens Iudaeorum admiratur pro uictoria eo speciosiore quam fragiliori manu, utpote feminea

parta fuerat, nihilo secius quam olim Iaelis, quae Israelitarum hostem Syfaram infixo in tempora clauo strauerat. At multo gloriosior, omniumque celeberrima est quae per Mariam nobis adepta est uictoria, quae Deus ipse vincitur, quae Dei iustitia ad misericordiam flectitur, quae diaboli uirtus sternitur, quae serpentina malignitas pedibus scemine calcanda, conterenda, eliminandaque subiicit, quae celestis patriae haereditas penam amissa nobis recuperatur, quae denique domus superbissimi Nabuchodonosor tota per unam uirginem Hebraeam cofutatur. Quae plane oia cum per Mariam habeamus, dignum profecto est immensis eam extollamus laudibus, eique quod in Iudith pronuntium acclamabat multo uisus tribuamus, dicentes: Benedixit te dominus in uirtute tua, quae per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta tu filia a domino Deo excelso pro oibus mulieribus super terram. Benedictus dominus qui creauit caelum & terram, qui te direxit in uulnera capitis principis inimicorum nostrorum, quia hodie ita nomen tuum magnificauit, ut non recedat laus tua de ore hominum. Tu gloria Hierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri: quia fecisti uiriliter, & confortatum est cor tuum, & ideo eris benedicta in aeternum, praestante filio domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO II. IN EADEM SOLLENIRATE. Quasnam ob causas beatissima uirgo Maria uisitata uerit cognatam suam Elizabeth: benedicta uti fuerit beata Maria multifariam, deque septem beneficijs ceu uisitationibus quibus sibi deuotos uisitat & afficit.



Xurgens Maria abiit in mota, cum festinatione. Lucae 1. Hodie festum fratres charissimi, uisitationis gloriose uirginis Mariae celebramus: festum quo fidelibus in Maria exemplum mirae pietatis & humilitatis proponitur imitandum. Siquidem per angelum caelitus missum salutata, ad redemptionem humani generis electa, & iam Dei (quem in utero mater habuit) effecta, nihil se extulit, nihil de se praesumpsit, nihil de se plus sensit: non digniorem se aestimari uoluit. Cognatam autem senem uisita-

Iudic. 4

Victoria per Mariam nobis adepta quae sit gloriosa.

Iudith 14

Iudith. 13

Iudith 19

N

ff ij uir, ut

uit, vt de adempto sterilitatis opprobrio, illi gratularetur, vt spiritualem consolationem illi super beneficiorum diuinorum collatiōe impartiretur, vt arcana sua (quia vtriq; de altera diuinitus fuerat reuelatū) sibi communicarent, & Deū simul collaudarent: & ipsa Maria, licet dignior, tamen iunior seniori iam ad sex menses grauidæ inferiret. Huius autem historię declaratio est Euangelium ipsum, quod hoc die in Ecclesijs recitatur, quodq; sanctus describit Lucas Evangelista, dicēs: Exurgēs Maria abijt in montana, &c. Postq̄ enim per angelum edocta fuerat beatissima Maria, senem Elizabeth sterilem cōcepisse, & in spiritu intellexerat talem filium, ac tantum parituram, statuit suam cognatam visitare, haud dubium quin de sponsi sui Ioseph, cui reuerentiam & obedientiā deferrebat, licentia. Concordabant enim optime inter se Ioseph & Maria, quia erāt templi spiritus sancti ambo, licet Maria incōparabiliter dignior esset: concordabant quoq; cum Deo, nihil nisi quod Deo placitum esset volentes. Fundatur enim concordia super conformatione humanæ voluntatis cum diuina: ideo non poterant esse difformes in voluntate, vbi talis voluntas poterat stabiliter seruari. Sunt tamen qui putāt Ioseph cum Maria iuisse. Sed huius non habemus certum in scriptura testimoniū.

Quæris fortasse, quid mouebat S. Mariam, vt ad mōtana ascenderet, & Elizabeth visitaret? Non profecto leuitas, aut curiositas aliqua. Si autē ad mysticā respicimus significationē, charitas eā dubio pcul mouebat ascendere mōtana. i. supna. Nā vt igni naturale est sursum ferri, ita amor diuino pprium est ad supna eleuari. Illuc em̄ ferit, illuc sp̄m impellit, q̄ sperat inuenire, qd amat. Cor nāq; q̄ Dei amore plēnū est, ignē in se sentit, q̄ sursum impellit ad Deū: q̄, scdm Augustinū, Aīa magis est vbi amat, quam vbi animat. Maria ergo montana ascendit, i. quāto pficiebat, tāto ad supna & celestia magis tēdit. Nō eēt autē mīz, si amās aīa, etiā literaliter loquendo, alta loca potius q̄reret, q̄ humilia, q̄si humanū affectum humano mō consolans, vt in locis supnis vicinior qdammō eēt celestibus, hoc est, loco illi, q̄ videt Deum. Qui quis oī in loco p̄sens sit, in certo tñ solo, hoc est, in cœlo solo se cōtemplandū atq; fruendū p̄bet. Alud it̄s S. Ambrosius de B. Maria loquēs:

In mōtana, inqt, ascendit. Quo em̄ iā Deo plena, nisi ad supiora conscenderet? Et Petrus ep̄s Rauennateñ. Accepto, ait, consensu virginis, vt sine virili semine conciperet Dei filiū, discessit angelus ab ea, visū vtriq; subtrahēdo, nō famulatū, atq; cœlestia petit: quē virgo sequitur, dñ in mōtana p̄greditur. Secundū literā, necessarium fuit montana ascendere à Nazareth in Iudcā, quia Nazareth humiliori loco sita erat, sicut tota galilœa regio, q̄ Iudcā. Secundo, pietas eā mouebat ad gratulandum seni, quē ab opprobrio sterilitatis erat liberata. Cū Maria pietas creuit ab infantia, digna profecto quē mater fieret pietatis, & ex commisso curā nostrę gereret salutis. Vnde D. Bernardus: Vere, inqt, eius misericordię et pietatis longitudinē, latitudinē & profunditatē æstimare nemo pōt, aut mensurare. Ipsa oībus oīa facta est, oībus sinū misericordię apit, vt de plenitudine eius accipiāt vniuersi, & iusti gratiā, & pctōres veniam, angelus letitiam, filius Dei carnis substantiam, & tota Trinitas gloriā. Tertio, Maria ascendit, ppter humilitatē. Eandē q̄ Deo exhibuerat humilitatē dicēs: Ecce ancilla dñi, exhibere q̄q; hoībus curabat. Senium cognatę attēdebat, grauitatē imp̄gnate misererebat: ideo iuuenula vetulæ ministrare volebat. Vñ Ambr. Vt audiuit Maria, sc̄s cōceptū Elizabeth nō q̄si incredula de oraculo (scilicet p̄ angelū dicto) nec q̄si incerta de nūcio (scilicet cœlitus sibi misso) nec q̄si dubitās de exēplo (sc̄s in conceptu Elizabeth sibi dato) sed q̄si læta p̄ voto, religioſa p̄ officio (sc̄s ad seruiendū) festina p̄ gaudio ad mōtana prexit. Itēq; Didicistis virgines pudorē Marię, discite & humilitatē. Venit p̄pinqua ad pximā, iunior ad seniorē: nec solū venit, sed etiam prior salutauit. Decet em̄, vt quāto castior ygo, tāto sit humilior, nouerit deferre senioribus sit magistra humilitatis, in q̄ est professio castitatis. Vide humilitatē, vide deuotiōem. Non eā aspitas montiū, nō plixitas itineris, nō sexus infirmitas, nō virginitatis pudor, seu pudicitia retraxit. Venit dñā ad ancillā, regina ad vassallā, mater Dei ad matrē seruuli. Nos humiles multum fuisse existimamus, si superioribus subijcimus, Maria inferiori se subiecit. Quarto, Maria ad mōtana cōscendit, ppter sc̄ificationē Ioannis. Maria em̄ venit ad Elizabeth. Christus ad Ioannē, vt ip̄m sc̄ificaret in vtero, & in

Petrus Rauennateñ.

O Pietas vt mouerit B. Mariam ad visitandum cognatam suam. Bernard.

1. Cor. 1 Ioan.

Humilitas vt mouerit Mariam ad montana ascendere. Lucę

Ambrosi

Idem.

Ioannes vt sc̄ificaretur Mariam cognatam suam visitat se.

& in pphetam vngeret. Vide nūc, quō dei templū nobilissima virgo, & mūdi dñā humiliter incedit, nō eques, nō curru vecta, sed pedes, habēs fortasse aliq̄s virgines pudicas, olim in tēplo socias, sui itineris comites. Quas si etiā nō habuit, nequaquā sola ambulauit. Habuit nāq; dñm cœli & terræ creatorē oīm, habuit secū angelos cœlestē exercitū quippe q̄ regē & reginā suā magna veneratiōe comitabant. Sed quō ascendit? Cū festinatiōe inqt. Qua sententia spūaliter feruorem B. Marię exprimit. Ne scit, inqt D. Ambrosius, tarda molimina spūs sc̄ti gratia. Scdm historiā, ambulauit festināter, q̄ diu in publico videri renuebat, vt hoc ip̄o ostenderet, q̄ debeat virgo oīs fuere horrereq; morari diu in publico, nec ibi cōtrahere colloq̄. Venit autē in Hierusalē ciuitatem Iuda, & salutauit Elizabeth. Mos illi fuit patrię, vt prior salutaret q̄ eēt minor. Vñ B. Maria Elizabeth sibi p̄ferēs, prior tanq̄ indignior salutauit. Cum porro audiisset B. Marię salutatiōem Elizabeth, exultauit infās in vtero eius. Mox autē vt B. Maria salutauit Elizabeth, repletus est spū sc̄to Ioānes sanctissimus infans in vtero matris: q̄ fuerat ante p̄ angelū Zacharię p̄missum. Itaq; spū sc̄to plenus Ioānes, dñi sui p̄sentiam sentit, & p̄ gaudio q̄si exultādo aut saltādo, tripudiat, hoc est, q̄sdā gestus ad modū exultatiōis, aut subfiliētis p̄ se fert: q̄ quē lingua necdū potuit aut voce, corporis motu, & animi exultatiōe salutari. Mouebat tūc q̄si gestūs assurgere, exire & dño suo occurrere, atq; salutari. Hoc loco Ioānes vnctus à dño, officium suū inchoauit, scilicet p̄cursionis, & p̄phetationis, q̄ in vtero matris exiliēs, aduentū Christi euāgelizauit, q̄si tunc signis & motibus diceret, q̄ postea verbis clamabat: Ecce agnus Dei, qui tollit pctā mundi. Dicit autē hoc loco D. Ioānes Chrysoſt. Christus ideo fecit Mariā salutare Elizabeth, vt sermo p̄cedēs ex vtero matris, vbi habitabat dñs, & per aures Elizabeth ingressus, descenderet ad Ioannē, & illuc eum vngeret in prophetā. Nam statim, vt vox salutationis conuenit ad aures eius, exultans puer prophetauit, nō voce sed motu. Dic beatissime infans, dic prophetę oīmum maxime, qui digne & plus quam propheta vocaberis, vnde hęc tibi exultatiō tā insolita, tā oībus seculis inaudita, tamq; supra oīm humani intellectus capacitatem:

Nondū natus es, & iā prophetas, dñi aduentū cognoscis, & quē voce salutare nō potes, exultando agis qd potes. Quā lætus illi occurreres, si eū videre posses iam natus. Sed q̄ id adhuc minime potes, facis exultādo qd potes. Cū autē eiusmodi salutatiōne tam mirā, tamq; humilē matris Dei audiisset Elizabeth, exultauit, vt dictum est, infās in vtero eius, & repleta est Elizabeth spiritu sancto. Non prius quidem repleta mater est, quā filius: sed repletus filius, repleuit & matrem. Ex plenitudine gratiæ, qua se recepit Christus in vterum virginis, effudit gratiam sanctificationis per salutatiōem virginis in Ioannem, quæ vterius redūdabat in matrē. Vnde Elizabeth exultās totaq; exhilarata & spiritu sancto accēsa, amplexatur virginem tenerrimē, & nō valēs seipsam cōtinere, exclamat voce magna: filius autē intus latens, docet qd mater exterius facere debeat. Infantis enim spūs nec valentis clamare, nec voce propria exprimere id qd sensit mysteriū, fecit matrē voce magna clamare, tū in signum magnę affectionis, tum quia magna Dei dona cognouit, tum q̄ illum in vtero tenebat, qui vox verbi erat. Exclamauit ergo voce magna sancta Elizabeth, dicēs: Benedicta tu inter mulieres. Nos qdem oēs reliq̄ mulieres obprobrio & maledictioni subiicemus, quæ in immunditia & corruptione cōcipimus, in dolore parimus. Tu ab oī corruptione, ab oī vx, ab oī impuritate libera, sola bñdicta es inter mulieres: q̄qd gratię, q̄qd priuilegij, q̄qd p̄minentię singularis in ceteris mulieribus reperit. tu singulariter bñdicta excellentius possides. Laudātur p̄decessores nostrę mulieres, aut à castitate, aut à pietate, aut à sapientia & prudentia, aut à pulchritudine, aut à modestia ceterisq; virtutibus: tu bñdicta supergrederis vniuersas. Tu oīm castissima, oīm pulcherrima, oīm prudētissima, oīm pijsissima, oīm modestissima atq; virtuosissima. Hanc ergo sanctissimam Christi matrem cū D. Elizabeth, & nos fratres charissimi, corde & labijs honoremus & collaudemus, & q̄ nam pacto bñdicta sit à sanctissima trinitate, & a nobis oībusq; creaturis bñdicēda ex S. Elizabeth hac angelicāq; q̄ eā D. Gabriel q̄q; bñdictam testatus est, admoniti, paulo altius repetamus: Benedicta tu inter mulieres, qñ te Deus ab æterno elegit, nō modo vt ab ip̄o æternā

Lucas

B. Maria & Ioseph quanta cōcordia fuerit.

Charitas vt mouerit B. Mariam ascendere montana.

Augustin.

Anima animans cur loca altiora petat.

Ambrosi

Ambrosi

Salutatio nis mutuo mos quis apud iudeos fuerit.

B. Ioānes qñ & vbi officij suū inchoauit.

Ioan. 1

Chrysoſt.

Matth. 11

Benedicta vt fuerit B. Maria multatari am.

beatitudine consequaris, vix per quā aterna sapiētia nasci dignabit, p quam vniuersum mundū patri suo reconciliabit, per quē pētores ad se, instar retis ad littus salutis tracturus est, cuius pietate intercedente, in numeris despatis fidutiam, afflictis cōsolationē, captiuis liberationē, pditis salutē p̄stabit. B̄ndicta tu in tuapurissima cōceptio ne, p̄ oibus, nō solū mulieribus, sed & hoibus vniuersis, q nascunt filij irē, q singulargratia dono p̄ cūctis mortalibus ab oī prius te p̄cō p̄seruauit. B̄ndicta tu q̄ non modo hoibus, sed & angelis sanctitatis excellentia fecit p̄stantiorem, implens te omni gena gratia ac virtutū plenitudine, tanta scz, quāta creatura posset vlla suscipere. Nā cū D. Hieronymo teste, ceteris p̄ partes data sit gratia sc̄tū, Marię totā se infudit gratię plenitudo. B̄ndicta tu à gñis nobilitate, vtputa patriarchali, p̄phético, regio ac sacerdotali stemmate illustrissima, parentibus quoq; sanctis ac castis, qbus p̄pter te sterilitatis obpbriū abstulerat, te dotauit. Benedicta tu in corporis venustate, morū elegantia, ac quicquid decoris, quicquid gratiæ est, qd humanis oculis solet esse acceptum, omni videlicet pulchritudine, omni donorum varietate venustata. B̄ndicta tu in primo virginitatis p̄petuo seruandę proposito ac voto, cūctis retro te seculis illaudato, mundo incognito, in salutem autem innumerabiliū animarū, in angelicę conuersationis exordium sc̄torum oīm profectū, in monasticę vitę institutum, qui tuū videlicet exemplū erunt imitaturi. Benedicta tu in virginalis puritatis fecunditate. Nam in tuo vtero felicissimo, & de tua carne purissima sibi Dei filius ęternaq; sapientia, carnē assumpsit, & vt esses Dei verissima mater (quod est excellētissime dignitatis, & quanta sub Deo non posset esse maior) fecit. Benedicta tu, in cuius vtero mēsis nouem filius Dei requieuit, quem sine gra uamine & molestia, tumescēte felicissimo vtero tuo, gestasti, qui interim non solum animam tuam, sed & corpus miris cōsolationibus affecit. Benedicta tu, in partu felicissimo, quandoquidem carnis integritatem ex te miro modo filius Dei nascens, tibi non solum non abstulit, sed parienti etiam dolorem nullum intulit. Benedicta tu, quam passionis suę sociam, nostrę redemptionis cooperatricem sibi in cruce p̄denti ad stare voluit, doloribus animi internis

cunctis martyribus p̄stantiorem te fecit, matrem te omnium filiorum adoptionis constituit. Benedicta tu, in ipsius resurrectione, quia primo omnī tibi gloriosus apparuit, tristitiam om̄em depulit, gaudijs potioribus ac singularibus te refecit. Benedicta tu, in eiusdem filij tui gloriosa ascensione, quando carnem ipsius ex te sumptam, tam vidisti mirifice supra ordines omnes angelorū sublimari. Benedicta tu, in spiritus sancti missione, q̄ te in apostolorum p̄dicatione, in mundi cōuersione, in Ecclesię p̄pagatione, in gentiū uocatione (cuius figurā typumq; iam olim in Magorū intellexeras aduētū) atq; in dono aū Dei in credētes vberrima sup effusione te, q̄ eras charitate p̄fectissima, incredibili spiritus exultatione repleuit. Benedicta tu in quietissima dormitione, quando in egressu sanctissimę animę tuę à corpore, requiem tibi potius, quam mortem donauit: qñ quidem te ab oī dolore fecit liberā, & timore oī securā, amore ebriam, oīq; beatitudine plenā & beatā. B̄ndicta tu, in tui felicissima assumptione. Nam corpori tuo incorruptionē p̄stitit, resurrectionē p̄rogauit, teq; in aīa & corpore assumptam glorificauit. Benedicta tu, in tui coronatione, quia te in cōelo oibus superiorē ad dexteram suā collocauit, mundo post se honorabilissimam, amabilissimā utilissimam que constituit, gratiamq; consolandi, nec nō & copiā exorandi pro oibus tibi donauit. Benedicta ergo tu, inter mulieres, quādoquidem per te omnes benedicuntur, ma ledictio oīs per te exire compellitur, & b̄ndictio omnis per te intrat. B̄ndicta tu inter mulieres, quæ oīm fœminei sexus statū in te cōtinens, sanctificas: omnis enī mulier cum aut virgo, aut coniunx, aut vidua sit, tu omnia es. Ergo b̄ndicta tu inter mulieres. Quicquid enim in vlla sanctarū mulierū reperitur, excellentius est in te: & p̄terea multa alia, quę nulli mulierum donata sunt, tibi singulariter pro benedictione collata sunt. Et benedictus fructus vētris tui. Ideo tu benedicta, quia benedictus fructus ventris tui. Et vere singulariterq; b̄ndictus, q nō nostro more, postq̄ natus est, gratiā b̄ndictiōis à dño p̄cepit, sed ad salutē dū mundū, ip̄e venit b̄ndictus in noīe dñi: p̄ quē & semē incorruptiōis & sup̄nę hareditatis, q̄ pdidimus in Adā, recepimus fructū. B̄ndictus q̄q; fructus vētris tui, qñ quidem

R

Marth.

Fructus vētris tui

Marth.

Eph.

Hierony.

dem benedictio per illum omnibus alijs venit, q iuxta qd homo est, b̄ndictus singulari gratiæ b̄ndictiōe oīm diuinorū charismatū. B̄ndictus itē b̄ndictione glorię, iuxta qd Deus est, ab ęterno vsq; in ęternū, aut, sicut ait Apostolus, q est sup oīa benedictus Deus in secula, q benedixit nos omni benedictione spirituali, scilicet per suā incarnationem & passionē, in cōlestibus. Cōmēdat S. Elizabeth deinde B. Mariā à sua humilitate, dicēs: Et vnde hoc mihi, vt mater dñi mei veniat, ad me? Vbi hoc meruit: quo iure fit: quid bene feci, vt mihi talia fierent: vt tanta se humiliaret erga me peccatricem mater domini mei? Ego venire debui ad te, & tu, venis ad me. Scio quæ scis: agnosco quæ sim ego? Scio quod huius mater sis, cuius non sum digna vocari ancilla. Scio quod indigna sim osculari pedes tuos. Et tu venis ad me: Sed hæc est gratia tua, hæc dignatio tuæ humilitatis. Sensi in vtero meo, quanta mihi bona per tuū aduentum acciderunt. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, Ac si dicat: En in tuo aduentu, & salutatione: nō solū ego, sed & infans in meo vtero lætabūsus subsilit, & gratulat: & qd voce neq; efficit vt potest exultatiōe. Et hæc qdē d. Elizabeth miraculū, & incarnationē verbi cognouit, Mariā matrē esse dñi intellexit. Intellexit utiq; p sp̄m sc̄m, q̄ repleta erat, exultatio infantis tā p̄ter omnē vsum naturæ, qd mysterioz nō modo in Dei matre, sed etiam in suo vtero gereret, qñ quidem senserat p̄sentem regem, cuius esset futurus p̄pheta. Sancta Elizabeth vsq; nūc grauidam se celauerat, iam nō vltro celabat, ardeo vt etiam gloriaret quod mater esset prophetæ domini sui, ostendens se spiritu sancto consciā (talis est doctor q in mōmēto oīa docere potest sp̄s sc̄tū) eorū quę locutus fuerat ad Mariam angelus, dicēs: Et B. quæ credidisti, qñ p̄ficiantur in te q̄ dicta sunt tibi à dño. Miram in modum sanctus spiritus Sanctam Elizabeth impleuit p̄sentium simul p̄teritorum & futurorum eam sciētia instruens. De p̄sentibus nāq; se edocēā mōstrauit, qñ B. Mariam matrē dñi sui vocans, quia redemptorem oīm in suo felici vtero gestaret, iudicauit. P̄teritoroz se q̄q; notitiam impetrasse ostēdit, qñ & verba angeli ad Mariam, & cōsensum Mariæ credētes sibi innotuisse pro

Rom. 9 Eph. 1

S

Elizabeth q̄nam sp̄m sancto doctore cog nouerit

Elizabeth vt p̄teritos plentium & futurorum sc̄tū entī a sue cit cōsecuta.

didit, Sed & futuroz sibi sciētiā nō negatam intimauit, cū p̄ficiēdo à dño q̄ ei dicta essent, apuit. Quis autē charissimi fratres dicere, q̄s æstimare sufficiat, q̄ tū gratia sp̄s sc̄tī Dei genetricem repleuerit, cū tanta in matre p̄cursoris lux doni cōlestis emicuit? Ea autē quæ in historia solennitatis hodiernæ leguntur dicta à beatissima virgine deique matre Maria adeo sunt p̄funda, & humanæ intelligentiæ impetrabilia, vt potius sint veneranda silentioq; p̄menda, quam temerario ore p̄menda. Post has laudes B. Maria vere humilis ancilla domini, & grata deo spiritu sancto in se loquente, ait: Magnificat aīa mea dominum. Tu laudas & p̄dicas me, sed aīa mea nihil in se cognoscit propriū, nihil in uenit laude dignū, Vnde se nō magnificat, sed dñm. Et sp̄s meus exultauit nō in se, sed in Deo salutari meo. Quare autē spiritus meus exultat? Quia nō dedignatus est respicere paruitatē meam, cum ipse sit magnus & excelsus. Inde ergo exulto, inde amplius magnifico, nō p̄pter mea merita, sed quia humilitatem, id est, vilitatem, indignitatemq; meam respexit dñs, eligendo me sibi in matrē, q̄ habet deū creatorē oīm rerum creatarū in cōelis patrem. Hæc fratres charissimi de ratione p̄sentis solennitatis dicta sint paucis. Cæterum, quomodo dicit B. Bernardus in laudibus huius Deo dignæ beatissimeq; Mariæ virginis, Hęc nō recedat ab ore, nō recedat à corde, & vt impetras eius oratiōis suffragium nō deseras cōuersatiōis exēplū: idcirco hic breuiter quē ānēcterē cōmittere nō potui, qñ pacto eadē fidelissima Dei & hoīm mater, ip̄i deditos devotosq; mystice sp̄ualiterq; visitet p̄ septē p̄ter alia cōplura beneficia, prima eius visitatio, seu b̄ndictiō est, qd ipsa miseris exēcatosq; p̄cōres adeo à via salutis virtutumq; alienos & auersos, benigne reuocat ad saniorē, q̄ ante habuerunt mentē, illosq; vt p̄niteat suoz malefactorū gratiā tēpusq; impetrat emendationis vitæ, ne scilicet ira Dei in illos iuste definiens repente trahat, & improuise protrudat in gehennā ignis. O q̄tīpius visitatiōe pioque interuentu, nō absq; stupēdis miraculis subito cōuersi sunt, deiq; grām vel amīsam, vel etiam nunq̄ speratam obtinere meruerūt. Hoc ipsū cōsiderans sanctissimus Dei amicus Bernar. inculcat, dicens: O q̄s intelligis te inter huius seculi p̄cellas,

Lucas

Bernard

Beneficia septem q̄ nā B. Maria suis ex libeat de s uotarū.

Bernard

& tempestates fluctuare, ne auertas oculos tuos à fulgore huius syderis, si non vis ob rui pcellis, In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariā cogita Mariam inuoca. Ipsam sequens nō deuias, ipsam rogās nō despās, ipsam cogitans non erras. Ipsa te nēte nō corruis, ipsa ptegente nō metuis, ipsa duce nō fatigaris, ipsa ppitia puenis. Secūdo, visitat B. Maria sua melliflua gratia miseros pctōres in aduersitatis morte cōstitutos, trahitq; eos in agnitionē ppriæ puerfitatis & vilitatis, dū gratiā illis præuenientem & gratis datam suis p̄cibus administrat, illisque vitam p̄sentem quantis sit miserijs periculisq; & calamitatibus exposita, indicat. Hinc cōtingit, qd tū suā pri finam lubricam & facinorosam vitā recolendo cognoscunt, cognoscēdo despiciūt, despiciendo horrescunt, horrēdo ad misericordiæ matrē recurrunt: sicq; salubri quadam attritione præuia retrusi, peccare desistunt, à venenosis vitiorum poculis plus solito solliciti, p̄cauent. Hoc ipsum norunt quotq̄t ex linocinio peccatorū ad statū salutis reuocati sunt. Tertio, visitat B. Maria eosdē de qbus p̄diximus, scilicet eos q̄ eius opitulante misericordia & clemētia ad gratiam attritionis p̄ducti sunt suorum peccatorum, eorundē attritionē in verā cōtritionē cōmutans, ita qd corda eorū prius per pctōrum frigus congelata, in fluxū lachrymarumq; fontē resoluunt, incipiūtque illis vehemēter amarescere, quæ olim nimium male placebant. Hoc igit beneficium Mariæ quisq; p̄uentus est, gratias illi magnificas agat, inuentricē tantæ gratiæ sædulis p̄cibus pulset, quatenus id qd quarto loco singularis visitationis ac beneficii collocādum est, obtinere dignetur. Quod autē est illud? sane remissionē & indulgentiam pctōrum id haud absurde dixerim. Est enī ipsa tanquā canalīs p̄ q̄ vniuersis mortalibus fluēta diuinæ gratiæ & indulgētæ p̄fluunt. Quod profecto diuus Augustinus in se expertus, ait ad eandem: O beata Maria accipe à nobis quascunque, quanquā exiles nostras gratiæ actiōes intra sacrarium exauditiōis tuæ, & obtine nobis gratiā reconciliatiōis. Sit p̄ te excusabile, qd p̄ te ingerimus: qñquidem nec potiozem te inuenimus ad placandā irā iudicis, quæ meruisti esse mater redemptoris nostri & iudicis. Sit tibi compassio sup̄ afflictis, sit pius affectus sup̄ cceloz p̄grinis. Quinto, visi-

tat B. Maria suo seruitio deuotioniq; deditos, per p̄cipuam curā & respectū. Nam q̄s e faucibus dæmonū extraxit, nō potest nō erga eos materna gestare viscera, sed ipsos sagaci cura filio suo Iesu Christo dño nostro recōciliatos cōmendat, ipsisq; miam gratiāq; illius impetrat. Nā, vt inq̄t D. Bernardus, sine illa nec vlla diuinæ misericordiæ ac gratiæ stella miseris est p̄standa, Quare post debitā conuersionem, ad illā tanq̄ oīs misericordiæ & gratiæ aquæ ductum oīs peccator fidēter accedere debet, atq; in sinu eius pietatis maternæ securus q̄scere, inque cūctis suis miserijs, calamitatibus & huius calamitosissimi seculi turbinibus & afflictionibus, oculos suos interiores leuare, & suspirare cū sc̄to August. dicens: Sc̄ta Maria succurre miseris, iuuua pusillanimes, refoue flebiles &c. sentiant oēs tuum iuuamē, quicunq; celebrāt tuā sanctam cōmemorationē. Sexto, visitat inuocata suos B. Maria in tētationibus cōstitutos eos ab hostium inuisibiliū maxima ferocitate vel eruēdo, vel etiā ptegendo, tanq̄ murū impenetrabilē sese hostibus nostræ salutis obijciēs, eos terrēs, viresq; ipsorū enervans. Hoc enī ipsum priuilegium meruit, qñ caput tortuosi serpentis cōtruit, sicut de ipsa ad serpentē dictū fuit: Inimicitias ponā inter te & mulierem: ipsa conteret caput tuum. Meritis ergo suisq; p̄cibus B. Maria aereas potestates virtuti sibi desuper concessa, vehementer fortiterq; p̄sternit, adeoq; eorū vires enervat, vt ad noīs q̄q; sui inclamationē fugere cogant. Quod ipsum sapiētissimus ille salomō cōsiderans admiransq; ait de ipsa in cāticis canticorū: Quæ est ista, q̄ p̄greditur quasi aurora cōsurgēs, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorū acies ordinata? Septimo, visitat suos B. Maria, p̄ suarū virtutū exēplarē p̄monstrationē. Sit vobis, inq̄t D. ille Ambrosius ad sacras virgines, tanq̄ in imagine descripta virginitas & vita Mariæ, in q̄ velut in speculo refulget species castitatis, & forma oīs virtutis. Et D. Hieronym. in laudibus eiusdē beatiss. virginis ait: Habetis in ea magisteria p̄bitatis exp̄ssa, qd primū eligere, quid respuere, qd seq̄ debeatis. Primū ergo discēdi incitamentū nobilitas est magistri: deinde merces laboris optimi fructus beatitudinis. Præstet nobis oibus bñdīctus fructus huius sacratiss. virginis & matris ipsius meritis p̄cibusq; i p̄sēti sec. suā grām & post

B. Maria vt hoies in sui cōgnitiōem, reuocet

V

B. Maria vt suis cōtritionem obtineat pctōrum.

B. Maria vt sit canalīs fluētis riuū diuinæ gratiæ

Augusti.

B. Maria vt erga filios gestat materna viscera.

Augusti.

X B. Maria vt ceteris subueniat

Geno.

Nomē B. Mariæ vt dæmonis exturbet. Cant. 6

Ambrosi

Hierony.

& post hanc vitam frui æterna vna cū ipsa cum patre & spiritu sc̄to & sua dulcissima beatitudine, dñs noster Iesus Christus, qui matre viuuit in æternum. Amen.

IN FESTO D. MARGARETÆ VIRGINIS ac martyris Paraphrasin in Epistolam, & Exegetin in Evangelium vna cum Sermonē regre in prima parte de festiuitatibus sanctorum de S. Agnete virgine & martyre.

IN SOLENNITATE BEATISSIMÆ MARIÆ Magdalenæ Lectio libri Prouerbiorum Salomonis, Epistolæ loco. Prouerbiorum XXXI.



X

Uliem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus prærium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs nō indigebit. Reddet ei bonū & nō malū, oībus diebus vitæ suæ. Quæsiuit lanā & linū, & operata est cōsilio manuum suarū. Facta est quasi nauis institutoris, de longe portās panē suū. De nocte surrexit deditq; p̄dam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Cōsiderauit agrū, & emit eū, de fructu manū suarū plātavit vineā. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Gustauit & vidit qm̄ bona est negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia & digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti duplicibus. Sragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quādo sederit cum senatoribus terræ. Sin donem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt, & vir eius lauda uit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est, pulchritudo, mulier timens dominū ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

A



Ræfens lectio ex libro Prouerbiorum Salomonis extracta est constatq; versibus duobus & viginti, q̄t apud Hebræos elementa habentur, in eaq; vt Beda ait, Salomon plene describit virtutes ac merita totius Ecclesiæ, vel cuiuslibet fidelis animæ. Vnde absq; vlla absurditate recte potest etiam de beatissima Maria Magdalena recitari, quæ reuera mulier fortis fuit, conculcans mundum, carnem & dæmonem, quorum domino diu subiacerat: de qua hodie gratulabunda canit Ecclesia in hymno quodam: Maria soror Lazari, Quæ tot commisit crimina,

Beda.

Ab ipsa

Ab ipsa fauce tartari
 Redit ad vitæ limina.
 Post fluxæ carnis scandala
 Fit ex lebeta phiala.
 In vas translata gloriæ
 De vase contumeliæ.
 Aegra currit ad medicum
 Vas ferens aromaticum.
 Et à morbo multiplici
 Verbo curatur medici.

Sed ipsam lectionem more nostro referamus. Magna est & multiplex fragilitas, inconstantia & pusillanimitas in sceminis si naturam spectes, quis ergo vnquam poterit fortem inuenire mulierem, quæ infirmitati renunciet, & res magnas & arduas animo virili aggrediat: quod quidem absque ingenti & speciali gratia sancti spiritus fieri non potest. Procul & de vltimis finibus, ex ipso cælo empyreo pretium eius, nempe dominus noster Iesus Christus, de quo Psalmista canit: A summo cælo egressio eius. Et Apostolus, In fide, inquit, viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Christus enim est pretium nostrum, quo ab æterna morte redempti sumus. Confidit in ea cor viri sui, id est, domini Iesu, qui est vniuersi cuiusque fidelis animæ vir, de quo Apostolus ait: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo: qui confidit in anima sancta, certus eam probe suo officio sancturam. Multa quoque ei & magna prestat beneficia, virtutes, dona, charismata, confidens eam illis omnibus non elatum iri, sed recte vsuram. Vnde etiam spolijs non indigebit, abundans nimirum diuitijs internis, sed & externis facultatibus predata, quantum illi satis est, aut expedit. Non enim iners sectatur otium, sed sedula sibi suisque victum parat. Quod est contra vagas, otiosas, garrulas, mulieres, quæ sæpe ex desidia eo rediguntur, vt turpibus studijs tanquam spolijs victum sibi querere cogantur. Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vite sue, semper laudes gratasque agens deo pro preceptis ab eo beneficijs, & abstinens à peccatis, quibus offenditur Deus. Improbi vero mala pro bonis reddunt Deo, quando illius benigne contempta eius precepta violant, illique obtemperare nolunt. Sic nostra Magdalena reddidit Christo bonum & non malum omnibus diebus vite sue, quoniam illius gratiam conuersa prestitit in iustitia, nec cecidit in iniquitatem, sed multis annis sanctissimam & ab

hominibus prorsus remotam egit vitam. Quæ fuit lanam & linum, vnde vestes conficeret in vsus pauperum ac miserorum, operatus consilio manuum suarum, vt habeat vnde tribuat necessitatem patientibus. Decet enim feminas semper operis quippiam agere, ne pateant malis desiderijs & insidijs diaboli. Quæ fuit etiam lanam & linum, id est, veram innocentiam, & castitatem, quibus nisi predata sit mulier, non nisi rete diaboli est & sentina vitiorum. Facta est quasi nauis infirmitatis, plena videlicet spiritualibus diuitijs & charismatibus spiritus sancti, quæ rursus in proximorum vsus expendit, non contenta sibi vni prodesse, sed multis: portatque de longe panem suum, colligens sibi vnde decunq; atque proponens exempla & recte facta sanctorum hominum, quibus haud secus anima ad virtutes colendas confortatur atque nutritur, quam corpus pane. Habent enim mirabilem energiam viuæ aliisque exempla, plusque factis quam verbis moueri solemus. De nocte surrexit, faciens quod hortatur Hieremias: Cõsurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. Namque sanctus amor pigritiam odit, somnum superfluum respuit, tempusque omne quod virtuti non impenderit, amisisse se putat. Surgit etiam in nocte tribulationis, confugiens precibus ad Deum suum. Deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis, reficiens subditos suos siue ceteros fideles optimis monitis, priusque institutiõibus, & diuinæ scripturæ sententijs, de quibus Propheta ait: Letabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Considerauit agrum patriæ cælestis, vbi visuri sumus bona domini in terra viuentium, & emit illum peccata admissa plangendo, atque à peccatis abstinendo, & diuinam semper exequendo voluntatem. De fructu manuum suarum id est, piarum actionum, & sanctarum exhortationum, plantauit vineas multas domino animas lucrificantes. Ita beatissima Magdalena feruentissimis sermonibus suis & sanctissima viuendi ratione optimisque exemplis plurimos conuertit ad dominum. Accinxit fortitudine lumbos suos, carnis petulantiam fortiter premitens, & continentie freno corpus stringens, sicut ipse dominus monet. Sint, inquit, lumbi vestri preincti: & roborauit brachium suum, animo virili ardua quæque aggrediens, & carnem subdens spiritui. Gustauit affectu, & vidit

Psalm. 118 Gal. 2

Christus vt dicitur vir fidelis animæ 2. Cor. 11

B

Eph. 4

Math. 7 Lucæ 11 Psalm. 116

Phil. 3

Exempla viuæ quæ habet energiam

Thre. 4

Psalm. 118

Psalm. 116

Lucæ 11

& vidit intellectu, quia bona est negotiatio agrum cælestis, cuius amore contempnit caduca omnia, & vt stercorea execrabatur. Non extinguetur in nocte aduersitatis lucerna fidei & charitatis eius, gratiaque diuinitus in sese, sine quibus anima in tenebris est. Manum suam misit ad fortia, non contenta languere circa communia, aut sola exequi mandata, sed angustam consiliorum antplexam semitam, cum propheta custodit vias duras, & cum Apostolo in anteriora se extendit: & digiti eius apprehenderunt fuisum, vt quotidianum sanctæ seruitutis domino pensum soluat: atque etiam vt fugiat otium, & de labore manuum suarum se se & alios sustentet. Siquidem manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem, gaudens & gratulans se in paupere Christum alere, Christo benefacere, Christum sibi demereri. Nouit enim in actibus charitatis & pietatis consistere summam Christianæ religionis. Vnde igitur auaris, qui Christum in miseris & egenis sustentare negligunt, quasi non habeat Christus, vnde eis possit abunde restituere. Non timebit domum suam à frigoribus niuis: Omnes enim domestici eius vestiti duplicibus. Beatissima Maria Magdalena, quæ feruentissimo accensa amore omnem à se timorem seruilem excluderat, non timebat seruilem domum suam, hoc est, aia suam à frigoribus, niuis, id est, tætionibus demonum, vel impugnationibus vitiorum, aut persecutionibus impiorum, quandoque dem omnem animam suam familiam duplici vestierat charitate, nempe Dei & proximi: de qua in Canticis dicit: Fortis est vt mors dilectio. Et: Aquæ multæ non poterunt extingere charitatem nec flumina obruent illam. Sragulatam vestem multiplici virtutum, charismatum & bonorum actuum varietate conspicuam fecit sibi, byssus innocentie aut castitatis, & purpura charitatis, qua virtutes omnes & exornantur & perficiuntur, indumentum eius. Beata anima quæ his tecta virtutibus est. Nobilis in portis, id est, extremo iudicio (olim namque in portis fiebant iudicia) vir eius, dominus Iesus Christus, quoniam federit cum senatoribus terræ, sanctis apostolis & ceteris perfectis viris ad iudicandos viuos & mortuos. Tunc enim omnes pariter illius intelligent maiestatem, & velint nolint velle Deum, quæ summa nobilitas est, consitebunt. Sindonem fecit, & vendidit, prebens omnibus in se purissimam castitatis exemplam atque

ad sui imitationem prouocans: & cingulum tradidit Chananeo, homines à Deo alienos inuitans ad penitentiam & arctiorem vitam, quæ potest per cingulum accipi, quod corpus stringit. Vel cingulum tradidit Chananeo, quando Christi ex Chananeo terra oriundi seruitio se mancipauit. Fortitudo & decor indumentum eius: siquidem constantem in aduersis retinet, & mores compositos atque honestos ubique sectatur & ridebit in die nouissimo ob conscientie securitate, quam prestat vita sincera & inculpata. Os suum aperuit sapientie, nihil vniuersum futile, nihil superuacaneum, nihil stultum aut scurrile proferens, sed quod sit ad ædificationem fidei, vt det gratiam audiendi: & lex clementie in lingua eius, qua consolat afflictos, imbecilles, fragiles, tentationibus pregrauatos, quibus pie consolationis fomenta adhibenda sunt, ne abundantiori tristitia absorbeantur. Considerauit semitas domus sue, & conscientie sue latebras omnes perspexit, panemque otiosa non comedit. Non enim otio torpentes, sed fortiter decertantibus dat regnum cælorum. Sed & Apostoli ea verba sunt, vt qui non laborat, nec manducet. Et hic vtilissima institutio est, vt vnusquisque sese non alios consideret. Habent enim singuli sua vitia, quæ si bene attendant, incuriosi erunt alienorum. Surrexerunt filij eius, qui eius vel verbis vel exemplis ad dominum conuersi sunt & beatissimam predicauerunt, tum ob eximia gratie dona, quæ percipit in presenti, tum ob futuram gloriam in cælis illi repositam: & vir eius, id est, Christus laudauit eam, dum laudabilem reddidit, & olim etiam in cælis coram sanctis omnibus laudabit. Multæ filie, sanctæ Ecclesie congregauerunt diuitias virtutum & meritorum: at tu beatissima Maria Magdalena omnes pene supergressa es, excellentissime coronata in cælis. Fallax gratia & fauor humanus, & vana est corporis pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, vt ex his quæ gessit in corpore merat vitam æternam, & laudent eam in portis extremi vel particularis iudicii opera eius. Bonorum enim operum gloriosus est fructus. Impii autem qui hic bene operari negligunt, non laudem, sed ignominiam sempiternam referent ex sceleribus suis.

Cingulum tradere Chananeo quid sit

Eph. 4

1. The. 9

Sapient. 9

EXEGESIS EVANGELII

in eodem Festo.

Lucæ VII.



LN præsentis diei Euāgelio fratres charissimi, proponitur nobis exemplum veræ pœnitentiæ in beatissima Maria Magdalena, in qua sicut abūdarat iniquitas, ita abūdauit & gratia, quam Christus pro sua benignitate totam conuertit ad se, vnico gratiæ luzæ, sed singulari valde respectu, adeo in ea veterem extinguens hominem, peccādiq; destruens consuetudinem, vertensque illi in nauseam qcquid prius male dilexerat: deniq; tanta eam inflammans charitate, vt inter præcipuas sanctas merito numeretur. Quam magna multitudo misericordiæ tuæ domine Iesu, quam inæstimabilis altitudo sapientiæ tuæ, quam incompréhensibilis virtus potentiæ tuæ, qua tantis iniquitatibus tam facilem dedisti veniam, tā longe & misere aberrantem ad vitæ rediisti viam, tam inexplicabilibus irretitam nexibus vitiorum, omnino reddisti liberā & absolutam. In his omnibus tuam dominæ predicamus bonitatem, tuam efferimus clementiam: quia toto ad te corde conuersti post admitta peccata non volentis est neque currentis, sed miserentis gratiæ tuæ. Atque vtinam tua efficias gratia, vt hoc tam memorabile pœnitentiæ exemplum omnes peccatis deditos ad meliorem animum reuocet, quibusq; libuit imitari peccatricem mulierem, libeat etiam imitari pœnitentem discipulam tuam. Nō enim propterea memoriam posterorum commendari voluisti misericordiæ tuæ viscera, quæ in beatissimā Mariam Magdalenam declarasti, vt simus ad peccandum audentiores sed vt ad agendam pœnitentiam efficiamur alacriores. Plane, inquam, dilectissimi insignis nobis hodie peccatrix, sed eadē toto animo pœnitens Euangelica lectione depingitur, vt & nos declinemus à malo, & faciamus dignos pœnitentiæ fructus. Alioq; ad maius iudicium nobis erit Mariæ Magdalene pœnitentia, si nos pigeat illam pro modulo nostro imitari. Atqui ipsum age Euāgelium inspiciamus.

Rom. 9

Psal. 30 Rom. 11

Rom. 9

Psal. 36 Matth. 3 Luca 3

Rogauit Iesum quidam de Phariseis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit.

Phariseorum dominus Iesus multas semper infidias perpeffus est. Publice illum calumniabantur, occulte illi derogabant: quandoque blanditijs eum demulcebant, sed vt velut incautum grauius vulnerarent & tamen quamuis eorum erga se malitiam & inexpiabile odium non ignoraret, nihilo minus non refugit eorū conuiuia, si qua forte ratione eos à sua dementia potuisset reuocare. Dolebat eorum insaniam, sed quæ non tam infirmitate, quam destinata malitia eum persequebantur, difficile curari poterant. Caueamus ergo inuidiam, quæ miseros scribas & phariseos, Iudæorumq; pontifices eo miseræ, imo malitiæ adduxit, vt vitæ autorem perimere non dubitarent. Ingressus est igitur dominus domum Pharisei non tam manducandi causa, quàm illum conuertendi. Quanquam etiam hic notandum sit dominum propter nos cum diues esset, tantam fuisse inopiam, vt etiā hostium suorum, nempe phariseorum vouerit cibus sustentari.

Phariseo rō in Chri sū in hōie & dolim explibile

Confessio marie magdalene publica qualis

1. Cor. 1

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti.

Mulier hæc non alia fuisse credenda est, quam soror Lazari, tametsi quidam diuersum sentire videant. Sufficiat nobis ita sentire Romanam Ecclesiā, pluresq; doctissimos & scitissimos patres. Peccatricē eā fuisse & qdē insignē declarat Marcus, dū ait ab ea septē dæmonia, id est, vt patres exponunt, vitiorum vniuersitatem esse expulsam. Erat autē diuitijs & delitijs effluēs, quæ res vberem illi peccandi materiam suppeditabant: iamq; illius vita dissoluta intm apud omnes diuulgata erat, vt peccatrix diceretur. Quod autē corde cōpuncta, venit ad domū Pharisei, nō casu illi euenisse putandum est, sed qd dñm forte audierit cōcitantē. Facile autē potuit dñs Iesus verbosorum aculeos in illius cor defigere, eamq; penitus animo saucire lucisq; suæ radijs illustrare tenebras mentis eius, vt turpitudinem suam, vitæque pericula agnosceret, atque ex

F

Mulier nam reor ra hæc in erit

Matt. 16

Peccatrix cur dista fuerit maria magdalena

Mariæ magdalene qd tunc cōuersio nis qualis fuerit

que ex his agnitis terrore concussa, sui emendationem meditaref. Tracta est igitur prius à dño vt veniret ad auscultanda verba illius. Non enim venisset, nisi traheret. Si autem non venisset, misericordiam nō esset consecuta, quia nec pœnitentiam egisset, ad q̄ agendam incitata & cōpuncta est sermonibus Saluatoris. Sed mirum est, quod nulla habita neq; conuiuij, neq; conuiuiarum ratione, confusione cōtempta ingressa est alienas edes, & alijs epulantibus, ipsa lachrymis sese afflixit. Verum fecit hoc intima pœtorum suorum agnitio & vehementissimus dolor, quod Deum suū tam dire offendisset: & quæ publice peccauerat multisq; fuerat peccandi occasio, publicā q̄q; non erubuit agere pœnitentiam. Nihil magno opere quid de se sentirent homines sibi curandum putauit, tantum vt posset cum Deo redire in gratiam. Vicit pudorem ingens dolor & amor, quantoq; vehementius intus ponderabat peccati sui turpitudinem, tanto minus foris erubescere corā hominibus plangere quod perpetrauerat. Itaq; attulit secū alabastrum vnguenti. Noluit enim vacua venire ad dñm, sed quem multipliciter offenderat, multis officiosissime humanitatis obsequijs rursus delinire contēdit. Vnguentū qd contra Dei voluntatem suo corpori male adhibuerat, iam venit effundere in pedes Saluatoris.

Pœnitentiæ pœtē for ma qualis nā esse de beat

Modo pœnitentiæ in aie Mariæ magdalene qd tunc Tir mirabilis.

nudus pedes pius dñs semp incederet, luēs pœnas nostris sceleribus debitas, rigauitq; pedes lachrymis, & capillis capitis tergebat q̄s lauerat, & ore osculabatur, & vnguento vngebat. Ita ergo membra corporis quibus ante peccauerat, iā pœnitentiæ studijs castigat. Oculos dudū lasciuos, iā lachrymis affligit: Capillos ad illaqueandas animas meretricio ornatu cōpositos, nūc adhibet ad tergendas sordes pedū sui redemptoris: ore prius impudico, nunc eisdem frequentissime & humilime osculat: vnguentū deniq; in dñi pedes effundit, ijs oibus id reuera significans, qd se totā suaq; oīa Deo optet velitq; impendere, & priorē infidelitatem & ingratiudinem suā summa cū fide & gratitudine cōpensare. D. Gregorius in hūc locū scribens, Quot, inquit, in se habuit oblectamēta, tot de se inuenit holocausta. Cōuertit ad virtutū numerum, numerumq; criminū, vt totū seruiret Deo in pœnitentiā quicquid ex se Deum cōtempserat in culpa. Diuus quoq; Cyprianus sermone de Ablutione pedum elegantissime hanc Mariæ Magdalene pœnitentiam commemorat, dicens ad dominum: Hoc in muliere peccatrice aliquādo passus es: nec dedignatus es in mensa solenni multis conuescentibus infamis personæ suscipere famulatū cuius deuotio vsa est ibi capillis pro linteo oculis pro catino, lachrymis pro baptismo. Tetigit, lauit & vnxit vnguento. Maculata intrinsecus anima propriū in scā sanguinem intulit: singula suum præbuere ministerium. Cor contritum erupit in lachrymas, fides lauit, charitas vnxit. Hæc multa in conspectu tuo congerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit quos protulit, de pœnitentiæ pyxide vnguenta quæ obtulit, caputque pro suppedaneo strauit, crinibus circūfusus pedes sacros inuoluit & terfit. Nihil sibi de se retinens, totam se se tibi deuouit, & tu affectum potius quā factum attendens, vngebas vnguentem, abluēbas lauāntem, tergebas intrinsecus pœnitentem, Hæc ille. Sed quid hæc nosse iuuat, nisi imitanda suscipiamus? Pro publicis criminibus publicam esse agendam pœnitentiā hoc exemplo docemur. Quenim alios suis exemplis p̄traxit ad vitia, sua quoq; pœnitentia debet q̄s euerit aut saltem euertere potuisset, ad sui emendationē puocare. Sic David sc̄tus p̄ppetrato adulterio & homicidio qualem egerit pœnitentiā, am,

Gregori

Cyprian

Pœnitentiā publicā qn qd agere de beat

1. Reg. 11 Psal. 6

am ipse de se locuples testis est multis psal-
morum locis, vt vbi ait: Laboravi in gemitu
meo, lachrymis meis stratum meum rigabo. Item
que: Miser factus sum & curuatus sum vsq;
in finem, tota die contristatus ingrediebar. Af-
flictus sum & humiliatus sum nimis, rugie-
ba a gemitu cordis mei. Quoniam iniqui-
tatem meam annuntiabo, & cogitabo pro
peccato meo. Cuius penitentiam D. Hiero-
nymus in Fabiola sic describit: David sancti
& mansuetissimi viri homicidium pariter &
adulterium, septem diebus emendabat fames:
iacebat in terra, volutabat in cinere, & obli-
tus regie potestatis, lumen querebat in te-
nebris, illumque tamen respiciens, quem offende-
rat, lachrymabili voce dicebat: Tibi soli pec-
caui, & malum coram te feci. Et. Redde mihi le-
gionem salutarem tui, & spiritu principali con-
firma me. Atque ita factum est, vt qui me pri-
us docuerat virtutibus suis, quomodo stans non ca-
derem, doceret per penitentiam, quomodo cadens
resurgeret. Hactenus ille. Olim fideles, vt di-
uinum possent antevertere iudicium, & ipsi
potius in se punirent quam propter admisisset,
quod diuinam iustitiam puniendum seruaret, etiam
pro occultis criminibus quaque aut ipsi vltro
exigebant, aut a sacerdote oblatum non respu-
ebant publicae penitentiae salutarem remedi-
um.

Hodie etiam impune graui-
sima admittunt flagitia, nec tamen penitentiae
pharmacum queritur, imo etiam oblatum
contemnitur. Vnde mala innumera pro-
ficiscuntur. Videat quisque, ne sibi ipsi im-
ponat. Qui hic pro manifestis sceleribus non
vult congruam agere penitentiam, quando
que incidet in manus Dei viuentis, quod nihil
patietur inultum abire. Magna quidem est mi-
sericordia Dei, & Christus Iesus abinde sa-
tisfecit pro peccatis nostris, at nihilo minus ipse
dominus in Euangelio clamat: Nisi penitentiam e-
geritis, omnes peribitis. Quid tibi blandiris ho-
muncio de Christi satisfactione, de Dei
misericordia, si illius nolis iussa exequi? Vult
ille vt pro peccatis agas penitentiam, & tu
audes illius satisfactione contentus esse? Ob-
secro dilectissimi sequamur penitentem
Mariam Magdalenam: quod si non tan-
ta nobis inest cordis contritio, precibus
eam a Deo impetrare nitamur. Hoc ipsum
nobis grauius doleat, quod non dolemus.
Interim clamemus ad dominum vt auferat
a nobis cor lapideum, & det nobis cor
carneum. Certe non fraudabimur deside-

rio nostro, si in prece perseverauerimus.
Quid vero consultius quid magis necessa-
rium esse queat homini, quam vt per peni-
tentiam castiget mala quae fecit, dum adhuc
vivere licet, ne inopinata extinctus morte,
cum peccatis suis mergatur in chaos tarta-
reum, vbi nulla est redemptio? Sequitur:

Videns autem Phariseus qui
vocauerat eum, ait intra se, dicens:
Hic si esset propheta sciret utique,
quae & qualis esset mulier quae ta-
git eum: quia peccatrix est.

Ecce superbus & leprosus Simon super-
bo oculo diuinam clementiam, vt ait D. Cypria-
nus, diligentiam non potest intueri, sed mo-
lestissime fert, quod tangi se a peccatrice domi-
nus sustinet. Qui si leprosus suum ipsum domi-
num attenderet mundatorem, non dedi-
gnaretur, si de plenitudine gratiae eius alij
accipiant, si lauat immundos, si iustificat im-
pios, si reuocat exules & abiectos. O vere
superbum Phariseum, qui, vt ait D. Grego-
rius, non solum venientem peccatricem mu-
lierem, sed etiam suscipientem dominum
reprehendit: videlicet veraciter apud se su-
perbus & fallaciter iustus. Aegram repre-
hendit de egritudine, medicum de subuen-
tione, qui ipse quoque de elationis vulne-
re aegrotabat, & ignorabat. Duplex autem
Phariseus iste temerarium tulit iudicium.
Vnum de domino, alterum de Maria Ma-
gdalena, dominum ob susceptam mulierem
censet non esse prophetam, tantum abest,
vt eum Deum credat: Mulierem autem af-
firmat esse peccatricem, quae iam peccatrix
non erat. Itaque impedit in domini prohibi-
tionem, dicentis: Nolite iudicare. Atque hinc
perspicue licet animaduerti, quantum opere iu-
dicium omne vitandum sit. Phariseus cer-
to nouerat mulierem hanc fuisse peccatri-
cem, & tamen errauit grauius id de ea sen-
tendo, quando quidem iam conuersio e-
rat. Quis ergo posthac ita stolidus erit,
vt quantumuis flagitiosum hominem au-
deat temere iudicare, cum possit in momen-
to totus resipiscere? Quanta igitur eorum
improbitas & amentia est, qui saepe ex fri-
uolis suspicionibus alios iudicant, & quan-
doque etiam aliorum bene facta in peius
interpretantur? Nemo facile possit capere,
quam periculosum, quam horrendum sit
leuiter alios iudicare. Probat hoc istius Pha-
risei

Psal. 137

Hierony.

1. Reg. 11

Psal. 50
ibidem

Penitentia
magendi
olim mo-
dus quis
iuris

Hebrae. 10
Iob. 22

Luc. 11
Christus
quam pro
peccatis no-
stris satis
fecerit

Esch. 11

Cyprianus
Sermo
de pedum
ablutione

Gregorius

Iudicium
temerarium
duplex
hunc pha-
riseum tu-
isse hoc
in loco

Matth. 1
Luc. 10

iudicare
alios trui-
rer & sic pe-
riculosum
& impiis

Rom. 14

risaei error, quod utique bene sentiebat eam fuisse
peccatricem: sed errabat credens adhuc
talem esse. Faciamus igitur, quod Apосто-
lus sapientissime admonet, ita dicens: Non
ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc
iudicate magis, ne ponatis offendiculum fra-
tri vel scandalum. At nunc videamus quae ad
modum domini Phariseum hunc, licet sola ad-
huc cogitatione isthac praetantem, de er-
rore conuicerit, & proprio illum mucrone
iugularit.

Et respondens Iesus, dixit ad
illum: Simon habeo tibi aliquid
dicere. At ille ait: Magister dic.
Duo debitores erant cuidam sceneratori:
vnus debebat denarios
quingentos, & alius quinquaginta.
Non habentibus illis vnde redderent,
donauit vtrisque. Quis ergo plus
diligit? Et respondens Simon dixit:
Aestimo quia is, cui plus dona-
uit. At ille dixit ei, Recte iudicasti.

I

Hic primo ipsum Phariseum ad alios
considerandos & iudicandos male inten-
tum ad se reuocat, & ipsa verborum specie red-
dit attentum: tanquam illi diceret. Nolle te ipsum.
Tantumne est ab re tua otij tibi, Aliena vt
cures, eaque quae nihil ad te attinet? Hoc,
inquam, dominus efficere voluisse videtur,
dum ait: Simon habeo tibi aliquid dicere.
Istis enim verbis eius attentionem prouocat,
simulque a mulieris temeraria iudica-
tione sapienter adducit. Quod autem de
duobus debitoribus proponit paradigma,
de duobus peccatoribus intelligendum est,
sed quorum vnus plus, alius minus pecca-
uerit: dumque addit sceneratorem illis non
habentibus vnde redderent, vtrisque donasse
debitum, Dei misericordiam exprimit
nobis non habentibus vnde illius iustitiae vnquam
possimus satisfacere, peccata nostra condonantem.
Quis enim illi posset vel pro minimo peccato satisfacere?
Quod ergo remittit nobis, illius immen-
sae misericordiae est, non nostri meriti. Gra-
tis iustificat nos, non tamen vt haeretici
volunt, quasi nos nihil agere debeamus.
Namque etiam hic dicitur quod cui plus
donatum est plus diligit? Quid est autem
diligere Deum, nisi eius praecipis obtem-

Gratis iu-
stificari
nos quod rite
intelligen-
dum

Luc. 10

perare: Sic ergo gratis iustificat, vt tamen
velit nos suis obtemperare mandatis. Nec
mouere quenquam debet, quod Deus hic
sceneratori comparatur. Reuera namque scenerator
est, sed omnino benignissimus, quod
sic a nobis vsuras exigit, vt tamen eas non
in suum, sed in nostrum velit lucrum ce-
dere. Neque enim vult in nobis otiosa esse
dona sua, sed vt proferantur in opus: & ta-
men nihil inde illi accedit commodum: totum
nobis proficit: nobis plane & ferit ut & me-
titur. At nihil secius vult nos esse coopera-
tores gratiae suae. Quod cum nollet seruus
ille piger, qui abscondit pecuniam domi-
ni sui, audiuit ab eo: Serue male & piger,
quare non dedisti pecuniam meam num-
mularijs? & ego veniens recepissem utique
quod meum est cum vsuris. Erant
nunc nostri Euangelici, & securi de me-
ritis Christi, ipsi nulla sibi merita acquirunt.
Sentient quandoque quae misere & sibi & alijs
imposuerint. Porro sciscitatur dominus ex
Phariseo, vter plus dilexerit, cui minus,
vel cui plus donatum est: cumque respondet
plus amare cui plus remissum sit, suo nimi-
rum se gladio confodit. Vnde est apud D.
Gregorium in homilia: Dum sua sententia
Phariseus conuincitur, quasi phreneticus
funem portat, vnde ligetur. Simul au-
tem hic animaduertendum est, quanta mo-
destia & humanitate vsus sit dominus ad hunc
Phariseum ab errore reuocandum. Summa
erga eum mansuetudine, non aliqua seueri-
tate vtitur. Deinde eidem mala illius, & mu-
lieris bona enumerat.

Et conuersus ad mulierem, di-
xit Simoni, Vides hanc mulierem?
Intraui in domum tuam, aquam
pedibus meis non dedisti, haec au-
tem lachrymis rigauit pedes meos
& capillis suis terxit. Osculum mi-
hi non dedisti, haec autem ex quo
intrauit, non cessauit osculari pe-
des meos. Oleo caput meum non
vnxisti, haec autem vnguento vn-
xit pedes meos.

Pulchre conuincit Phariseum minus
eum dilexisse dominum, quia penitentem
mulierem, idque enumerando illi quae ipse
erga dominum neglexisset, & quae sanctis
88 h. fima

Scenera-
tor vti di-
cat Deus

Matth. 19
Luc. 19
Luthera-
ni vti fru-
stra sibi de
Christi me-
ritis blan-
diantur

Gregorius

sim peccatrix declarasset: tanquam illi diceret; Tu quidem Simon iustus tibi videris & hanc feminam vt peccatricē despicias. Sed quod illa me lōge plus amet, atq; ideo iustior sit, quam tu, testantur illius in me maximi amoris argumenta, tuq; negligētia. Tu mihi & vilia & vltata humanitatis officia non impendisti: hęc vero & magna & insolita mihi pręstitit. Quare hoc: Quia & ipsa me vehementer amat, & ipsum amorem quibus potest indicijs demonstrat: & tu paruo aut nullo mei teneris amore. Si enim diligeres, nō posses vtiq; tam erga me negligens esse. Amor enim aut magna operatur vbi est: aut si operari renuit, amor nō est. Noli ergo feminam hanc despiciere, quę etiam hactenus muliebri leuitate & seculari vanitate seducta vitijs dedita fuit, tamen nunc toto ad me corde conuersa, vt cernis, agit pœnitentiam & quidem publicam atq; ex maximo amore proficiscētē, sicut eius facta probant. Notandum hic est, quod dominus tam studiose Pharisęo enumerat opera sanctę peccatricis. Cur id obsecro, nisi quia ei gratissima sunt bene facta nostra.

Gregori⁹

Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

Prout. 10
1. Perr. 4
Iacob. 5
Charitas
quantę sit
efficacię
virtus

Nimirum charitas operit multitudinē peccatorum. Charitas ignis est, quo quisq; feruenter accensus est, in eo peccati rubigo omnis ad purum excoquitur. Hęc est pręclarissima virtus, regina virtutum, sine qua nec fides, nec vlla alia virtus Deo placere potest. Idiota quispiā, modo charitate pręditus sit, gratior est Deo, quam tota illa veterum Academicorum & Peripateticorum Philosophorum frequentia, de quibus Apostolus dicit, quod cū cognouissent Deū, non sicut Deum glorificauerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscurum est insipiens cor eorum. Hoc loco dominus remissionem peccatorum charitati assignat, ne quis putet fidem solam ad obtinendam veniam sufficere. Remittuntur, ait ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Charitas autem, vt iam ante diximus, otiosa non est. Ergo ad consequendam peccatorum veniam plurimū conducunt opera bona, ex charitate proficiscētia. Mi-

Rom. 1

Remissio-
ne peccatorū
pedere ex
charitate.

rum quod hęc nostri Evangelici adeo parvipendunt. Sed fortassis nolunt intelligere vt bene agant, & placet illis error suus, tantum vt liberius suis possint indulgere voluntatibus. Itaq; habeant sibi fidem suā, nos emamus a Deo aurum ignitum, probatū, id est, feruentem charitatem, vt non appareat cōfusio nuditatis nostrę. Charitas vnit nos Deo, charitas Deo nos similes reddit. Sine charitate impossibile est placere Deo. Charitatem Basilius Magnus christiani hominis quasi peculiare quoddā insigne vocat: atq; vt idem ait, necessarium a nobis veluti as alienum charitas erga Deum requiritur, qua carere malum est, malorum omnium lōge grauissimum. Deniq; idem autor est, qui charitatem non habet eam diuina gratia carere. Ceterę, qđ Do-

L

Min⁹ qui
re nobis
remittit
causa que
nam sit

Culpa di-
mitti ab
que pena
peccatorū
Hierony.
Purgatorij
necesse
est adhibe-
re

Sapient.

dn̄s addit, Cui minus dimittit, minus diligit, non simpliciter accipiendum est, quasi semper minus diligant, quibus pauciora peccata remittuntur: sed quod causa, quam obrem minus nobis remittatur ea sit, qđ minus diligamus. Quanto enim plus diligimus, tanto faciliorem impetramus indulgentiam: & quanto minus diligimus, tanto quoque minus nobis remittitur: id que ad peccati pœnam referendum. Nam est, qui vel tenuissima charitate pręditus ei culpa omnis remittitur, sed non pœna. Nefas est enim a Deo dimidiam sperare veniam, vt ait Hieronymus. Denique cum paucissimi perfectam habeant charitatem, certum est multos ex hac vita recedere ita vt nondum pœna omnis illis remissa sit: hęc in purgatorijs locistamdiu cruciant, donec plene satisfaciāt. Quod si ita nō est, necesse est fateamur electos omnes perfectos mori: quod tamen ridiculū est dicere, cum multi valde imperfecti moriantur. Aut certe affirmare cogimur necdum plene expiatis recipi in cœlū: quod est contra illam scripturę sententiam: Nil iniquatum intrabit in illud. Attamen certissimum est hęceticos omnes, sine purgatorio decedere: siquidem mox vt spiritū reddiderint, merguntur in tartara.

Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt, qđ simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit

mittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Quod iam Pharisęo dixerat, etiam mulieri dicit, remissa ei peccata. Sed dum peccatrix sanat, inde alij deterius languescūt, & dominum sibi viurpare non sua putāt, quasi blasphemus sit diuina vtens potestate, cum ipsi potius blasphemii fuerint. At quia dominus huiusmodi calumnias sepe experiebatur, contempnit, sententiamq; suam mulieri confirmauit, addens: Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Iam ante dixerat remitti ei peccata multa qđ diligeret multū: cur ergo hic fide saluatam dicit, nisi quia eam vult fidem intelligi, quę per charitatē operatur: Non dixit, sola fides, vel nuda fides, sed fides tua cum spe & charitate coniuncta te saluam fecit. Vade in pace. Peccatum inter Deum & nos discordiam facit. Ergo qui iustitiam colit, pacem sectatur. Dum igitur Maria Magdalena in pace ire iubetur, nihil vtiq; aliud ei dicitur, nisi vt declinet a malo & faciat bonum, quod pręstat pacem conscientię, per quam pręuenitur ad illam pacem sempiternam, quā nobis in cœlis pollicitus est filius Dei Christus Iesus Deus & dominus noster, si tamē & nos plangamus cum beatissima Maria Magdalena mala perpetrata, & toto corde ac feruenti amore ad dominum conuersi, seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris.

Fides quō
saluare
quęmpia
altruatur.
Galaz. 5

In pace ire
qđ sit
Psal. 36

Lucę 1

SERMO I. IN EADEM Festiuitate. Quātis B. Magdalena vitijs ante conuersionem quanta item & quam multiplicitate post conuersionem abundarit.

M



Quātis B.
maria ma-
gdalena
ante con-
uersionem
vitijs sub-
iacuerit
Lucę 7

Bi abundauit delictū, supabundauit & gratia. Rom. XV. Dicti huius apost. veritate fratres charissimi facillime cōprobare possumus ex ea (cuius hodie diem festum colimus) muliere, qđ etiā cōsideramus qđlis ante & qđlis post conuersionē fuerit, liquebit, sicut delictum, ita & gratiam in ea abundasse. Quod multis ante cōuersionē obnoxia fuerit peccatis, Potest ex verbis Christi eliciri, quibus dixit: Remittuntur ei peccata multa, &c. Ex quibus cōiici licet; qđ iam cognomi-

ne vocabat peccatrix. Ita nō pauca aut leuia & occulta cōmiserat peccata, qđ id nominis obtinuerat, vt omnibus nota esset peccatrix. Ideo etiam Pharisęus, cum tangeret Christi pedes Maria Magdalena, mirabatur, qđ mitteret se Christus tāgi a tanta peccatrice. Nimirum si ad suos pedes venisset, vt dicit S. Gregorius, calcibus eam repulisset. Accedit, quod Marcus, cum describeret Christum resurgentem primo Magdalene apparuisse, ita refert: Surgens Iesus prima sabbati, apparuit primo Marię Magdalene, de qua eiecerat septem dæmonia. Nō quidem fuit obfessa Maria Magdalena dæmonibus corporaliter, sed peccatis, quibus dæmonum facta erat captiua atq; mancipium. Hęc itaq; peccata non leuia erant, quę vocantur dæmonia. Vnde etiam nō est facile credendum, quod corpore fuerit virgo B. Maria Magdalena (vt qđam dicere voluerūt) & mente tantummodo peccauerit, atq; ornatu prætioso, curioso, lasciuo, prouoans adolecentes suis studijs ac moribus ad sui concupiscentiam, putantes eam inde honoratiorem facere, cum tamen nihil modo de roget glorię illius qđ peccatrix olim fuerit: sed potius illi aliquid addat, vt postea dicam. Non tñ etiam crediderim publicam fuisse meretricem qđquidem erat nobilis mulier & diues: nec fuit adeo demens, nec adeo turpis, vt omnibus sese communem exponeret. Poterat tñ habere, qđ suam exple ret libidinē. Fuit nihilominus publica peccatrix vocata. Et inde dicitur peccata eius tā grauiā, qđ fuit superba & lasciuā, ornans se ad puocandam cōcupiscentiam virorū. Namq; hęc duo peccata nunquam sunt sola, sed plura alia ad ea concurrunt. Erat itaq; in vanitatibus vana & superba: vnde sequēbatur (quia diues erat) superfluus sumptus in vestium apparatu, & ceterorū muliebriū ornatum splendore, suiq; superba ostentatione. Quia vero lasciuā erat, sequēbantur & comitabantur alia peccata multa, de quibus nō est dicendū mō. Erat aut licet nō publica meretrix tñ publica peccatrix, cōtēta vno aut altero amatore, & hoc palam. Quia ergo scandalo erat multis, & occasio ruine per vitam suam lubricam, item alliciendo & inficēdo corda aliorum, grauitē peccabat, & quoddam rete erat diaboli ad capiendās animas. Quia vero ex vase iniquitatis volēbat Christus eam facere vas dilectionis (prædesti-

Ibidem

Gregori⁹

marc. 16

Dæmonia
quō dicantur
ex magdalena
iecta

magdale
na nū cor-
pore vir-
go fuerit.

magdale
na an fue-
rit, mere-
trix publi-
ca.

Magdale-
na vt pub-
lica pecca-
trix fuisse

N

nauerat enim illam ad magnā gloriā : quæ prædestinatio non poterat esse inanis) at-
 traxit eam, vt saltem prima sceminea curio-
 sitate ad prædicationem Iesu veniret. Do-
 minus autem Iesus ita formauit verba sua,
 cum eam præsentem videret, illustrans gra-
 tiæ suæ radijs cor eius, vt sua dicta illā cō-
 pungerēt, ac cor eius penetrarent, & simul
 ignitis iaculis vulnerarent. Itaque com-
 puncta dum plena cogitationibus atque
 suspirijs esset, totus mundus eisiebat angu-
 stus (ita enim est grauatæ conscientia) nec
 poterat gescere, donec ad dominum redi-
 ret, quæ iā credebatur Deum & saluatore su-
 um. Proinde discēs illum inuitatū in do-
 mū Simonis quīs de pctis erubesceret, de q-
 bus ante nō erubuit, nō tñ erubesceret pœ-
 nitere, sed abiecto pudore humano, ad cō-
 uiuium ingressa est in domum Simonis læ-
 profi, sicut scētus Lucas Euangelista in ho-
 dierno describit Euāgelio. Verū q̄a hactē-
 nus, quomodo supabūdauit delictū in B.
 Maria Magdalena, diximus. Nunc dicen-
 dū quō supabūdauit in ea & gratia. Prin-
 cipio autem q̄a Apostolus dixit, Scimus q̄
 niam diligētibus Deū oīa cooperant in bo-
 num, sciēdum electis oīa cedere & coope-
 rari in bonum, etiam peccata post conuer-
 sionē de B. Maria Magdalena (quāquidem
 omnino oportet eā excusare à pctis) quia
 etiam peccata ei occasio fuerunt maioris p-
 fectus, & perconsequens maioris gloriæ.
 Non quod peccata eius non fuerint pecca-
 ta aut offensæ, sed quod fuerint ei occasio
 salutis, & maioris feruoris ac profectus
 post conuersionem, quod olim ante con-
 uersionem excesserat nimis peccando: quo
 modo intelligitur etiam quod dominus
 dicit, Gaudium est maius angelis Dei sup
 vno peccatore pœnitentiā agente, quam su-
 p nonaginta nouem iustis, q̄ nō indigent
 pœnitentiā. Tanto nanq; fuit feruentior
 postea in dilectione, quanto se sentit se tarde
 cōuersam & in multis perperam se fecisse.
 Tāto magis curauit Deum non offendere,
 quanto plus ante offenderat. Tanto grati-
 or fuit, quanto maius beneficium acceperat:
 quia sentiebat se ex ore inferni, ex fau-
 cib; diaboli ereptam, & tot donis dita-
 tam. Ita ergo fuerunt occasio ei peccata me-
 lioris vitæ, maioris meriti & gloriæ. Puto
 equidem nunquam tam sancta fuisset bea-
 ta Maria Magdalena, nisi ante fuisset pec-
 catrix: non quia peccata fecerunt eam san-

ctam, sed quoniam humiliauerunt eam val-
 de: & illa eius tanta humilitas locum diui-
 næ gratiæ in ea præparauit. Nec tamen o-
 mnibus profuit etiam electis quod pecca-
 uerant. Aliqui enim magis accenduntur
 erga Deum, quod seruati sunt in inno-
 centia: alij quod perducti sunt ad pœni-
 tentiam. Secundum ergo dispositionem
 cuiusq; hoīs operat gratia: & vt operet gra-
 tia in eo, ita pmitit Deus hominem aptari.
 Est itaq; prima gratia magna Dei quæ a-
 bundauit in beata Maria Magdalena, qd
 peccata eius ei Deus non solum ad damna-
 tionem non imputauit, sed etiam ad profe-
 ctam ordinauit, & maiorem charitatem.

Secunda gratia quæ collata est in Bea-
 tā Mariam Magdalenam, est perfectæ con-
 uersionis. Paucis scētorum donatū est, vt
 ex immunda vita, ad perfectam pœnitenti-
 tiam uenerint. Licet plures sint pœnitentes
 quam innocentes, tamen perfectam pœni-
 tentiam agentes pauci sunt. Vnde Am-
 brosius plures dicit reperiri posse, qui in-
 nocentiam seruauerunt quam qui perfe-
 ctam pœnitentiā egerint. Quod tamen
 intelligitur de pfectissima pœnitentiā, quæ
 non solū peccata damnat, nec solum carnē
 castigat, sed etiam vitia carnis & affectiōes
 prauas, & cōcupiscentias mortificat. Talē
 pœnitentiā fecit B. Maria Magdalena: Vi-
 dete eius contritionis feruorem, videte e-
 ius dolorē: Non expectauit, vt solū inueni-
 ret dominū, sed super cōuiuas ingressa est,
 nihil curans quid homines cogitarent, mo-
 do propitium sibi haberet dominum. Co-
 gitās autē qd pro munusculo dño offerret,
 animaduertit dñm terrena non amare: pro
 fatigatione tamen & calore releuando e-
 mit vnguentū nardi pystici & instar aquæ
 rosacæ fluidum, refrigeratiuū & accessit re-
 tro (olim enim iacebant discumbentes, nō
 sedebant: ideo retro expositis pedibus po-
 tuit appropinquare) pro verecūdia, stans se-
 cus pedes pro humilitate, & ex nimio dolo-
 re cordis fluebant ei tot lachrymæ sup pe-
 des dñi, vt illos lachrymis lauaret. Quid
 operabatur dominus in corde huius muli-
 eris: Capillos deinde suos accepit ad ter-
 gendum: quibus ante superba lasciuerat,
 eos nunc domino in ministerium parat:
 & osculabatur pedes eius pro summa deu-
 otione, & vngebat. O quales cogita-
 tiones ascenderunt in cor eius. Christus
 manducabat in mensa foris, sed magis ibi
 conui

Magdale-
 nam vt
 Christus
 ad se tra-
 here cep-
 rit

Lucæ 7

Rom. 8
 Vt electis
 oīa coope-
 rent in bo-
 num.

Lucæ 15

Pcti vt B.
 Magdale-
 næ pfue-
 rint

Primagra-
 tia Magda-
 lenæ colla-
 ta quæ

O
 Gratio cō-
 uersionis
 pfectæ B.
 Magdale-
 næ colla-
 ta qualis

Pauci pfe-
 ctæ pœni-
 tent
 Ambrosi

Lucæ 7

cōuiuiū habebat cū aīa B. Mariæ Magda-
 lenæ, q̄ trahebat, liquefaciebat & vrebatur
 camino diuinæ dilectionis. O quam subita
 mutatio. Heri peccatrix fuit, & filia diabo-
 li: hodie filia, & discipula, & sponsa facta
 est Christi. Heri malis peior erat: hodie
 multis, qui nunquam mortaliter peccau-
 erunt, effecta est melior atq; perfectior. Nō
 dubium, quin multis innocentibus surre-
 xerit sanctior: siquidē scētitas & essentielle
 meritū nō ex operibus pensatur, sed chari-
 tate, qua fit, vt opera meritoria sint. Chari-
 tas enim est, qua fit vt mereamur: & quāto
 maior est, tanto plus meremur. Potest q̄s
 ex peccatis surgere, & viuificari atq; dona-
 ri maiori gradu charitatis, quam qui ante
 multis annis innocenter vixerit. Non qui-
 dem iste habet opera, sed habet maiorem
 charitatem: quæ tamen ociosa non ma-
 net, sed quo maior est, eo magis inde ope-
 ratur. Videte quam temere iudicabit
 Phariseus. Habebat ipse opera iustorum,
 sed non habebat tantam charitatem ad De-
 um, quantam mulier vna die cōuersa: ideo
 fuit illi prælata in merito. Temere itaque
 iudicauit, & Mariam quasi peccatricem,
 quæ iam non erat, sed conuersa & maiori
 gradu charitatis fulcita, quā ipse, & Chri-
 stū iudicauit q̄si nesciente, & q̄ deberet nō
 permittere se tangi ab ea persona, quæ oīm
 per ora volabat, tanquam oīm hominum
 familiaritate esset indigna. Videte q̄ ne-
 minē debeamus iudicare etiam pctōrem,
 quia qualis in momēto esse potest, aut iam
 est mutatus in corde ignoramus: & sub-
 ito resurgere potest in maiori charitate: er-
 go etiam in maiori sanctitate. Cum autem
 Phariseus ille diceret intra se: Si hic esset
 ppheta, sciret utiq; quæ & qualis esset mu-
 lier, quæ tangit eum, dominus similitudi-
 nē ac paradigma opponit inter cætera, di-
 cēs: Cui plus dimittitur, plus diligit, & cui
 minus dimittitur, minus diligit. Sed dicat
 forte hic aliquis: Ergo oportet me peccare
 multum, vt multum mhi dimittatur, & sic
 cum dimissum fuerit multū, diligam etiam
 multum. Non oportet te plus peccare, vt
 plus dimittatur: q̄a multi plura admittunt
 peccata, quibus tamē nihil dimittitur: sed
 oportet te pctā magis agnoscere, & te debi-
 torem fateri. Quāto te magis agnoscis de-
 bitorem, tanto tibi plus dimittitur. Dupli-
 citer nanq; possunt hæc intelligi verba, scz-
 cui plus dimittitur, &c. Est qui peccatum

Magdale-
 næ q̄ tibi
 eo mutata

Meriti qd
 officiat.

P

Iudicium
 temerariū
 quāto pe-
 vitandum

Lucæ 7

Ibidem.

Plus dili-
 gere eum
 cui pl' re-
 mittitur,
 vt sic intel-
 ligēdum.

Q

suum parum curat, nec agnoscit, quātum
 offenderit Deū. Iste quidem pctm̄ non ma-
 gnipendit. Quare hoc? Quia non magno
 in pctō habet Deū, quem offendit. Quicq̄
 em̄ magni æstimat homo, id sane nō vult
 amittere, aut offendere. Quia ergo parum
 agnoscit, parū etiam dolet: & idcirco parū
 etiam dimittitur ei: & ideo parum etiā be-
 neficij consequutum se putat ex hac dimis-
 sione peccati: Deo parum gratus est p be-
 neficio, parumq; diligit. Sunt qui minima
 plangunt vt alij magna, quia cognoscunt,
 quantum fit offendere Deum. Isti pro mi-
 nimis putant se magnos debitores: ideo
 multum dimittitur eis: atq; hoc ipso mul-
 tum diligunt pro magno beneficio, quod
 putant magnum, quia est vere magnum.

Alio modo possunt ita intelligi: Di-
 mittitur homini non solum quod pecca-
 uit, sed etiam quod præseruatus est ab a-
 lijs peccatis. Qui ergo etiam in paucis de-
 liquit, & à multis præseruatus est, si vere sa-
 piens est, multorum se debitorem cōstitu-
 it, scilicet & eorum quæ incidit, & quæ in-
 cidere potuit: quæ vtraq; sunt dimissa: Al-
 terum est, quia resuscitatus est p gratiam à
 malis, quæ incidit: Alterum, quia præserua-
 tus fuit. Multa dimissa sunt B. Mariæ
 Magdalene: q̄a & q̄ cōmisit, & à qbus ne
 ea cōmitteret, præseruata fuit. Hoc cū agno-
 sceret, & vtrobiq; debito se obnoxia intelli-
 geret, tanq̄ p duplici magno bñficio dilex-
 it multū. Ille autē q̄ minus agnoscit, minus
 diligit, minusq; dimittitur ei. Itaq; non est
 vt plus pecces, sed vt pfectius agnoscas, in
 q̄ sis debitor: quia pro transgressione, & p
 præseruatione à pctō. Id in quo transgressus
 es, non leuiter æstimas: ita fiet, vt & multa
 tibi dimittantur, & multum diligas bene-
 factorem magnum. Tertio, abundauit
 in ea gratia ardentissimæ charitatis. Tanta
 fuit in ea charitas (vt etiam supradixi) vt in
 initio conuersionis multos excelleret, qui
 multo tempore innocentes Deo seruierāt.
 Dilixit quoq; multū, quia intellexit mul-
 ta sibi dimissa, & quæ cōmisit, & quæ com-
 mittere potuit. Eius autem dilectio primo
 liq̄t ex hoc, q̄a reconciliata, Christū dein-
 cept nunq̄ offēdit, nec amplius peccauit,
 sed semp de cætero innocēter vixit. Scdō,
 q̄a Christo semp adhæsit, prædicatū aderat,
 ambulātem seq̄bat, comedēti affidebat ad
 eius pedes. Qñ adueniebat Iesus mortuo

Agnosce-
 re plus ig-
 noscit.

Gratiacha-
 ritatis q̄n-
 ta abunda-
 rit in B.
 Magdale-
 na.

Magdale-
 næ chari-
 tas erga
 Chm̄ vñ
 perspicui
 possit.

Ioan. 11

Ibidem.

Magdale-
na quanti
fuerit
Christo
cōpassa.

Ioan. 19

Luc. 8
Luc. 7
Ioan. 12
math. 27

Ioan. 10

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

R

Gfa virg
tū vr abū
darin B.
Magdale
na.
Luc. 10
Luc. 7

math. 27

Lazaro fratre eius, ait: Dñe si fuisses hic nō esset mortuus frater meus. Quā verba, ex nimio amore erga Christū protulit. O quantā fidebat illi: & hoc ex amore. Vocata cito occurrit ei, vocauerat em̄ dñs eā, sciens quantū se diligeret. Cū aperiret Lazari sepulchrū, tūc inuit Mariā p̄ Iesu, ne fœtore graueret, & ait: Dñe iam fœtet, &c. O q̄ fidele cor p̄ dilectō gerēbat. Patientem q̄q̄ eum credenda est nūq̄ deseruisse. Qñ Iesus amor suus pependit in cruce, illi quoq̄ lachrymabilis affistebat, tota vulnerata & cōpassione & amore. O q̄ libēter crucē dñi portasset, ac cū ipso mortua fuisset. Præter matrē em̄ dñi nō fuit afflictius cor & mœrens magis, q̄ Marię Magdalene in passione dñi. Quare alijs abeūtibus, ipsa mansit sub cruce. Ideo etiā summa cū deuotiōe de facultatibus suis ministravit dño, vt, inqt̄ Euāgelista. Bis q̄q̄ Christū vnxit viuente: primo, cōuersa: secūdo, sabbato añ diem Palmaz. Itē nō sufficiebat ei, q̄ Ioseph ab Arimathia defunctū cōdierat, sed volebat etiā ipsa mortuū vngerē, qd̄ cū sexta feria non posset ppter noctē, nec sabbato ppter festū, altera post sabbatū, cū adhuc tenebrę essent, venit ad monumentū: qā cum maxima angustia expectauerat tā diu, vt sabbatū trāsiret, vt suo posset amorī satisfacere. Mansit quoq̄ alijs mulieribus recedentibus ad sepulchrū flens, nec poterat ab illo separari, neq̄ noctē imminētē, nec milites armis strepentes ac sæuientes timens. Christū item agnoscens, voluit se in terrā p̄sternere ad tenēdos pedes eius. O q̄ festināter cucurrit ebrīa p̄ amore ad annūtiandam alijs, cū Christus illi diceret: Vade, nūcia fratribus meis. Postq̄ autē ascendit Christus, ac si nihil haberet in terris relictū sibi chaz, iuit ad desertū, ibiq̄ māsit XXX. annis, Deo & angelis solis cognita. Quarto, gratia mira sup̄abundauit in eius p̄fectissima cōuersatione. Nā oīm virtutū fuit speculū. Humilima etiā fuit: ideo se nō excusauit, cū soror eius Martha cōtra eā q̄reret: sed dñs eā non mō excusauit, sed & laudauit, vt habet etiā hodie vñd̄ in Euāgelio. Nunq̄ laudauit dñs aliquē in p̄sentia illius nisi B. Mariā Magdalenam: qd̄ vtiq̄ nō fecisset, nisi eius maximā humilitatem sciuisset. Fuit q̄q̄ patientissima: ideo nō obmurmurauit, nec indignatiōem cōcepit aduersus murmurātes discipulos, Simonem ac alios p̄fectior in hoc apostolis existens, q̄

murmurauerūt cōtra duos fratres, Iacobū scz & Ioannem, cū vellent cū Christo federe ad dextrā & sinistram ipsius, & vindictā ignis de celo petebant cōtra eos, q̄ Christū recipe noluerunt. Quinto, in ea sup̄abundauit gratia cōtemplationis. Sigdem in eremo XXX. annis eleuata in aera manibus angeloz, septies p̄ dies singulos cœlestes haust melodias, tota in Deum absorpta: & q̄ volebat ire, nō suoz pedum velalioz hoīm ministerio, sed ductu angelico ferebat. Sexto, B. Maria Magdalena abūdauit gratiā singularis familiaritatis ad Christū. Nunq̄ em̄ poterat diu Christo abesse, & post dñi matrē nō legit Christus cuius se adeo familiarē exhibuisse, quē admodū B. Marię Magdalene. Apud quē ita libēter moratus, ita sæpe hospitatus est Christus? Cui ad suos pedes sedenti tam dulciter p̄dicauit. Cui adeo collachrymatuſ est flētis: Quē orantē tā cito exaudiuit: Quem excusauit ita studiose simul & amore apud discipulos: apud sororē: apud Simonē leprosum: Quē deniq̄ ita p̄sentē laudauit: Deniq̄ & excitatus a mortuis, primus illi apparuit, vt q̄ viuētī in carnē mortali exhiberet, etiā iā rediuiuus & immortalis eidē exhiberet p̄cipuā & amicitriā & familiaritatem. Septimo, abundauit gratia singularis intercessionis. Non dubium est, qñ sicut Christus eam sibi habuit charissimam, ita prōptissime illius precibus assenserit olim in terris, atq̄ etiā nūc annuat in cœlis. Magna charitas inuincibilem Deū facile superat. Legit Deus quondam ad p̄ces Iosue iussisse Solem & Lunā totius diei & noctis spacio in eodē loco consistere: multaque alia scriptura sacra commemorat fecisse Deum suorū amicorū precibus adductū. Ita ergo & quidē multo magis ob hanc sibi tam eximie dilectā sponsam suam beatam Magdalenam multa fecit & facere non desinit. Possimus id multis probare exemplis, nisi p̄bilitatem vitaremus. Nec est sane vllis opus exemplis, vbi per se quilibet potest nullo negotio intelligere dominum nostrum Iesum Christū nihil illi negare aut potuisse aut posse, quā & ipse tanta familiaritate coniunxit, & a quo se tam voluit vehementer amari. Nihil enim tam est efficax ad impetrandum, quā ingens charitas. Neque verō quisquam aut potest, aut debet ambigere, qñ sicut olim adhuc

matth. 10
Luc. 9
Gratia cō
templatiō
is abun
danti in B.
Magdale
na.
Gratia fa
miliarita
tis erga
Christū
abunda
rit in B.
Magdale
na.
Luc. 10
Ioan. 11
matth. 10
Luc. 10
Luc. 7
marc. 16
S
Gratia in
tercessio
nis quā
abundauit
in B. Ma
gdalena.
Ioan. 10

adhuc in terris beata hæc Maria Magdale na feruentissimo Christi flagrauit amore, ita hodie sit Seraphicis adificta spiritibus, & inter illos ignitissimos lapides cœlestis Hierusalem tanquam gemma præclarissima niteat, ardens inæstimabiliter, & mirifice resplendens, tota feruens amore incōparabili, & luce micans ineffabili, totum illud cœleste palacium mirum in modum amoris suauitate, & splendoris serenitate exhilarans. Quam nos charissimi modis omnibus decet & assiduis precibus nobis apud Deum patronam conciliare, & virtutum ac benefactorum eius exempla imitari. Peccatricem quondā fuisse agnouimus, sed relictis vitijs perfecte penituisse. Et nos ergo, qui sine peccatis nō sumus, male hætenus actam vitam deploramus, & cōtractas vitiorum maculas penitentia lachrymis eluamus. Voluit omnipotens Deus hæc insignem peccatricem ad maximā suæ amicitie p̄rogatiuam euehere, vt nos non desperemus post perpetrata peccata, sed de diuinæ pietatis visceribus confisi redeamus ad implorandam Dei misericordiam, & superioris vitæ dānata cæcitate ac nequitia, deinceps caste, religiose & iuste viuamus. Non vincitur Deus multitudine scelerum vbi vera & synce ra agitur penitentia. Iam nunc respiscamus, & laqueis demonum excussis, confugiamus ad piū patrē: Ecce expectat nos. Sit animus, rectus & candidus, qui vitia oderit, & sit deditus pietati. Curamus, properemus, iam hoc ipso puncto, hoc momento cōuertamur. Nescit tarda molimina sancti spiritus gratia. Hodie licet, cras fortassis non dabit oportunitas. Si ex animo cupimus redire cū Deo in gratiā, & totos nos cōponimus ad illius voluntatē, nulla erit in impetrāda venia difficultas. Adiuuet in firmitatē nostrā, q̄ propter nos infirmus fieri dignatus est Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per infinita secula seculorum, Amen.

SERMO II. IN EADEM solennitate. Seruare innocentiam, & ad vitam spiritus per penitentiam resuscitari, vtrum que diuinæ gratiæ esse munus.

Magdale-
na seraphi
cis credi
tur in se
ctis.
Titum
Ambrosi.

Postquam cōuertisti me, egi penitentiam. Hieremiæ trigesimo primo. Hæc verba non absurde possunt tribui beatissimæ Magdalene penitentiam agenti, quasi quæ domino Christo eius feruorem contra Pharisaum laudanti respondendo, laudem declinauerit, dicens: Postquam conuertisti me, egi penitentiam, ac si dicat: Antequam tu me conuertisti qualis fuerim, & omnis ciuitas, & hic Pharisæus nouit, modo vero postquam conuertisti me, egi penitentiam, hoc est, non ego laude digna sum. Tuum agnosco donum tua gratia est, quod ago & quod sum. Penitentiam ago, sed postquam conuertisti me. Duo huius thematis verbis innuntur, quæ ad beatæ Magdalene conuersionem & penitentiam, imo & ad opus quodlibet bonum concurrunt, Dei gratia & humana voluntas. Quicquid boni facit homo, vtrique adscribitur, magis tamen gratiæ Dei, utpote origini & causæ, quam humanæ voluntati: quamuis iuxta communem legem, neque sola gratia sine hominis arbitrio, neque arbitrium hominis sine gratia bonum, quod vere sit bonum ac æterno præmio dignum, efficiat. Nam quicquid solius gratiæ est, Dei non hominis est: quicquid humanæ solius industriæ est, id præmio æternali dignum non est. Dicit igitur beata Magdalena: Postquam cōuertisti me, egi penitentiam. Quisquis saluatur, ex gratia Dei saluatur, quæ prædestinat homines: hunc per innocentiam seruans, alterum per penitentiam liberans. Quare autem Mariam Magdalenam non seruauerit innocentem, vt Margaretam aut aliam quamuis sanctam virginem, non est nostrum inquirere. Secretum Dei est, quod tamen lateat nos, apud Deum tamen nulla caret ratione. Porro, hoc nobis compertum est, vtranq̄ a Deo prædestinatam: hanc per innocentiam, illam per penitentiam, vtranque Dei gratia saluatam. Quæ gratia in neutra vacua fuit, sed operibus bonis omnibus abundare fecit. Potuisset pius dñs Magdalenā æque ac Margaretam innocentem præseruasse. Atq̄ rursus potuisset benignus dominus Margaretam (si non præseruata cecidisset) quemadmodum Magdalenam per penitentiam resuscitasse. Ambæ erant electæ. Nō poterat perire, qd̄ dominus elegerat.

T
Luc. 10
Ad qd̄
bet opus
bonū quod
duz con
currant.
Hierem. 30
Diui.

Diuinæ gratiæ munus est, & innocentem seruare, & ad pœnitentiam, imo & ad innocentiam, peccantē resuscitare. Adeo autem bonus est Deus, vt peccata dimittat, & male actæ vitæ reatus, erroresq; nō improperet. Adeo bonus est Deus, vt pœnitentiam haud minus atq; innocentem diligit. Adeo bonus est Deus, vt opera bona pœnitentis sicut innocentis (modo vtriusq; alioq; par sit deuotio aut charitas) æqualiter respiciat, æq; liter coronet. Adeo bonus est Deus, vt eius, qui ex multis pœtis cōuersus est, nolit etiam iniquitatem recordari. Quid est nō recordari? Non vlscisci. Nō dico, qd nolit satisfactionem & pœnitentiæ lamenta exigere. Neq; enim Deum laudare est, ita eius statuere misericordiam, vt iustitiam prætermittamus. Misericorditer iustus est, & iuste misericors. Itaq; pœtā non vult vlscisci, non vult recordari, si tu vltus, si tu recordatus fueris. Audi q̄modo non recordatur. Tantam, si post pœtā ad ipsum cōuersus fueris, præsto est dare tibi gratiā, quātam, si nunq; peccaueris. Tantam mercedem operibus tuis daturus est, vel n̄s, q; bus pœtā diluis, quibus iustitiæ ipsius satisfacis, quantam daret, si nihil haberes in te puniendū. Hoc est, opera pœnitentiæ, opera satisfactionis, & q̄cunq; agis pia, q; bus pœtā, id est, pœnam pœtōrum tuorum redimis, eandem tibi mercedem, eandem gloriam comparabunt, ac si nunquam peccasset, aut nihil, pro quo satisfaciendum esset, haberes. Et quid hoc mirandum in bonitate diuinā: quando quidem & in innocente, & in pœnitente idem est ipse, qui opera bona, nō sine nobis, sed per nos operatur: idem est ipse, qui opera in nobis bona, quæ operatus est, nobis donat, id est, p merito nobis computat, illaq; tanquā nostra coronat. Consolatio idcirco est magna pœnitenti, metuenti fortasse, quia peccatis fuit olim multis obstrictus, ne nihil hic ad gratiæ, & subinde etiam ad gloriæ augmentū possit mereri, propterea qd multa sibi adhuc restent pœtā, per satisfactionem nondum vsquequaq; deleta. Si quidem vno eodemq; opere meritorio, & pœtā tua, hoc est, pœnam pœtōrum tuorū, cui obnoxius es, diluit Deus o pœnitens, & pro eodem, vt dixi, opere, ac si nihil satisfacere deberes, aut nullum peccatum haberes delendum, sempiterno te p̄mio donat. Neq; em̄ personæ est acceptor Deus,

neq; improperat, quæ dimittit pœtā, neq; pœnitentis minus valent opa, quam innocentis, cæteris (vt dici solet) paribus, cū in gratia Dei vterq; sit & in charitate operet; & plerunq; fiat, vt pœnitens, qui nondum satisfecerit pro pœtis patris, in maiori sit gratia, & perfectiori operetur charitate, q̄ qui singularia nō habet, pro quibus satisfaciat, grauiā pœtā. Hæc dico ob nōnul lorum pusillanimitatē, qui interdū dicūt: Ego nihil boni per Dei possum gratiā operari, quo merear, q̄ tot sum obrutus peccatis veteribus, vt si quæ facio bona, cuncta transcant, vixq; sufficiāt ad satisfactionem peccatorum. Humilitas quidem toleranda esset horum: qui ita sentiunt: error tamen nihilominus etiam amouēdus est, & credendum opus bonum pro peccatis, si peccata inuenit, satisfacere iuxta diuinā iustitiam, & idem opus simul præmio æterno à Deo coronari, iuxta diuinam clementiam, idq; diuerso respectu, videlicet propter opus sibi laboriosum aut pœnale, qd operans operatur, & propter charitatem, ex qua operatur, seu ad operandum mouetur. Transeo hæc, quia amplior est materia de essentiali & accidentalī merito aut præmio apud Theologos: qui hic vult, potest eruditionem petere vberiore ex doctoribus super libros Sententiarum. Mihi cōsultissimum videtur pro peccatis suis quēuis debere Christi passionem ac merita offerre, sua opera (quamuis quæcunq; possit bona, debeat vnusquisq; indefinenter operari) despiciere, merito ac præmio indigna æstimare, ad solius Dei gloriā, non vt mercenarius, sed vt filius operari bona, & ex sola Dei misericordia à Christo regnū celeste expectare. Ad B. Magdalenam reuertamur. Postquam conuertisti me, inq; egi pœnitentiam. Conuersa est à vita impia ad piā, ab iniquitate ad virtutem, à via damnabili ad salutarē. Qualis ante conuersionē fuerit, Euangelista satis indicat, qui septem dæmonibus eam, id est (vt Gregorius dicit) cunctis vitijs plenam, asserit liberatam. Publica fuit peccatrix, non meretrix, sed peccatrix, quæ vnum (vt creditur) alterumve palam admisit amorem. Quo impudicitia iuxta ac inuercū dicit suæ exemplo multos scandalizabat, & lasciuis moribus ornatuq; fastuoso, ad sui cōcupiscentiā nō paucos illiciebat. Cetera, vt dixi, credenda nō est fuisse publica

Quid boni sit Deo pœnitentibus.

Pœnitentia pœtā quæ nō recordetur Deus.

Consolatio magna pœnitentibus.

Opis pœnitentialis virtus duplex quæ sit.

Acto. 10

Passio merita Christi quæ pœnitentibus offerenda sit.

Hier. 1

Marci, 14 Gregori.

X

mere

meretrix, sed publica, id est, manifesta peccatrix: de cuius virginitate, id est, vtrū corpore corrupta fuerit nec ne, disputent alij: nobis hoc certum sit, modo neq; gloriæ, neque eius quicquam demere sanctitati, aut in Ecclesia honori, quod peccatis olim captiua fuerit diaboli. Quæ contrito tandem sub pœdibus hoste, ad amplexus recepta venerit Dei, cum nos quoq; in ea nihil minus, sed magis veneremur sanctissimā pœnitentiam, quam in nonnullis alijs iugem innocentiam. Vnde pariter liquet quā nihil gaudio, quam nihil sanctorum deroget honori, q̄ non minus in cælo iā manifesta eorū praua sunt opa, à quibus per gratiam Dei sunt erepti, quam bona, pro quibus sunt coronati: quando quidem etiam nos in mundo afficimur suauius quādoq; ad eos sanctos, qui calcata carnis spurcicia superatisq; cunctis illecebris, quibus olim subdebantur captiui, ad ardentissimū Dei amorem creduntur euasisse, quam ad eos, qui semper innocentia leguntur palmā tenuisse. Itaque B. Magdalena, quæ ex seipsa diabolo se mæcipauerat famulā, & eius captiuitatē (sicut piscis hamū) vñ se redimere nō potuit, sponte intrauerat, Christi miseratione (qd fatetur) educta est. Illuminata respuit, pœnituit, ad medicū & saluatorē cucurrit, & totam se ei in sanctificationem & holocaustum obtulit. Per quæ peccauerat, per quæ Deum offenderat, per hæc eadē & Christo seruiebat. Ambulauerat frōtosa post concupiscentias & desideria sua, accessit humilis ad pedes domini: & ne quæquam verecundiæ deesset, stat retro secus pedes eius flens & tremens. Quæ oculis lafcipientibus ad peccata, & alios sape illexerat, & ipsa illecta fuerat, nunc lachrymis eos adfligit adeo exuberantibus, vt pedibus domini non modo madefaciendis, verum lauandis etiam sufficerent. Quæ criminibus ad vanitatem, & diaboli seruitium se extulerat, modo in domini ministeriū illis vtens, ad pedes eius tergendos se inclinat. Ore scurrilia impudicaq; euomuerat, quo nunc suauissimos domini pedes amatissimo affectu lābit. Auribus male suauia, sed pestifera colloquia audiens, lethale animæ virus hauserat, at nūc ad pedes domini auscultās vitæ antidotum pectore recondit. Nihil in ea manet ociosum, totam se reddit domino, quæ totam se domino abstraxerat. Ita & nos fratres charissimi, q ad

Magdalena vñ se totā Deo in holocaustū obtulit. Eccle. 15 Lucæ 7

Pœnitentiæ seruenter assistendū esse.

Lucæ, 7

Ibidem.

Cuius plus dimittatur.

sio ma

fio maior. Itaque tantum tibi dimittitur, quati te cognoscis debitorem. Noli timere quia graua non admisisti peccata, parū cognoscere possis, modicum debeas, modicum tibi dimittatur, & modicum inde diligas: cognosce & ex animo dic te debitorem, non modo eorum quæ fecisti, vix omnium etiam malorum quæ facere potuisti: quæ ne faceres, diuina protectione, diuina prouidentia prohibitus fuisti. In quæ enim peccata quæ cæteri inciderunt, non cecidisses & tu, si Deus te nō præseruasset: Debes igitur Deo, & vbi cadentem à peccatis iterum te erexit, & vbi casurus eras, ne caderes, præseruauit. Vtraq; tam innocens, quam pœnitens vita donum Dei est. Vtriq; gratiæ est debitor, & qua dimisit peccata dans veniam, & qua dimisit patrandam, præueniens ac præseruans per gratiam. Quid autem interest, an præueniat, an sequatur te gratia saluans: Nobilius certe beneficium est innocentiæ semper seruare, quam restituere. Sicut medicus ille nobilius te curauit, qui cum malam incidere debuisses ex vitio tuo valetudinem, per artem suam ille à morbo te sanum præseruauit, quam qui postquam diutino languore confectus es, sanitati restituit. Ita debes Deo non tam pro peccatis à quibus te liberauit, quam à quibus te semper liberum præseruauit. Quapropter omniū erga De

um cōstitue te debitorem, cognoscendo, dolendo, gratias agendo, quia reuera extra Deum omnium es debitor. Da laudem & honorem Deo, qui reuera multa tibi dimisit per gratiam iustificantem: plura tibi dimisit, idq; nobilius, per gratiam præseruantem. Quæ omnia quanto clarius cognoueris, quanto magis pensaueris, quanto item quum plura tum maiora esse debita tua quæ tibi dimissa sunt, æstimaueris, siue admissa, siue quantum in te fuit, admittenda, & beneficium hoc & præseruationis & reconciliationis, pluris duxeris, tanto etiam benefactorem hunc tuum, tanto dominum Deum hunc tuum plus amabis. Cæterum suadeo innocenti ne suam innocentiam magni estimet, ne alterius lapsum contemnat, nulli denique se præferat. Suadeo pœnitenti, ne pœnitentiæ opera sua velit metiri, nec æstimare, quod satisfaciatur. Cognoscat se debitorem iustitiæ diuinæ, cui se imparem vt reddere possit, sentiat. Ad benefaciendum magis animo moueatur Deo placendi, quam pro peccatis satisfaciendi. Credat quidem Deum satisfactionem exigere, sed ad satisfaciendum se impotentem esse. Igitur Christum roget, vt ipse pro se suis meritis satisfaciatur, se que Christo in omne eius beneplacitum offerat, qui est amandus & benedicendus in secula, Amen.

Debitore se Deo agnoscere debet homo nō solum pro commissis peccatis, sed etiam à quibus præseruatus est.

Innocentiæ semper seruare beneficium esse nobilius, quam restituere.

IN FESTO SANCTI IACOBI APOSTOLI
Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli, ad Ephesios secundo.

XI.



IAM non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: super ædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio cōstructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos cœdificamini in habitaculum Dei, in spiritu sancto.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A
Ephes.



Apostolus Ephesius, qui ex gentibus maxime erant conuersi scribens dicit: Et si aliquando eratis longe à Christo, non habentes repromissionem hæreditatis, alieni à gratia Dei & à salute, iam tamen ad

Christum conuersi, non estis hospites, vt olim testamentorum, quasi hi ad quos nō spectaret sacra scriptura: sed estis plebs Dei, & continuo in lege domini meditantur, eandem obseruantes, in eaq; vos exercetis. Quare, inquam, non hospites estis & ad-

psalm.

1. Tim. 2

Fides cuius unā ciuitatis fidei fundamentū.

Esaia 28
Acto. 4
1. Petri 2

Lapis angularis ac summus cuius dicitur sit Christus.

& aduenæ, sed ad familiam domini pertinentes, de grege fidelium, & de numero confortiorum electorum estis ciues sanctorum & domestici Dei, puta in Ecclesiam creditum, quæ Dei est domus, adunati, scientesq; secreta Dei. Nam cōmunionē habetis sanctorum in sacramētis Ecclesiæ. Super ædificati in ædificio Dei super fidē Christi, super quā fundati primo sunt apostoli & prophete. Huius em̄ ciuitatis fundamentū est, super hoc fundamentū apostoli sunt ædificati. Porro qui super apostolorum prædicatione sunt fundati, nō aliter, q̄ supra fundamentum secundarium sunt cōstabiliti, cui fundamentū aliud adhuc subponit fundamentū Christus. Super Christū igit, quod fundamentū est apostolorum & prophetarum oēs sumus, quotq̄ sumus fundati, ipso eodē Christo Iesu summo angulari lapide huius ædificij spiritualis cōstituto. Ideo em̄ angularis dicitur, quia in vnus Ecclesiæ ædificium duos populos diuersos, quasi angularis lapis concludit. qui pariter summus dicitur, qui alius lapis non debet illo superior in hoc ædificio poni. Superponere autē cōtendit alium lapidē angularem, quisquis super Christū introducit doctrinam aliam, in qua salutem ponit. Quod pseudo faciēbant apostoli, legalem obseruantiam Christo superducere conantes. In quo lapide omnis ædificatio cōstructa crescit, atq; in sublime euehitur, vt fiat templum sanctum in dño, id est, secundum voluntatē eius. In quo non Iudæi soli, sed vos etiā ex gentibus ad Christū cōuerfi, cum illis cœdificamini, vt sitis habitaculum Dei, domus atq; sanctuariū Dei: idq; per operationem spiritus sancti.

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem Festi. Matth. vigesimo.

B



Lucæ 24
Psal. 76

B hac Evangelica lectione manifesto cognoscimus, quam in firmi, & vt ita dicam carnales fuerint sancti apostoli ante perceptionem illā mirabilem spiritus sancti, qua induti sunt virtute ex alto, & in alios plane viros dextera excelsi immutati. Hic namq; duo ex præcipuis ambitionis cuiusdam vitio laborasse videntur, & cæteris voluisse anteferri apostolis: quod certe si se-

cundum ipsam rei faciem iudicemus, minime illos decebat, vt qui tot tantaq; iam in Christo humilitatis exempla viderant, ab eoq; audierāt, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Verum non debemus factū istud ex nostrō affectu, fortassis nimium corrupto metiri, sed ita nobis persuadere, apostolos hosce sanctissimos rusticitate magis & simplicitate ac ignorantia, q̄ superbia vel malitia hac in parte deliquisse. Prædicatores fuerant & homines idiotæ ac simplices, nec considerabant ne forte ipsis non cōgrueret quod petebant, sed putabāt se recte moueri, quamuis errore quodam humano ducerentur. Postea vero quam repleti sunt spiritu sancto, non solum honores non appetierunt, sed abiectiōne contenti melius atq; supplicij lætabantur, sicut legimus in Actis apostolicis: Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumelias pati. Non ergo quisq; putet licere sibi exemplo Apostolorum ad honores & dignitates aspirare: siquidem illi magis ignorantia, vt dixi, & simplicitate, q̄ immoderata superbia ducti fuisse cœsendi sunt: atq; ipse dñs errorem illorū dure obiurgauit, nō tā illos repræhendēs, licet nō omnino culpa vacarent, q̄ ambitiosos omnes, qui dignitates per fas & nefas aucupant, aut alioqui optant & conantur alijs præesse, cum nō possint præesse sibi ipsis. Verum ad Euangelij exegesis veniendum est.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo.

Mater filiorum inducta precibus, credēs se repulsā minime passurā, eo qd Christo sanguine iuncta foret, accessit ad dñm, generalē quandā initio ei precē offerens & quasi beneuolentiā redemptoris captans. Nō enim ausa fuit statim animi sui votū exprimere, fortasse quod aduerteret id impudētix posse assignari: sed primo viā sibi sternit ad faciendā precē pro filijs, q̄ ipsos sibi adiunxerat, vt illis vna petentibus, facilius voto potiretur. Ita legimus in Regum volumine Bethsabee precaturā pro Adonia generalē quandā præmississe petitionē, ac deinde speciatim indicasse animi sui sententiam. Sic namq; dixisse legitur ad salomonē: Petitionē vnā paruulā ego deprecor à te, ne confundas faciē meā. Annuente au-

Matth. 11

Honores quoniam a quo adferantur

Acto. 9

Reg. 1

te rege, subintulit: Detur Abifac Sunamitis Adonie fratri tuo vxor. Fit hoc ad captam gratiam illius q rogatur, maxime cu eiusmodi res petitur, quæ videatur impetratu difficilis.

Qui dixit ei: Quid vis?

Pius & prudens magister, etfi amabat hanc sanctam mulierem, discipulos qq; ad modum charos haberet, tamen prius explorat qd velint, non statim incõsulto petitioni illor; necdum explicata & examinata annuens: hoc ipso vtilissimũ nobis & cõsultissimũ p̄bens exemplum, saluberrimãq; institutionẽ, vt dum quippiã a nobis consanguinei vel alij quantũuis chari petunt, nõ sumus ad assentiendũ precipites, sed rem omnẽ nobiscũ maturius expendamus ac ponderemus, videamusq; nõ æquum sit & iustũ petitioni eor; morẽ gerere. Prudentia namq; & iustitia in eiusmodi adhibenda est, vt prius id qd petit discutiamus: ac deinde absq; vilo personar; respectu ita vt iustitia postulat vel consentiamus, vel recusemus. Ea de causa sapiens p̄ceptor, imo sapientia ipsa prius percontatur ex muliere qd velit: nõ qd ipse mentẽ illius ignoraret: sed vt nos instrueret, atq; vt illius explicata prece, rationabilius & conuenientius illi responderet. Hac in parte plurimi grauer de linquunt, dũ nimis facile prolibus aut cognatis, aut etiam extraneis quamuis inhonestis aut p̄nitiosa petentibus, nulla p̄missa deliberatiõẽ, aut examinatiõẽ obsequunt.

Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistrã in regno tuo.

Audierat paulo superius mater filiorũ Zebedæi dñm de sua resurrectione dicentem. Vnde putabat eum tum ilico in terris regnatur; , quemadmodum adhuc miseri Iudæi suũ expectãt Messia tẽporali gloria, vt ipsi putãt, latissime dñaturum. Atqui regnũ Saluatoris nõ erat de hoc mundo: neque ministrari venerat, sed ministrare. Propterea etiã cum sensisset turbas ipsum rapere velle atq; in regẽ constituere, fugit. Non enim missus erat a patre ad prospera mundi huius ad honores dignitatesq; capeffendas, sed ad perferendam ignominia, & omnigenas mudi miseras & calamitates, atq; ipsum deniq; turpissimum mortis genus. Quod igitur mater filiorum Zebedæi petit

filij temporariam dignitatem, errore facit muliebri, & affectu quodã carnali, quocupiebat filijs. Neq; dum cuiusmodi futurum esset Christi regnum intelligebat. Nã si intellexisset, potius eis abiectionem, quã gloriam petisset. Nam quo quis maiorem propter Deum abiectionem in hoc mundo patitur eo sublimius in cœlis coronatur. Et raro cuiquam & presentis vitæ prosperitas, & futuræ singularis gloria cõtingit. Vt plurimum electi oēs mudo huic de specti sunt. Quare? Quia mundus regitur spiritu diaboli: p̄ij autem oēs Christi spiritu ducuntur. Porro spiritus malus semper Christum persequitur. Quid igitur mirũ, si electos mundus opprimat? Sed quid sibi vult, quod petit mater, vt filiorum suorum alter ad sinistrã Christi sedeat? Id plane confirmat sententiam nostram, scilicet non intellexisse eam, quale esset futurum Christi regnum. In regno cœlesti omnia dextra sunt, nec quicquam est ibi sinistrũ. Quisquis igitur ad Christi sinistram collocari appetit, damnari se velle significat. Quo facit illa domini sententia: Oues ponet a dextris, hædos autem a sinistris: vbi per oues electi p̄ hædos reprobi signifi cantur. Videant ergo, qui temporarias captant prosperitates, ne non oues sint, sed hædi potius, cum tota vbiq; scriptura clamet multas esse iustorum tribulationes: & omnes qui in Christo pie viuere volunt, persecutiones passuros.

Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis.

Mater precem obtulit, & dominus discipulis respondet, hoc ipso plane significans, discipulos matrem impulsisse, vt pro eis rogaret. Estq; verisimile dñm hæc verba cum aliqua seueritate protulisse, tum vt discipulorum castigaret temeritatem, tum vt mortales omnes a detestabili ambitionis vitio arceret. Nescitis, ait, quid petatis. Hoccinẽ est, quod tot monitis, tot exemplis meis docere vos volui, vt honores ambiatis? Ego e summa cœlorum arce descendi in terras, & infra mortales omnes me abieci, & cum mihi summo iure creata omnia seruire debeãt, ego me creaturarum omnium seruum feci. Nihil in hoc mundo prospere delectabile, nihil iucundum habere volui, sed extremam ab ipso matris vtero semper inopiam, vilitatẽ, abiectionem,

nem, miserã amplexus sum ppter vos nõ solã redimendos, sed etiam instruendos, vt mea sectemini vestigia: & iã vos p̄cipuam petitis dignitatẽ, & oibus vultis anteferri? Nonne ea res Lucifera detrahit in tartara? Nonne totum humanum genus p̄ vnus superbiam perijt? Cur ergo vobis ista non incutiũt timorẽ, ne vobis similia accidant? Nescitis plane, qd petatis. Si mei discipuli estis, cur adeo mihi adhuc dissimiles estis? Qui honores ambit, picula innumera appetit. Qui aut amat periculum, peribit in illo. Humilitas tutissimus animẽ portus est. Locus sublimis peccandi infinitã p̄bet materiã: & licet videat esse honori, tamẽ recte intelligentibus certũ est nõ nisi oneri esse.

O q merito possit hodie multis dici, per fas & nefas in sublime contendentibus, & alios excellere conãtibus. Nescitis qd petatis. Rustici hodie aut æquare, aut supare ciues volũt. Ciues in nullo cedere volũt magistratui aut nobilibus viris. Nobiles cupiunt excedere comites. Atq; isti maiori sæpe fastu, quam principes sese efferunt. Porro principes ad regia aspirant dignitatem. Reges deniq; impatorum emulant gloria. Quãta nũc vbiq; in omni gradu & cõditiõẽ hoim cernit vestiu p̄pa & petulantia, non parua causa p̄sentium malor; q̄ patimur, si fides sc̄tis adhibenda est. Quotidie nouẽ excogitant artes petulantissime ac superbissime conficiendi vestes, & pleriq; iã haud secus q̄ mōstra quãdã & turpissimi histriones incedũt, vbiq; ita scissi & dissecti, vt demones ex tartaris ad nos sumpta humana specie cõmigrasse videant. Atq; hæc oia ex miserima ambitioẽ pficiscunt, qua cupimus alios antecellere, & ceteris honoratiores videri. Sed nesciũt tales stulti & amẽtes quid petãt. Sui similibus insanis & deliris fortassis placent, sed Deo & sc̄tis oibus, cũctisq; viris grauibus & honestis horrori & execrationi sunt. Sed dicũt: Nunq; vestis me aut sanctũ aut improbũ facit? Deus cor inspicit, nõ vestes. Quid dicitis cæci & stolidi? Vtiq; nisi vanissimis & superbissimis essetis cordibus, nõ posses tã lasciuus & portentosis vti vestibus. Qualis cuiusq; est animus talis fere est & corporis cultus. Fieri potest, imo fit nonnunquam, vt sub humili habitu cor lateat superbissimũ: sed fieri vix potest, vt sub tam portentosa & intoleranda habitus petulantia & fastu p̄tus geratur animus. Verum his obiter de

vestium sc̄dissima turpitudine dictis, Evangelij exegesis prosequamur. Apostoli non pensata virium suarum imbecillitate, nullis etiam dum eximjs roborati virtutibus, maximam petebant dignitatem: sed pius dñs non ignorans periculosissimum eis fore, si mox in sublime tollerentur, qd petunt, negat: porro ad id eos reuocat, qd eis nouit esse vtilius: quemadmodum periti medici ægrotis perniciosã petentibus non pmittunt, sed salutaria subministrãt. Ait ergo:

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?

Græca exemplaria hic adiunctum habent: Et baptismo q̄ ego baptizor baptizari: sicut etiã in ea quæ mox sequit sententia: Calicẽ quidem meũ bibetis, annectũt. Et baptismo, q̄ ego baptizor, baptizabimini: Vex ex Marci Euãgelio huc trãslata videntur. Sed qd sibi vult, qd dñs discipulos gloria aucupãtes, ad cruces mittit? Nõ ita est iudiciũ huius mundi. Inopes, & afflictos, miseros despicit mudo, diuites & oibus rebus ac voluptatibus affluentes beatos p̄dicat. Sed mentis iniquitas sibi. Lazarus medicus portatus est ab angelis in sinũ Abraham, diues epulo sepultus est in inferno. Itaq; pauperes pios amat Deus, & per temporarias calamitates ad immensas beatæ vitæ diuitias & perennem felicitatẽ perducit. Atqui superbos diuites, & suis opibus ad luxum voluptatesq; & mundi fastũ abutentes ad extremam & incõprehensibilem perpetuo apud inferos perferendã protrudit egestatem. D. Gregorius quadã homilia mentionẽ faciens loci huius, ita ait: Dũ filij Zebedæi interueniẽte matre querebant, vt vnus a dextris Dei, & alius a sinistris sedere debuissent, audierunt: Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sum? Iam locũ celsitudinis q̄rebant: ad viã illos vitas reuocat, per quã ad celsitudinẽ venirẽt. Ac si dicat: Iam vos locus delectat celsitudinis; sed prius exerceat via laboris. Per calicẽ ptingit ad maiestãtẽ. Si mēs vestra appetit qd demulcet, prius bibite qd dolet. Sic p̄ amãx poculũ cõfectionis peruenit ad gaudiũ salutis. Hæc ille. At qd hæc psuadeat hoibus per aduersor; tolerantia, per crucẽ, p̄ afflictiones, p̄ mudi odia & p̄secutiones, p̄ ludibria & verbera, per p̄bra & ignominia, deniq; per mortis voluntaria p̄pensionẽ ad beatitudinẽ.

Petitioni alior; qui nam non precipitanter nimis annuendũ sit.

Matth. 20 Lucæ 12

Ioan. 18 Matth. 10

Ioan. 5

Electi Dei vti simũ do semper fore despo di.

Sinistra dexterar; quẽ in sinuentur. Matth. 11

Psal. 11 1. Tim. 11

D

Vita Christi ita vti fuerit semper p̄na lis & de p̄ca.

Esaiã 14 Gen. 3 Roman. 3

Vt nemo hoc seculo sua sorte contentus sit.

Ambitio mala quæ nam genere ret.

Vestibus qualibus tam induantur homines.

Vestiu hoc tempore quanta sit petulantia & turpitudas.

B

Marc. 10

Psal. 16 Lucæ 16

Gregori.

Per quẽ media pueniatur ad beatitudinẽ.

titudinem perueniri? Nihil minus volunt homines, quā aduersa præsertim propter Deum perpeti, vt honores, diuitias, voluptates obtineant, haud grauatim animas & corpora mille periculis exponunt: vbi causa Dei quicquā ferendū est, omnes subterfugiunt. Deneg; quicquid aduersi occurrat, omnes ferme moleste ferunt. Si aduersa premat valetudo, nihil intentatū relinquatur, vt possit sanitas recuperari, & multi imperitorum medicorum pharmacis perire malunt, quam nō omnem mouere lapidem, vt citius conualescant. Et tamen si cut caro spiritui semper aduersa est, ita carnis aegritudo spiritui utilis est, atq; hoc ipsō etiam expetenda est. D. Petrus apostolus ex humili piscatore apostolici agminis vertex, ex vndis vectus ad fidera, cœlique clauiger effectus, cuius sola umbra pellebatur corporum morbi & molestiæ, interrogatus aliquando, cur filiam ipse suā graui morbo affligi sineret, respondit: Sic expedit ei. Quid ergo nos scimus, an expediat & nobis potius ægre affectos esse? Sed & paupertas, quā Christus cupidissime amplexus est, multis grauissima est. Atqui vt multa prætereā, Romani quidam pauperes fuerūt, multis florere seculis: at vbi cœperūt abundare diuitijs, luxu & delitijs eneruati, intestinis cōcidere bellis. Porro intratentatoria paupertatis sobriæ atq; sollicitę, vt ait quidā, luxu iners, sopor marcidus, ac vitia languida & eneruata non subeunt. Atq; vt paupertas eadem resistentibus per molesta, sic cedētibus periucunda est. Pulcherrima est illa cuiusdam sententia: Si necessitatibus obsequeris, paup nunq̄ esse potes: si cupiditatibus, nunq̄ diues. Deniq; vt diuitijs amica sunt vitia, ita paupertatis comites sunt securitas, humilitas, sobrietas, reſeſ, modestia, & id genus virtutes aliæ. Et quis tristis sit in vita paupertas, nemo tamē fere tam paup vixit, vt moriēs nollet vixisse pauperior. Sunt deniq; & alia multa, quę ad calicē dñi p̄tinent, sed oibus inuisa sunt. Haud secus iā affecti sunt hoies, q̄ si re ipsa dño Iesu dicant: Sit calix tuus tibi, nobis illū bibere non vacat. Comedamus & bibamus, & oibus delitijs nos oblectemus, cras em̄ moriemur. Paucissimos sane inuenias, qui calicem dñi bibere velint. Apostoli, de quibus agimus, promptum quidem obtulerunt domino animum, sed vbi ad rem ventum est, vterq; fugit à domino.

Aegritudo corporis quā fit vitilis animæ. Math. 4. Acto. 5.

Paupertas vt quibuscumq; necessaria sit ad eustodiam.

Comites paupertatis quoniam sunt.

Calix dñi quā sit oibus inuisus. Hieron. 22.

Math. 26. Marc. 14.

Videamus ipsorum responsum.

Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidē meum biberis, sedere autē ad dexteram meā, & sinistra, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo.

Vsq; adeo ferebantur desiderio affidendi Christo, vt etiā si necdū satis caperēt quifnā calix ille esset, neq; etiā virium suarū haberent exploratā imbecillitatē, tamē audēter se dicāt bibituros calicē dñi. Sic etiam D. Petrus dño ad passionē ituro, ait: Paratus sum tecū & in carcerē, & in mortem ire. At vbi voce ancillę vnus vrgeri cepit, dominum suum abiurauit. Voluntas hois quatuor firma & seria sit, nisi diuinę gratię auxilio sussulta sit, facillimē à iustitia abducitur. Debebāt saltem addidisse apostoli: Possumus tua gratia adiuti. Quasi fidentius & inconsultius dicunt absolute. Possumus. Postea non poterant pseuerare cū Christo in horto, etiam si illius diuina virtute cincti ac protecti essent, ne læderētur ab hostibus: sed relicto eo fugerunt. Sed tamen quia obtulerunt dño bonam voluntatē, seseq; illi permiserūt, ait illis: Calicem quidem meū biberis. In exilio non est quęrenda gloria, sed potius animus ad toleranda aduersa, præparandus. Equidem vobis honorē non inuideo, imo vō opportuno tēpore, plus q̄ putatis honoris vobis à me tribuetur: sed necdū expedit vobis honore euehi. Calicem prius meū biberis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomē meū: & quis non vterq; pro me mortē excipietis, tamē vterq; multa patiemini, & altere gladius re ipsa & voluntate, altere tyrannorū ac malorum hominū vexationes voluntate martyrem meū efficiant. Quod autem petitis, vt possitis assidere mihi, non est meū, quatenus homo sum, dare vobis, qui id p̄ter ordinē & ante tēpus petitis: sed quibus paratū est à patre meo. Non est per sonarum acceptio apud Deū. Sed quicūq; talem se p̄buerit, vt regno cœlorū dignus fiat, hic accipiet quod non per se, sed vitæ paratum est. Si itaq; tales estis qui cōsequamini regnū cœlorū, quod pater meus vobis parauit, vos q̄q; accipietis illud. Docemur hoc loco in p̄senti vita, vbi p̄pter p̄ctā nostrā nō nisi exules degimus procul à patria illa cœlesti, nō esse p̄spera appeten

R

Luc. 18.

Math. 16. Voluntas hois q̄ sit infirma si ne gratie Dei auxilio.

Ioan. 16.

Ioan. 16.

Apost. 17.

Deute. 10. Math. 11. Roman. 1. Hieron.

Aduerſa esse hic potius appetenda, quā prospera.

appetenda, sed potius aduersa. Hęc em̄ magis conueniunt exiliū patientibus. Propterea etiā Salomon ait: Melius est ire ad domū luctus, q̄ ad domū cōiuij. Itēq; cor sapientiu vbi tristitia est, & cor stultorū vbi letitia. Et sunt reuera permultæ graues cause, quibus merito possumus moueri ad contemnenda vana mūdi gaudia, & crucem libenter ferendā. Tot iniurijs quodidie afficit Deus ab hoibus, q̄s creauit bonitate sua, et redemit sanguine suo, vt si nihil aliud sit, hoc solū abunde nos permouere queat, vt semp optemus miseri esse in hac vita, atq; cū dño Iesu perpetuos cordis dolores perpeti. Quod etiam pertinet ad calicem dñi. Imo internus animi dolor sæpe multo acerbior est, q̄ quauis externa afflictio, vt de illo dictū videat Christianis oibus: Calicē meū biberis. Quisquis autē hunc calicē non bibit, vt non doleat iniurias creatoris & redēptoris sui, nō est vtiq; verus Christianus: Et quia modo nō vult bibere calicem Christi, postea bibit calicem irę furo ris domini.

Eccles. 7. Ibidem.

Gaudia mūdi contemnendæ rationes quæ.

Apost. 16.

SERMO IN EODEM Festo. De contemnendis huius vitæ delitijs, diuitijs & honoribus.

Psalm. 4.

Psalm. 13. 5.

Roman. 3.

Ioan. 5.

Studia secularium hoim cum tuimodi hodie sint.

Psalm. 148.

Nescitis quid petatis. Matt. XX. Filij hoim, ait Psalmista quidam loco, vsq; q̄ graui corde vt qd diligitis vanitatē, & queritis mendacium: Idemq; alibi dicit: Dñs de cœlo perspexit sup filios hoim, vt videat si est intel ligens, aut reqrens Deum. Oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt, nō est q̄ faciat bonū, nō est vsq; ad vnū. Nimis: cœlesti illustratus lumine vir sanctissimus dilucide perspexit, q̄ misere à Deo mortales oēs auerſi, in his infimis rebus sua captent oblectamenta. Nam reuera mundus totus in maligno positus est, & vix paucissimos inuenias, qui toto corde Deum querāt: paucissimos etiā, q̄ nouerint q̄ sit hominis vita omnis referenda. Alij suæ carnis sectandis voluptatibus, alij cumulandis diuitijs, alij honoribus aucupandis ita sunt dediti, tanq̄ nūquam sint ex hac vita emigraturi. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus in hoc vno animo omnes intenti sunt, vt mollioribus fruatur voluptatibus, vt se suosque reddant locupletes, vt alios antecellāt

dignitate, honore, existimatione. Sed dici illis oibus rectissime potest: Nescitis miseri quid petatis? Vultis veras delicias? Nō eadem nisi in Deo inueniuntur. Vultis veras diuitias? Virtutibus detis operam, quæ solę animum locupletant. Vultis summos & inestimabiles honores? Præsentia despiciate, & cœlestibus bonis inhiate. Transit mundus & concupiscentia eius, & vos audetis vllā vobis in terris felicitatē polliceri audetis quicq; in terris appetere? Sed quid frustra verbis agimus? Funiculus iste triplex (concupiscentiam dico carnis & oculorū & superbiam vitæ) difficile rumpitur, & qui eo obligati sunt, verba salutis vix vnquam recipiant. Audiunt quidem, sed corporis, non cordis auribus. Etsi quandoq; ad horā vel ex diuina inspiratione, vel salutaris lectione, aut verbi Dei auscultatiōe, vel pioꝝ hoim exhortationē & familiarī colloquio cōpungūtur, tñ vbi rursus sese offert occasio, tum carnis infirmitate, tum peccandi libidine, tum dæmonum impugnatione superati, redeunt ad ingeniu suum. O si quis posset miseris persuadere, vellent tamen recto secū iudicio perpēdere quid agant, vellent tamen animarū immortalium curā saltē non minorē q̄ mortalium corpororū gerere, vellent tamen quādā vti circūspectione & prudētia, nec semp se paterent dæmonibus esse ludibrio. Scio nō esse nos angelos, sed hoies, scio difficillimum esse assueta relinq̄re, & blādīs ac fallaciosis voluptatibus nuntium remittere: sed tñ ad est nobis Dei gratia, qua possumus plurimum, nec infirmitas aut proclitas in malum peccandi necessitatem adducit, nec aliquid tam difficile est, quod labor improbus & bona consuetudo nō reddat facillimum, vt nihil dicā de gratia & amore Dei. Quod si parum hæc mouēt, quā à Christiano dicuntur, quā Christi legibus p̄scribuntur, pudeat saltem minus apud nos valere Christi Iesu Dei ac domini nostri autoritatem, minus nos illius moueri verbis, quā Ethnicis pleriq; vel Philosophorū vel aliorum grauium viroꝝ exhortationibus moti fuerint. De Pythagora quidem, qui gloriosum illud & arrogans cognomen sapientiæ erubuit, primusq; philosophum se dici maluit, id est, sapientiæ amatorem, non sapientem, quo nomine septem illi Græci sapientes vocitati sunt, memoriæ proditū

Diuitijs & delitijs vbi nam vere recuperant.

Ioan. 1.

Eccle. 4. Ioan. 5.

Via salutis quæ difficile hoibus hodie persuadetur.

Pythagoræ modestia quanta.

h h ij est, qd

Pythagora prudentia in consilijs dandis.

est, quod cum Crotonis vrbs quondam florentissima populis graui praelio attritus virtutes odisse, atque ocio perniciali dare se cepisset, per opportune in Italiam adueniens, Crotonem sese contulit, moresque ciuitatis iam plane in luxuriam prolapsos sapientiae suae praesidio firmavit erexitque, tantumque apud eos multis perpetuisque adhortationibus consecutus est, ut ad pristinae virtutis habitum reuocarit. Adhibebat singulis quibusque opportuna consilia pro sexuum & aetatum varietate: viris fortitudinem & ignauiae fugam, mulieribus pudicitiam & conjugalem fidem, pueris verecundiam & literarum amorem, omnibus pariter frugalitatis studium suadebat: extorsitque perorando, ut non modo viri, sed & feminae ab omni morum peruersitate velut ab ancipiti fouea pedem retraherent, eumque ad sublimia & ardua inuitantem sequerent, usque adeo ut sponte sua vestes quoque purpureas & aureas, caeteraque corporis ornamenta reicerent, deestque videlicet ornatu muliebre in pudicitia, non in auro gemisque consistere, hisque potissimum armis atque his facibus seruire luxuriam. Quid ad haec dicemus nos Christiani? Turpe ne erit nobis ab Ethnicis superari? Et si id quidem omnino turpissimum. An vero Christiani non poterimus, quod illi a Deo alieni potuerunt? Aut forsitan ista tanquam nugae deridebimus? Et tamen ut frugalitate, pudicitia, continentia, modestia, ac mediocritate vrbes crescunt & florēt: ita luxu & intemperantia funditus euertuntur. Haec nobis in scripturis diuinis sapientissime inculcantur. Quae so emolliant nos, quemadmodum illos Crotonienses mouit Pythagorae oratio, ne quem admodum Niniuitae & regina Austri dicuntur in iudicio Iudaeos condēnari, ita nos isti condēnent, quod isti homuncionis vnus tantum tribuerint exhortationi, nos ipsius Dei nullis neque monitis, nec minis permoveamur. Nec est sane, cur nobis arduum videatur quicquid exigimur a Deo, quoniam & ab Ethnicis philosophis multo difficiliora et tradita & obseruata sunt, atque a multis etiam alijs praestita. Qui epistolas Senecae, officia Ciceronis, pluraque alia aliorum scripta perlustrant, vident, quam multa illi homines vere religionis expertes literis mandarint, Christianis etiam perfectis admiranda. Nec pauca extant mirae virtutis exempla edita ab Ethnicis, quae Christiani paucissimi pos-

sint imitari aut exprimere. Sed ea hic commemorare longum foret. Eo tantum haec dicta sint, ut magis prouocemur ad proculcandas mundi vanitates, carnis illecebras, & diaboli superbiam. Non est tam quod dicamus, Non possumus. Ecce Ethnici innumeri potuerunt. Nemo dicat, Non possum continenter viuere, quia infirmus sum. Innumerabiles olim apud Ethnicos deae Vestae virgines in perpetua castitate serauerunt: & si qua ex illis fuisset dephensa cum viro concubuisse, viva humo operiebatur. Avaritiam multi Ethnicorum penitus execraverunt. Superbiam denique verbis & factis detestati sunt. Si in illis tantum potuit vel virtutis amor naturalis, vel popularis aurae captandae studium, vel nescio quid aliud intra naturae limites consistens, quid non poterimus nos diuina ope subnixi? Tantum conemur, & malae consuetudini, prauisque desiderijs frenum inhiamus: cogitemus non ideo nos hic esse, ut semper hic simus, sed ut pro peccatis nostris agamus poenitentiam. & virtutibus animum excolamus, atque ita quandoque ad patriam, vnde extrusi sumus, reuertamur. Virtutes enim pennae quaedam sunt animi, quibus fertur in caelum.

Si infestat nos luxuria, quam fere semper ocium gignit & ventris ingluuius, cogitemus haec nihil homine esse indignius, ut quae vitam nostram maxime bestialem efficiat, & cum sint alia grauiora mala, haec nihil vilius sit. Libido ad corporis & animae mortem, ad infamiam notam, ad seram & vltimum in frugiferam ducit poenitentiam. O quam multi homines singulares, quam multae vrbes, quanta saepe regna hac peste interierunt. De hac Cicero memoria dignam protulit sententiam: Voluptates, inquiens, blandissimae dominae maiores partes animi a virtute detorqueunt. Et Seneca de iisdem loquens, ita ait: In hoc nos complectuntur ut stragulem. Non aliter ergo quam latrunculorum insidiantes, eosque seducetes ac pimentes declinade sunt. Denique Scipio Africanus apud Liuium fertur Masiniam ita dixisse: Vinca animi, caue deformes: multa bona vno vitio, & tot merito gratia maiore culpa, quam causa culpae est corruptas. Ut autem facilius haec praestare possimus, serio & acriter cogitanda est voluptatis vilitas, obscenitas, breuitas, & finis, longumque dedecus, et horum fugacis aut etiam breuissimi momenti vnus illecebre multorumque poenitentiae, vel aeterno supplicio puniendae.

Virtutes quanto sunt diuiniorem Ethnicorum coluerint.

Virtutes ut sint quaedam pennae quibus aie in caelum euolant.

Luxuria quam mala gignat.

Cicero.

Seneca.

Scipio.

Luxuria quam multa sequantur.

H

Math. 13 Luc. 11

Ethnicorum modestia Christianos ostendit inuocare ad vitam imitatio nem.

Delitijs corpus eneruatur, rigor animi frangit, vitioque aeternus acuit, virtutes eliminant, corporalis perturbationibus replet, rationis splendor obscurat. Qui delicias amat & aucupatur, penitentiam diligit, venenum melle conditum appetit, & aeterna sibi tormenta cumulat. Denique in delitijs omnem malum latitat. Porro corporis castigatio, virtutis corroboratio est. Iam si habendi cupidus nos vexet, & avaritiae stimulis urgeamur, debemus cogitare naturam paucis esse contentam, vitamque esse breuissimam, ideoque frustra superuacuis nos anguriam, & paucorum egentes multa inaniter desiderare. Deinde eum qui quarendis cumulandisque opibus inhiat, partem non cernere, atque ita quodammodo quae sita perdere, quod nihil est stultius. Adhaec inter quarendum & tempus & vitam, cui opes quaerunt elabi. Vnde mira accidit stolidis perplexitas: dum vita abundare videntur, diuitijs indigent: dumque indigentia illa praeteriit, succedit altera, ut diuitijs abundantes vita egeant. Quod irridens Sapiens quidam, Est, inquit, quod lo cupletatur parce agendo, & haec est pars mercedis illius, in eo quod dicit. Inueni requiem, & nunc manducabo de bonis meis solus: & nescit quod tempus praetereat, & mors appropinquet, relinquit omnia alia, & moritur. Et idem alibi: Qui aceruat iniuste, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. O terribile dictum, sed commune quotidie se oculis ingerens, nec ideo tamen quicquam proficiens in animis auarorum. Idem rursus, Avaro, inquit, nihil est scelestius: & nihil est iniquius, quam amare pecunias. Cui optime consentiens Cicero, Pecuniam, ait, fugienda cupiditas. Nihil est enim tam angusti animi tanque parui, quam amare diuitias. Denique si superbia nostri sibi pectoris velit vindicare domicilium, nobis ipsi dicere debemus: Quid superbis terra & cinis? Tu ne tantorum malorum fascibus praegravatus & oppressus extolleris: quae etiam si liber esses a malis omnibus, cunctisque ornatus virtutibus, atque inde aeterno te efferres, hoc ipso proculdubio bonis omnibus te nudares. Nihil est enim Deo odiosius, quam superbia. Quid quae so superbis miser homuncio? An non te mortale, an non assidue fatiscens, an non peccatorem, an non mille casibus expositum, an non morti & quidem incertae obnoxium, an non denique te miserum meministi & non famosissimum illud Homericum audiuisti. Nihil miserius terra nutrit homine: Sci-

Avaritia ut sit insatiabilis

Eccl. 11

Eccl. 14

Eccl. 10

Cicero.

Eccl. 10

Odiolum quidem Deo superbia

Homerus K

re velim quid te horum potissime ad superbiam cohortat, an fragilitas membrorum, exercitusque morborum, an vitae breuitas, an caecitas animi inter spes vanissimas mectus que perpetuos fluctuantis, an praeteritorum obliuio, an ignorantia futurorum ac praesentium, an hostium insidiae, an mortes amicorum, an aduersitas perseuerans, an fugitiua prosperitas? Haec namque & non aliae vobis sunt ad superbiam scalae, his ascenditis ad ruinam. Itaque superbia morbus est miserorum atque stultorum. Nam tales haud dubie sunt, qui superbiunt. Neque enim aliter superbirent. Quod si cuncta propius tueamur, nimirum videbimus monstrum hominum pulcherrime de superbia & quae inde nascitur, ambitione scribit Cyrillus in Apologos suis in haec verba: Caue ne appetendo dominationem, in superbia corruas seruitutem, & ne cum alijs te praefers, tu ipse tam grande tuum ipsum dominum putas. Sed dic mihi quae so, an ne iustum putas desiderare quod optas? Nam si iustum non est, hoc ipsum appetere est iniustum, Velle enim quod iniustum est iniquum esse cognoscit ipsa quoque iniustitia miseria est: ergo ex hoc appetitu es miser. Verum omnes miser suae calamitatis est seruus. Sed si quod iniuste desideras, obtineres, plus miser existeres. Quam vniuersumque tanto inferior esse conuincit, quanto eius voluntas in malo citius adimplet. Si vero quod cupis asseris esse iustum, necesse est, ut sit ex aliquo supereminetia tua. Ostende ergo quod do no aut spiritus ita excellas. Nimirum si sapientia alios cupis transcendere, & si eius praetio le uaris, haec dominatio tua est, Sed haec nequaquam sursum te praecipit, sed humilitatis sinu salubri deorsum te recedit. Nam ubi tua sapientia ibi humilitas. Si autem potentia niteris transcendere alios, & si eius praetio leuaris cum Neroth impissimo, & Alex. nequissima, fido eris. Potentia namque per se non excellentiam, sed violentiam parit. Quae obruta apud te mane, atque commune naturalis societate lege subsiste: quam si iniuste te le uas, mox tua firmitatis amissa iustitia, seruus similitum iuste eris. Verum in aeternis politia posse, subesse est: & arrogancia dominat, iustitiam spnit, & vitijs subest. Idcirco deponere fastum, tollenoia dignitatum. Et quod est omnis homo nisi homo? Vna igitur tantum aetas est hominem possidendi, voluitas diligendi. Haec tenus ille. Diuus Ioannes Damascenus quoque in historia Iosaphat & Barlaam, ipsum Barlaam introducit quendam certe venustam & memorabilem referentem parabolam de his praesentia captat oblectamenta, & futura non attendunt

Quaenam nos dehorretur a superbiam

Scala ad superbiam quae sit

Cyrillus

Miser verus requiritur

Ambitio quam contingat

Sapient. 11 Graec. 10

Potentia iniqua cui comparetur

L Ioan. Damascenus Parabola mira in eos qui oblectamenta in creaturis immodice aucupantur.

h h iij quam

quam nos hic adverbū recitabimus, qā nō
 parā facit ad emolendos aīos, ad contēnē-
 das nedum voluptates, sed etiam opes &
 honores prāsēntis vitā. Qui ā bono & be-
 nigno dño nempē Deo, mente perditā se-
 metip̄s elongāt, & prāsēntibus inhiant
 negocijs & eis tenent adstricti, & nullā fu-
 turoꝝ habēt memoriā, sed delectatiōes cor-
 porales incessanter desiderāt, aīas vero su-
 as dimittentes fame tabescere, & innumera-
 bilibus affici malis, similes esse arbitror hoī
 fugienti ā facie furentis vnicornis: q nō fe-
 rens sonum vocis illius & terribiliū mug-
 iū, fortiter fugiebat, ne deuoraret ab eo.
 Dñs ergo velociter curreret, in magnum qd
 dam decidit barathrū. Dū autē caderet, ma-
 nibus extensis arbusculā quandam appre-
 hendit, & fortiter tenuit, & in basi quadā
 pedibus impressis, visus est sibi in pace de-
 reliq̄ fore & stabilitate. Respicens ergo, vi-
 dit duos mures, albū qdem vnum, alterū ve-
 ro nigrū, corroddentes incessanter radicem
 arbusculā q̄ apprehenderat: & iam prope
 erat vt eam abscinderēt. Considerans etiā
 ipsius barathri fundum, vidit draconē ad-
 spactu terribilē, ignē spirantē, & feralibus
 oculis adspiciētē, osq; terribiliter apire, &
 deuorare eū cupiētē. Intuēs vero rursus ba-
 sem illā, sup q̄ pedes habebat firmatos, con-
 tēplatus est quatuor aspidū capita de parie-
 te prodeuntia vbi consistebat. Eleuās autē
 sursum oculos, vidit de ramis arbusculā il-
 lius exigū mel distillās. Dimittēs ergo cō-
 siderare q̄ circumdederunt eū mala, scilicet
 quō sursum quidem vnicornis horribili-
 ter insaniens quārebat hunc deuorare, de-
 orsum vero amarissimus draco inhīabat
 deglutire eū: arbuscula vero quam apperhē-
 derat, post modicū erat excidēda: pedes su-
 per lubricam & infidam basem statuerat:
 & tantorū ac taliū malorū oblitus, seipsum
 dulcedini modici illius mellis tradidit. Hęc
 similitudo est eorū, q̄ seductioni prāsēntis se-
 culi adhāserunt. Cuius expositionē modo
 dicā tibi. Vnicornis qdem figurā tenet
 mortis, quā semp psequit & cōprehēdere
 nitit̄ genus humanū. Barathrū veromūdus
 est iste, plenus oībus malis & mortiferis la-
 queis. Arbuscula autē, q̄ ā duobus muribus
 incessanter incidebat, q̄ apprehendimus, vi-
 tā vniuscuiusq; nostrū mēiura est, q̄ p ho-
 ras diei & noctis, velut p murē albū & atq;
 cōsumit & diminuit, & incisioni sensim ap-
 propinquat. Quatuor vero aspides, de qua

tuor fragilibus & instabilibus elemētis cō-
 stitutiōē humani corporis significāt, qbus
 inordinatis & cōturbatio, cōpago dissolui-
 tur. Cū his & igneus ille atq; crudelissimus
 draco, terribilem figurat ventrē inferni, cu-
 piens suscipere eos, q̄ prāsēntes delectationes
 futuris pponūt bonis. Stilla v̄o mellis, dul-
 cedine significat delectationū mūdi, p quā
 seductor ille nō finit amicos suos propriā
 videre salutem. Hęc ex Ioanne Damascē-
 no. Obsecro dilectissimi, si hęc iam
 dicta attētis & ferijs aīs, nō aut p̄funtorie,
 vt solent salutis suā incuriosi, inspiciamus,
 nonne satis supq; aduertimus, q̄ miseri &
 infelices sint, q̄ relicto Deo somnia & vni-
 bras quasdam amplectuntur, vt merito di-
 ci illis queat. Nescitis quid petatis? Et qd
 facient eiusmodi, vbi fuerit e corpore disce-
 dendū? Quis dubitet summa cum amari-
 tudine hinc exituros, vt q̄ totam sp̄ suam
 in bonis prāsēntibus collocatam habeant?
 O plus q̄ sanguineis deplorandā lachrymis
 humanorū peccorū duritiam & cæcitatem.
 Heu experiant̄ q̄tidie miseri nihil esse sub
 sole ppetuū, cū cūta subiacere vanitati, volu-
 ptates oēs toxico illitas, & nolētes volētes
 hoīes q̄tidie ad sepulchrū p̄fici: & tñ tanq̄
 hęc in somnis viderint ita parui pendunt.
 Adscribam hic paucos q̄sdam versus D.
 Hildeberti Episcopi Cenomaneī, q̄ ante
 annos quadringentos floruit, & dura p̄-
 Christo p̄fessus est, si forte vel ijs nonni-
 hil moneri possit siue lector, siue auditor.
 Hei mihi nulla fides, nulla est cōstātia rebꝝ
 Res ipsā quid sint, mobilitate docent.
 Res hoīm atq; hoīes leuis aura v̄fat i horas
 Et venit ā summo summa ruina gradu.
 Cūcta sub ancipiti pēdent mortalia casu,
 Et spōdent propria mobilitate fugam.
 Quicqd̄ habes hodie, cras te fortasse relin-
 Aut mō dū loqueris definit esse tuū (q̄t,
 Has ludit fortuna vices, regesq; superbos,
 Aut seruos humiles nō finit esse diu.
 Illa dolosa comēs, sola leuitate fidelis,
 Nō impune fauet, aut sine fine prazmit.
 Itemque.
 Hoc est hic hoīs, semp cū tempore labi,
 Et semper quadam conditione mori.
 Est hoīs nasci nudum nudumq; reuertī
 Ad matrē, nec opes tollere posse suas
 Est hoīs putrere solo, saniemq; fateri,
 Et miseris gradibus in cinerem redigi.
 Ergo charissimi cōtēnamus fallacias
 illecebras & qcquid in prāsēnti blanditur
 seculo

Parabole
 hui⁹ sent⁹
 mysticus
 quis sit

M

Eccle.

Hildebert
 ep̄ marie

seculo, ne & nobis dicatur: Nescitis quid
 petatis. Habet dominus Iesus vnde abun-
 de restituat nobis pro sui amore fugienti-
 bus temporarias vanitates, & suā obtem-
 perantibus voluntati. Et si arduum est iter
 ad regna cœlorum, tamen labor est breuis
 & merces infinita, quam nobis promisit q̄
 non mentitur Deus, cui est laus & gloria
 in secula seculorum, Amen.

**IN SOLENNITATE D.
 ANNE MATRIS BEATISSIMÆ DEI PARÆ
 VIRGINIS MARIE. PARAPHRASIN IN E-
 PISTOLAM REQUIRE SUPRA IN FESTO D.
 MARIE MAGDALENÆ, EXEGETIN IN
 EUANGELIUM QUÆRE IN PRIMA PAR-
 TE DE FESTIUITATIBUS SANCTORUM IN SE-
 RŌS CONCEPTIONIS EIUSDĒM VIRGINIS
 MARIE.**

**SERMO IN EADEM
 SOLENNITATE. D. ANNE MATRIS DEI
 PARÆ VIRGINIS MARIE ENCOMIUM,
 QD CERTIS PANEGYRICIS LAUDES
 & PRÆCONIA EIUS TUM GE-
 NERATIM TŪ SPECIA-
 LITIM COMPLE-
 CTITUR.**

DAte ei de fructu manuum sua-
 rum, & laudent eam in portis
 opera eius. Prouerbio. XXXI.
 Charissimi in Christo fratres,
 ad laudē, & gloriā & honorem D. ANNE
 matris dei paræ virginis Mariæ, cum sum-
 mo cordis nostri gaudio agētes, celebra-
 mus, festiuamq; memoriā diei illius, q̄ car-
 nis soluta erga tulo, nobilis illius aīa, cū tri-
 pudio ad cœlos angelorū obsequijs subne-
 cta est, q̄ magis erga eā vestra inflāmet de-
 uotio, vitę illius pariter & mortis ā me en-
 comiū p̄stolamini, rē vtiq; dignissimam, at
 que mea quidem sentētia, haud minus dif-
 ficilem. Quis enim vnquam tam sanctæ, tā
 quam p̄claræ mulieris laudes verbis asseq;
 possit? Quāobrem id qd barbatus ille Hie-
 ronymus latinæ linguæ disertissimus, hęc
 braicę quoq; & gręcę non triualiter do-
 ctus, quibusdam sermonem de ea poscen-
 tibus, respondit: Ego etiam in prāsēntia-
 rum iure vobis optime respondero, Nem-

Hierony.

pe qd de qua agimus, res est p̄cella, res p̄cla-
 ra, res oī laude digna. Hęc est enim arbor
 bona, de qua virga excisa per se, diuinitus
 floruit. Hęc est terra sancta, q̄ rubū arden-
 tem, sed incombustū p̄manentem germi-
 nauit. Hęc est cœlum excelsum, de q̄ stella
 maris ad ortum processit. Hęc est sterilitas
 fecunda, q̄ ab angelis est frequētata. Hęc
 est benedicta inter mulieres, & mater inter
 matres beata, ex qua templum dñi, sacrari-
 um spiritus sc̄i, mater Dei mundo illuxit.
 Hęc est illa supernæ bene-
 dictionis terra, de qua cœlestis figulus ol-
 lā spei nostrę composuit beatam virginem
 Mariā, q̄ ex diuini roris imbre conceptum
 dei verbū, humano generi p̄tulit incarnatū.
 Hęc est ille diuinus ager balsamorū cœlesti-
 um floribus circūseptus, ex cuius suauita-
 te p̄ oēs fines terræ, diffusus odor vitæ ema-
 nauit, & in eo sp̄sus virginū myrrā suā cū
 aromatibus suis miscuit. Gloriosissima
 vtiq; est mater hęc Anna, Christi auia, &
 & oīm q̄ solēni attollat p̄conie dignissima.
 Quāuis p̄inde grauis admodū hęc puin-
 cia mihi videat, quam subire cogitis, vt de
 tanta tanq; p̄clara & excelsa, nunquā satis
 laudanda matrona contionem in medium
 vestri adferam spe tñ fretus diuini prāsidiij
 vobis morem gerere officij mei putabā.
 Ne igit̄ profus filicam in tanta copia lau-
 dū obiter, & qdem generātī pauca recen-
 sebo, quæ vitam eius oēm pariter & mortē
 reddere poterūt clariorē. Et q̄ felicius au-
 spicari deī, relq; magis innotescat vobis,
 mox ab ipsius noīe exordiemur. Nā & il-
 lud, virtutū atq; gratiarū, quibus cæteris p̄-
 stantior noscitur, copiam insinuat. Por-
 ro, non absre Anna qd donū gratię interp̄-
 tatur, appellata est. Quo noīe & si plures in
 gbus peculiare quoddam gratiæ donū fu-
 isse, ex diuinis eloquijs constat, (cuiusmo-
 di fuere Anna Samuelis de tribu Ephraim.
 Et altera Thobiz vxor: Raguelis quoque
 de tribu Nephtalin coniunx: Anna deni-
 que prophetissa filia Phauelis de tribu
 Aser) hęc nostra tamen Anna eas genere
 prole & dignitate haud parum p̄cellit.
 Prima enim vero prophetam ā Dan vsque
 Bersabee cognitum genuit. Atque hęc
 nostra Anna, non modo prophetam, sed
 dei param virginem Mariam domini pro-
 phetarum matrem nobis protulit. Anna
 Thobiz consortem habuit virum, ad
 miseris cordiæ opera propensum, verū hęc
 matrem

Esaij 11
 Exodi. 1

Gene. 9

B
 Anna qd
 inter p̄ct

1. Reg. 10
 Tobie 2
 Tobie 7
 iuce 1

Anna ma-
 ter Marię
 vt oīscā-
 ras Annas
 p̄cellat

matrem misericordiae, & totius consolationis genuit. Annae uxoris Raguelis filia dulcissima ab angelo Raphaelo nupti traditur, atque huius Annae filia virgo Maria angeloluniante, consensusque exigente, Mox ubi paranimpho caelesti Gabrieli annuisset, a spiritu sancto in eam superueniente, & virtute altissimi sibi obumbrante, concepit filium Dei, saluatorem mundi ex se incarnatum. Quarta Anna vidua permanet. Verum haec trinuba licet ex castissimo matrimonio, quo amore prolis legi obtemperabat, tresdigne propaginis matres ex tribus successiue maritis genuit filias, quibus singulis Mariae nomen indidit, ut ex prole dignissima illustrior esset seu redderetur, Nobilis utique genere fuit, quae viro de regia stirpe Ioachim nupsit, & eius sororis nempe Hismerie filia Elizabeth Zachariae sacerdoti in coniugem tradita fuit. Verum nobilior erat moribus, utpote quam propriarum, virtutum venustas summe decorat, ut in hoc ipso cunctis feminis praestet eleemosynis, ieiuniis & orationibus sedulis, & quidem deuotissimis, quibus tandem obtinuit vteri fecunditatem diuino munere, quod naturae negatum erat. Qua caelitus nata, supra naturae decursum cunctis mulieribus celebriorem protulit partum, dominam mundi, reginam caeli, hoc est vnigeniti Dei futuram matrem. In hac itaque muliere sanctissima, gratia super gratiam ceterarum mulierum quantumuis alias praclarissimam Dei munere refulgit, ne quidem otiosum eius habeat nomen, quod ex omni parte rei optime quadrat. Nonne iure optimo praecunctis mulieribus ampliore gratia diuinorum charismatum praedotata, quae redemptoris mundi genetricem a se post longe sterilitatis opprobrium nascituram cum maximo gaudio & tripudio digna fuit concipere atque huic mundo in praecipuum solamen edere? Ad hoc siquidem Deus super benedictus est ab eterno, procul dubio praelegit, ut post filiam deiparam, ipsa omnibus ab initio seculi ampliore sanctitatis munere cunctis praestaret feminis. Quod vel hinc conuincendum reor. Porro quicumque elegerit Deus in parte erit sanctus, quemadmodum inquit diuina scriptura. Cuius generis doctor, diuinus ille Paulus alludens, ait: Elegit nos ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, quae praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum. Si quidem ad altioris dignitatem praedestinos ampliore sanctitatis gratia locupletauit semp-

id quod nemo sacrarum literarum sciens ambigit, quae inficiabit, Annam multa gratiarum copia cumulatione factam a Deo optimo maximamque ipsam vnigeniti sui filii ex filia ipsius carne nostrae mortalitatis assumpturi vitam praedestinavit dulcissimam fore, ut quo filius natus celsior, eo genitricis mater gratiarum multitudine & altitudine ditior nosceretur. Neque enim paruo (mea quidem sententia) benedictionis honore eam dignatus est altissimus. Quam enim merito de multis legamus praclaris mulieribus quas sacra scriptura ob singulares benedictiones mixtas in modum sustulit ad caelos usque: his tamen Anna vel hac vnica benedictione vteri sui, alioqui sterilis, illustrior reddita est, quod matrem Dei gignere meruit. Saram quippe Abraham cothoralem superat: Iahel praestat: Abigail ea inferior est: non hanc vlla benedictione Iudith aequare potest: nec sexcentae aliae quin gratiarum & caelestium donorum muneribus longe cunctis repletior sit. Saram utique benedixit Deus, quatenus iam veterana & quidem nonagenaria, vtero haecenus infecundo, iam ex marito centenario Isaac non sine munere Dei susceptum, cum maxima vtriusque letitia genuisset. Cuius desideratissimi foetus perfecta Abraham patriarchae fides, & vnigeniti Dei cultus causa fuit. At vero Anna sacratissima, fide sua & obedientia, non iam prophetam aut filium alicuius vatis genuit, sed matrem domini omnium prophetarum concipere & parere meruit. Et nihilominus alijs post eam dignissimis pleribus, nempe Maria Cleophae vna, & altera Maria Salomae, non infimae dignitatis secundum carnem nepotes propagauit Christi in Saluatoris. Ut enim ex prima omnium dignissima filia Deipara vidit Christum Iesum mundi saluatorem spiritu sancto conceptum, ita ex altera quam Cleophae secundo post fata Ioachim marito genuerat, filia Alphaei uxore habuit nepotulos Iacobum, quem minorem vocant, Ioseph iustum, Simonem Chananaeum & Iudam, non illum Ischariotis Christi traditorem, sed Thadaeum ut alii vocant. Tertia denique eius atque Salomae coniugis sui postremi filia, Zebedaei autem vxor Maria Iacobum maiorem & Ioannem apostolum & Euangelistam genuit, ut multiplici hac prole earumque posteritate redderetur non parum illustri, omnique benedictione praeceteris mulieribus.

mulieribus clarissima, Non paruum est Iahelis praconium, quae utique legitur inter mulieres benedicta. Nam ut Sifarai, filiorum Israel hostem inimicissimum, multa constantia interemit, ita & thori immaculatum iuste ac fideliter seruans, hostem pudicitiae non absque diuina benedictione (sine qua castus nemo esse poterit) superauit. Verum haec nostra Anna castissima, viginti ferme annis sterilitatis opprobrium longanimitate praecipua patienter sustinens, non marito culpam iniecit, non petulanter alium quaesuit virum, sed tacita secum mente cogitauit hanc ignominiam a quo ferendam animo, donec Deus misericordiarum, & totius consolationis praeces sedulo ad clamantium admitteret. Rex Israel David potissimum benedixit piensissimae mulieri Abigail, quod delinuisset furorem eius, ne ab inimico suo vindex mali sese vlcisceret. Cuius nomen pater meus fortis interpretatum sonans, eos apte designat, quae opibus pietatis & misericordiae Christum ex femine Davidis praegnatum, placat, ne ab hostibus seipsum vindicet: quoniam potius ad misericordiam inclinatur, fiat propitius peccatoribus, & optime ferat cunctis ab eo salute praestolat. Atque ut huius nostrae Annae hystoria enarrat, ipsa simul atque maritus pietate erga deum pleni erant, totumque studium exercendis misericordiae opibus in pauperes & egenos intendebant, nec de tota substantia plusquam familiae vsum necessarium fuerat, reseruabant. Opere quippe ostendebat haec mulierum praclarissima, quam deuotam in corde gereret ad Deum optimum maximum affectionem, piisque suis visceribus quanta inesset ad proximum compassio, re ipsa compertum est: ubi diuitiae, quae alijs impedimento solent esse, huic feminam liquit fuisse adiumento ad virtutes exercendas. Non enim rerum temporalium, quibus opulentissimi erant, avaritia detinebatur, quo modis omnibus de substantia omnibus, quam eis Deus abunde donauerat, Deum honoraret, & proximorum necessitati largiflua manu deserueret. Hinc primum Dei ministris magnifica pietate primam omnium bonorum partem afferunt, quatenus iuxta diuini eloquii hortamen hoc ipso Deum omnium bonorum largitorem agnoscetes, per innumeris beneficiis (ut par erat) gratias agerent magnificas, exemplum imitandae virtutis quibusque praestaturi, ne & ipsi in conspectu domini (quod scriptura

vetat) appareant vacui. Alteram autem partem in pauperum, peregrinorum, viduarum & orphanorum eleemosynas charitate sincera erogabant, vel eo potissimum, quod non ignorarent, quin fiducia magna (ut Tobias inquit) erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam. Iustitia itaque eorum manet in seculum seculi. Sic ergo non paruam pietatis benedictionem in hac sancta muliere fuisse, quae Abigaeli praestet existimo. Nemo denique pro arbitratu sensus sui temere praesumat Iudith viduam, licet castissimam diuinae Annae etiam trinubae praefere. Quamuis enim illa a pontifice audire meruisset, benedicta es tu filia a domino Deo excelso, praecunctis mulieribus super terram &c. propter victoriam, aduersus inimicos dictam. Haec namque Holophernem proprio mucrone necauit, a domino fortitudinem manus animique constantiam accipiens: fuitque id quod ingenue fatemur, castrarum mulierum, pudicitiae praclarum exemplum: eo quod in virginitate quamdiu in hoc erat statu, mundam se ab omni spurcicia lubricae carnis seruauerit, ac in matrimonio caste vixerit, & in viduitatis statu legitimi thori lege soluta primae continentiae fide Deo praestitam non irritauerit, sed manserit vidua, habens super liberos suos cilitium, & ieiunans omnibus diebus vitae suae castitatis amore. Anna tamen ea neutiquam inferior censebitur, quae caelestis paranimphi monitis a Deo consolationem in castissimo concubio accepit se a sterilitatis ignominia liberandam quae & mox conceptura esset prolem, cuius filius vniuersae carnis hostem proprijs spiculis conficeret. Si utique beatus Hieronymus audet coniugium Abraham cum virginitate Ioannis conferre, eo quod vterque horum suo tempore deseruerit, quare Annae castissimae matrimonium reprehensione dignum censebitur, aut viduitate Iudith postponendum: Licet enim status viduae laepte ratione non nihil matrimonij statui praestet, non tamen propterea hoc coniugium ea ratione contractum, tali viduitate sequatur propterea esse inferius. Si ceterae mulieres, ipsa natura steriles post modum caelesti dono secundae affectae matres ex prolibus, quas celebriores, multoque sanctiores procreauerunt in sacris literis mirum in modum praeter alijs commendant in quibus albo suere Sara coniunx Abraham, quae

Lucas 1

Lucas 3

Anna tres genuisse Marias

Anna quae fuerit moribus nobiliss

Anna ut genuerit reginam caeli

Anna ut cunctis mulieribus praestatur

C Nume. 16

Ephe. 1

Nobilis causa quae fuerit

Gene. 17

Nepotuli Annae qui fuerunt

Judic. 4. 5

Anna sterilitate patienter sustulit

1. Cor. 1

1. Reg. 18 Abigail quae interpres fuit

D

Anna vti substantiam suam expendit

Exo. 13. 14

Tobias 4 Psal. 119

B

Iudith. 13

Iudith. 14

Iudith. 15

Hierony.

Gene. 17
Gene. 22
1. Reg. 3
Lucæ 1

quæ Isaac patriarcham in quo omnes gen-
tes benedicendæ erant, genuit: & Anna vx-
or Helcanæ, quæ Samuelis prophetae do-
mini fidelis mater fuit: atq; Elizabeth Za-
chariæ conthoralis, cui Ioannem domini
præcursorem protulit, quis mihi hanc in-
fœcundam multo tempore matronam
satis commendare posset à prole Dei mu-
nere, cœlesti benedictione susceptam?

Anna enim hæc generosa domina, p̄ om-
nibus iure optimo specialis prærogatiuæ &
dignitatis principatū obtinet, qñ quidem
ipsa ppagauit nobis Dei param virginem,
quæ postmodum virtuti altissimi obūbra-
ta, à spiritu sancto in eam superueniente,
concepit & peperit vnigenitum filium, qui
nec aliunde patrem haberet in mundo se-
cundum carnem, nec aliam matrem iuxta
diuinitatem in cœlo. Hæc est igitur ma-
ter vere gloriosa Anna super cunctas mu-
lieres, post natam benedictam ad sydera vs-
que extollenda, summisque laudibus sem-
per prædicanda, quæ nobis effudit vas di-
uinis charismatibus plenum, ac micanti-
bus virtutum margaritis, vnde quaq; ex-
ornatum. Mariam (inquam) virginem, vni-
geniti Dei genetricem, qui ex nimia ad
genus humanum charitate, vestē in ea mor-
talitatis induit, q̄tenus suæ diuinitatis parti-
cipes nos efficeret. Hæc radix itaq; est il-
la benedicta, quæ surculum protulit & vir-
gam virgæq; florem, super quem requiesce-
ret spiritus almus. Virga vtique illa, virgo
Maria fuit: flos autē filius eius in quo habi-
tauit diuinitas corporaliter. Hic iam li-
cet mihi commendes oēs à constitutione
mundi præclaras, multarumq; virtutum in-
signes mulieres, nulla tamen illarum fuit,
quæ tanto dotaretur priuilegio, vt matrem
Dei & totius consolationis pareret, quod
solum huic nobili matronæ duntaxat pe-
culiarit̄ reseruatū est. Quæ ex nobili pro-
sapia propagata, ita virtutibus vitam omnē
reddidit clariorē, vt in ea nihil desiderari
possit, qd ad virtutū cumulum attineret. I-
psa siquidem simul, atq; Ioachim dulcissi-
mus coniunx, ambo iusti erant ante dñm,
non suam facientes iustitiam, & ab homi-
nibus videri cupientes in mandatis quo-
que domini, quæ strictissime obseruabant,
ambulantes, facere omnia quæ præcepe-
rat eis in lege dominus. In templo confite-
bantur domino, gratias agentes, ac pecca-
ta sua, si quæ cōmississent ex humana frag-

Anna quæ
tolaudum
pconio fit
extollenda

F
Anna vt
fit radix
Maria vt
fit virga,
Christus
vt fit flos,
Collof. 3

Parentum
B. mariæ
sanctas
quanta

Anne vita
& cōuersa
no q̄ san-
cta

litate, sacrificijs abluētes. De substātia Deū
honorabant, & paupes largis elemosynis
reficiebant. Inter hæc, voti emissionē spe-
rantes ignominiam sterilitatis leuandam,
non ad vanas fallacesq; discurrerunt mu-
lieres, vana tollendi opprobrii consilia pe-
tentēs, sed fructum ventris, si quem Dei be-
neficio obtinere mererentur, diuinis man-
cipandum obsequijs vnanimi consensu
spoponderunt. Quam fidem, voti cōpotes
effecti, absq; cūctatione, vt par erat, exolue-
runt, filiā in tēplo dño sistētes. Deus p̄inde
q̄ nunq̄ deserit sperantes in se, & cui semp
placuit humilium deprecatio, misericordi-
ter eorundem admittens preces, consolaba-
tur eos angelo destinato, qui futuram filij
dei matrem ex ipsis nascituram, pmitteret.
Cuius rei promissæ ambo accipientes cer-
tum ac indubitatum signum, mutuo sibi
Hierosolymis in aurea porta occurrunt, si-
mulq; cum gaudio domum reuertuntur, le-
gitimis honesti matrimonij amplexibus
in omni pudicitia inseruientes, donec pro-
missum conciperet Anna scētū. Quæ
interim agnoscens se sub viri legibus con-
stitutam, eidem in omnibus vltro nea obe-
diebat, & perpetuas simul Deo protanto
beneficio gratias agebant, donec Ioachim
debitum carnis exoluens, cū patribus ob-
dormiens in pace, requiesceret. Quo apud
Nazareth in sepulchro patrū suorū recōdi-
to, Anna luctus transactis diebus, diuinæ
legis obsequutura mandatis, spe concipiē-
dæ (qua caruit masculæ plis Cleophe prio-
ris mariti germano nupsit, vt ille ex se semē
fratri mortuo suscitaret, atq; ab eo filiā al-
teram suscepit. Quamobrem & tertio nu-
psit viro, quando diro fata secundum ei-
dem abstulissent. Nam Salomas, mortuo
Cleopha, Annam duxit in vxorem, cui ter-
tiam genuit filiam, quam nomine prio-
ram quoq; Mariā appellauit: quæ à patre
Maria Salomæ dicta est: à filio autē suo Ia-
cobo Ioannis Euangelistæ germano, q̄s
Zebedæo cōiugi suo genuerat, nonnunq̄
Maria Iacobi nuncupatur. Nec hic cau-
feris Annæ libidinē, vel impudicitia, quasi
veterana trinubiū admiserit. Enimvero q̄-
dragesimū nondū excessit annū, qñ Salo-
mas eā duxit vxorē, qua ætate adhuc flori-
da, & ad concipiendū apta, absq; piaculo,
generandis prolibus operam, in laudabilī
& honesto matrimonio nauare poterat:
Nō tā libidinis funesto ardore, q̄ angelica

Iudith.

Anna te
luctus pro
matrimonij
cipit

G

Ioachim
mors sibi

Anne sibi
de & terti-
nupsit
honestati
e rine

Maria Sa-
lomæ q̄s
fuerit
Matt. 23
Marc. 16
Luc. 23-24

Deut. 25

Gene. 38

H

Anna quæ
mortua
fuerit.

Hierony.

Psal. 130

Prover. 23

(vt eius hystoria recenset) premonitione,
iuxta ritū & consuetudinē illius legis id a-
gēs. Hoc quippe lex iussit, hoc exēplar similis
facti sua sit. Si nancq; grauis pœna manebat
fratrem, q̄ nolisset defuncti fratris ex reli-
cta vxore semē suscitare. Si Thamar plis a-
more sub meretricis habitu sese socero Iu-
dæ insinuauit, vt ab eo cōciperet, cuius filij
infœcundam eam reliquerant, q̄s calūnia-
bit Annā, quæ abiq; omni cōtrouersia nō
dum quadragesimū quartū egit annū, qd
post prioris mariti Ioachim fata, atq; obi-
tum germani illius Cleophe, à qbus mas-
culam prole nō suscepisset, voluit ad terti-
as etiam transire nuptias, donec, si possibile
foret, masculū generaret? Vex, q̄a in ter-
ris Deo seruiēs nō ex oī parte ad votū illi
cuncta cesserunt, tandem apud Deū melio-
ris muneris quiddā acceptura, ad cœlestia
euocat regna. Nā hodie agimus diem p̄ce-
lebrē memoriæ eius (id qd prælibaui) qua
gloriosa hæc genetricis Dei parēs, ad æthe-
ra angelorū ministerio, atq; perpetuis gau-
dijs à nepotulo beatificāda, in cœlesti glo-
ria sublimatur, & vt D. Hieronym. de ipsa
inquit, paradysus voluptatis in terris effe-
cta, ad portas cœlestis paradysi per ducitur:
vbi à domino corona gloriæ in manu do-
mini, & seruo exultationis penniter coro-
nat. O quali tripudio, omnem istam cœle-
lestem Hierusalē credendū est ineffabiliter
exultasse, quando Anna gloriosa verbi in-
carnati auia, sibi occurrentibus oībus cœ-
lestis curiæ ordinibus ad æthereū thalamū
est deducta. Vbi mater gloriosa fructu sua
uissimo faciat. & regē gloriæ cordis ocu-
lo limpido delectabiliter contemplat.
Ibi eius auditui semp dat gaudiū & lætitia,
cū sibi à tota trinitate dicuntur verba mel-
lissua, oī iucunditate plena. Date ei de fru-
ctu manuum suarum. Hanc itaq; mulie-
rem nobilissimam, merito laudent omnes,
p̄pter vitæ pbitatē, & insignes virtutes,
plisq; dignitatē, tandemq; p̄pter cœlestem
gloriam, quam hodie assequuta est, summā
videlicet laborum suorū mercedē & præ-
miū. Nos quoq; fratres charissimi laude-
mus toto corde & animo, hymnisque
dulcissimis beatam Annā genetricis Dei
matrem, & Christi dulcissimam auiam om-
ni laude dignissimā, vt Deus, q̄ B. hanc
Annam tanta gratia donare dignatus est,
vt matrem vnigeniti sui in vtero suo por-
tare mereretur, det nobis per intercessionē

matris & filie suæ propitiationis abundā-
tiā, vt multiplicatis intercessoribus, ad cœ-
lestia regna cum ipsis puenire mereamur:
quod nobis concedere dignetur Deus in-
æternum benedictus, Amen.

RODOLPHI AGRICO
læ Frisij viri Christianissimi iuxta
ac eruditissimi, ad D. Annam
beatissimæ Dei parē vir-
ginis Mariæ matrē
Encomion.

A Nna parēs summæ genetrix vene-
randa parentis,
Quæ pandis populis prima salutis iter,
Atq; paris matrē: cuius quē nō capit orbis,
Ipsē libēs subijnt viscera casta Deus: (stus
Te cano, tu sc̄ti posco mihi carminis hau-
Ingere voce sacra pectora nostra rigās.
Ast mihi si centū sint vno pectore mentes,
Et totidē linguas, tot moueamq; sonos
Nulla tñ te digna queam præconia laudū
Dicere, nec meritis te cecinisse modis:
Exuperat quoniā mortalis carmina laudis
Virtus: qua superas sydera summa poli
Gloria maior & hæc: cui nō certauerit vlla:
Quam tibi præ cunctis filia clara tulit.
Filia, qua maius nihil est melius ue creatū.
Germine mortali, filia virgo parens
Filia, quæ summo potuit deducere cœlo,
Corporis & nostri claudere veste Deū,
Quancq; vocat matrē summi sapiētia patris
Et matrē trepidi nos miserumq; genus:
Natus ab hac ille est, & matrē natus hono-
Audit & humanas hac phibētē p̄ces (rāt,
Anxia quam nunq̄ miserorū vota fatigāt,
Sed placidā mœstis porrigit vsq; manū:
Hancq; petit sibi sp̄e: cui nil sperare reliq̄ū
Hæc portū medio naufraga turba mari (est
Visceribus parta est hæc Anna tuis: & ouā
Gaudia magna patri, gaudia fertq; tibi (ti
Salue sc̄tā parēs, & tu nata in clyta salue,
Quas caro, q̄s pietas, has q̄q; iūgathonor
Natā mater amas, & natæ mater amaris,
Laus capit vna duas, vt tenet vnus amor
Bis tñ Anna potens hac partu bisq; beata
Et prolis titulus, nobilis atque tuis
Cōspicuos p̄stant alios benefacta parentū
Tu contra natæ nobilitate nites,
Magna gde meritisq; tuis, pietate, fideque
Quis neget, at nata hæc splendidiōra facit
Acceptūq; refert munus tibi maximus orbis
Hæc, post dona Dei cū bona cūcta refert
Hæc

(vt eius

Hæstet q̄ populū scelerati fraudibus Amā
 Eruit, & regis mitior ira fuit
 Iudith & Hebræis feræ flāmasq; minantē,
 Hostem, tartareas fecit adire domos.
 Laudibus & colit Iudith, & laudibus He-
 Semp, & æternū noīa clara tenēt. (ster
 Et tñ exiguos perituris addidit annos
 Vtraq; & hæc meriti sūma duabus erat.
 Ne vitæ nec opū fieret ferus arbiter hostis
 Neu natus ferat, aut vxor amata iugum
 Magna qdē, fragilis sed vitæ munera, q̄q;
 Sint q̄ habeant, sint q̄ nō habuisse petāt,
 Quanto tu maior, quanto felicior Anna
 Quæ das, q̄ mulier plus nihil vlla tulit.
 Natam quæ cælo dñm deduxit aperto,
 Curus & ad cælos hinc patefecit iter.
 Natā quæq; Deiq; hoīm cōmercia prima,
 Reddidit, & pacis ianua prima fuit
 Tu felix igitur, & tanta prole beata
 Anna, p̄cor nostras sume benigne p̄ces.
 Quod potes atq; facis, natā tu mater adhor
 Vota simul iūctæ, reddite nostra deo (tās
 Non erit vt quisq; duce te disfidere votis
 Debeat, oratu fac modo vota iuues
 Te duce q̄sq; ferat rectos ad sidera vultus
 Nec timeat vanas in ualidas que preces
 Nisi tibi nata negat, nil & neget ille parētī
 Ille colit matrem, te quoque nata colit.
 Ergo voca matrē te, se vocet illa parentum
 Tuq; tuum tibi ius, asserat illa suum
 Nihil exposcēt mortalia pectora frustra.
 Quodq; volēs, simul id nata Deusq; vo
 Scil. hæc ita sunt. & nō decepta rogātū (lēt
 Spes facit vt p̄cibus te lachrymisq; petāt
 Te cūcti fugiūt morbi, pallorq; dolorq;
 Noxia quæq; aīo, corpore quæq; sedēt.
 Quicqd. i. hoīm qd̄ curas cordaq; lassat
 Te fugit, vt vētos nubila pulsa solent.
 Hic tibi nomē & hic veneratio sacra parē-
 Et q̄ te seq̄, maximus orbis amor (tis
 Hinc spectāda nites trepido fidutia mūdo
 Nocte velut tumido fulgida stella mari
 Teq; petit sexus, petit etas omnis & ordo
 Teq; gradus omnes diues in op̄q; petūt
 Lubrica tu firmās fortunę munera p̄stas
 Ne fugiant nostros lapsa repēte finus
 Et bona q̄ miser hic vitæ sibi postulat vsus
 Aggeris, & rursus iam fugitiua refers
 Tu cūctis tu tñ ades, te p̄siede fidunt:
 Quosq; suus mætus, & q̄s alienus agit,
 Fidaq; nō spernis suspiria mater amantū,
 Grataq; p̄ charis soluere vota iuuat,
 Certa loqr, magnisq; mihi cōperta piclis
 Hæcq; reus voti carmina recdo mei

Namq; ferox lāguor stratis affligerat egrū
 Nō vis, nō color, aut corpus vt ante manet
 Victor adest morbo mors ad caput ore cru
 Horrida terribili cōcrepat arma manu (ēto
 Frigore iā febris corpus iā coxerat æstu,
 Aestu, q̄ rapido nō calet Aetna magis,
 Aestu q̄ vires, venasq; resoluere omnes,
 Quicq; aīo tantus, corpore quantus erat
 Cōcutiens subito mores mentēq; furore,
 Verbaq; iā totū mors q̄q; visa foret,
 Illa potēs herbis ars, sacraq; cura medētū,
 Cessit. & ingenū vicerat omne dolor.
 Quid faciam? quid sperem? quem p̄ceret
 Anna parens hæc.
 Vt spes vna fuit, sic erit vna salus.
 Hęc medicū numē simul attulit, ilicet egris
 Artubus ac animo vita vigorq; redit
 Hinc adeo flagrēt quis mea pectora motu,
 Ardeat & curis mēs animusque mihi
 Atq; p̄mant magnæ, quātūuis facta ruina
 Anna vocata mihi dulce leuamē ades
 Tu mihi certa salus, in te mea vita recūbit
 Tu dux tu portus: tu requiesq; mihi
 Te dicent igit mea carmina, laus tua semp
 Viuet & insigni nomen honore feram
 Quantū voce queā, quātū cōtēdere lingua
 Quantū aīo, quantū flatibus ore cheli:
 Laus erit Anna tibi, decus Annæ, Annam
 canet orbis
 Annaq; pro sacro numine nomem erit
 Postq; Deū, cui prima redit laus oīs in xūū
 A quo laus decus & gloria cūcta venit
 Postquam tuam natam: laus est hæc sum-
 ma parentis:
 Tertia stans triplicēq; facis Anna chorū
 Laus tua dicitur, tua gloria tu q̄q; semper
 Proxima cū primis iuncta duobus eris
 Ergo ades & p̄fer suspiria nostra tonanti
 Vtq; ferat placidus crimina nostra roga
 Posce bonā mentem nobis, & dedita mētī
 Dedita nec vitis corpora scæda suis
 Sint validę vires, sit opum moderata fa-
 cultas:
 Famaque q̄ metnat tangerelior edax
 Sit tamen hæc profunt, si nū, p̄cul oīa sunt
 Et iubeas laxo fundere cūcta sinu.
 Quod satis est cælo: sit vitæ se q̄q; mortis,
 Nō p̄peranda ferat, nō fugienda dies,
 Puraq; vebamē quū corporis exuet huius
 Mēs teneat sum mi splendida tēpla poli,
 Hoc pater Anna velit mūdi fac maximus
 Hocq; tuę natę natus & ipse velit (aūtor
 Hoc sacer amboꝝ velit ardor spūs, vnus
 Viuūt quicq; triplex secula cūcta Deus,
 D. Ioan

D. IOANNIS TRITE-
 mī Abbatis Spanhemensis, viri
 præcipuæ & eruditionis & pieta-
 tis, ad sanctissimæ Deiparæ vir-
 ginis matrem D. Annam suppli-
 catoria Oratio, approbata & con-
 firmata per Reuerendiss. D. Ka-
 ymundum Apostolicę Se-
 dis Legatum, Anno do-
 mini. M. D. III.



Alue sanctissima dei genitricis
 mater venerabilis Anna. Salue
 quæ sine macula originalis cul-
 pæ Dominā angeloz peperisti
 quam Dei templū corporaliter futurā sum-
 mo regi consecrasti. Gaude mater inclyta.
 in auiam Saluatoris humani generis ab
 æterno præordinata. Gaude, quæ se-
 cundum legem Moyfi viuens innocenter,
 omni potenti Deo complacuiſti in ter-
 ris, in cuius conspectu filia atque nepoti
 feliciter coniuncta modo sine fine regnas
 in cælis. Et quæ filio altissimi templum in
 filia tua quondam condidisti purissimum,
 nunc in eius cælesti palatio potēs effecta,
 vt reginæ amantissima parens, quicqd vo-
 lueris ab ipso nepotulo facile impetrabis.

Gaude mater sanctissima Anna, quoni-
 am pro tuo arbitrio & voluntate omnes
 te cum puritate honorantes, & in hoc
 mundo & in futuro seculo remunerantur
 à domino. Tu enim seruiens tibi cum
 pura deuotione copiose remuneras, indul-
 gentiam pœnitentibus impetras, teque di-
 ligentes multipliciter honoras. Gaude dul-
 cissima dña, qm̄ secundū nomē tuū gratiā
 te amātibus ab altissimo p̄ tua volūtate po-
 tes acquirere, tuisq; cultoribus æternæ felici-
 tatis gaudia obtinere. Gaude nobilis ma-
 trona, quæ multis quotidie apud mortales
 illustraris miraculis, dū in his qui nomē tu-
 um inuocant cum deuota fide, cōplura be-
 neficia ostendis: dæmones fugas, ægritudi-
 nes sanas, inopiā pauperū releuas, tēpeſta-
 tes aeris sedas, maris impetum mitigas, &
 omnia huius vitæ picula, si fides mereat
 postulantiū, tuis sc̄tis meritis alleuias, tēta-
 tiones carnis deuotius inuocata cōprimis,
 accediā p̄ncipio famq; cordis tristitiā repel-
 lis, virtutum ornamenta tribuis, & oīm vi-
 tiorū incendia extinguis, Nulla deniq; tri-

bulatio vel tentatio potest subsistere, si de-
 uota mens te orationibus studeat inuoca-
 re. Cū igit o mater sanctissima de potē-
 tia tua nullum sit mihi dubiū, qn̄ potenter
 inuocantibus te valeas subuenire in omni-
 bus exaudi me seruum tui nepotis inuictis-
 simi regis Iesu Christi, filiaque tuę reginę
 cælorum ac sanctitatis tuę, quamuis indi-
 gnum, & ora pro me in cælesti palatio re-
 gem, qui te vt auiam sanctissimam diligens
 honorat, & nihil tibi penitus creditur de-
 negare. Seruus em̄ tuus ego sum. O ma-
 ter nobilissima, q̄ etsi nihil condigni hono-
 ris tibi possim impendere, totis tamen affe-
 ctibus te cupio amare. Igit o domina
 vere sanctissima, per amorē dñi nostri Iesu
 Christi regis æterni te oro, vt sis mihi pia
 semp & p̄mpta in oībus necessitatibus me-
 is adiutrix, & mihi tā in vita, q̄ in morte mī-
 tis adesse patrōa digneris. Ora p̄ me addñm
 cui matrem carnis intemeratā peperisti. Im-
 petra mihi oīm p̄cōrum meoz veniā, san-
 ctæ cōpunctionis, gratiā diuini amoris in-
 cēdium, firmū & inuolabile spiritualis cō-
 uersationis propositū, q̄tidianum hominis
 interni profectum. Impetra mihi o sanctis-
 sima domina interni amoris dulcedinem,
 verā cordis mei deuotionē, lachrymarum
 fontem, intellectus illuminationē, affectus
 puritatē, volūtatis rectitudinē, intentionis
 bonæ oīmodam sanctitatē. Age dña mea
 clemētissima, impetra mihi in sc̄to p̄posito
 perseuerantiam, in aduersis constantiā, in
 agēdis prudentiā, in moribus disciplinam,
 & in cūctis operibus meis Christianam
 cū humilitate puritatem. Fac me tuis meri-
 tis precor mundū cū suis vanitatibus pro
 Dei amore contemnere, tētationes diabo-
 li vincere, carnis illicitos motus refringe-
 re, atq; in Dei & proximi dilectione iugi-
 ter ardere. Impetra mihi obsecro necessa-
 rium p̄sentis vitæ subsidium, sancti regi-
 minis modum, spiritualis sollicitudinis p̄-
 fectum. Custodi me dña hodie & in oī
 tempore ab insidijs diaboli, p̄serua me
 tuis meritis à laqueo peccati, impetra mihi
 salutem mentis & corporis, libera me ab
 omni cōcilio humanæ prauitatis. Esto mi-
 hi semper veneranda comes itineris, auer-
 te pericula cuiuslibet tribulationis. Nul-
 la me vincant incēdia libidinis, te p̄tegen-
 te nulla me cōmoueat aura vanitatis. Ma-
 nentē me in domo mater sanctissima, vt ser-
 uum tuum fidēlem à malis omnibus pro-
 ii ij tege

1. corin. 13
Fidem non
sufficere
ad salutem

Math. 11
Luc. 7

Rom. 5
2. cor. 5

D

1. Cor. 1

Fides que
nam non
bis sine
cessaria
Hebra. 11

1. Cor. 13

Gal. 5

Math. 7

Psal. 6

ior (vtalibi quoque Christus non tacet) & minor in regno celorum. Quemadmodum Paulus quoque electorum gratias & gloriam comparans, stellam inquit differre a stella in claritate. Quod nimis falsum esse necessum erit, si credendo tantum, quia Christus pro nobis passus est, hæc sola nos fides saluat, id est, ad regnum cælestem perducit, nec operibus bonis erit corona: eritque tunc qui maior a Christo dicitur in regno celorum, non melior quouis facinoroso peccatore. Erimus enim tunc omnes æquales, si opera bona, si obseruationes mandatorum Dei per magnitudine charitatis, quæ hæc operatur, non coronant, aut si innocenti, vitæque sanctitas non præstat iniquitati. Siquidem per omnes æque Christus mortuus est, nihil pro vno plus, pro altero minus sanguinem fundens: atque ideo nec vnus ultero plus redimetur. Quapropter si nihil discamus in charitate si nihilo plus conducunt opera bona, quæ ex charitate manant, quam ea quæ extra charitatem fiunt, nemo altero erit sanctior, nemo iustior. Pro omnibus enim ex malis & bonis Christus passus est, pro omnibus ipse satisfecit, omnibus denique nobis proinde factus est sapientia & iustitia & sanctificatio, & redemptio, & hostia pro peccato. Verum non ita pro nobis passus est, non ita pro nostris delictis satisfecit, vt iam non cogemus nos operibus bonis (sine quibus Dei mandata impleri est prorsus impossibile) nec ita redemit, vt quicquid posthac fecerimus (modo crediderimus) mox saluissimus. Est certe nobis fides a deo necessaria, vt sine hac impossibile sit placere Deo: sed non sola hæc nobis est necessaria. Est necessaria quoque charitas. Si enim fidem habuerit (verba sunt Pauli) ita vt motes transferam, charitatem autem non habuerit nihil sum. Cõstat itaque sine charitate hominem licet tanta polleat fide damnari. Cõstat sola fide (si dum potest & debet bene operari renuat) non saluari, nisi poeniteat. Est ergo illa potius fides necessaria, quæ per dilectionem operatur. Porro, de fide sine charitate loquitur Christus, quando multos in nouissimo die venturos prænunciat, atque dicturos, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Nunquam noui vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Habuerunt enim haud dubium fidem nomine Christi in quo prophetauerunt, & signa fecerunt.

Sed quid illis profuit hæc fides absque charitate, quid absque bono operet. Neque enim fides illa si esset viua, nec charitas ipsa esse sine bono opere potuisset. Charitas enim hoc ipso se veram ostendit, si non otiosa est, si gaudet bene operari, si opere exprimit quanti faciat suum conditorem, cuius præcepta amat, quia ipsum qui præcipit, amat. Nec aliter Christus docens, Si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate. Et: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Item Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et iterum: Vos amici mei estis, si feceritis ea quæcunque ego præcipio vobis. Cæterum, eos qui fidem quidem habent, & Christum dominum vocant, non tamen ita amant, vt illi obediant, arguit, dicens: Quid vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Non enim omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei, hic intrabit in regnum celorum. Denique vt fidem otiosam nihil prodesse verum supplicio etiam dignam intelligamus, Omnis (inquit) arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Et arbori viridi folia quidem pulchra, non autem fructum habenti, dum Christus maledicit, atque mox aridam sua maledictione efficit, quid aliud quæso voluit significare, nisi eos qui per fidem in Ecclesia sunt virides, folia speciosa id est, verbum Dei in ore ferentes, non autem habentes fidei fructum, hoc est, opera bona, vt pote arbores steriles, quæ non faciunt fructum bonum dignos esse diuinam maledictionem, vt sic infructuosi excidantur, & in ignem mittantur? Itaque quod verissimum est, Christus peccata nostra deleuit, Christus per sanguinem suum nos redemit, Christus ex filiis iræ, ex filiis diffidentiae, ex filiis diaboli & tenebrarum nos filios gratiæ, filios adoptionis, filios Dei, atque regni sui cohæredes fecit: quia suis operibus sua redemptione, sua morte nos viuificauit: quia poenam æternam, cui dum inimici essemus obnoxij tenebamur, nobis abstulit: quia supplicium malorum seruorum, in filiorum prædilectorum virgam mutauit: quia nostris operibus, posthac, vt pote ipsi, quæ sua ipse gratia in nobis

Charitas
verax
numquam
sine esse
otiosa

Ioan. 14
Ibidem
Ioan. 15

Matth. 1
Luc. 6

Matth. 7

Matth. 11

Fic' dicitur
mala
dicitur
vbi
genera
re bono
operum

Beneficia
Christus
quanta
nobis
exhibuit

1. Cor. 13

Gratia
nam
modo
omnia
a
Deo
habemus
Matth. 5
Ioan. 5

Philip. 4
Ioan. 15

F

Gratia Dei
quam
possimus

Matth. 9. 15
Marc. 5. 19
Luc. 7. 18

Fides quæ
saluare
dicat
quæque

Nec fides
sine operibus,
nec
opera
sine fide
de pdesse.

1. Cor. 13

nobis operatur, satisfaciendi, placendi atque merendi virtute indidit, atque sua dignatione, non necessitate adactus, sed dignatione inquam sua (quia sic vult & promittit) ipsi coronam tribuit, atque mercedem. Inde igitur fit, vt quod ex nobis ipsis alioque haudquam possumus, ex ipsius gratia & passionis merito possumus. Gratia enim Dei sumus id, quod sumus. Siue igitur fidem, siue charitatem, siue opera bona habeamus, ex ipsius gratia habemus, & gratis, id est, absque merito (vt gratia appareat gratia) habemus. Non autem ita gratis, id est, vt otiosa in nobis hæc maneat, sed vt voluntatem patris nostri faciamus, qui in cælis est: quod nequaquam faceremus, nisi in illum credentes, in illum sperantes, & illum amantes. In Christo itaque radicati, & per gratiam eius confortati, omnia possumus, qui ex nobis ipsis nihil sine ipso possumus: sed in eo inquam possumus omnia, qui nos confortat. Itaque extollatur gratia, quantum potest, deprimatur humana infirmitas, quantum potest: non potest maior sanctiorque Dei gratia in nobis prædicari, non potest humana præsumptio magis humiliari, quam si dicatur sentiatque, sine gratia Dei nihil nos posse, per gratiam Dei omnia nos posse. Atque ideo quamuis nonnullis Christus dixisse legatur: Fides tua te saluam fecit (quod certe de sospitate corporis, quam homines quæsierant plerumque, aliquando etiam de animæ reconciliatione Christum arbitramur locutum: non autem de beatitudine cælesti, quam nondum fuerant assequuti: imo a qua adhuc poterant excidere, vt pote in gratia necdum confirmati) ego tamen haudquaquam mihi vsurpare hæc verba auderem, Fides mea me saluum fecit. Quippe qui nec Petrum, cælesti iam gloria securum, arbitror aude id sibi arrogare, vt diceret, Fides mea, aut opera mea me saluum fecerunt: sed dicere cogere & ipse: Gratia Dei me saluum fecit. Longo namque intervallo distant dicere: Fides mea me saluum fecit: & gratia domini mei Iesu Christi per fidem me saluum fecit. Siue igitur fides, siue opera prædicentur, nec fides est saluifica sine operibus, nec opera placent Christo sine fide: omnia autem per gratiam domini nostri Iesu Christi. Ab eo enim habemus fidem, quibus donatum est, vt credamus in eum. Ab eo habemus bo-

na opera, quia sine eo nihil possumus facere. Possumus autem omnia in eo, qui nos confortat. Possumus gratiam per gratiam mereri, hoc est, possumus gratia sic vt, vt illa aut crescat, aut illi maior adijciatur: possumus per gratiam cælestem gloriam obtinere siue mereri. Quid enim est mereri nostrum, si excludatur gratia? Profecto nullum. Meritum ergo nostrum, est gratia. Nam quomodo operibus nostris, quæ Christus (vt scriptura refert) ipse omnia operatur in nobis, deerit tanta virtus, vel ex eo quod Christus sua hæc gratia operetur, vt ipsi meritum præmiumve negetur, quod quidem iam non sunt nostra, sed Christi, nisi quia ea nobis donat, & tanquam nostra, reuera tamen sua, coronat in nobis?

Operibus certe humanis, vt humanis, seclusa gratia Dei perspicuum est, nihil merito præmij æterni deberi. At gratiæ diuinæ, quæ non sola, sed nobiscum in nobis operatur, quis neget inesse virtutem, vt nihil possit facere merito aut præmio quicquid operatur dignum? An ita inuidus est Deus, vt ipsi operibus, quæ in nobis & nobiscum ipse operatur, nihil velit dari mercedis: aut adeo inops, adeo infirma, adeo denique impotens, atque vilis est eius gratia, quæ nihil queat mercede præmiove dignum in nobis operari? Et vbi interim est: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis? Vbi vero quod itidem Christus dixit apostolis, imo nobis omnibus: Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, Amen dico vobis, non perdet mercedem suam? Vbi denique, quod Reddidit Deus mercedem laborum sanctorum suorum? Aliaque id genus per multa. Verum obijcit aliquis, Apostolum dicere non vno in loco iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Si ergo per fidem & sine operibus, iam igitur non per opera. Esto, dicat Apostolus hominem iustificari sine operibus legis, nunquid dicit etiam iustificatum, iam in iustitia seruari, saluarique sine operibus legis, hoc est, sine operibus bonis? Ita enim nunc permittimus hæc verba accipi, quamuis sciamus, de quibus operibus, quibusque hominibus scripserit hæc verba Paulus. Verum sic esto. Bene Paulus dicit hominem iustificandum, non indigere operibus bonis præcedentibus, quæ impetret ei iustificationem,

Ioan. 14
Phil. 4

Gratiam
non posse
per gratiam
mereri quod
sine.

Eccl. 10

G
Opera
nra
quæ merito
ad præmij
digna sunt

Matth. 5
Luc. 6

Matth. 10
Marc. 9

Sapient. 10

Rom. 9
Galat. 2
Sine operibus
iustificari
hominem
non potest
legendum

aut vnde iustificetur, sed fide: nullo autem modo dicit iustificato (si uiuat, & possit) non bona opera, quæ sequantur necessaria ad consequendâ felicitatē. Quō em̄ Dei p̄cepta impletet, nisi bene operans?

H Peruenitur itaq; ad fidei iustificationem non merito bonorum operum, sed gratia Dei, quæ vacua esse nō potest, id est, sine operibus bonis in eo q̄ iustificatus est: & hoc si uiuat. Nam si cū crediderit, mox de hac vita discedat, iustificatio fidei, quā nō præcedentibus obtinuit bonis operibus, manet cū ipso: quia non merito, sed gratia peruenit ad illam: nec consequentibus, sed domini misericordia obtinet salutem: quia in hac luce esse non finitur, vt vel bene operando obtemperare possit Dei voluntati. Non igitur dicit Apostolus hoīem iustificari p̄ fidē sine operibus, vt quicq; postea egerit accepta fide, etiā si male vixerit, dicamus tum iustū, sed vt Dei gratiam cognoscamus, qua iustificatus sit, & nō ex operibus.

Sequuntur enim bona opera iustificatū, nō p̄cedunt iustificandum. Nā qui post fidei acceptiōem nolūt bñ operari, de ijs apostolus iacobus loquitur, q̄ fides eorū, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Hinc liquet manifestissime operibus humanis quæ ante iustificationem fidei (qua ex infideli fidelis, ex impio fit iustus) homo operatur, nihil deberi præmiū mercedisve cœlestis: Porro ijs quæ iustificationem sequantur, quibus iustus, sicut scriptū est, iustificatur adhuc, id est, quibus ex iusto fit iustior, meritum & præmiū nemo sapiēs negabit. Postq̄ enim per fidem gratia Dei in homine habitare cœpit, postquā Dei charitas in illum diffusa est per spiritū sc̄m̄ qui datus est ei, postq̄ homo ille Dei filius p̄ adoptionē gratiæ factus est, postq̄ per gratiam consors, vt Petrus ait, diuinæ naturæ effectus est, q̄s negabit huiuscemodi hominem gratia Dei in illo operante, bona agere posse, quibus debeat & meritum & præmiū: Præcipuum enim quod in eo operatur, est gratia, licet nō absq; assensu & conatu voluntatis humanæ.

I Debetur itaq; meritum, debet & p̄miū ijs operibus bonis, nō q̄bus nos Deū constituiamus nobis debitorē, sed quia sua benignitate (qua sic vult) cōstituit seipsum nobis debitorē, vt opa hæc bona, quæ ipse in nobis sua gratia vult operari, & coronare, nō careant merito ac mercede. Imputat er

go homini meritū & mercedē, quia sic vult, & sic eius decet bonitatē infinitā. An non licet ei, an nō pōt quæ vult facere? An oculi heretici nequam est. quia ipse bonus est. Certe hæc gratiæ eius est potissima cōmendatio, q̄d adeo bonus est Deus, vt ipse licet per gratiā suam hominis mentē excitet, cōfortet, iuuet, cooperetur, bonumque opus in nobis perficiat atque consumet: quicq; tamen est ibi laudis aut meriti, totū donet imputetq; hominis voluntati. Vult em̄ eadem opera hominis censeri, hominiq; pro illis se debitorē cōstituire, atq; promittere retributorē. Quomodo posset eius gratia maior laudari, quam quod ita hominē Deus dignatur, vt operetur in eo, detq; illi merita quæ coronet? Nonne hoc modo eius gratia magis agnoscitur, prædicaturque illustrior, quam si diceretur, nulla bona opera tametsi Deus operetur in nobis & velle & operari mercedem coronamve habitura? An iustitiæ quoque diuinæ non hoc magis congruit, vt gratiæ infinitum, adiutoriumque recipiens ac obtemperans coronetur, gratiæ autem renitens aut eam contemnens damnetur, q̄ vt pro suo duntaxat arbitratu Deus vnū cœlo dignetur, alium supplicio dānet? Et qd quæso peccauit in nos gratia Dei, vt in homine (quē sibi Deus iā adoptauit, quē suæ naturæ consortē fecit, quēq; gratiæ atq; subinde virtutis suæ participē fecit) negemus illi, hoc est, gratiæ simul cū hoīe atq; præcipue bonū operanti virtutē merendi, efficaciamq; præmiū cœlestis obtinendi. Hoc itaq; pro cōstanti nūc relicto, suaserim nihilominus ego cuius homini Christiano, vt relicta hac disputatione, ex toto corde, ex tota aīa, & tota virtute Deū diligere, illiq; obtēperare satagat, neq; supplicitiū, neque mercedem cogitās, sed Deo placere, eademq; acceptū se facere cupiens, operetur bonū ad oēs, & vbi cūq; potest: nihilominus existimet se nihil fecisse, sed velut Dei mendicus ante ianuam patris oret nunc p̄ misericordia, nunc pro gratia, pro virtute deniq; & auxilio in tempore tentationis opportuno. Nihil tamen interim eorum, quæ sunt beneplacita Deo, quoad potest, negligat. Quantumuis etiam orauerit, quicquid pro Dei honore certauerit, quantumuis boni operatus fuerit, nihil sibi arroget, sed totum Dei gratiæ, qua se cognoscat indignissimum, ascribat: Se vero peccato-

Ad iustificationē si dei quō peruenit.

Iacob. 2

Cuiusmodi opibus præmiū reddatur.

Apocal. 22

Rom. 7

1. Petr. 1

Opera vbi merito & p̄miū digna sint.

Math. 10
Grām Dei
quid post
finem cō
mendat.

Philipp.

Vt sit in
per reb
agendam,
& cū lib
misse se
sciebat
Deuter. 10
Matt. 11
Luc. 10

Galat. 4

Non igitur
facit hoī
referre de
beat.

peccatorem & inutilem seruum, in quo nihil sit præmio dignū, iudicet. Credat alios homines per gratiam Dei mereri, se vero, qui spiritui gratiæ toties contumeliam fecerit, fleat, atque nihil ad huc fecisse se existimet, cui merces sancta debeat.

K Ideo quamlibet charitate feruens, quantumuis bene ac sedulo operans, de operibus suis nihil prorsus confidat: in passione vero ac morte redemptoris, in eiusdemque copiosissima misericordia spem omnem sibi constituat. Huius oret, credat, speretque merita sibi applicari. Et hoc titulo regnum Dei, atque cœlestem beatitudinem expectet. Hanc puto securissimam viam, qua videlicet gratiam Dei non in vacuum recipiamus, gratiæque virtutem merendi tribuamus, Christo ascribamus dignationem & beneuolentiam: nobis vero ipsis nihil nisi peccatum. Hoc enim modo Deum extollimus gratiam eius prædicantes, nos vero ipsos humiliamus. Verum de hoc satis nimis fortasse, nisi qd iuxta Catholicæ fidei normam paulo fufius hinc instituendam putauimus charitatem vestram, ne seduci se patiat ab hæreticis nostris, q̄ sibi iuxta Apostolum præmissum esse volunt probare orania, & qd bonū est tenere. Bene quidem, si quod bonum est, tenerent. Iam v̄o non qd Ecclesiæ vnitati bonū est visum, tenent: ideo nō qd bonū est, sed q̄ bonū illis videtur malūt tenere. Scriptū q̄q; legunt pariter in Apostolo: Spūalis oīa diiudicat, eadē v̄ba, vt alia multa perperā intelligētes, quasi liceat illis quod ab Ecclesia semel iudicatum est atq; iam receptū, iudicare de nouo: matris Ecclesiæ sententiā discutere, iterq; in dubium, quæ rata sunt, reuocare. Nam si putanda est Ecclesia errasse (quod reor non dicēt) iam Ecclesia quam Paulus columnā vocat veritatis, cui & Christus veritatis sp̄m̄ promissit, q̄ maneat cū ea in æternum, nō erit Ecclesia, sefellitq; Christus, cuius cōtra promissa Ecclesia nō veritatis spiritu, sed spiritu ducitur seduciturq; erroris. Deinde falsum quoq; erit id, quod idem Christus: Si duo, inquit, ex vobis cōsenserint super terrā, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si in veteribus olim cōcilijs tot sanctissimi viri ex oī pen e natiōe quæ sub cœ-

Hebræ. 10

Fiducia vbi præcipue collocauda.

Via securissima ad gratiam Dei quæ. 1. Cor. 6

1. Thessa. 5

1. Cor. 1

1. Tim. 3
Ioan. 14

math. 18

lo est cōuocati, vbi sp̄s sc̄s inuocato de fi dei negocijs ceptum est tractari, hallucinati sunt: si trecenti, inquam, pluresve sanctissimi viri p̄sonam Ecclesiæ exprimentes & Dei nomine congregati, in rebus fidei errauerunt oīes, quo pacto nescio quis ex latebris hodie prodies, & spiritu sancto se illustratū iactitans, putabit se recte sentire, Ecclesiamq; diiudicare posse & corrigere: Proh nefas in quantam caliginem superba p̄sumptio q̄sdam p̄cipitat. Quapropter aliter atq; putant hæc verba Pauli intelligenda sunt: videlicet, si noui peregrinive aliqd dogmatis ceperit p̄dicari, q̄ spiritualis est, hoc est, cuius mēs luce spiritus sancti illustratur, & q̄ spiritu viuere docet (quod multum valde est vt quis hæc sibi arroget) is diiudicat omnia, puta perspiciens in hoc dogmate, atq; expendens singula, obseruat ne quid sacre scripturæ cōtrariū recipiat, ne qd Ecclesiæ placitis non consentaneū credat, ne qd etiā qd iā ab Ecclesia iudicatū atq; diffinitū est in dubium iterū vertat, hoc est, ne quod illa damnat, ipse recipiat, aut quod statuit illa bonūq; pronunciat, ipse damnet. Nam de spiritu atq; iudicio Ecclesiæ (nisi stipes fuerit) nō potest dubitare: de suo vero spiritu aut iudicio merito potest nec parū debet hēsitare. Quod enim spiritum sanctum receperit habeatq; Ecclesia, dubiū non est. An vero ipse receperit nec ne, quis dicit illi: Et quis cōtra Ecclesiam se erigens, spiritum sanctum sibi arrogabit? Verum tam reperiatur tumidus, in flatu sensucarnis, vanus, superbus quispiā, qui iudicio Ecclesiæ suum prætulerit, aut qui ab Ecclesia etiā desciuerit aut dissenferit, certū est illū eo spiritu nō illustratū, quem recepit, quove regitur Ecclesia. Hic em̄, quē Ecclesia oēs que Ecclesiæ filij ac mēbra recipiūt, nō est nisi vnus, idēq; sp̄s, sp̄s pacis & non disensionis. Spiritū igitur alium credendus est is qui eiusmodi est recepisse, puta Sathanicum, qui spiritui Ecclesiæ, hoc est, spiritui sancto repugnat: idq; propterea sibi agnoscat cōtigisse, nempe ob temeritatem & nimiam arrogantiam suam, qua suum intellectum nesciat aut non velit captiuare in obsequium Christi, nec id ipsum voluerit cum reliquis Ecclesiæ filijs sapere. Hi itaq; sunt insolētissimi illi impositores, q̄ ad Ecclesiæ contemptū oīa illa antiq̄, ab oibus recepta, totq; seculis cōprobata, atq; quasi

Hæretico-rū impudens temeritas. L

Spiritualis oīa diiudicat q̄s sit.

Col. 2

1. Cor. 14

Hæretici cur spiritus Sathanico regantur.

2. Cor. 10

M
Hæretici huius seculi q̄ sint insolentes.

quasi per manus patrum ab apostolis huc usq; nobis tradita couellunt: Boemiticam vero illā licet olim damnatā sentinam. Ioannis quoq; Hus fabulā, & obsoleta queq; impijssima dogmata reuocare, atq; denuo instaurare, nōnulla etiā magis adhuc execrāda statuere moliunt. Qui sacramētis virtutem quibusdā autoritatibus adimūt: qui sacerdotij ordines plebi etiā pphanā atq; adeo sceminis tribuūt: qui enarratoribus illis Euangelij tū antiquissimis, tū sanctissimis, Nazianzeno, Basylio, Nissano, Damasceno, Athanasio, Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, Gregorio fidē oēm abrogant, quo suas impietates facilius statuunt, que suis impijs sententijs (cū eorum mens tam sit indocta, q̄ vita reproba) auto

ritatē adijciāt. Quibus vos dilectissimi aures p̄bere nunq̄ debetis, sed fugere eos: cōsortia, vitare congressus, odire impietate, & execrāda dogmata, fortiterq; in ea perseuerare Ecclesia, quā Christus, vt ipse ait, supra Petrū extruxit, nō quasi primum ac primariū fundamentū, qd non est aliud, q̄ ipse Christus, vt Paulus affirmat, sed altera à se: in qua nimis Ecclesia quisq; perseuerat fide, & spe & charitate munitus, nō potest seculi fluctibus obrui, nec perire vnq̄ in hoc mari magno: sed sicut olim q̄ in arca Noe erāt diluuij excidiū liberi euaserūt, ita & ipse securus ad eternā salutis p̄tinget portū gratia & benignitate Christi lesu, q̄ cū patre & spiritu sc̄to uiuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

IN FERIIS D. LAURENTII INVICTISSIMI

martyris, Epistola beati Pauli Apostoli, secunda ad Corinthios nono.

XIIII



Vi parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Disperfit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum prestabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.

Eccle. 35

Psal. 112

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A



Postolus Paulus studiosissime adhortabatur Corinthios ad conferendam elemosynam in pauperes, qui erant Hierosolymis. Putares illum in scholis rhetorum semper versatum, ita eis persuadere conatur, & quasi inuitos cogit. Et quia nouerat per spiritus sancti reuelationem, quosdam ad dandum difficiles, quod putarent ex liberali rerum suarum distributione se inopiam passuros, hac lectione scribit eis: Fratres, ne quæso vobis persuadeatis damnū aliquod vos laturos, si sitis largi in inopes certi nimirum, qui parce & timide seminat ac exequitur opera misericordiae miseris necessaria, eundem etiam parce recepturū: qui autē de superfluis sibi largus est, quantum recta dicitur ratio verumq; iudicium,

non avaritia, sed veritate mentiendum, eundem etiam copiose recepturum. Si enim Deus promisit calicem aque frigidæ ministranti præmium, multo magis mercede sua non fraudabitur, qui maiora præstitit. Sed non cogo vos, non vobis laqueum inijcio. Si molestum est, liberaliter impartiri quibus abundatis, placetq; parca miseratio: equidē nihil vrgeo, sed tamē scire vos velim, qd parce vobis à Deo tribuetur. Date, inquit, ille & dabitur vobis. Si large dederitis, large vobis dabitur: si parce, parca erit retributio. Sed vnusquisque faciat pro suo arbitratu & bona voluntate, nihil fordide, nihil auare, nihil coactus & inuitus, sed libenti & alacri animo. Non delectatur Deus coactis obsequijs. Si quid illius causa præstare vultis, id ex

Math. 16

1 Cor. 13

Gen. 7

Math. 10

Luc. 6

Beneficentia
de elemo-
sina quo-
nam anti-
mo præ-
standa.

Psal. 36

Psal. 112

B

id ex animo fiat. Nō indiget Deus beneficentia vestra, sed tamen delectatur beneficentis vestris. Nihil magis optat, q̄ vt habeat causam tanq̄ ex debito gratificandi vobis. Non cogitetis vos hoibus præstare beneficium sed Deo. Poterit autē Deus collati in se beneficij vnq̄ obliuisci: Sane nō poterit. Imo vero quanto erit maioribus affectus pietatis studijs, tanto copiosorem reddet gratiam. Itaq; nihil cum tædio, nihil cū tristitia, nihil ex pusillanimitate & diffidentia facitis. Sit animus promptus & voluntarius. Hilarem enim datorem diligit Deus. Si diligitis Deum, haud grauate membris illius opitulamini. Si autem grauate id facitis, nō vtique eum admodum diligitis. Itaq; nec ille multum diligit vos. Ergo charissimi in præstanda elemosyna Deū cogitetis, Deum spectetis: atq; ita non solum non molestū, sed etiam summe iucundum vobis sit, posse vos pauperibus subuenire: quandoquidem totum redundat in Deum. Atq; hanc animi p̄optitudinē diligit Deus, qua illi seruitur nō ex timore seruili, nō ex cupiditate mercenariorum, sed amore liberali, & dedita voluntate, que proprie ad filios pertinet. Potest autem Deus pro vestra bona voluntate, qua temporalia cōmunicatis sanctis illius, sua gratia abunde vos implere, ita vt nedum corporis, sed etiam animæ bonis abundetis, que longe præstantiora sunt rebus temporarijs. Adeoq; non solum nullum ex vestra liberalitate patiemini detrimentū, sed Deo vobis benedicente habebitis semper in omnibus sufficientiam, vnde etiam alijs semper impartiri valeatis. An non meministis Dauidici illius: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem? Tota die miseretur & cōmodat: & semē illius in benedictione erit. Qui etiam de viro iusto alibi scribit: Disperfit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculū seculi (Hoc egregie præstitit D. Laurētius martyr inuictus, quando Ecclesiæ thesauros, non parenti Decio Cæsari prodidit, sed in numerosos pauperum greges dispensauit, quæ res illi mortem attulit corporis, & vitam sempiternam) Disperisse dicit virum iustū res suas in diuersos pauperes, sed illis quāuis distributis, quamuis liberalitate præcipua in miserorum vsus collatis, iustitia illius non imminuta est, non defecit, non elanguit, sed manet in seculum seculi. Nō

enim perit apud Deum quicquid illius cōtemplatiōe in inopes dispergitur, sed semper illius in conspectu perseuerat. Idem autem ipse, sicut semen, id est, elemosynarū materiam ministrat ferenti, hoc est, elemosynas facienti, ita dabit & panē ad manducandum, id est, vitæ ac victui necessaria. Quod quidem innumeris probatū est exemplis, nunquam defuisse bona temporalia elemosynas largas, tamē cum ratione facientibus, sed semper eos diuitijs esse auctos. Quāq̄ id auaris persuaderi non potest, qui sæpe in res friuolas magnos faciunt sumptus absq; vlla animi molestia, scz vbi sperāt se aliqd pcepturos lucri aut voluptatis, aut vanæ existimatiōis & humanæ laudis: pauperi autē nec terūcium nisi cum tædio largiuntur. O credant tales tandem dño Deo, & sint misericordes ac liberales in proximos inopes, quibus mundus plenus est, & longe feliciores erunt, quā sua auare & impie retinendo. Deniq; multiplicabit Deus semen & facultates temporales eorum, qui faciunt elemosynas: & augebit incrementa frugum iustitiæ illorum, id est, & temporalibus, & spiritualibus eos diuitijs abundare faciet. Nam hoc ipso, qd quis Dei amore pauperibus miseretur, Deum, cuius est immensa liberalitas, ad misericordiam ipsi præstandam prouocat. Sicque fit, vt à Deo nedum copiosam in temporalibus remuneratiōem accipiat, sed etiam gratiæ donis augeatur. Nihil enim vnquam fit in gratia & charitate Dei, quod nō certum habeat præmium apud Deum. Neq; id mirum, quando omnia opera nostra bona Deus ipse in nobis, non tamen sine nobis operatur: id quod apud Esaiam manifeste legit: Si ergo Deus est autor operum nostrorum, quis audeat negare eiusmodi opera digna esse vita æterna? Nihil in nobis muneratur Deus, nisi opera sua. Et tamen donat & imputat ea nobis suæ gratiæ cooperantibus. Nemo ergo sit piger ad agenda bona: certus si parce seminauerit, parce & metet: quod idem vtiq; confirmat mercedem restituendam operibus bonis. Sed superuacaneum est probare vel le, vnde nemo nisi stultissimus dubitare potest.

Ex præstita elemosyna nem vnq̄ passum in opiam.

Esai. 55

EXEGESIS EVANGELII
Ij eiusdem Festi. Ioannis
duodecimo.

IN

C



Nuictissimi martyris Laurentij festum hodie diem celebrat Ecclesia Catholica fratres charissimi.

Sed Euangelici nostri sanctissimum martyrem e diuorum catalogo remouerunt. Et qua tandem vel ratione, vel autoritate: Ratione quidam nulla, autoritate autem sua. O homines omni lachrymarum fonte plangendos. Sed nos interim patrum vestigijs inhærentes, celebramus natalem sancti Laurentij: certi ante annos mille & eo amplius celebratum eum esse ab Ecclesia Catholica. Multa nobis in diuo Laurentio imitanda proponuntur, multa & præclara eius extant merita, nec ambigi potest, quin potes sit apud Deum suis meritis & precibus nobis patrocinari. Quid igitur causæ est, quo minus illius festum agere dic velimus? Esto torqueat diabolus memoria & veneratio diuorum, sicut olim torfit eum illorum insuperabilis animi fortitudo & patientia, num propterea non debemus eos pie colere? Imo colamus eos dilectissimi, & patronos apud Deum nobis conciliemus, vt in illo tremendo iudicij die habeamus qui nos adiuuent & defendant apud Deum. Quicquid interim sentiant aduersarij, nihil nos moueat. Illi enim tam perfecti sunt (si inferis placet) vt non egeant vilo sanctorum patrocinio. Sed his paucis iusto animi dolore de sanctorum colendis festiuitatibus præmissis, ipsa Euangelij verba videamus.

Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, fructum multum adfert.

Hæc verba specialiter ad dominum saluatorem pertinent, qui est verissimum illud frumenti granum, quod infidelitate Iudæorum, vt ait Augustinus, mortificatum, multiplicatum est fide populorum. De quo dubium non est, si pro nobis mortuus non fuisset, solum eum fuisse mansurum, nec quenquam secum perducturum in caelestem paradysum. Mortuus autem quantum fructum attulerit, probant innu-

Augustin.

Grano frumenti vti se Christi comparat.

meræ nationes ad fidem à paganis miseroribus conuersæ, & in hæreditatem filiorum Dei translata. Atque ea de causa sese demiserat in vterum virginis, vt inde sumpto mortali corpore pro nobis moreretur, & moriendo nos viuificaret, qui eramus peccatis mortui & perdit. Poterat quidem non mori, sed nisi moreretur, nos non redimeremur, non ad vitam resuscitaremur. Quod quia ferre non potuit, mortem, eamque durissimam amplexus est, malens in seipsum crudelis esse, quam nos miseros in exilij huius captiuitate relinquere. Mortuus est igitur, vt nos viuificaremur. Mors illius nostri vitæ reparatio est. Dum ille sponte moritur, nos ex æterna morte resuscitamur ad vitam sempiternam. Sed non proderit nobis mors illius, nisi & nos moriamur. Nam quamuis, vt dixi, specialiter hæc verba ad Christum referenda sint, possunt tamen & ad quemlibet hominem accommodari, vt sit iste sensus: Nisi quis mortuus fuerit vitij & peccatis, solus manet, omni diuina gratia destitutus, & postea mittendus in miseriam inferni solitudinem, vbi est extrema desolatio. Si autem mortuus fuerit, fructum multum adfert, diuina gratia eum mouente, atque per eum efficiente omne opus bonum. Id iam certa quotidiana experientia verum probamus.

Multi sunt præclare docti, qui strenue concionentur ad populū, aut multos scribant codices, & tamen paruū aut nullū faciunt fructū, eo quod peccatis mori non velint, atque eo ipso sese alijs reddant contemptibiles. Qui autem contempti sunt, eius quoque doctrina despicitur. Sed & plures alij magna quædam faciunt opera, largas conferunt eleemosynas, orant & ieiunant, & habent exercitia sua externa: verum quamdiu Deum contemnunt, vitijque mori nolunt, soli manent diuinæ gratiæ expertes. Tamen non debent isti eiusmodi nefacta abijcere. Nam sepe per talia contingunt, vt reuera sibi & peccatis moriantur. Qui autem hoc pacto mortui sunt, illi vtique ingentes ferunt fructus quandoquidem Dei gratia & charitate præditi sunt, atque inde quicquid ex charitate agunt, meritum illis fit: sed & alijs plurimum profunt, Deo per eos tanquam viua & apta organa suam voluntatem efficaciter exequente ac operante. Sed vt ita moriamur, principio difficile est: quo fit vt penes omnes mori nolint.

Eph. 1

Grano frumenti vti quilibet ve credentia compitur.

D

Docti quidam concionatores cur paruū aut nullū faciunt fructum referunt. Gregorius.

Mortui vitij quantum fructum faciunt.

Ecd. 41

Moriendi vitij mortuus quod sit.

Iob 14

Mortificatione vitij duo quænam moueant.

Philosophorum quidam sunt qui quantum in vitij edo mandis.

Esaiæ 38 Quænam ad mortificationem vigorem pertineant.

nolint. O mors quam amara est memoria tua homini sensibus suis & huic mundo dedito. Et tamen nisi mors præcedat, vita obtineri non potest. Non vis mori vitij: morieris ergo semper sine vilo fine in flammis sulphureis. Sed durum est, inquis. Tenta quotidie aliquid, & leuius fiet. Difficilis est ascensus montium, sed paulatim scandendo ad cacumē peruenitur. Saxum licet durissimum guttæ cauant sepe cadendo. Nemo magis proficit in virtutibus, quam qui magis difficilia & contraria sibi fortiter vincere nititur. Copiosior namque datur illi gratia, qui sese magis vincit, & in spiritu mortificat. Ora Deum, & perseuera in labore: senties breui ardentem gratiā, & quod prius labor & dolor erat, gaudiū & voluptas erit. Duo quædam plurimum faciunt ad sui mortificationem: vt videlicet etiam violenter te subtrahas quo natura vitiose propensa est: & feruenter assequi coneris bona illa, quæ te magis indignum senseris. Vigila super te ipsum, excita & adhorta te te ipsum. Millies lapsus, rursus arma corripe, instaure animum, renoua propositū. Non fatigabis Deum post lapsum humiliter reuertedo, etiā si millies reuertaris. Tamen proficies, quantum tibi ipsi vim quandam propter Deum adhibueris. Nemo verius, felicius, securius, getius viuit, quam qui sibi ipsi & vitij mortuus est. Nam in quibus vitia etiam num dominant & sæuiunt, quo pacto is vere & tranquille possit viuere? Quod etiam philosophi quidam non ignorant, maximo labore & infatigabili studio malas animi perturbationes siue passiones edomare nitentur, vt tanto essent animo sereniore & aptiore ad contemplandam veritatem. Sed querat aliquis, quid ad sui mortificationem pertineat: Nimirum pertinet eo, vt pro peccatis admissis congruam agamus penitentiam, vt mala nostra fletibus castigemus, vt cum S. Ezechia recogitemus omnes annos nostros in amaritudine animæ nostræ. Hoc molestum est carni & portioni sensitivæ siue sensualitati, sed mortificanda est, & rationi subiicienda. Pertinet etiam eo, vt corpus subditum sit spiritui, vt earum rebus quæ ad corporis sustentationem pertinent, sicuti est, cibus, potus, somnus, vestimenta &c. nihil amplius illi tribuamus, quam profit ei ad feruendum Deo. Nam quod plus illi tribuit, vitio fomenta ei subministrat, armatque seruū in perniciem dñi sui. Vñ apostolus ait:

Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Ad hæc pertinet ad mortificationem, vt anima cunctis corporis membris bene vtatur, videlicet ad exequendam iustitiam, & actus bonos, non autem ad perpetranda mala. Non enim sumus nostri, sed dñi. Itaque illi totos nos mancipare debemus, non vitij. Præterea eodem requiritur, vt vires inferiores, sensus externi & appetitus sensitivi rationis imperio subiacent, ne per ista vel eorum actiones ratio impediatur à bonis, & animus à diuinorum contemplatione distineatur. Denique huc exigitur, vt ratio & voluntas Deo subdita sit, ita vt iuxta diuinæ legis sacræ scripturæ, & fidei Catholicæ normam & præscriptum omnes rationis & voluntatis actiones dirigantur: quod quidem fit per fidem, spem, & charitatem. Redigendus namque est, & captiuandus intellectus, vt ait Apostolus, in obsequium Christi, vt ea omnia, quæ sunt fidei Christianæ, incunctanter credat, tametsi capti rationis naturalem longe lateque excedant. Voluntas etiam ita Deo subdenda est, vt quæ credit, amet, vt appetat inuilibilia, visibilia contineat, cupiatque toto corde videre bona dñi in terra viuentiū. Hoc pacto quisquis bene mortuus fuerit, non poterit non maximos referre fructus. Memoria quoque animæ repurganda est, vt nihil in ea resideat quod Dei in ea actio aut locus impediatur. Sequitur:

Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Ecce quomodo ubique verbum Dei, & doctrina Euangelica carnis damnat voluptates, eamque persequi & odisse iubet. Nemo se fallat, credens sola fide nos saluos fieri, atque interim molliter & delicate viuens, Qui amat, inquit, dominus Iesus, animam suam, perdet eam, hoc est, quisquis carnalibus & illicitis animæ suæ desiderijs obsequitur & satisfacit, malis illi parere, quam præceptis Dei, quæ ubique nostris concupiscentijs aduersantur & contradicunt, is perdet eam in mortem sempiternam. Horat carnalis anima, vt diu dormias, vt laute & splendide epuleris, vt mulceas aures varijs musicorum organis sola, voluptatis causa,

Animam male amare quod sit.

kk causa,

causa, vt ocio defidiaq; indulgeas, vt iocis & fabulationibus tempus trāfigas, vt securus de misericordia Dei p̄nitentiam differas in extremam senectutem. Quod si illi acquiesceris, absq; vlla h̄sitatione peribis. Diues ille Euangelicus, qui multas sibi pararat opes, quādo c̄cepit velle animū dare voluptatibus, & frui bonis vitę huius audiuit: Stulte, hac nocte tollent a te animam tuā: & quę parasti, cuius erunt? Amabat ille perdit animam suam, eo que penitus perdidit. Iudas domini proditor postquam animi sui cōcupiscentiam, quā profigare & odisse debuisset, expleuerat, acceptis a Iudeis triginta argenteis quibus dolum vendidit, abiens laqueo se susperdit. **F** Accidit quandoq; vt diues quidam morti vicinus admoneretur cōfessionē facere, & instar Christiani hominis sese ad mortem pręparare. Sed aliquoties repulit confessorium, spe salutis recuperādę. Vidēs autem mortem adesse prę foribus, iussit sibi arcam suam nummis plenam adferri. Qua allata, manu versabat pecuniam donec animam exhalaret. Cōfiteri autem non voluit. Tremēda res. Accidit illi, vt in morte obliuisceretur sui, qui viuens oblitus fuerat Dei. Amauerat iste, vt apparet animę suę iniquam concupiscentiam, & diuitijs comparādis inhauerat. Itaq; animę suę ne in extremis quidem consulere potuit, nimio deuinctus amore diuitiarū. O quot sunt hodie eiusmodi, qui tam perniciose amant animas suas, illarum perniciosissimis semper fauendo & obsequēdo cupiditatibus: sed certe breui & animas suas, & quicquid modo corradunt, perdent. Qui autem odit animam suam in hoc mūdo, in vitam ęternam custodit eam. Quod D. Gregorius Papa quadam Homilia exponēs: Tunc, inquit, animam nostram bene odimus, cum eius carnalibus desiderijs acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur. Quę ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Certe dum Paulus Hierosolymā pergeret, propheta Agabus zonam illius apprehendit, suisq; pedibus alligauit, dicēs: Virum, cuius hęc zona est, sic alligabunt Iudei in Hierusalem. Sed is, qui animam suam perfecte oderat, quid dicebat? Ego non sum alligari, sed & moriparatus sum in Hierusalem pro nomine domini Iesu Christi: nec facio animam meā

preciosiore quā me. Ecce quomodo animam suam amando oderat, imo odians amabat, quam cupiebat pro Iesu morti tradere, vt hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Hęc Gregorius. Non est igitur amanda anima amore improbo, carnali, priuato, vitioso, vt consentiamus illi in rebus illicitis ac pernitiōsis, & a diuina voluntate & recta ratione discrepantibus: sed odienda potius, vt vim quandam illi inferamus, vbi nos cupit abstrahere a iustitia, & cogamus eam diuinis inherere mandatis. Vbi sane virilis adhibēda animi seueritas est, vt nullis tentationibus cedamus, nulla pusillanimitate frangamur. Quātumcunque importunis vrgeamur cōcupiscentię stimulis, non est tribuendus assensus: sicut parentes infantibus etiam acerrime plorantibus nolūt tribuere ea, quę sciunt eis obfutura. D. Bernard. sermone XXX. in Cātica scribit in hęc verba: Tu quoq; si ppriam deferas voluntatem, si corporis voluptatibus perfecte renuncies, si carnē tuam crucifigas cum vitijs & cōcupiscentijs, sed & mortifices membra tua quę sunt super terrā, probabis te Pauli imitatorē, q non facies animā tuā p̄ciosiorem teipso: p̄bis & Christi discipulū, etiam illam perdēdo salubriter. Et quidem prudentius eam perdis, vt custodias, quam custodis, vt perdas. Nam qui voluerit animā suā saluā facere, perdet eā. Perdet eam, inquit, siue ponendo vt martyr, siue affligendo vt penitens. Quāq; genus martyrię est, spū facta carnis mortificare, illo nimirum quo mēbra cāduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius. Hactenus Bernardus: qui quidem perdere hic in bonam partē interpretatus est, qd nos in malam exposuimus. Tolerari vtraq; interpretatio potest: tamē Augustino teste, & ipsis quoq; Euangelij verbis assentientibus, potius de malo, q̄ bono accipiendum est, vt sit sensus: Qui male amat animam suam in hoc mundo, perdet eam in futuro: q bene odit in hoc mundo, custodit eam in vitam ęternam. Loquitur autē hic dñs de anima per peccatum vitiata, quę semper in malum procliuis est. Alioqui ratio ad optima hortatur. Damnantur autem hac sententia omnes, qui asperam & duram viuendi rationem fugiunt, & suauia ac mollia amplectuntur. Videant Euangelici nostri, quam pulchre sua doctrina ex Epicuri potius,

Anima q̄nam sibi ipsi mori discat.

Bernard.

Voluptatib; prauis q̄nam aia resistat. Galat. 5 Col. 3 Actor. 1

Ioan. 18

Animā p̄ diuinitatē.

Augustin.

G Animā q̄d nā hoc loco significat.

Lucę 11

Ioan. 13
Marth. 26
Marc. 15

Paradi
gma in fru
os opum
amatores.

Animam
quisnam
suam pro
be odiat.
Gregori.

Acto. 21

Luthera
ni vti hu
ic Euange
lio Christi
contradi
cunt.

tius, quam Christi schola profecta, cū verbo Dei consentiat. Sed aduertunt haud dubio etiam ipsi toto se errare cęlo, & tamen vel peccati delectatio, vel pręfracta animi obstinatio non finit eos palinodiam canere. Qui si cogitarent humanum esse errare & labi, nec cuiquam vitio verti posse, si errasse se doleat, proculcarentq; animi superbiam, facile & cum Deo, & cū hominibus in gratiam redire possent. Sequitur:

Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi sum ego, illic & minister meus erit.

O verbum breue, sed nō parum multa complectēs. Non est minister Christi, qui Christum nō sequit. Quid est sequi Christum? Eius humilitatem, obedientiā, mansuetudinē, mūdi contemptū, patientiā, charitatem imitari. Habes Christiane satis superq; qd agas. Si minister Christi es, imitare dñm tuū. Et ne putes virtutum studia & actus sua carere mercede, audi dñm promittentem: Vbi sum ego, illic & minister meus erit: hoc est, in vita sempiterna, vbi vnusquisq; mercedē accipiet iuxta laborem suum, vbi parce metet, qui hic parce seminauerit. Habemus ducem quē sequamur, habemus pręmium quod speremus. Non est nobis turpe filiū Dei imitari: imo vero gloria magna est seq dñm: longitudo enī dięz assumetur ab eo. Nihil est melius, q̄ timor Dei, & nihil dulcius q̄ respicere in mā datis dñi: nō vtiq; ad cognoscendū duntaxat, sed ad faciēdum ea, quod est sequi saluatorem. Ipse enim ait: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Tu quoq; imitare illum, & propria calcata voluntate, fac quę tibi pręcepit Deus.

Seq Chri
stū qd sit.

1. Cor. 5

2. Cor. 9

Eccle. 23

Ibidem.

Ioan. 9

H
Basylius.

Ioan. 12

tur Christi miles, qui iam tenuia quędam ex rebus humanis exēpla inspexeris, subeat animum tuum sempiternorum bonorum cogitatio: propositū tibi vitę genus sit, dono, ciuitateq; ac possessione reę omnium carēs: solutus esto, atq; ab omnibus vitę huius curis liber. Non tē vlla impediatur, illigetur de coniuge cupiditas, nō de filijs sollicitudo: quando alienum hoc est penitus a cęlestis militię disciplina. Hęc Basylius: quę qa possunt quibusdā ingrata videri, qd ad monasticen inuitent, nosq; hęc laicis potius scribimus, quā qui sacris initiati sunt aut monasticen profitētur, nolunt diutius psequi: attamē vt sciant etiam ipsi q̄ coniugio seruiunt, qd faciendū sibi sit, si Christi ministri esse velint, ex eodem sanctissimo viro pauca adhuc cōmemorabimus. Nam est, ait, quamobrē tu q ad vxorem animum applicare maluisti, perinde quasi ea re mūdum tibi amplecti licitū sit, de defidia te des: qñ eo maiore tibi laborare contendendum est, attentioreq; animi vtendū vigilantia, vt salutem inuenias: veluti qui sedē tibi in medijs laqueis, mediaque rebellū potestatum ditione delegeris, vbi p̄ctōrum assidua antē oculos posita irritamēta habeas, ad quę cōcupiscenda oēs sensuum tuorū libidines assidue loco veluti emotę impellantur. Quocirca intelligere debes neutiq; effugere te posse, qn cum diabolo tibi sit deluctandū, ex eoq; nullo modo victoriā te sine multis laboribus, p̄ Euangelicorū p̄ceptorū conseruatione susceptis, reportatur. Vide cętera apud eundem. Ergo minister Christi nemo erit, nisi qui pro Christo legitime certauerit. Quod si in certamine perseuerauerit, victor ibit ad cęlos, eritq; semper cum domino suo.

Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cęlis,

His verbis, vt ait Augustinus, intelligitur dñs exposuisse qd supra dixerat, illic et minister meus erit. Nam quem maiorē honorē accipere poterit adoptatus, q̄ vt sit, vbi est vnicus: Sed quę est ignauia, imo infania nostra, vt si qs propositus sit honor temporalis, ad illum consequendum per ignem & aquam omnes properemus, cęlesti autem & ęterno oblato nobis honore vix quisquam sit, qui pedem loco mouere velit: O stulti filij hominū, tamen quan

Miles Christi q̄nam militare debet.

Tim. 2

Augustin.

2. Tim. 2

doq; sapite. Quare tam misere perditis animas vestras? Quare non videtis mundi vanitatem? Quare Deum & veros honores & felices ac beati eritis.

SERMO IN EODEM Festo, De dandis elemosynis.

Disperfit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Psalmo CXI. Sciente illa impiissima sub Decio tyranno Christianorum persecutio, inter alios, qui tum varijs conficiebantur supplicijs, etiam inuictissimus Leuita Laurentius peremptus est, tum quod Christi fidem negare nollet, tum quod Ecclesie thesauros in usus pauperum liberalissime distribuisset. Postulabat Tyrannus thesauros sibi dari, quos Philippus iunior Imperator Ecclesie donauerat: sed contemptus est a Leuita Laurentio Christianissimo, castissimo, simul ac sapientissimo: dumq; speraret thesauros sibi illatum iri, oblatos sibi vidit numerosissimos sanctorum pauperum greges, in quorum victu atq; vestitu sanctus martyr, vt ait Leo Papa, inamissibiles condiderat facultates: quae tanto integrius erant saluae, quanto sanctius probabatur expensae. Hac de causa, vt equidem puto, recitatur hodie Epistola, vbi de elemosynis dandis fit adhortatio, commemoraturq; Psalms Dauidici versiculus, quem nos thematico loco proposuimus, nempe: Disperfit, dedit pauperibus, &c. Vnde nos quoque sumpta hinc occasione operae precium facturi videmur, si charitatem vestram ad praestandas elemosynas exhortemur. Multi enim scedissima auaritia cupiditate inflammati, nihil ita fugiunt ac abhorrent, vt miseris prestare beneficium. Semper enim suis decedere facultatibus arbitrantur, quicquid in pauperum usus contulerint. Vident quotidie velint nolint fratres suos Christianos, Christi sanguine redemptos, alios fame & siti affici, alios nuditate cruciari, alios morbis vexari, nec vllum habere subsidium, alios alijs calamitatibus subditos absq; alicuius ope & auxilio: & tamen plus quam saxea, plus quam ferina duritia pretereunt ac negligunt miseros. Legunt isti aliunde bene norunt omnipotentem Deum ne ipsi quidem licet amantissimo cordis sui vnigenito pepercisse propter nos, q

est reuera immensus quidam miserationis excessus: & ipsi vilissimis ac breui amittendis parcunt pecunijs aduersum semetipsos. Christus Iesus filius Dei pro nostri redemptione animam posuit, sanguinem fudit, totum se impendit, cum tamen non amici sed inimici illius essemus: isti autem neq; pecunias illius causa fundere dignantur, sed ad amantissimis pectoribus despiciunt eum nudum & peregrinum pro nobis mortuum. Posent haec feras & saxa mollire, & tamen homines nihil mouent. Malumus pleriq; humanitatis & misericordiae esse expertes, q; vel parum tribuere. Etiam si moriantur in numeri, extrema rerum omnium penuria adacti, nihil ad nos attinet: plus cruciat nos modicae pecuniae erogatio, quam mortes miserorum. Et qua tandem ratione poterimus grauissimos inferorum cruciatus euadere? Si nihil aliud a nobis mali perpetratum sit, nonne hoc vnum iustissimum nobis damnationem conciliat? Quenam sunt in illo humanitatis vestigia, qui cum possit absq; suo detrimento consortem naturae suae inopia laborantem releuare ac reficere, tamen penitus non curat, nec vlla illius necessitate, nullis lachrymis, nullis precibus, nullis miseris flecti potest? Qui verotalis vnquam potest vel audet diuinam sperare misericordiam, qui tam crudelis est in proximum suum? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Et tamen omne animal diligit simile sibi: nec quicquam tam est secundum naturam, quam iuuare naturae consortem. Fingunt sibi multi causas quasdam friuolas, & caluas excusationes, & tamquam mentiri possit Deus, aut quicquam iniquum praecipere, res suas indigentibus impartiri metuent. Aiunt prospiciendum esse sibi ac suis. Recte quidem. Sed Christus pauper negligendus non est. Necessaria sibi ac suis vt procurent, nemo vetat: porro grandes coaceruare diuitias quorsum attinet? Qui prolibus suis bene prospectum cupiunt, liberalitatis ac misericordiae exempla eis relinquant. Opes mediocres saepe longe utiliores sunt, quam nimium abundantes. Cui enim parum relictum est, cogitur ipse cura & industria sua quod sibi deesse conspicit, comparare. Qui autem rebus abundant, vt plurimum comedendo, potando, scortando, atq; alijs improbis studijs eas abligunt,

Supplicio rui D. Laurentio illa toru rau sa quae tu erint.

Leo Papa.

1. Cor. 9

Crudelitatis grum ad in pauperes vii.

Roma. 8

1. Ioan.

Roma. 8

K

In inimig auaros & immiserie cordes.

Eccle. 18

Eccle. 13 Ambros.

Parites q; prolibus suis misericordiae exempla relinquant.

unt. Interim eorum, a quibus ampla eis relicta sunt patrimonia, nulla fit mentio: Vtrum animae eorum in poenis vel refrigerio sint, perinde est illis. Quanto igitur satius est facultates suas in illorum usus distribuere, quibus quicquid praestiteris, Christo praestitum dubitare non possis? Potest autem immenso carere praemio, quod in Christum collatum erit: Sed hic si de multa opus est. Non enim vides Christum, dum pauperi confers beneficium: & tamen Christus ibi est. Verum auaritia diffidentiam parit, vt quod tribuis, non multo auctius restituendum, sed amissum iri putes. O pessimum auaritiae morbum, qui fiduciam homini aufert. Vnde rectissime Apostolus vocat eam idololatriae seruitutem. Agnosce o homo Deum ac dominum, a quo habes, quicquid boni habes. Cogita quae so quis nam tu ipse sis, quid dispenses, a quo consequutus sis ea quae obtines: qua denique ex causa tam multa tibi collata sint. Dei optimi maximi minister es, tuorum dispensator conseruorum. Ne tibi persuadeas tibi vna donata ea quae habes, aut eo te multa accepisse, vt tanquam communis naturae hostis, tuis includas arcibus, quod multorum necessitati a summo omnium parente praeparatum est. Imo vero ea aliena cogites, accommodata tibi potius, quam donata, vt in miseros ac inopes tanquam summi patris familias substantiam liberaliter ac sapienter distribuas, non tibi vni seu fur nequissimus, & raptor crudelissimus usurpes. Noli ea repagulis & feris interclusa retinere, noli rerum usum commoditatemque inuidere hominibus, quarum a te quandoque in iudicio seuerissima exigenda ratio est: noli omnibus ad te auare retractis, omnes eorum utilitate priuare. Si quid in pauperem contuleris beneficii, tibi ipsi consulens. Si tua tibi inique seruaueris, cum diuite illo epulone damnaberis, quem scriptura aeternis ait supplicijs deditum, non quod aliena raperit, sed quod sua miseris non sit impartitus. Crede mihi, imo crede diuinis literis, & pollicitationibus, quicquid pauperibus dederis, ad te multis modis auctum & multiplicatum reuertetur. Nam quemadmodum frumentum terrae mandatum, lucrum mittenti parat, & ex paucis granis, vberes consurgunt segetes: ita panis esurienti praestitus, maximam con-

Elemosynas ipsi Christo erogari.

Auaritia vt dicat idolorum seruitus. Galat. 5 Eph. 5

Diuitias no esse nisi alioq; no propria bona.

L

Luca 15

Quod ego no contuleris id non posse tibi perire.

ferenti in posterum adfert utilitatem. Est autem in faciendis elemosynis diligenter vnique obseruandum. Primo, vt fiant ex charitate. Nam alioqui minor illarum efficacia est. Valent tamen etiam extra charitatem factae, tum ad praeparandum hominem ad suscipiendam gratiam, tum ad mitigandas poenas aeternas, si forte in flagitijs obstinatus & impenitens moriatur: tum ad obtinendum bonum aliquod temporale, quod tamen in elemosynis praestandis praecipue spectandum non est. Nam secundo curandum est, vt fiant propter Deum. Quanto intentio fuerit purior, tanto erit merces copiosior. Nihil autem ibi spectare aliud, quam laudes humanas quod faciebant pharisaei hypocritae, quos dominus in Euangelio reprahedit, aut temporalium diuitiarum retributionem, id non decet hominem Christianum, cui Deus promissit regna caelorum. Tertio videndum est, vt non animo inuito & tristi, sed voluntario ac hilari fiant. Hilarem enim datorem diligit Deus. Bis dat, qui cito dat. Id autem facile est illis, qui in pauperibus Deum contemplantur. Quarto deniq; etiam hoc obseruandum est, vt elemosynam, quae triplex est, nempe cordis per compassionem, oris per correctionem, operis per largitionem, primo nobis ipsis impdamus: deinde proximis: in quibus etiam ordo seruandus est, vt praferantur fideles, domestici & propinqui: atque ex his iusti, si caeterae circumstantiae pares sint. Quanquam omnibus benefaciendum est, & bonis, & malis, & iustis & impijs, & amicis & inimicis, cum exigit necessitas, & facultas suppeditat. Sed pensandae in his semper sunt circumstantiae, vt sciri possit, quae & qua ratione, & vbi, & cui potissimum oporteat gratificari ac opere ferre. Neq; vero ambigendum est, quin elemosynarum largitio sit in precepto, quandoquidem in Euangelio secundum Matthaeum damnationis sententia plectendi leguntur, qui opera misericordiae non praestiterint. Cur autem mortiferi peccati rei sint, qui elemosynam praestare nolunt, ratio est, quod dilectio proximi, quae est in precepto, sine elemosynarum collatione, seruari non potest. Porro ad dilectionem proximi certissimum est pertinere, vt non solum bene eis velimus, sed etiam bene faciamus, vt est apud D. Ioannem in epistola: Non diligamus ver

In elemosynarum erogatione etiam obseruanda sint.

Marth. 5

1. Cor. 9

Elemosyna vt sit triplex.

Circumstantia in beneficii collatione quae attendendae

Marth. 15

Crudeles in pauperes curpcent mortali.

1. Ioan. 3

I. Ioan. bo, neq; lingua, sed ope & veritate. Itē: Qui habuerit substantiā huius mūdi, & viderit fratrem suū, id est, proximum, necessitatē habere, & clauerit viscera sua ab eo, quō charitas Dei manet in illo: Et diuus Gregorius: Probatio, inq̄t, dilectiōis, exhibitio est operis. **M** Vē: in ipsa p̄standa elemosyna cōsiderandū est, vt superflua tm̄ intelligantur necessario tribuēda, sup̄flua, inquam, non solū quantū ad ipsum tribuentē pertinet, sed illos etiā, quorū cura ipsi incūbit. Hic adhibēda discretio est, vt nō simus nimium pusillanimes, p̄ctm̄ fabricando, vbi non est: nec auaritia retineamur, quo minus opem feramus indigentibus. Metuenda est enim illa D. Ambrosij sententia: Pāscē esurientē, pāscē fame morientē. Si non pauisti, occidisti. Et illa D. Gregorij S. Pape: Tot quotidie diuites perimūt, q̄t morientū pauperū apud se subsidia abscondūt. Possē hic innumera sacre scripturæ testimonia adducere, quę vel cōmendant, vel etiam p̄cipiunt misericordię opera: sed quia illa cūlibet obuia sunt, omisissis illis, aliquot sanctorum patrum ad faciendās elemosynas adhortationes huc adferā, vt tanto magis apud animos vestros p̄ficiam, quāto maior est illorū autoritas & sanctitas, quorū verbis apud vos vtar. Primo loco placet D. Basyliū commemorare, qui Homilia in diuites auaros sic ait: Quātam te Deo beneficentissimo gratiā habere, q̄ hilarem esse te simul & inopes munificum atq; liberalē oportebat, q̄ nō ipse p̄ foribus alienis cogeris obstreperus esse & querulus, sed tuas aliq̄ occupāt: Nunc autem tristis es & rogatu difficilis: occursum pauperum vitas, ne forte aliquid vel modicum coactō e manibus excat. Vnam tantum nosti vocem: Nō habeo, nō dabo: Nā & pauper ego quoq; sum. Pauper es, p̄fecto paup̄, & oim̄ egēs bonorū. Paup̄, inquam, charitate paup̄, benignitate in indigos pauper, sed fide erga Deū pauper, pauper æterna spe. Quamobrem frumētū quodcunq; possides, tuos fac fratres participes. Cras forte marcescet. Hodie egenti da. Auaritię genus id pessimū est, nolle neea quidē, quę facile corrūpūt, inopi dare. Dixeris. Cui facio iniuriam, si mea retineo conseruoq;? Quæ illa, dic mihi, tua? Vnde accepta hæc ad traducendū p̄sentem hęc vitā inuexisti? Perinde em̄ facis, ac si quis in theatro locū spectādi mox vt anteuertit alijs arripere,

ceteros abarceat ingressu, suounius vsui id adiudicans, quod ad omnium cōmunem vsū proponit: Tales & diuites existunt, Cōmunia nāq; cum priores obtinuerint, propria faciunt occupādo. Nam si tm̄ q̄sq; vsurparet, quantū ad p̄pria necessitatis solatiū faceret, superflūq; egenti tribueret, nemo p̄fecto esset diues, nemo item pauper. Nōne nudus ex vtero matris excidisti nudusq; rursus reuerteris ad humū? Hęc tibi bona p̄sentia vñ: Si a casu dixeris, impius es, eū nō agnoscens q̄ te cōdidit, neq; ei q̄ dedit rependēs gratiā. Quod si ex Deo te illa habere fateris, dic mihi, quamobrem hec sortitus es? Non enim iniustus est Deus, qui ea quę sunt ad victum, inæqualiter nobis diuiserit. Cur tu diues es, ille paup̄? P̄fecto non ob aliam causam, nisi vt tu benignitatis ac fidelis administrationis mercedem accipias, ille vero patientiā maximis p̄mijs honoretur. Tu vero insatiabilis auaritię lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis priuās, neminem te lædere putas: Quis, quæ so, est auarus? Ille qui eo quod satis esse debet, non est contentus. Quis vero peculator? Ille qui ad se vnum transfert, quę singulorum sunt. Tu ergo non auarus: Non tu peculator, cū ea quę ad dispensandum distribuendūq; recepis, tibi propria facis: Num qui vestem diripuerit, spoliator nominabitur: qui autem nudum non texerit, modo possit, alterius cuiusdam nominis appellatione dignus erit: Esurientis est panis, quem tu retines: nudi est vestis, quam in arca custodis: discalceati calceus, qui apud te marcescit: egentis argentum, quod tu terre insolam possides. Quare tot iniurius es hominibus, quod poteris opem conferre. Idem alibi dicit: Sustines inexoratus abs te pauperem reijcere, nec metuis iudicis minas, ac ea quę se ille pollicitus est hominibus huiusmodi redditurum. Non te miseret? misericordiam non inuenies. Non aperuisti domum tuam: regno Dei excluderis. Non dedisti panem: nō vitam recipies æternam. Sed & pauperē teipm̄ dicit. Et ego tecū sentio. Paup̄ p̄fecto est, qui multis indiget. Pauperes, inquā, insatiabilis cōcupiscētia reddit. D. Ioan. Chrysostron. Homilia XXXIII. ad populū Antiochenū sic habet: Tuas es o homo dispensator pecuniarū, nō minus quam qui Ecclesię bona dispensat. Sicut igit ille potestatem

Quos nemo potest esse diues, nemo pauper.

Iob 4

Diuites aut pauperes cur Deus us q̄dam esse sinat.

Auarus reuera quis nam dicit

N Basylius.

Cōcupiscētia insatiabilis vt sit ciat hoīs voce pauperes.

testatem non habet, ea quę propter pauperes a vobis erogantur, temere & vt casu venit dispergendi, quoniam in pauperum data sunt alimentum: ita neq; tu tua. Et si nāque paternam excepisti hæreditatem, & ita possides quęcunq; tibi sunt, ita quoque tamen Dei sunt omnia, Postea vero tu qd erogasti quidem, tali vis dispensari diligentia: Deum vero sua non censes maiori nos repetiturum v̄hementia, sed ea simpliciter passurum pereūtia: Non ita est, nequaquā Hęc enim propterea tibi concessit vt dares illis escam in tempore oportuno, egenis, esurientibus: sicut tu conseruo dispensanda dedisti, itidem & Deus te vult hæc in cōgrua erogare. Propterea quoq; cum auferre posset, ea dimisit: vt exhibendæ v̄tutis occasionem habeas, vt alterum alterius indigentem constituens, mutuam charitatē redderet feruentiorem. Non enim ad hoc accepisti, vt in delicias abtumeres, sed vt in elemosynam eroges. Nunquid enim tua possides? Res pauperum tibi sunt creditę, siue ex laboribus iustis, siue ex hæreditate paterna possideas. Nunquid enim non potuit Deus hæc tibi auferre? Verum hoc non facit, in potestate tua ponens liberam in pauperes liberalitatem. Tu vero, quæ se, considera, quomodo per omnes parabolas non suis congrue pecunijs vtens punit. Nec enim virgines aliena rapuerant, sed propria non dederunt. Neque qui talentum in terram defodit, iniustum vsū sibi vendicauit, sed quia non gmina uit: nec esurientem despicientes quod aliena rapuerint puniuntur, sed quoniam sua non dispenserunt. Audiamus itaque q̄t quot ventri indulgemus, quotquot in oppiparas cænas expendimus diuitias, nihil nobis pertinentes, sed indulgentibus debitas. Non enim quoniam ex benignitate multa de tuis erogare iussus es, hæc ideo putes esse tua. Tibi mutuauit, vt laudabilis fieri posses. Ne tua igitur esse putes ei sua p̄bens: nec enim si cui tu mutuaisses, vt a biens aliquas posset quęstuum occasiones inuenire, illius pecunias esse diceres. Igitur & tibi Deus tradidit, vt cœlum lucrari posses. Ergo benignitatis excessum ne facias ingratiitudinis materiam. D. Ambrosius sanctissimus Ecclesię Doctor scribit in hunc modum: Habe diues hypothecas, inopum sinus: habeas hypothecas, viduarū domos: habeas hypothecas, ora in-

Diuites cur deus est quos dam per mitat

Diuitias opulento rum necesse sitares esse pauperū

Matt. 25 Luca 19

Matth. 25

Bona temperaria vt Deus diuitibus tantū mutuat

O Ambrosi.

Esaie 38

fantium orphanorum. Itemq; Si peregrinum sub tectum tuum inducas, si suscipias egentem, ille tibi acquirit sanctorum amicitias & æterna tabernacula. Et rursus: Tu qui putas te manum habere sanam, caue ne auaritia, caue ne sacrilegio contrahatur. Extende eam sapius, extende eam ad illum pauperem, qui te obsecrat: extēde vt proximum iuues, vt viduæ feras p̄sidiū, eripias iniuriā, quem vides iniustæ contumeliæ subiacere. D. Maximus Episcopus Thurinēs, Elemosyna, inquit, quodammodo animarum aliud est lauacrum, & si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, super sit ei vt iterum elemosynis emundetur, sicut ait dominus: Date elemosynam, & ecce omnia mūda sunt vobis. D. Cyprianus gloriosissimus martyr & Episcopus, quē me oportuit primo loco commemorasse, sic ait: Locupletē te esse dicis & diuitem, & vtendum putas ijs quę Deus possidere te voluit. Vtere, sed ad res salutare: vtere, sed ad bonas artes: vtere ad illa, quę Deus p̄cepit, quę Dominus ostēdit. Diuitem te sentiant pauperes, locupletem sentiant indigentes. Patrimonia tua Deo scenera, Christū ciba. Commēda illic thesauros tuos, vbi nullus fur effodiat q̄ nullus insidiās gressator irrumpat. Possesiones tibi sed cœlestes magis cōpara, vbi fructus tuos iuges ac pennes & ab oī cōtactū iniurię secularis immunes, nec rubigo atterat, nec grandio cędat, nec sol vrat, nec pluuia corrūpat. Nā delinquis & hoc ipso in Deū, si ad hoc tibi ab illo diuitias datas credis, vt illis nō salubriter p̄suaris. Tentatio est patrimoniū grāde, nisi ad vsū bonos cœlus operet, vt patrimonio suo vnusq; locupletior, magis redimere debeat, q̄ augere delicta. Deniq; sc̄tissimus atq; eruditissimus P̄t. Leo ita scriptū reliquit: Magna est elemosyna, q̄ ardētū criminū globosū volētis suę fōte refrigerat, & q̄dā iriguo largitatis obruit incēdia delictorū: vt quis offensus Deus, quis criminibus puocatus, cogat liberare elemosynis, quę disposuerat punire p̄ctis. Possē hic innumera alia tū sacre scripturæ, tū sc̄torum patrum dicta proferre, sed vitanda nimietas est. Tamen memoratu dignam Diui Hieronymi sententiam nō omittam, qua sic ait: Qui diuitias seruus est, diuitias custodit vt seruus: qui autem seruitutis excusserit iugum, distribuit eas vt dominus.

Ambro.

Maximus. Elemosyna vti fit lauacrum animarum Luca 11

Cyprian

Matth. 5

Diuites vt sint terra tūo periculo lola

Leo Papa

Hierony.

Hoc enim inter est, diuitias habere, & diuitijs seruire: njs si uti scias tibi seruiunt: si uti nescias, illis seruis. Itaq; dilectissimi, ne sim prolixior, contemnamus diuitias, Christi paupertatem lectemur, cogitemus diuitias perdere animam, si non recte dispensentur sciamus eas non veras, sed falsas opes esse. Solae nanque virtutes, verae diuitiae sunt. At tedamus vt mentem deprimant, quam breuis & fallax sit vita praesens, quam innumera pariat mala diuitiarum amor, quam non expleant animae sitim quantumuis immensa

opes mundi, quam turpiter & profuse saepius ab alienis concoquantur, & quod pauca necessitati sufficiant, quod nudi hinc exhibemus, & cuncta alijs forte extranejs & ingratis relinquemus, quod rerum nostrarum non domini, sed dispensatores simus. Horum diligens consideratio faciet non ad contemnenda praesentis vitae bona, & praestandas elemosynas alacriores, praestante domino nostro Iesu Christo, cui cum patre & spiritu sancto est gloria sempiterna, Amen.

IN SOLENNITATE ASSUMPTIONIS GLORIOSISSIMAE SEMPERQUE VIRGINIS MARIAE, LOCO EPISTOLAE, LECTIO LIBRI ECCLESIASTICI, CAPITE XXIII.

XV



Lomnibus requiem quaesivi, & in hereditate domini morabor. Tunc praecipit: & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hereditare, & in electis meis mittere radices. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum decessio mea. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi platano rosae in Hiericho. Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myrra electa dedi suauitatem odoris.

PARAPHRASIS IM EANDEM EPISTOLAE. LECTIIONEM.

A



Vtalias quoque dixisse me nemini nihil obstat, si ea quae capiti nostro domino Iesu Christo tribuntur, etiam de membris illius, quatenus fas est & congruit, intelligantur. Ita quae licet tota haec lectio speciatim ad Dei sapientiam pertineat, potest tamen absque ulla absurditate ad matrem virginem pia interpretatione accommodari: quae ut est sanctitate & dignitate filio suo proxima, ita praecipue illi conueniunt praeter ceteris, quae hac lectione continentur. Ait ergo virgo intemerata: In omnibus requiem quaesivi omnium pacem & quietem sempiternam summe desideravi, atque ut a vitiorum perturbationibus liberi, secunda tranquillam

mente seruiant Deo creatori suo: idque ut possint, exemplo, praecipibus, auxilio & ope eos adiuuare non desino & in hereditate domini, sancta Ecclesia catholica ex omnibus nationibus confecta morabor perpetuo illis assistendo. Vel, in hereditate domini, quae est gloria sempiterna, modo quidem dum adhuc viuo certa spe, defuncta autem, re ipsa & corpore & anima sine ulla fine morabor. Cumque ita requiem optassem, praecipit & dixit mihi creator omnium, qui quidem ut me sua benignitate creare dignatus est, ita ineffabili misericordia propter hominum instaurandam salutem etiam intra corpusculi mei coelauit gescere, & humana sumere naturam voluit. Is inquam praecipit

praecipit mihi, ut in Iacob populo Iudaico ad fidem conuerso habitarem, meisque verbis exemplis & praecipibus eis quoad possem prodessem, & in Israel, Deum contemplationibus hereditarem, facta eis ceu norma & exemplar perfectae contemplationis & in electis eius mitterem radices, id est, habitus virtutum, ex quibus deinde optime ac saluberrimae actiones ceu rami ex radicibus proficerentur. Voluit enim Deus me suo populo praeferre totius sanctitatis exempla, ut multis prodessem, quae omnibus salutem genui, & tanto fit mihi auctior gloriae corona, quanto ex me plures acceperint salutis exempla & adminicula. Ita ergo in Sion, populo Deum ac diuina speculante firmata sum, facta eis constantissimum virtutum omnium exemplar, & firmissimum apud Deum praesidium & in ciuitate sanctificata, quae est Ecclesia militans, quae ex multis constat fidelibus dei gratia sanctificatis, sicut ciuitas ex multis ciuibus in vnum collectis similiter regeui, dulcissima contemplationis quiete, & felicissimo diuinorum excessuum somno assidue recreata. Habuit enim virgo sacratissima animam ab omni diuinae contemplationis impedimento absolutissimum. Vnde quoties voluit, totam se in Deum recipere potuit, requiescens & obdormiens in illo suavissimo mentis excessu, quem capere non possit creatus vllus intellectus. Et in Hierusalem caelestis potestas mea. Quid non possit mater omnipotentis Dei? Quis vel angelorum vel hominum illius ausit detrectare imperium, cuius filius esse dignatus est conditor hominum & angelorum? Potest ne quicquam Deus patet negare generatrici filij sui, aut filius amatissimae matri suae, aut spiritus sanctus clarissimae sponsae suae? Recte igitur vocamus eam reginam angelorum & mundi dominam quoniam illius imperio subiacet creaturae omnes. Nemo est in tota caelesti Hierusalem, qui non promptissimus sit ad exequendam voluntatem matris Dei. Et radices virtutum nisi in populo Christiano diuinis charismatibus mirifice honorato, & caelestibus donis ac virtutibus copiosissime ornato: cuius hereditas & spes omnis est in caelesti patria, ubi sunt mansiones multae ceu partes & portiones Dei, distribuetis unicuique pro meritis singulorum. Qui enim vere sunt Christiani, eo totam suam vitam referunt, ut possint cum Deo suo in caelis semper viuere non autem ut

temporaria quauis mercede afficiantur. Et in plenitudine sanctorum perpetua commoratio & detentio mea. Siquidem matri Dei optima quaeque bona caelestis patriae attributa sunt, & plenissima ac perfectissima post filium beatitudine perfruitur. Sicut enim in praecreaturis omnibus totam se illi gratiae plenitudo infudit, ita etiam nunc plenissima gloria potitur. Sicut cedrus in Libano exaltatur, ita ego quantumuis mundas animas fama celeberrima, meritorum dignitate & donorum excellentia antecedo: & quasi cypressus per summam & inuolabilem integritatis incorruptiorem in monte Sion, id est, Ecclesia exaltata sum. Quis enim vel in caelis, vel terris audeat iad matris Dei aspirare gloriam, cuius odor virtutum & optime existimationis per caelos omnes terrasque latissime diffusus est, & incorruptio ac integritas omnem creatam vincit puritatem? Quasi palma exaltata sum in cades, perpetuam retinens inter quauis aduerbia & prospera virtutum viriditatem mentisque serenitatem, nec elata prosperis, nec depressa aduersis: & ut rosae Hiericho ceteris floribus antecellunt, sic ego merita ceterorum longe supero. Misericordiae quam ac pietatis visceribus tota affluo haud secus, quam oliua speciosa in campis plantata olei liquore: & ut platanus creascit in sublime iuxta aquam in plateis sic ego in omnibus per mortalis vitae fluxam instabilitatem decurrentibus celsissima existo. Et instar cinnamomi & balsami gratissimum spirantium odorem, suavissimam reddidi famam & opinionem virtutum omnium cunctis imitari volentibus, ita ut nemo mihi similis sit in creaturis: quasi myrra electa & longe praestantissima dedi suauitatem odoris. Sicut enim bono odore confirmatur & exhilaratur cor hominis, ita memoria huius sacratissimae virginis ceu odor gratissimus mentis pius & corda Christianorum omnium mire confortat & iustificat, nec patitur perniciosam habere tristitiae nebulam quocumque pertinere potest. Ergo semper illius memores simus, ut diabolicum a nobis virus omne depellat.

EXEGESIS EVANGELII IN EADEM SOLENNITATE. Lucae X.

Mirabi

Gloria in caelis quanta praestita beatae mariae virgini: quam deipara.

Puritas B. mariae virginis: quam tanta fuerit.

Contemplatio beatae mariae virginis quam fuerit aeterna.

B

Maria virgo vii iure dicitur regina angelorum & hominum.

Ioan. 14



MIRABITUR fortassis quispiam, cur Euangelium istud hodierna die legatur, vbi tamen nulla fit mentio beatissimæ genetricis Dei, sed tantū describit res gestas in adibus Marthæ & Mariæ sororum Lazari. Fortassis etiam non deerunt, q̄ irridebāt nos hoc Euangelium lectitantes. Verū nō errat in hoc nec desipit Ecclesia catholica, doctorem & gubernatorem habens spiritum sanctum, cuius illustratiōe facile p̄spicit eandem historiam iuxta mysticā interpretationem cōuenientissime diuersis posse accommodari. Et quid quæso absurdū habet si matrem Dei castellum illud spiritaliter fuisse dicamus, in quod intrauit dominus Iesus, quādo p̄ certo est in illius virginem vterum nō solum ingressum eum fuisse, sed etiam inibi nouem mensibus demoratum? Aut qd̄ vetat Marthæ & Magdalene historiam de eadem purissima virgine intelligi, cū ea fuerit tam in contēplatione, quam actione, quæ hanc Martha, illā Magdalena expressit, absolutissima? Quæ etiā haud dubie partem optimam elegit, nunquam ab ea auferendam, contēplationē scilicet Dei per sp̄tiem, ad quam hodie puenit, secunda de sua immarcescibili corona & gloria. Cui nos dilectissimi p̄s mentibus & deuotis cordibus cōgratulari debemus, & contempta impudentissima hæreticorum audacia, qui hoc festum sacratissimum abrogasse feruntur, diem hunc festiuis gaudijs & synceris officijs celebrem ducere, vt eius apud Deum patrocina experiri mereamur. Videamus nunc ipsum Euangelium.

Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domū suam.

Castellū hoc qui intelligat

Castellum hoc Bethaniā fuisse constat, quo dñs pro amore Lazari & Marthæ ac Mariæ sororū eius & frequēter & libētissime deuere solebat, deferēs nimis humanitati illorū & officiosissimæ bñuolentiæ, qua tāto hospiti, ita vt par erat, p̄optissime ministrabāt. Et q̄ diuites erāt, nō poterāt grauari: eoq; libētius ad eos dñs se cōfere

bat, nō vtiq; toties eo venturus, si eis fisset oneri: vtpote q̄ id semp̄ summopere vitabat, ne quem grauaret. Nō enim erat in ciuili dñs aut inurbanus, quales sunt, qui se impudēter ingerunt, nec alias molestia afficere verentur. Ibat autem ad illos, vt eis cumularer ex liberalitate & beneficentia in ipsum collata meritū, non quasi ipse necessario indigeret. Qua enim re indigeret, cuius erāt omnia? Quod autē Martha illum excepisse dicitur in domum suam, fortassis ideo factum est, qd̄ illa senior esset, aut fortæ proprie domus illius esset domina, & moderatrix. Dicunt em̄ largissimas habuisse possessiones. Excepit autem dominum, non ipsa tantum, sed & Maria & Lazarus summo cum reuerentia, & omni studio humanitatis, nihil ambigentes, qui suum & omnium creatorem reciperent. Et quis non tali actanto hospiti promptissima alacritate occurreret? Verum cum ille dicat, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, cur tam pauci hodie pauperes tecto recipiunt, & ad prandium inuitant? Vtiq; non mentitur veritas, qui se in paupibus recipi ait. Sed non amant tales, aut tepide valde amant Christum: quamobrem nō curāt eum recipere in domos suas. Quod idcirco dixerim, quod possint forsitan hoīes sibi blandiri, quod libenter & ipsi exciperēt Christum, si ad huc in terris degeret. Sed mentiunt, q̄ pauperes negligunt. Nō em̄ denegatū est hoībus etiam hodie Christū pascere. Et licet abiecta, & vilis sit p̄sona pauperum, in q̄bus se pasci ait, tñ non est minus meritum, q̄ si Christus ipse pascatur. Imo contigit sæpe, vt q̄ pauperes se tecto recipisse putarāt, ipsum Dei filiū reuera suscepint. Sed his frigidis tēporibus charitas oīs misere refrixit. Martha autē excepit dñm in domū suā. Vide quātū se p̄pter nos abiecerit rex & dñs angelorum & hoīm, vt aliena voluerit liberalitate sustentari. Nō em̄ habebat opes vnde viueret, sed ex priorum hominum elemosinis se suosq; discipulos sustentabat. Quare hoc, nisi vt sua inopia nos ditaret: vt iua rerū oīa penuria ad amissas cœli diuitias nos reduceret: vt denique suo exemplo nos doceret mundi facultates contemnere, vtpote quæ sæpe animos nostros ab amore futurorum abducant, & solis æternis cœlestibus inhiare bonis? Itaque non sunt contemnendi qui relinquunt omnia

Matth. 23

D

Christus quā in suis palat pauperū

Elemosinarius Christus propter nos factus sit

Monasticā vīrā eligentes & sibi sapienter p̄cipiunt

omnia & monasticam amplectuntur vitā, vbi nemo dicit aliquid suum sed sunt eis omnia communia, nō ad voluptatem sed necessitatem. Habent enim huius rei exemplum in ipso Christo, quem qui sequitur non ambulat in tenebris, nec vnquam errare potest. Sequitur.

Lucæ 9 Ioan. 12

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiā sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius.

Basiliius

Libet hoc loco sc̄tissimi ac eruditissimi Pontificis Basilii Magni dicta referre, quibus huius Euangelij sensa interpretatur. Is ergo capite secūdo constitutionū monasticarū, ait in hæc verba: Martha q̄dem hospitiū dominum suscepit: ad eius vero pedes assidet Maria. Laudandū sane in vtraq; sorore studiū. Ceterū res distinguo. Nā Martha ipsa in ministerio occupata, ea parabat, q̄ hospitis corpori erāt futura necessaria, contra Maria cū ad pedes illius assideret, audiendis quæ dicebantur vacabat. Sic altera dñi partē illam quæ tangi aspectu poterat, respiciebat: altera partē illi, quæ occulta cerni nō poterat, consulebat. Vere em̄ q̄ aderat, is & homo erat & Deus, idē dñs ambæ mulierū studiū approbat. At Martha cū labore nimio delassaret, dñm rogabat, vt ad se in suscepto opere adiuuādam, sororē vellet adhortari. Dic em̄ illi tu inq̄, vt surgēs simul mecum ministret. Cui dñs: Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnū est necessariū. Maria autē optimam partē elegit, quæ nō auferret ab ea. Neq; em̄ ea fuit causa, quāobrem huc veniremus, vt in terris supini recumberemus, neq; vt ventrē expleremus: sed ob eā rē hic sumus, vt pascamus vos verbo veritatis, & mysteriorū contēplatione. Ita dñs neq; illā ab suscepto ministerio est dehortatus, & huic laudē tribuit, qd̄ quæ diceret, attentius ascoltaret. Agedum igit per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci animaduertito: Vnum quidē inferioris notæ, nempe qd̄ in crassioribus se obeundis vitæ huius muneribus occuparit: quanquam ipsum quoque mirifice cōmodum est: alterum nobilius, & cum spiritu magis coniunctum, nimis quod sese ad arcanas res contēplandas altius extulerit. Hæc tu, qui audis, spiritui conuenienter interpretare, & vtriusvis magis placuerit

Sorores duas, duas expresse vitas

deligito. Et si ministrare vis, in noīe Christi ministrato. Ipse em̄ dixit: Quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Nam siue hospites recipis, siue mendicos reficis, siue dolentiū misericordia commoueris, siue necessitate aliqua calamitateve oppressos auxiliari manu subleuas, siue aduersa valetudine laborantibus in seruis, omnia isthæc officia p̄inde Christus habet, ac si in ipsum proprie conferrētur. Quod si manus Mariam imitari, quæ spreto corporeis obsequio, altius ad rerum diuinarum contēplationem ascendit, corporis curam abiectio, apparatus etiam epularum & obsequiorū asp̄nator, & ad dñi pedes assideto, & quæ ille dicat ascoltato, vt arcanorū diuinitatis particeps efficiare. Si quidem officijs n̄s, quæ torpori impenduntur, potior est dogmatum Christi contēplatio. Hæc Basiliius. Pulchre autē dicit Euangelista sedisse Mariam secus pedes dñi Iesu: duo vna sentētia expr̄mēs, quietē scilicet & humilitatem, quæ maxime sunt contēplationi necessaria. Aristotelis sententia est animam sedendo & quiescendo sapientem fieri. Maria ergo vt esset attentior, sessum se recepit: vt esset capaxior, non ad latus, sed ad pedes domini resedit, in altero audiendi sedulitatem, in altero modestiam præ se ferens. Fecit quod per prophetam dominus commendarat, dicens iuxta versionem antiquam: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietem & humilem. Vt enim pluuiarum vnda copiosior ad vallium ima confluit, ita gratia spiritus sancti mentibus humilitate submissis largissima illabitur. Sed quid quæso agebat Maria sedens secus pedes domini? nū prorsus inani vacabat otio? Minime. Non est enim otiosus amor Dei. Audiebat, inq̄t Euangelista verbū illius. Dicebat cū p̄pheta: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Audiebat verbum domini Iesu, qui erat ipsum patris verbum: audiebat Dei sapientiam, audiebat verbum vitæ æternæ. Dicebat secum in corde suo. Quam dulcia eloquia tua super mel ori meo. Mihi autem adhærere Deo bonum est: nec est æquum relinquere me verbum Dei, & ministrare mensæ. Habeo hic pascentem omnia, qui dat iumentis escam illorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, qui pascit volucres cœli, pisces maris, & pecora cāpi: & ego illo relicto cibus p̄parandis animam me

Matth. 25 Officia q̄ nam pietate christo in suis mēbris exhibentur

Aristotel. Ad pedes sedisse dñi cur dicta sit maria

Esaias 66

Gregori⁹

Psal. 84 Sedendo quid maria audiebat. Psal. 118 Psal. 78

Acto. 6 Psal. 146 Matth. 6

mum meum distrahi patiar: Non faciam: & puto sic esse voluntatem illius, cuius mihi verbum auditu suauissimum iuxta ac vtilissimum est. Et nos dilectissimi non sic sumus rebus familiaribus dediti, quo minus confluamus ad audiendum verbum Dei. Dum dies est, dum adhuc licet, libenter auscultemus verbum Dei: utque id cum fructu possimus, sedeamus, id est, animi curas, sollicitudines, distractiones, perturbationes interim seponamus, & tota mente sumus intenti ad percipienda ea quae concionatoris ore promunt, simulque voluntatem accommodemus ad agenda & omittenda quaecumque didicerimus diuinae legi aut esse consentanea, aut ab ea discrepantia. Sedeamus, inquam, id est, omnes corporis in honestos motus vitemus, sumusque moribus & animis compositi, & auribus ac cordibus erecti ad percipienda verba salutis. Non faciemus hac in parte vllam ree temporarium iacturam. Primum quaerite regnum Dei & iustitiam eius, ait dominus, & haec omnia adicientur vobis. Vae autem illis, qui aut nunquam, aut non nisi summo cum fastidio sacris intersunt concionibus: & maxime vae illis, qui ipso concionis aut diuini officij tempore in sacris rebus vltro citroque obambulant, aliorum studium & attentionem impediunt garrulitate sua & impijs confabulationibus, quae sane digni essent ab omnibus summa seueritate & zelo ex templis eijci ac exturbari, tanquam membra & organa spirituum tartaricorum.

Martha autem saragebat circa frequens ministerium.

Multi venerunt cum domino, quos omnes ut honorifice tractaret Martha, praeparabat multa, sed maiori animi anxietate & cura, quam res postulare. Multa animo disponebat, multisque apparandis intenta erat, & interim ab ipso Dei verbo sese elongabat. Quanto enim animus sese latius in haec externa effundit, tanto fit a Deo remotior: qui cum sit vnus, cordis vnitatem diligit, & inhabitat, fugit multitudinem. Vnde dicitur in Psalmo: Loquetur dominus pacem in eos qui conuertuntur ad cor. Tamen non reprehendimus Martha sanctissimam occupationem sed nimia sollicitudo forsitan reprehendi potest. Vnde scribit Doctor quidem valde venerabilis: Sicut externae actiones & opera in scriptis diuinis magnopere com-

mendantur, ita sollicitudo cordis vituperatur. Ergo quamuis Martha ministerium sanctum fuit, tamen non est aequale laudatum a domino, ut sororis otium, quia externum erat & in multa distractum, quod fere semper animum a Deo magis ac magis efficit alienum, cum non possit quis simul duobus seruire dominis, creaturis & creatori, ut vtrisque satis faciat, Nam est seruendum est proximo ex charitate, tamen semper animum ad vnum referendus est, nempe ad Deum, ut omnia propter illum fiant, nihilque in multitudine ipsa obsequiorum spectetur aliud quam Deus. Porro distractio omnis, qua mens a deo ad creaturas rapitur deuittetur. Vbi enim animi oculus alio quam in Deum intenditur non potest culpa vitari, quandoquidem ab ultimo totius vitae nostro scopo aberratur.

Quaerit & ait: Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare: dic ergo illi ut me adiuuet.

Primo hic aduertendum est, querelas istas Martha erga sororem non inuiditiae aut impatientiae, sed amoris esse. In tantum enim Martha diligebat dominum, ut omnino dignum putaret sororem vna ad res necessarias praeparandas incumbere debere. Aberat ab illa domo virus inuiditiae, totiusque malitiae amaritudo, nec nisi charitas & pietas dominabatur: ne quis carnalis & imperfectus verba haec ex suo animo metuens putet Martham vitiosa perturbatione incitatam, aduersus sororem suam ea protulisse. Dolebat domino non proficere omne humanitatis officium, sororemque ad pedes illius residentem timebat non satis facere tanto hospiti, neque digna illum excipere reuerentia. Defert ergo pijs querimonias non ad quoslibet e familia, vel extraneos, qui potuissent rem sine streptu interpretari, sed ad ipsum dominum, quem sciebat non nisi iustissime iudicaturum. Nec ipsa in sororem ausa est promulgare sententiam, quod male otiosa foret, sed totum commisit domini iudicio, ut si ille eam negligentem nosset, iuberet ad opus surgere: sin aliter, ipsam excusaret. Solent homines mechanici & qui de manuum opere victitant Clericos & monachos otij infumulare, quod non quaerant sibi victum su-

dore vultus sui. Sed potius malitia aut inuidetia, quam ratione mouentur. Quid enim ad eos attinet, si clerus viuat ex aliorum beneficentia, quando multi nobiles & diuites mercatores de suis opibus absque vlllo labore victitant: Clerici & monachi nocte & die praecantur Deum, pro populo, pro Ecclesia & pro omnibus: ministrant populo verbum Dei & Sacramenta, & non licebit eis ex elemosynis pioque viuere. Si nos vobis seminauimus spiritualia, ait Apostolus, magnum est si vestra carnalia metamus. Multa sunt & diuersissima Ecclesiae membra & tamen alia pro alijs sollicita sunt. Mechanici, rustici, mercatores parant & conuehant omnibus necessaria: Principes & nobiles & magistratus iustitiam tuentur ac subditos protegent: Clerici & monachi pro omnium salute Deum nocte ac die precantur. Ita sunt diuersae hominum functiones nec debet omnium eadem esse conditio. Faciat vnusquisque ad quod se obligatum nouit, & tranquillus erit Reipublicae status. Tollant laici inuiditiae pestem ab animo suo, & desinent male sentire de clericis. Quod si quae sunt vitia in clero, cogitent etiam se suis non carere vitijs, nec iudicent temere, quorum beneficijs & corporalibus & spiritualibus saepe non minimum iuuantur.

Et respondens, dixit illi dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.

Ex his domini verbis apparet Martham plus satis sollicitam & occupatam fuisse. Habebat hoc temporalium rerum administratio, ut animum lacerat & distrahat in multa: vnde sepe numero accidit, ut etiam boni homines quamuis sanctis & licitis terrenarum rerum occupationibus impliciti, facile turbentur & moveant, utpote qui non satis animi compotes sint, propter negociorum secularium multitudinem & importunitatem. O felices igitur, qui quo ad possunt, paucissimis sese admiscunt curis temporarijs, Habentes victum & vestitum, ait Apostolus, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem diaboli. Quare hoc: Quia scilicet in multa distracti, facile ad animi arcem impugnantem diabolo aditum patefaciunt. Sed dicat aliquis: Num ergo abijcienda sunt misericordiae opera? Minime sane: sed modis omnibus sunt exercenda: tamen cauendum ne animus plus satis occupa-

tur, sed sit liber & semper intentus in vnum, nempe Deum, quem solum pure spectet & contempletur in omnibus quibus gratificat & benefacit. Nec vnquam ita sit circa actionem occupatus, ut Deum & diuina negligat. Poterat fortassis Martha minori negotio domino seruasse atque illum verba salutis suo more referentem auscultasse, & tamen ad parandos cibos corporis relicto animo pabulo sese totam effudit. Hoc plane cauendum est in officijs misericordiae & charitatis, quae erga proximos praestant, ut ne propter illa animas nostras nimium negligamus. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat? Ergo quoad fieri potest, in ipsa piarum actionum necessaria occupatione & distractiua multitudine vitanda est nimia sollicitudo & mentis perturbatio, ut fiant omnia tranquillo & in vnum intento animo, ac deinde cuncta Deo committantur, nec vnquam propriae salus animae penitus postponatur. Ita seruias proximis, ut Deum & teipsum non negligas.

Porro vnum est necessarium.

Ab vno omnia ceperunt, & omnia tendunt ad vnum. Deus omnipotens fons est & origo omnium, idem ipse, & finis omnium. Ipse est enim alpha & omega: ipse fons & clauis omnia quae sunt, fuerunt, quaeque post futura sunt per aeterna secula. Ipse ergo est vnum necessarium. Hoc vnum quisquis non spectat in occupationibus suis circa multa, perdit laborem suum, quia obliquus est animus illius, nec recta fertur ad scopum. Hoc vnum si in omnibus illis, quae cogitant, ducunt, agunt & omittunt homines simplici corde spectarent, eoque se & sua omnia referrent, felicissimi forent. Sed si totam hominum viuendum summam colligas in vnum, vix paucos ex omnibus inuenies, qui animi intentione ferantur in Deum. Tanta est caecitas hominum. Alius haec alius illa aucupatur, & plerique omnes in multa dispersi sunt, & vna ipsi multiplices, instabiles, & miseri fiunt, prout res, quibus dediti sunt, sese habent: paucissimi in vnum Deum diriguntur. O homo attende excellentiam conditionis tuae. Quicquid amas rerum visibilibus, longe est infra dignitatem tuam. Si amet rex vile prostibulum, commune omnibus, despicitur ab omnibus: ita tu dum vilia haec & misera

sectaris,

Verbum dei quanto studio audierum.

math. 6

In eos qui sub sacris concionibus obambulant, p. ad eas facras aliorum studium perturbant

Animus hominis quando a Deo se remouet Psal. 84

Ioan. Ruf. brochius. Sollicitudo quoniam reprehensibilis fit

Clericorum & monachorum opus quod nam fore debet

Math. 6

1 Cor. 9 Membra ecclesiae quae sunt diuersa

Querelae p. ut hinc hinc Martha

Rerum temporalium administratio ut necessario animi lacerat

1 Tim. 6

G

Misericordiae opera quoniam excruciantur

Luc. 9

H vnum quod necessarium

Omnia vitia ad vnum referenda sunt

sectaris, auersus ab vno summo bono, Deo Opt. Max. dæmonibus cunctis ludibrio es. Nec dissimilis es pueris nondum ratione vrentibus qui maximis thesauris vilia poma charius amplectunt. Sed si vis bene consultum tibi, postposita labentium creaturarum varia & lubrica multiplicitate, animi obtutus in vnum Deum tuum intende. Illuc tota feratur mentis tua intentio, vbi est verissima vnitas & tranquillissimum otium, vbi infinita creaturarum multitudo non nisi vnum est.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Hæc de vita contemplatiõ dedita exponuntur, quæ pars optima est, & hic incipit, porro in vita a terna semp pseuerat & pfectitur. Dicamus hic pauca de actiua & contemplatiua vita: id enim Euangelij mysticus sensus exigere videtur. Actiua vita non solum in corpore sita est, vt vacemus operibus misericordie sed etiam vt vitia extirpemus, passiones animæ reformemus, sensitiuam portionem rationi, & totum exteriorẽ hoicem interiori subijciamus: vt moralibus obtinendis virtutibus operamur, vt in meditando illis quæ deus Iesus propter nos assumere, agere & pati dignatus est, seculo versemur, vt in omnibus semper conueniatur obedire mandatis dei & Ecclesie catholice, vt in opibus bonis, in bonis moribus, & in exercitijs actiue vitæ nos exercitemus, idque pure ad honorem & propter voluntatem Dei, & salutem proximorum, exclusa omni vitiosa & obliqua intentione. Atque ante omnia necesse est vt per veram contritionem, puram confessionem, dignam satisfactionem siue dignos poenitentia fructus studeamus nos a præteritis culpis reformare, & sollicite vigilare aduersus tentationes diabolicas, & cordis puritati nauare operam. Curandum est etiam, vt propriam discamus frangere voluntatem in omnibus, vt superfluas & inordinatas corporis delicias proculcemos, vt pacem & gaudium in solo Deo quaeramus, vt aduersa libenter feramus, vt ab omnibus despici cupiamus. In his atque id genus alijs quibus quis serio ac studiose sese excitarit, quandoque ad contemplatiuam pertinet vitam, quæ est reuera dulcissima & felicissima, cui non possunt vitæ huius mundi delicia comparari: quæ tamen hodie non solum apud vulgus, sed etiam viros literatos, & Eccle-

siasticos vsque adeo neglecta iacet, vt paucissimi sint, qui aliquam illius saltem notitiam, nedum experientiam, habeant. Bafylus Magnus contemplationem dicit esse cordis illuminationem, apothecam spiritus sancti, mentis iucunditatem, hortum deliciarum, paradysum amoenæ suauitatis, lucem & pacem serenæ tranquillitatis. Origines eam vocat cellam omnium charismatum plenitudine repletam. De qua si quis plura nosse velit, legat scripta D. Ioannis Rusbrochij, D. Ioannis Tauleri, Henrici Harpij, Dionysij Carthusiani de contemplatione & alios plures. Multa hinc in populo tractare vix consilijs est, quandoquidem illius capaces non sunt: imo nemo quauis doctus capax est, nisi scientia illius cum profunda humilitate & seruenti charitate coniuncta sit. Denique hanc partem optimam elegit virgo sacratissima Maria in qua quam fuerit excellentissimus, nulla lingua explicare, imo nulla mens capere sufficit. Sicut enim dono sapientia excellentissime prædita erat, ita contemplatione omnes longissime superabat: estque hæc indubitata multorum persuasio, vsque ad contemplandam diuinam essentiam perspicuam, sapientiam raptam eam fuisse etiam in hac vita. Neque hoc mirum, quoniam id Moyse & Paulo contigisse legimus. Nec vllum in se uel tenuissimam habebat culpam impedimentum, quo minus posset ferri in Deum per contemplationem assiduam & admirabilem, aliorum contemplationem longe excedentem. Rogemus ergo etiam charissimi, vt impetret nobis a filio suo gratiam spiritus sancti, qua & agnoscamus, quæ salutis magis vicina, & deo gratiora sunt, & agnita eligamus, & deinde firmiter retineamus. Non nos detineat amor rerum præsentium, quæ sine intermissione præterfluunt, nec nobiscum permanere possunt: sed simus dediti Deo & rebus diuinis, eaque nobis potissimum cordi sint semper, quæ nemo possit auferre a nobis. Quod si necdum idonei sumus optimam contemplationis partem eligere cum Maria, fideliter actiue vitæ partes exequamur cum Martha: simus prius in proximos, & quicquid in nobis Deo displicet, mortificemus: Ita quoniam pueniemus ad partem optimam nunquam nobis neque vi, neque fraude cuiusquam eripendam.

SERMO I. IN EADEM solennitate. Quod beatam virginem amare venerarique debeamus, eiusque

Bafylus Vita core platiu comia

Origines Vita core platiu re centioris seculi qui fuerint excellen res

Mariam ter christi uti opti mam sibi partem de legerit

Exod. 19 1. Cor. 12

Interiori ai ut in Deo vnice dirigenda in cunctis actionibus.

Vita actiua quæ necessaria requiritur

Vita actiua quæ necessaria requiritur

Vita core platiu dulcissima aliis in se qui nam ab oibus pene negligat

iussu exemplo optima quæque virtutum deligere.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Luca decimo. Charissimi fratres, nonne insipientia arguendus est vehementer, quisquis eligendi optione sibi data non optima quæque, sed aut parum bona, aut etiam male elegit: Et nos prope modum in sumus, quibus optima eligendi data est copia, nec copia nobis tantum est data, sed vocati sumus etiam & iussi optima eligere, vt simus perfecti, sicut est pater noster perfectus, qui in cælis est. Iam videat vnusquisque quid eligat, quid quaerat, an optimum, ne dicam bonum, ne dicam malum sit. In externis morari occupationibus, toto die (idque non ex obedientia & sine fructu charitatis fraternæ) fere fabulari, nugari, & ad hæc occasiones quaerere, de fratrum conuersatione, non charitate, sed inuidia stimulante, inuestigare, de seculi rumoribus scrutari, obloqui, murmurare; perperamque iudicare, nocturnos & clandestinos conuentus agere, instituta spiritus sancti contemnere, vetita transgredi, quæro an monacho, an eremita digna sint, an optima vocanda: Verum non ab accusatiõ sermo noster sumere deberet exordium, nisi doctor vrgeret me præueniens, quod ad transgressiones quidam nati, & nescio a quo ad monasteria missi, & suas & aliorum animas seducunt. Video multos inter vos bonos, sed sunt reuera etiam nonnulli quos luge re habeo, licet exhortatiões quas facimus, hi aut ad se pertinere non arbitrentur, aut ad sui persecutionem existiment dictum: persequimur certe peccata eorum & vitia, quæ ipsimet plequi deberent, sed diligimus eos quos tantopere curamus fore bonos. Maria optimam partem elegit, optimam partem elegit in quouis viuendi genere: nam non vnũ duntaxat viuendi statum tenuit, quippe cui: scilicet viuendique status neque modus de fuit vllus. Habuit enim statum virginalem, conjugalem & vidualem, in quorum quolibet exemplar atque speculum se virtutum præbuit, fuit præterea in ea status angelorum, apostolorum, martyrum, confessorum atque virginum, vt in quocumque quæ esset statu, in Mariam respicere, ac sibi in ea emendationis

Matth. 5

Optimam partem vel in quouis viuendi genere elegit maria

posset vitæ sumere normam. Vnde non incongrue ei Ecclesiastici illud tribuit dicentis: In omni terra steti, & in populo, & in omni gente primatum habui. Et verissimum est illud Bernardi, Merito o virgo benedicta, de te plenitudo gratia prædicat, quia non defuit tibi fides patriarcharum, spes prophetarum, charitas apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, castitas virginum, fecunditas conjugatorum, puritas angelorum, denique plenitudo diuinitatis.

Ipsa elegit optimam partem, non vni tantum sed omnibus, & charitas beneficiorum suum suum expandens, vt nemo sit qui misericordiam & benignitatem eius non sit particeps, teste diuo Bernardo dicente: Maria finem aperit vniuersis, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiui redemptionem, æger recreationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, angelus lætitiã, filius Dei carnis substantiam, deique tota trinitas gloriam. Et iterum: Maria stat in publico omnibus se offerens, clamans ad omnes: Venite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini. Et iterum: Sileat misericordiam tuam virgo beata, qui eam in suis necessitatibus inuocatum non senserit sibi adfuisse. Ipsa optimam partem elegit, quæ in singulis virtutibus, in singulis donis ac gratijs Dei excellentiam obtinet & principatum, vt potestior cunctis, sanctior vniuersis. Quis enumerare sufficiat quantum in quouislibet virtutibus præmineat singularis, quomodo omnis decor, omnis honestas, omnis dignitas, omnis gratia, omnis excellentia in ea præfulgeat, & hoc in supremo gradu sanctitatis: quandoquidem Deus eam tantam fecit, ornavit, honorauit, gratijs impleuit, potestate & gloria in cælis coronauit, vt in puro homine, hoc est, in ea, bonitatis suæ diuitias, abyssum largitatis, beneficentia suæ summationem, potestatem (vt sic loquar) suæ terminum, atque naturæ miraculum ostenderet, in omnibus illustrissimam atque præclarissimam eam faciens, vt pote tantam, quantum puram creaturam ipse facere aut quanta fieri illa potuit. Hanc ob rem vt cernimus vniuersa Ecclesia ei laudes, præconia, honores, officia deuotionis atque venerationem quanto potest studio tribuit. Vocat eam reginam misericordiam, matrem gratia aduocatam nostram spem, vitam & dulcedinem nostram, paradisi portam, cæli fenestram, & si qua huiusmodi laudum hono-

Eccle. 24

Bernardus

Sicut charitatis apud Maria vniuersis Bernardus

Idem

Eccle. 24

Excellentia Mariae in singulis virtutibus, donis ac gratijs quoniam

Cum meritis ab ecclesia honoratur ac inuocatur mater dei maria

risq; alia sunt nomina magna eidem pieta-
te tribuens adscribit. Quæ tametsi hæreti-
cis vehementer displiceant, & sub specie
mulatiõis quasi pro Christo zelantes (quæ
tamen interim operibus facinorosis impu-
denter, insigniterq; blasphemant) calum-
niantur nimirum tribui creaturæ, idque de-
rogari Deo, quasi adeo nos simus stupidi,
vt citra discrimen vel Christum, vel eius ma-
trem vocemus, aut aduocatam, aut salutem
nostram, tamen rumpatur licet illa eis, co-
guntur nos illam venerantes sustinere. Sci-
unt pñ omnes à Christo, & p Christum so-
lum nobis operatam, sperandamq; salutem.

Salutē no-
stram quō
vocemus
Christum
& quōmodo
eius ma-
trem

M Porro nō ignoramus pariter ad hu-
ius assecutionem, quam varia dederit no-
bis subsidia, potissime autem suam ma-
trem quæ pro nobis loquatur coram se bo-
na, quā propter ipsum, id est, propter Chri-
stum venerantes, mittamus ad eundem &
precibus humilibus dona ac gratiam diui-
nam per eam impetremus. Ipse namq; eam
teu thesaurariam suæ gratiæ cōstituens p-
eandē vult nos recipere, quæ petimus (licet
ipse det & p seipsum dare possit) quōd p ele-
mosynarium à rege constitutū, mendici e-
geniq; subsidia recipiunt. Quare & à men-
dicis inuocationes, honores & gratiarum
actiones recipiunt elemosynarij, licet tam
ipsi, quam ij qui ab eis beneficia recipiunt
non ignorarent omnia à rege hæc eadem
sibi donari, nec elemosynarios aliud esse
agere, quam ministeriū ac officium suū,
simulq; commiserantis fauentisq; impar-
ti animū, qd vitimum egeni potissime que-
runt, q sibi vberius, misericordiusq; etiam
ex distribuētis beneuolētia subueniat. Si-
nant igit hæretici vt vel hoc modo laudes
inuocationesq; Dei matri tribuamus, qñ
nos pmittimus eis vt suas amicas quas in
delitijs habent, ne dicam vilissima scorta,
vocent suas coronas, suum amorē, sua cor-
da, sua bafia ac suauia, dimidiumq; si infe-
ris placet, animæ suæ, atque vt nos quoq;
aliquid adijciamus, suas furias, suum infer-
num.

Thesaura-
riam Dei
esse Mari-
am

Laudes &
inuocatio-
nes qmo-
do Dei ma-
tri tribuat
Ecclesia

N Matrem à
nobis esse
diligen-
dam ac ho-
noran-
dam

moueat, & quæcunq; salutis sunt vobis ne-
cessaria, vbertim obtineat. Neminem legi-
mus sanctissimorum, qui Mariæ singula-
ris non fuerit, aut venerator, aut cultor de-
notus. Neminem item legimus, aut vidi-
mus beatissimæ Mariæ deuotum, neminē
audiuimus eius amatorem, qui non gratiā
singularem à Deo obtinuerit perfectiõis.
Vos charissimi, præter deuotionis officia
eiusq; sanctitatis amorem ad eius accingi-
mini imitationem, vt quomodo ipsa in om-
nibus optimam elegit partem, ita vos quo-
que nondum vos arbitremini aliquid cō-
prehendisse, quin potius extendatis vos
semper in anteriora perfectioraq; salutis.
Enitamini semper ad optima quæque.

Deuoti
marie col-
tores quā
ram obit-
neant gra-
tiam à deo

Phil.
Hebræ.

Anari quā
eis labori-
bus cōpa-
rent sibi
damnatio-
nem æter-
nam

Amicitia
Dei mis-
eretur post
laboribus
q infernū.

Mors ama-
torū q sic
luculenta

Contempto-
res seculi
q sine fili-
is
Marth. 5
1. Tim. 6

Vidētis ad mundi diuites & auaros non fa-
tari diuitijs: quascunq; exaggerauerint o-
pes, desiderijs eorum satisfieri non potest:
sed pro maioribus semper habendis & cu-
ras, & labores suscipiunt, vigilias anxias,
& noctes ducunt insomnes. Siccine o-
portet affligi corpus corda vestra, o filij
hominum pro fauoribus, pro honoribus,
pro diuitijsq; terrenis, vt egregie beatos fa-
ciatis vestros hæredes, eisdem illis curas
solicitudinesq; relinquentes? An sic mere-
ri oportebat Dei iram, eius gratiæ amissio-
nem, inferni ignem damnationemq; sem-
piternam? Minoribus multo laboribus &
& tranquillo corde Dei potuissetis compa-
rasse amicitiam, læti vixisse iuxta facies san-
ctorum, pacati, tranquilli, paucis conten-
ti, & post hanc vitam lætitiā obtinuisse sem-
piternam. O quam tristis erit separatio ani-
mæ vestræ à corpore, o quā luculenta mors,
si hoc modo cum amore seculi & vitæ hu-
ius ad finem peruenieritis, nihil habentes p-
ter peccata vestra vobiscum, quæ angēt, pre-
ment & deprimēt vos vsque in tartari a-
byssum. Quam felices ediuerso vos estis
charissimi, qui contemptis honoribus, vo-
luptatibus, luxu, fastuq; grandi, pauperes
spiritu, hoc est, habentes victum & vestimē-
ta, n̄sque non plura desiderantes viuistis,
Deo in tranquillitate seruientes, felices in
vita, feliciores in morte. Veruntamen char-
rissimi fratres, quantumuis in felici sitis
statu, nolite quamdiu viuistis, vobis felices
videri. Deo pro tam multis donis vobis
agite gratias collatis, veruntamen interea
ex vestris vos negligentijs, ex vestra ingra-
titudine vos ipsos accusate, humiliate, flete,
& nouū q̄tidie ppositum, nouū vobis cor-
rigen

Optima q̄
que virtu-
tum quō
cū B. ma-
ria nobis
eligenda
sint.
In dilecti-
one Dei &
proximi
q̄ sit pars
optima

Lucæ 6

In humili-
tate pars
optima q̄

Inpatientia
pars opti-
ma quæ

Obedientiæ
pars opti-
ma quæ

Castitatis
pars opti-
ma quæ

rigendæ vitæ feruorē restaurate. Eli-
gitē cū beatissima Maria partē in oibus o-
ptimam. Bona pars est Deum ita diligere,
vt mādāta eius absq; transgressione seruen-
tur. Melior est eius quoq; consilia Euange-
lica diligenter implere. Optima voluntatē
ac omnia eius beneplacita, perfecta sui a-
negatione obseruare. Simili circa dilectio-
nem proximi modo bona est pars proximi
naturæ iura seruare, facere illi quod si-
bi velit quisq; fieri, & quod sibi oderit eue-
nire, non facere proximo. Melior est om-
nia proximi, siue gaudium siue tristitiā in-
ducant, in animo tanquam sua sentire. O-
ptima est etiam odientes, persequentes ac
calumniantes diligere, eisdem benefacere,
eisdem compati, & pro eisdem orare. In hu-
militate bona pars est se non extollere, nō
superbire, non se proximis præferre, sed
suam vilitatē vere agnoscere, nec plusquā
congruit, de se sentire. Melior est seipsum
ex animo despicerē, ac propter agnitiōē
suæ vilitatis velle despici, ad sui contem-
tum neque irasci, neque tristari, sed potius
de honore erubescere, omnibusque quo-
modo sibi in veritate se cognitum esse desi-
derare. Optima pars, vt quamlibet pfectus
quamlibet illustrior cæteris, quibusuis eti-
am donis fortasse potioribus à Deo prædi-
tus, nihil sibi adscribat, nihil sibi vendicet,
nihil arroget sibi, sed cuncta in largitorē
pure refundat: solamq; vilitatem & mali-
tiam quam ex se habet, suā agnoscat, hanc
sibi tribuat. In virtute patientiæ bona est
pars se cohibere à verbis à signisque iræ,
ne foras erumpat quo impatientiæ at-
que iracundiæ vitium demonstret. Melior
est, continua pugna & renisu ita vim iræ co-
hibuisse, patientiæ assuetum esse, vt absque
perturbatione ac metu expectet aduersa, su-
scipiat fortiter, hilariterque ferat. Optima
pars est aduersa desiderare cū desunt, gau-
dere cū adsunt, totoq; corde vt Christo me-
reatur conformari pro se patienti, deside-
rare. Obedientiæ bona pars est transgres-
sionem cuiuscunq; præcepti cauere. Melior
mandata etiam ac voluntatem prælato-
rum non solum obseruare, sed etiam dili-
gere. Optima est nullam prorsus volunta-
tem propriam habere, sed semetipsum fun-
ditus abnegare. Castitatis bona pars est ab
omni illicito carnis actu & etiam tactu ca-
nere & abstinere, continentiam cū propo-
sito semper sic manendi obseruare, illiciti-

tos sensuum motus & verba carnalia pscin-
dere. Melior pars est, assiduitate repugnari
di iugi mortificatione carnisq; abstinentia
cum alijs bonis studijs orationum lectio-
numq; ita esse assuefactum, vt spiritui car-
nem subiectā habeat, rarius carnis stimu-
los sentiat. Optima pars est ita domasse car-
nem vt rarissime stimulos carnis sentiat, ita
induisse virtutem castitatis, vt ex animo il-
lam diligat, omniaque carnalitatē olen-
tia detestet & horreat. Nimis fratres charis-
simi siam prolixus, nimis onerosus timeo
inueniar, si in singulis hoc modo recense-
rem gradus virtutibus. Vos ipsi cogitate q̄
sit Dei in omnibus voluntas beneplacens
& perfecta. Vos ipsi non meliora tantum,
sed optima quæque (vt pote negociatores
Christi) vobis coaceruate, eaque omnia ne
à superbia inaniue gloria exufflentur pere-
antque vobis, ad eiusdem gloriam referatis,
qui est benedictus in secula, Amen.

Gala. 9

**SERMO II. IN EA-
dem Solennitate. Vt B. Maria Dei
genetrix bonis naturæ, gratiæ &
gloriæ itemque vitæ actiua,
contemplatiua & coele-
sti prædita fuerit.**



Maria optimā partē elegit, q̄ nō
auferet ab ea. Lucæ X. In Eccle-
siastici libro charissimi scriptū
legimus: Deus ab initio cōstitu-
it hominem, & dimisit eum in manū consi-
lij sui, id est arbitrij libertate & potestate:
posuit ante eum bonum & malū, vitam &
mortem: ad quodcunq; voluerit, extendit
manum suam. Enimvero gemina quædā
in homine propensio est: Altera sensualita-
tis, vel portio sensitiuæ ad malū concu-
piscentiæ & vitia quælibet: altera rationis
ad bonum virtutis. Itaq; si peccatum eli-
gat, mortem animæ ipse sibi asciscit. Si ve-
ro ad recte facta, & ad virtutes manum ex-
tendat eaque amplectatur, vitam vtique
gratiæ elegit. Porro triplicia inueniuntur
bona, quæ possit homo eligere & am-
plecti. Nēpe bona Naturæ, Gratiæ, & Glo-
riæ. Bona naturæ sunt, Nobilitas, Pulchri-
tudo, Fortitudo, Incolumitas: atque id ge-
nus alia. Quæ quidem eatenus homini bo-
na sunt, quatenus n̄sque bene vtiū. Sigdem
Dei dona sunt & opa. Bona Gratiæ sunt,
II ij mune

P
Eccle. 19

Duplex ve-
st in hoie
ppensio.

Bona na-
turæ q̄ sint
Bona gra-
tia q̄ sint.

munera spiritaliū charismatū, & tūpfectio-
nes q̄ sunt longe p̄tiora bonā: n̄sq; p̄diti
sunt angeli & homines sancti. Bona glo-
ria sunt in Deo & cum Deo, eaq; optima
& excellentissima sunt, nec desinant vnq;
nec deficiunt. Bona quidem naturę morte
tolluntur: Bona Gratia extinguit consen-
sus in peccatum mortiferū, quod est mors
animę. Atqui bona Gloria semel obten-
ta non amittuntur vnquam: si quidem non
possunt amplius peccare, qui ea adepti sunt
diuina virtute in bono confirmati. His
vero triplicibus bonis eximie ornata fuit
beata & gloriosa virgo Maria. Et quantū
quidem ad bonā naturę attinet, fuit gene-
re nobilissima, ex regio ac sacerdotali stem-
mate oriunda: fuit item corpore pulcherri-
ma prę cunctis feminis ac virginibus, ita
vt non immerito S. Ecclesia ad designan-
dam animę & corporis illius decorem cā-
tet de ea: Tota pulchra es amica mea, & ma-
cula non est in te. Idemque quicquid ad
splendorem & honestatē ac dignitatē spe-
ctat, p̄fectissime habuit virgo sacratissima.
Et tamen quanto hęc in ipsa fuere excellē-
tiora, tanto fuit humilior, sicq; illis omni-
bus vsa est, atq; ita semper in illis sese gessit
vt in cunctis Deo summe placeret. At ve-
ro bona gratia in ea mirifice enituerunt,
vt pote quę tanta gratia, charismatum di-
uinorum ac virtutum perfectione resplen-
duit, quanta potuerit pura creatura. Nam-
que eo ipso, quod est digna mater Dei, tā-
tę est excellentię, vt nequeat esse maior,
nisi sit ipsa Deus. Neq; tamen in his acqui-
euit, nec his contenta esse voluit quoad su-
peruixit in hoc exilio, maxime post filij in-
celos ascensionem, sed perpetuis ac anhe-
lis & ardentissimis flagrabat desiderijs, vt
acciperet bona gloria ipsi a filio tanquam
matri dulcissimę in cœlis pręparata, atq;
ita tota esset semperq; permaneret cū Deo
in vita sempiterna: quę nimirum illa est
pars optima quam hodierna die consecu-
ta est, quę nunquam auferetur ab ea cui-
us meminit Euāgelium huius diei, quod
licet secundum literam nō cōueniat virgi-
ni intemeratę, tñ iuxta sensū mysticū pul-
cherrime illi quadrat. Est enī triplex
quędā vita spiritalis puta, Actiua p̄ gra-
tiā informata, Contemplatiua Deo cōiun-
cta, Beata & fructiua in gloria sempiterna.
Prima ex his bona est, sed altera melior po-
tissima optima. Ipsa autē actiua vita colit &

exercet opibus & officijs charitatis ac mi-
sericordię tū corporalibus, tū spūalibus
quę pximis pręstantur p̄pter Deū: itidem
que actiōibus virtutū, & ceteris honestis
ac meritorijs studijs & laboribus, quorū tñ
finis Deus sit. Ita nimirū vitā illi actiua a-
gunt, q̄ infirmis, miseris, egenis inseruiūt
& gratificant causa Dei, q̄ vitiorū mortifica-
tioni & bonis opibus studiose incōbūt ob
amorē dei, certi, nō inanes futuros labores
suos, q̄s recta intentione pegerint, qñ dñs
Iesus etiā calicē aquę frigidę sui contēpla-
tione cui piā indigo porrigēt mercedē pol-
licetur. Huius actiue vitę, vt auctor D.
August. & S. Gregorius, typū gessit Mar-
tha, de qua tria quędā referunt in hodiernę
solennitatis Euangelio, q̄ eadē p̄fectissi-
me in matre dñi reperiunt. Primū est quod
Martha exceperit Iesum in domū suā. At
enī Euangelista: Intrauit Iesus in quiddam ca-
stellum, & mulier quędam & cetera. Ita
cum dominus Iesus intraret in hunc mun-
dum, excepit illum in domum pudici ac in-
temerati vteri sui virgo beata, nouemque
mensibus hospitem tantum in eadem do-
mo regia apud se retinuit ac enutrit. Quę
so cōsiderate hic dilectissimi, quantę san-
ctitatis, quantę puritatis, quantę dignita-
tis sit hęc reuerēda & bñdicta virgo, intra
cuius casta & integra viscera Deus Dei fili-
us, rex magnus & immensus tanto tempo-
ris spacio voluit commorari. Quamquam
maiores sane admirationē habet, inæsti-
mabilis bonitas & benignitas eiusdē dei
ac dñi nostri, qđ nō solū in illā purissimā
sacra vteri domum intrauit, sed etiā quo-
tidie quoties illū in sacramento accipimus
ad nos miseros & multis heu vitiorū spr-
dibus inquinatos & squalidos ingredi
non dedignatur, oblitus propemodum
maiestatis suę ob nimietatem suę erga
nos ineffabilis beneuolentię & amoris.
Et quidem totus ad nos ingreditur verus De-
us & homo, nō iam passibilis & mortalis,
qualis fuit in vtero virginis, sed omnino
impassibilis & immortalis: nec semel tñ
sed sp̄ssime ad nos venit. Vbi p̄fecto, si q̄s
in nobis sit sensus, merito nostrā plorare
debemus ingratitudinē, qđ tātā dñi nostri
erga nos charitatē nō attēdimus, nō digne
ponderamus: qđq; Deū & dñm nostrū,
q̄ creauit, q̄ redemit, qui pascit nos, & post
mortē iuxta merita nostra iudicabit nos,
sp̄pētā idigne, tā irreuerēter, tā ipura cō-
scien-

Actiua vi-
ta in opibus
sacris

Matth. 10
August.
Gregori'

Lucas 10

B. Maria
vtri exce-
perit chi-
stū in do-
mū suam

Bonitas
Dei erga
nos quā

Christum
vtri quis
recipiat in
domū suā

Bona glo-
ria q̄ sunt

B. virgo
maria vt
triplicib;
fuerit or-
natioris

Cant. 4

Lucas 10

Q
Triplex vi-
ta spirita-
lis quę sit

R
B. virgo q̄
officiose fi-
lio inser-
uit.

Chrs vt fi-
bi factum
putet quic
qd̄ proxi-
mis sit.

Matth. 25

S. Elizab.

Turbata q̄
fuerit B.
maria in
filij sui pas-
sione.

Mar. 26. 27
Mar. 14. 15
Luc. 22. 23
Ioan. 18. 19

scientia accipimus. Alterę qđ de S.
Martha legitur est, qđ satagebat circa fre-
quens ministeriū. Fecit idē multo p̄clarius
mater Dei. Ipsa nanque toto vitę spacio fi-
lio suo officiosissima deseruiuit, vt omittā,
quam fuerit sedula erga proximos. In filij
natiuitate functa est obstetricis officio, na-
tum puerulum pannis ipsa inuoluit, inuo-
lutum collocauit in pręsepio, lactauit va-
gientē, lachrymas exersit magno pietatis
affectu, portauit in Aegyptum, suis labori-
bus victū & sibi & illi parauit, deniq; qđ
superuixit filius qđqđ potuit vt ancilla do-
mino, vt mater filio, vt sponsa sponso prę-
stitit. Erit fortasse quispiam, qui se doleat
non posse itidem seruire filio Dei. Verum
nō est, cur id quē male habeat. Qui vult
potest etiam nū seruire illi, potest illi quę-
libet pietatis obsequia exhibere. Ipse enim
ait: Quodcunq; vni ex minimis meis feci-
stis, mihi fecistis. Verbum breue, sed non
negligenter pensandum. Atq; vitinā no-
stris bene esset affixum cordibus: certe nō
tam impatiētes essemus, nō tam inuiti fra-
tribus & pximis nostris seruiremus & con-
doleremus. Et quid orō possit esse tolera-
tu difficile aut molestum, si cogitemus quod
quid proximis facimus, id perinde accipe-
re dñm, ac eęque remunerari, ac sibi ipsi fa-
ctum sit: Quod qui sapius mente pertra-
ctant, non solum non grauitate, sed etiam
hilariter & cū magna deuotione seruiunt
proximo, contemplantes in hoīe personā
Christi, ac sibi plane psuadentes, quod nō
homini, sed Christo seruiant. Huius exem-
plum habemus in illa religiosa & admira-
bili vidua S. Elizabeth regina Hungarię:
quę cum leprosos laualet, & lectū illis ster-
neret, dicebat ancillis suis: O quā bene no-
biscum agitur, quod ita Christum tractare
nobis licet. Tertium quod de Martha
commemorat Euangelium est, quod fuit
solicita & turbata erga plurima. Et quis
possit vel cogitatione consequi, quantum
turbata fuerit virgo mater in illa tam ig-
nominiosa & acerba filij sui passione, quā
do eum audiuit a Iuda proditum, a militi-
bus captum & ligatum, ab omnibus disci-
pulis in manibus furentium hostium de-
relictum: quando vidit eum ludici exhibi-
tum, flagellis atrocissime cęsum, spinis co-
ronatum, ad mortem damnatū, graui cru-
cis pondere onustum, ad crucem clauis af-
fixum, deniq; tribus horis summo cū do-

lore in cruce pendentē, & animā exhalan-
tem: O q̄ libenter omnia pro illo perpeffa
fuisset, q̄ cupide vel cū ipso crucifigi se pas-
sa esset. Non tamen fuit vilo modo vitiose
turbata, sed acerrimi doloris cōfixa acule-
is, qui animę illius intimas fodiebant me-
dullas, & lōge atrocius diris eā cruciabant
vulneribus, q̄ villos vnquā martyres torfe-
rit sęua crudelitas & immanis sęuitia cru-
delium tyrannorū. Atq; hac in parte eti-
am nos illi vtrunq; conformare debemus,
dolēdo & quasi cōturbando nos ipsos, qđ
post tāta, tāq; multifaria diuinitus p̄cepta
bñficia adhuc tā ingrati sumus Deo, qđ pe-
ne cōtinue in multis illū offēdimus. Itēq;
affligere & velut cōturbare nos debemus
operibus p̄nitentię, & quibus caro crucie-
tur, atq; etiam dñicę passionis cōmemora-
tione, & fraternę necessitatis cōmiseratio-
ne ac cōdolentia. Et hęc quidem de actiua vi-
ta dicta sint satis. Porro, contēplati-
ua vita cor exigit purę, quietū, tranquillū,
& in q̄ vitiorū ac perturbationū tumultus
conspiti sint. Hęc vitā etiā vos colitis di-
lectissimi, qñ verbum Dei attentis cordis &
corporis auribus auditis vel legitis, qñ ad
miranda Dei opera pie consideratis, qđ tā
potēter cuncta fecerit ex nihilo, tā sapiēter
cuncta moderetur & regat, & tam benigne
conseruet: quando etiam dñi passionē gra-
tis mētibus reuoluitis, aut cœli gaudia, vel
cruciatu inferorū, vel propria p̄ctā cogita-
tis: itemq; dum pro virtutibus & pro gra-
tia Deū oratis. Hanc vitā B. Maria Ma-
gdalena designauit: de q̄ similiter tria ha-
bet Euangelium: quę longe sublimius ex-
ecuta est domina nostra semper virgo Ma-
ria. Primū, quod de Magdalena legitur, est
qđ sederit secus pedes dñi, & audierit ver-
bum illius. O quę capere possit, q̄tēs virgo
mater filij sui sermones dulcissimos atten-
tissimis auribus hauserit: Ab infantia vsq;
ad tricesimum annum semper illū pręsen-
tem habuit domi suę, nec dubium, quin
multa & maxima ab illo fidei sacramen-
ta didicerit, nulli vnquam alteri tam dilu-
cide patefacta. Nec tñ solū audiebat verbum
Dei incarnatum carnis ore sua dicta ex-
primentem, sed etiam verbum increatum
ac inspiratum intus in spiritu, ipsam mi-
rabiliter instruentem ac edocentem, non
voce carnis, sed spiritus aspiratione secre-
ta & interna. Et hac quidem ratione nun-
quam discedebat ab auscultatione verbi

Turbata q̄
fuerit de-
beat ob
sua p̄ctā.

S
Vita contē-
platiua qđ
exigat a
nobis.

Vita con-
tēplatiua
quā tria
a nobis re-
quirat.

Lucas 10

B. Maria
vtri audie-
rit verba
filij sui.

Dei, utpote pro nimia animi puritate & serenitate semper parata & apta suscipere lucis supernae micantes radios, ac instinctus spiritus sancti, quibus erudiebatur, vngebatur ac illustrabatur ultra quam cogitari queat. Alterum, quod de beata Maria Magdalena refertur est, quod sororem reliquerit solam ministrare. Exigit enim hoc vita contemplatiua, ut qui illius dulcedinem perfecte velit experiri, animum ab omnibus curis & sollicitudinibus abstrahat, atque affectum a rebus temporarijs auellat (quanto enim plus amantur temporalia, ut ait diuus Gregorius, tanto minus diligitur Deus) corque suum figat in amore Dei. Id praclare admōdum fecit virgo beatissima: quae semper quidem ab externis curis & sollicitudinibus sese abduxit, atq; ea ex causa etiam paupertatem amplexa est: maxime vero post domini ascensionem id egit, quando nec filium habuit, nec maritum, nec agrum, nec parentes, & caetera, quae illius animum occupare, aut a Deo auocare potuissent, sed vixit in aedibus sancti Ioannis, cui eam dominus a cruce commendarat, & alebatur elemosynis piorum: sicque continue operam dabat vitae contemplatiuae studijs, in quibus erat exercitatissima atque excellentissima. Interdum vero creditur p̄ amoris incitata affectu visitaſſe loca conuerſationis & passionis filij sui: sed ſap̄ius ſola in ſuis manens penetralibus, replebatur eximijſ & incomprehenſibilibus Dei conſolationibus & viſitationibus, adeo vt nunquam corde a Deo abſtracta ſit. Tertium denique, quod beatae Mariae Magdalenae tribuitur eſt, quod optimam partem elegerit: ideo quidem optimam, quia non auferretur ab ea. Actiua vita ſimul cum homine moriēte definit (Non enim erit vlla in caelis miſeria, cui miſericordiam oporteat impendi) Vita autem contemplatiua, cuius ſtudia ſunt mente ferri in Deum, Deum diligere, Deum laudare, Deum contemplari ac Deo frui, hic inchoat, & in caelis perficitur. Hic vero quid de matre Dei dicturi ſumus: Quis hac in parte illi poſſit comparari, utpote quae etiam Deum per eſſentiam viderit in hac vita, excellentius multo, quam alius aliquis? Nemō ſit tam ruſticus, vt id velit ſcripturae auctoritate probari. Non enim omnia ſcripta ſunt. Quod Moſi, quod Paulo contigit, non multo

magis tantae virgini contigisse putabimus. Negare poſſet Deus matri. & matri tam ſingulari, quod ſeruis praſtitit: itaq; ipſa pra omnibus perfectiſſime partem optimam elegit, & vehementiſſimis ac ardentiffimif inflammata deſiderijs, tota iam erat a mundo abſoluta, & tota in Deum recepta. Vere praclaram & omni venerationis ac amoris ſtudio proſequendam virginem, quae adhuc in terris poſita non terrenam, ſed plus quam angelicam ducebat vitam, nunquam vel tenuiſſimae culpae ſentiens maculam, ſed ſemper tota immaculata & pulchra tota, aeterni ſolis radijs ſemper expoſita, ſemper perfuſa, ſemper illuſtrata, vt illi faciliſimum fuerit per mentis exceſſum etiam rapi in Deum, & in dilecto ſuaiffima mentis obdormitione quieſcere.

Verum, vt quandoq; ab omnibus praſentis vitae miſeris abſolueretur, & ad beatam ac cotinuaam perueniret fruitionem, quam ſupra diximus tertiam eſſe vitam ſpiritualem, filius Dei miſiſſe illi creditur angelum Gabrielem, qui ipſi obitum eius ſignificaret. Collecti ſunt autem apoſtoli omnes, vt illi morienti inſignis ille chorus adeſſet, & matrem domini ex hoc mundo emigrantem mundi iudices & Eccleſiae principes honorifice proſequerentur. Vbi autem hora illa aduenit, qua ſpiritum exhalaret, totus illi feſtiuſ occurriſſe creditur dominus Ieſus amantiſſimus filius eius, cuius amore incomparabiliter ardebat, ſtipatus omnium beatorum angelorum, & animarum beatarum frequentia, qui omnes & ſinguli ita vt aequum erat, ſummo cum honore & reuerentia animam illam ſanctiſſimam in filij amplexus euolantem excipiebant, & vſq; ad thronum gloriae cum hymnis & canticis ineffabilibus deducebant. Cuius figura quaedam legitur in Regiſt. volumine, vbi Dauid ſcribit cu omni Iſraele luſiſſe coram dno in omnibus lignis fabriciſ, & citharis, & lyris, & tympanis, & ſiftri, & cymbaliſ, atq; adduſiſſe arcam Dei in ciuitatem Dauid cu gaudio, & in iubilo, & in clangore buccinae, habuiſſe q; ſecum choros ſeptē: atq; ita deniq; introduxiſſe arcam dñi & poſuiſſe eam in loco ſuo in medio tabernaculi, qd tetederat ei Dauid. Quae oia pulcherrime quadrat ad praſentis diei ſolenitatē, qua aſſumpta eſt virgo beata, quae tanq; a arca mana caeli pane ſcilicet veru, q de caelo deſcendit in ſuo vtero cotinuit, & ho-

Can. 4

T

Ad obitū matris dñi quae euenit.

Reg. 6

B. Maria vt ſit eue Dei.

Ioan. 6

Vita contemplatiua ut regat abſtractio nem metis a curis.

Vita B. Mariae poſt Chriſti aſcenſum q̄lis fuerit.

Ioan. 19

Vita contemplatiua q̄re pars optima dicatur.

B. Maria vt elegerit partē optimam.

Exodi 33 s. Cor. 11

nem quare in eadem parte in Feſto ſancti Matthiae Apoſtoli.

IN FESTO SANCTI Augustini Episcopi, Epistolam cum sua Paraphraſi, & Euangelij exegeſin Quare in Feſto Sancti Nicolai, videlicet in priori parte de Feſtiuitatibus Sancto- rum.

SERMO IN EODEM Feſto. Quae ad bonum & fidelem ſeruum Chriſti pertineant: & cur ſancti ſe permiferint honorari, quum adhuc in terris agerent.



Vge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam: intra in gaudiū domini tui, Matthaei vigeſimo qnto. De beatiffimo fratres chariſſimi, Eccleſiae Doctore Auguſtino iſt-

XVL

haec verba commode intelliguntur, qui pro admirabili ſanctitate ſua in egreſſu animae ſuae ex hoc mundo, a domino & laudari meruit & praemio coronari: non qualicunq; ſed immenſo & aeterno. Vtrunq; ſane glorioſum: commendari ab eo, cuius vnus probata laus eſt, & vera ſemper & ſancta ac beata, ac vnice expetenda. Hominum laus plerunq; fallax, incerta, adulatoria, quae neminem efficiat meliorem, ſed ſap̄ius multo deteriore. Porro, Dei laus ſolida eſt ac vera. Itaque vt Hieremias & Apoſtolus monent, qui gloria rivult, in domino gloriatur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Ab illo, inquam, comendari glorioſum, ab illo coronari feliciffimum eſt. Et quia oēs aſpiramus ad coronam & praemium & cupimus ſemper

A Laus cuius ſolida ſit.

Hierem. 1. Cor. 10

Coronam ſeruum quae nam pcedere debent, per

Bernard.

Mater Dei vt ſit matris noſtra.

Bernard.

& hodierna die vſque ad filij dexteram eleuata eſt. Voluit enim filius Dei iuxta ſe habere excellentiſſimam creaturam, id eſt, matrem ſuam: ſicut etiam doctores quidam aiunt ſingulis angelicis ſpiritibus ſingulos homines in caelos ſociandos eſſe. Porro eandem benediſtam virginem & matrem coronauit hodie Deus in reginam caeli, & dominam mundi, atq; creaturam oim imperatricem, ſpecialiter vero in matrem miſericordiae p miſeris pctōribus poenitere volētibus. Vt enim teſte D. Bernardo, Deus pater poſuit filium ſuum mediatorē inter ſe & mundum, quem etiam ideo voluit humanam ſumere naturam, vt homines conſidētius ad ipſum accederent: ita dominus Ieſus matrem ſuam voluit eſſe mediam inter ſe & homines, quae cor haberet miſericordiſſimum erga peccatores poenitere volētes, & ad ipſam confugientes, cui theſaurus gratiae & miſericordiae ſuae commiſit, ita vt nihil veit impartiri hoīb, ut ait D. Bernardus, niſi per manus matris benediſtae. Diuiſit enim cum ea regnum ſuum, & partibus iuſtitiae ſibi ſeruatis, illi miſericordiae dittonem tradidit, iuſtitiam quidem per ſeſe faciens, miſericordiam per matrem. Itaque dilectiſſimi confugiamus ad matrem gratiae & miſericordiae, vt nobis gratiam & miſericordiam conciliet. Id enim eſt officium illius. Certe libenter exaudiet nos, quia piſſima eſt, & diligit homines, pro quibus nouit filium ſuum fuſiſſe precioſum ſanguinem ſuum, cui eſt honor in ſecula ſeculorum, Amen.

IN FESTO D. BERNARDI Abbatis per omnia ſicut in Feſto diui Antonij, Require in priori parte de feſtiuitatibus Sancto- rum.

IN FESTO SANCTI Bartholomaei Apoſtoli, Epistolam cum ſua Paraphraſi quare in prima parte de Feſtiuitatibus Sancto- rum, in Feſto videlicet ſancti Thomae Apoſtoli. Euangelium cum ſua Exegeſi, & Sermo-

per esse in domini gloria, necesse est primum iussit in nobis bonitas & fidelitas. Si quidem in themate nostro primo loco hec virtutes commemorantur: deinde licebit certo sperare coronam. Ita beatissimus Augustinus strenuam nauavit operam ad vltimum vsque spiritum, vt posset se domino bonum & fidelem seruū exhibere, certus nisi id ipse præstaret, non se peruenturum ad gloriam & gaudium domini sui. Forfitan ex me scire desideratis, quænam pertineant eo, vt quis sit seruus bonus & fidelis. Dicam equidem vobis, vt iam audistis ad seruū diuinitus remunerandum spectat, vt sit bonus & fidelis. Bonus ergo seruus is est, qui obediens, qui prudens, siue studiosus aut seruens, qui deniq; simplex est. Simpliciter intelligi volo colūbinam, quæ absque dolo conformatur ad voluntatem domini, non asininam ruditatem. Primo igitur bonus seruus obediens sit oportet. Nam si non sit obediens, nec serui, quidem nomen meretur. Quomodo enim mandata domini sui, propter quæ exequenda seruus dicitur, perficiet sine obedientia? Frustra nimirum de serui nomine gloriatur, qui non seruit, id est, qui non obtemperat. Nō est seruus Christi, qui nō facit voluntatem Christi. Est tamen seruus. Sed cuius tandem? Peccati scilicet. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. Ergo & diaboli. O malum dominum habet. Nos ergo Christi serui sumus, si voluntati eius morem gerimus. Voluntatem eius omnes nouimus, tot concionibus instructi, tot exhortationibus eruditi, tot sanctorum exemplis imbuti, vt cætera taceam, ex quibus eius nobis voluntas innotescit. Breuiter quidem Apostolus: Voluntas, inquit, Dei hæc est sanctificatio vestra. Ideo toties habet lex Moysi: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum dominus Deus vester. Obediētiā sancti Augustini (libenter enim vobis exempla sanctorum proponimus, vt illos velitis imitari) probat eius vigilantia in mandatis Dei. Sibi fuit austerus, alijs misericors, in vigilijs multis, in abstinentijs, in precibus & cōtemplationibus, ac diuinis lectiōibus assiduis, & ceteris carnis castigationibus, quibus corpus suum maceravit, vt illud subigeret spiritui, ne quid in ipso maneret, quod Deo non obediret. Nihil terrenum amauit, sed omnia sua largissime distribuit pro Christi amore. Vnde

Bonus seruus quoniam dicitur.

Seruus bonum quoniam constituant

Ioan. 8

1. Thessa. 4
Exodi 22
Leuit. 11.
19. & 20.

Augustini
vita & mores
cuius modi

de etiam de illo canit Ecclesia, quod testamentum non fecerit, quia pauper Christi vnde faceret non habuerit. O diues paupertas, quæ tanto in Deo fuit locupletior, quanto minus habuit facultatum temporalium. Secundo, ad bonum seruū pertinet, vt sit prudens, vt nouerit auertere incommoda, & consulere rebus domini sui: vt etiam studiose gerat, ne quid sui officij prætermittat, nec aliquid pereat de rebus domini sui. Hac in parte quam se strenuum præbuerit sanctissimus Doctor Augustinus si dicere velim, superfluum & importunus videbor. Nam vel sola scripta eius id abunde declarant. O quantum illæ operæ ac studij adhibuit animabus lucrandis: quantum illi aduersus hæreticos animarum peremptores certamen fuit, adeo vt dicerent impune posse occidi Augustinum. Erat enim acerrimus illorum persecutor. Tertio, etiam hoc exigit serui boni officium, vt sit simplex, id est, non tam verba, quam mentem & voluntatem domini sui respiciat & exequatur, sitque simpliciter obediens, non fallax, non subdolos, sed sine discussione, sine murmure. Ita & sanctus Augustinus, nullis fraudibus, nullis tentationibus diaboli, nullis vexationibus hominum, præcipue hæreticorum, quos infestissimos pertulit à sectanda Christi voluntate potuit reuocari vel abstrahi. Non secundum exteriorem literæ corticem, sed perfecte domini præcepta exequutus est: nec contentus fuit sola externa exhibitione, id est, verbo & lingua amare, sed opere & veritate, non eos tantum à quibus amabatur, sed etiam quibus erat contemptui, vt sic perfectius morem gereret Christo iubenti, quo pro malis bona reddamus. Et hæc quidem de ijs, quæ ad bonum exiguntur seruū, dixisse satis sit. Dicendum etiam paucis est, vt quis debeat esse fidelis. Plane seruus esse bonus non potest, quantumuis seruet mandata domini sui, nisi sit etiam fidelis. Est autem fidelis, qui in eo quod facit, non seipsum spectat, id est, non commodum, non voluntatem, non pacem, non quietem, non honorem suū, sed dñi sui. Id nos omnino curare decet, adeo vt nemo ex bona obedientia sua, nemo ex quibuslibet Dei donis, nemo ex virtutibus animo intumescat, aut in seipso acquiescat placens sibi: sed cuncta

B
Seruus bonum vt constituat prudētia.

Augustini zelus quantum aduersus hæreticos & proanimum marem se lute. Simpliciter vt constituat bonum seruū.

M. th. 1
Lucæ 6

C
Fidelitas vera qui probatur.

Deo

Deo ascribat, & in Deum refundat, illi, nō sibi honorem optet impedi. Porro, si quis propter quædam Dei dona, vel virtutes aut cætera eiusmodi sibi ipsi placet, non est fidelis Deo: quandoquidem quæ Dei sunt, sibi tribuit. Quomodo inquis? Quia gloriatur in alienis, nēpe in illis quæ Dei sunt, tanquā in proprijs. At si quis apud me deponat pecuniā breui repetiturus, qua tandem ratione possim in aliena pecunia gloriari, cū certus sim esse alienā, & paulopost repetendā, etiā cū piculo meo, si non bona fide seruauero? Ita nimirum si quis ob Dei dona complacet sibi, aut aliquo se in p̄cio habet, fallit & est dñs infidelis, quæ illius sunt sibi vendicans. Nisi enim sibi ea usurparet, nō inde placeret sibi. Quod si etiā ab alijs propterea cōmendari aut reputari velit, iā deterius fur est, quæ quod Dei est, id est, gloriā soli Deo debitā furatur, atque inde laudari cupit. Solent quidem homines eos quos bonos esse iudicant honore afficere ac venerari. Iā si placet eis honor impensus, aut illum ambiunt, definunt esse boni, quæ sunt Deo infideles: siquidem in eo sese quærūt & spectant, quod nō pertinet ad ipsos. Ergo fugiendi sunt honores, & si quid habemus vnde possimus laudari, occultandum est ne pdamus. Sin vero nobis occultantibus, & in occulto esse appetētibz absq; nostra opera propalamur, honor oblatu humiliter contēendus est, id est, nō trahendus ad cor, sed in Deū referendus. Ita sancti magnis sepe honoribus honorati imo onerati sunt, quæ nō placuit eis, & tñ ob aliorū ædificationē sustinuerūt, & in Deū reuererūt eiusmodi honores. Sūt autē due causæ, quare sancti se honorari tolerarūt, licet quandoq; maximi eis honores haberentur. Prima est, quod quantum ad ipsos attinebat, se inde non solum non extolli, sed etiam cruciari sentirent: simul etiam intelligerent non suam honorari personam, sed gratiā Dei in ipsis: atq; ita honores exhibitos non vsurpabant sibi, sed corde ad Deum referebant, ipsi interim proprijs in oculis viles permanētes. Non decuisset autem Deum priuari honore suo, nec pios fraudari deuotione sua ac merito, quod sibi pararunt sanctos venerando. Itaq; pure propter Deū passi sunt sancti etiam nū mortales sibi honore haberi. Celeberrimū erat nomen D. Augustini, tum ob eximiā vitæ sanctitatem, tum ob incomparabilem eru-

Fur mystice vri quod fiat. 1. Tim. 1

Bona si quæ habentur vt sint occultanda.

D
Honorari cur se pers miserint sancti qui dam.

ditionem, & miris vehebatur p̄conijs, atq; multis est affectus honoribus. Vex inter oia hæc semper humilimus perstitit. Admisit tamē propter Deū non propter se, vt p̄ ob suā deuotionē, quā sicut ad Dei hoies habebant, & qua Christum in ipso venerabant, à Deo remunerarentur. Propter honorem & amorē Dei didicit & honorari, & contemni: vtrobique idē perseverans, nec honoribus elatus, nec fractus cōtumelijs. Vbi autem honor ille, nihil honoris Deo attulisset, non admisisset utiq;. Si sui contemptus cessisset ad honorem Dei, cōtemni maluisset. O quoties ille fugit loca & hominum aspectus, vbi se metuebat honore affectum iri. Altera causa, cur sancti se finant honorari, est hæc, quod p̄sertim si alijs præfint, maior illis inde accedat autoritas libentiusq; audiantur, sicq; maiorem faciant fructum sui reuerentia quam contemptu: idq; nihilominus tantum propter Deum. Sed his obiter dictis, ad id vnde non nihil defleximus redeamus. Iam ante audistis, fidelem esse seruū, qui seipsum non spectet. Potest autem secundo fidelis seruus dici, qui nihil negligit quantumlibet paruum, quin aliquod inde studeat lucrū elicere domini sui. Quod certe vel eo ipso p̄spicue potest aduerti in sanctis, quod etiā leuia errata, quæ alijs p̄ nihilo ducūt, haud secus plāgant, quæ nos grauiā pctā. Qua in re quam fidelis fuerit beatissimus pater Augustinus, si cui nosse libet, legat eius Confessionum libros, & quanto pere etiam minimas accusarit culpas, inde intelliget: nec id fecit anili superstitione, vt forte insani & deliri quidam calumniari possint, sed nimia animi puritate, & ingenti erga Deum amore ac fidelitate. Verum, vt ex iam dictis etiam aliquid ad nostri maiorem ædificationem trahamus, danda nobis opera est dilectissimi, vt si sacratissimum Dei Pontificem Augustinum ad domini gaudia sequi cupimus, etiam nos per bonitatis & fidelitatis itinera gradiamur. Curandū nobis summope est, sicut et sanctis hæc p̄cipua semp cura fuit, vt boni simus, atq; in hoc ipso Deo fideles sumus, id est, non nostrum cōmodum, nō nostrā laudem aut honorem, sed illius gloriā ac beneplacitum spectemus. Si hoies sanctissimi & maximis clari virtutibus ac virtutū signis honorem sibi deferri noluerunt, nec vnquam honorem ambire ausi sunt, qua

Augustini humilitas quanta fuerit.

Prælati honorem sibi exhibitum quæ reuerentia debent.

B

Augustini puritas cōscientiæ quanta fuerit.

Honores quanto studio fugiendi, contēnendiq;

qua

qua fronte nos multis obnoxij vitijs, quibus non honor sed ignominia debetur, honorem aucupari audebimus? Non ergo tantum Deo sumus infideles, ut illi vni de bitum honorem nobis vendicemus: sed quicquid boni gerimus, quicquid vel ad superanda & extirpanda vitia, aut virtutes obtinendas operam impendimus, totum referamus ad honorem Dei. Simus, inquam, si deles Deo ac domino nostro, ut nullis ex bene factis nostris animo efferamur, tanquam aliquid simus, sed Dei gratiam agnoscamus, Dei benignitatem exosculemur: quia ex illius bonitate in nos perficitur, quicquid boni habemus. Boni non erimus, nisi peccata fugiendo, & recte agendo. Nec tamen id sufficit, nisi in his quoque recto animo feramur in Deum, ut nec obmetum supplicij declinemus a malo (quod est ser uorum proprium) nec ob mercedis & lucri priuati desiderium faciamus bonum, (quod ad mercenarios pertinet) sed vtrumque pure agamus ob honorem & amorem Dei: quod est peculiare filijs bonis, quibus longe dulcius est erga parentes fidem & charitatem declarare, quam aut propria vitare commoda, aut lucra captare cum parentum iniuria.

F O beatos illos qui quando que a domino audire merebuntur: Euge serus bone & fidelis, quia super pauca fuis ti fidelis, intra in gaudium domini tui. Audierunt hoc sancti omnes, qui nos praeserunt, quorum nobis exempla tanquam viua quaedam virtutum simulachra propo sita sunt, ut vbi cunque nos deficere senserimus, ab illis tanquam a quibusdam medicinae officinis accommoda nostrae infirmitati pharmaca & remedia petamus. Tra sserunt illi per aquam & ignem, & quandoque experti sunt eadem, quae nos modo experimur. Sed domino eos confortante, superarunt omnia. Et nos igitur in illorum res gestas oculos intendamus, ut illorum exemplis animati, nusquam succubamus, aut certe si labi contingat, ilico resurgamus. Pulcherrime hac de re scribit Basylius ille vere Magnus: Quemadmodum, inquit, pictores quum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium: ita qui se se meditantur omnibus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulachra quaedam spirantia & actiuosa, sanctorum vitas respi

cere oportet, probaque opera illorum sua imitando facere. Haec ille. Quod nos dilectissimi ita demum exacte praestabimus, si libenter ac studiose vel ipsi legemus, vel ex alijs discemus facta sanctorum, atque non minori studio illorum ambiemus suffragia, ut suis precibus nobis concilient gratiam Dei, qua freti, possimus fortiter illorum vestigijs ingredi, & eo tandem peruenire, quo ipsi felicissime pertingere meruerunt gratia & benignitate Seruatoris nostri, cui cum patre & spiritu sancto est omnis honor & gloria in secula seculorum Amen.

IN FESTO DECOLATIONIS sancti Ioannis Baptistae, Epistolam cum suo Paraphrasi, quae in prima parte sermonum de festiuitatibus sanctorum, scilicet, in Festo sanctorum Fabiani & Sebastiani martyrum.

EXEGESIS EVANGELIJ in eodem Festo, Marci sexto.



Rudelissimum facinus hodierna die commemorat Ecclesia, quod in gratiam vilissimae meretriculae neci datus est homo sanctissimus, quo nemo fuit maior inter natos mulierum, qui ob maximam ad Christum Dei filium propinquitatem, vox verbi appellatur, qui sic vixit in terris, ut vita illius omnibus etiam quantumuis iustis exemplo sit: quem denique ipse Dei filius tantis extulit encomijs, ut nullum similiter laudasse probetur. Et tamen hic talis & tatus ob foedissimum adulterae amorem, & saltatricis puellae iniquam petitionem capite truncatus est, ut qui nascendo, praedicando, baptizando Christi praecursorem egerat, ageret etiam moriendo. Videamus ipsam rei gestae historiam, quam post Matthaeum plena fide descripsit Marcus Euangelista in hunc modum:

Misit

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

A Herodes iste quis fuerit.

Psalm. 57

Desideria carnis in studio fugienda.

Herodes iste non est idem, qui infantes occidit nato saluatore, sed huius filius, nihilo patre sceleratior, cuius impia facinora & immanem crudelitatem maluit imitari, quam prophetae & plus quam prophetae exquisitam & amantissimam obiurgationem recipere. Vicerat enim eum amor impurus flagitiosae adulterae, & dum noluit tateum etuatis ignem libidinis extinguere, accidit illi quod in Psalmo de impijs dicitur: Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Non enim potuit lucem veritatis, id est, quid aequum & bonum esset, iusto perpendere iudicio, obrutus igni vel potius fumo cenosa voluptatis, atque ad apprehendam iustitiam, & profligandam iniquitatem tanto factus est infirmior ac impotentior, quanto se magis passus est inexplicabilibus insanientis spurceque delectationis nexibus irretiri. Quo vos exemplo instructi dilectissimi, fugite carnis desideria nefanda, ne dum illa vultis explere, in alia atrociora corruatis facinora, atque Herodis instar ad id usque insaniam deuoluamini, ut non solum non feratis recte monentes & ad iustitiae viam reuocare vos volentes, sed etiam persequamini. Videtis hunc miseram Herodem libidine superatum rapuisse uxorem fratris sui, eamque uxoris, imo adulterae loco retinuisse. Quod cum vir Dei, sanctissimus Christi baptista Ioannes iustitiae zelo incitatus reprehenderet, usque adeo id eum aegre tulisse, ut eum in carcerem coniecerit. Ex reprehensione, unde cor rigi debuerat, factus est deterior, & ab adulterij scelere ad homicidium praecipitavit, addens crimina criminibus: ita ut fieri plerunque solet, dum non expiantur statim congrua poenitentia quae perperam admissa sunt, ut ad peiora fiat progressio. Quod autem tam iniquam ob causam, nempe ut posset manere liberior in adulterio, & suae Herodiadi satisfaceret, virum sanctissimum homo impurissimus in carcerem misit, siue augeat plurimum Herodis impietatem, ita beatissimum Ioannem multo reddit splendidio

rem. Simul aut vtilissimum hic nobis datur exemplum fraternae correctionis, quam etiam Christus a nobis exigit, dicens: Si peccauerit in te, id est, te sciente, ut exponit D. Augustinus, frater tuus, corripe illum, &c. Et haec fraterna correctio est vnum ex septem spiritalibus misericordiae operibus, maiorisque apud Deum meriti, quae potior actus charitatis, quam vel vulnus corpori inflictum curare, vel inopia egei subministrare alimoniam: siquidem haec ad corpus pertinent, illa ad animam, quae longe praefertur corpori. Nec quisquam est ab huius exhibitione correptionis, quatenus per simplicem sit admissionem, non etiam per debitam castigationem siue punitioem, exceptus: quam hodie phidolor plures sunt ad malum incentores, quam male agentium obiurgatores. Insignis quidam Theologus asserere non dubitat totum pene mundum perire potissimum ob duorum violationem praecipitorum: quorum alterum est de vitanda luxuria, alterum de corripiendis proximis. At tamen debet in corripiendo haberi ratio loci & temporis, curandum ne correctio ipsa vel indiscreta, vel irridicula, vel malitiosa sit, sed discreta, seria ac benigna. Inuenias plerumque tam in obiurgando importunos ac incautos, ut dum vnum volunt curare vulnus, decem peiora infligant. Praecipue autem ad superiores correctio, atque etiam correctio subditiorum pertinet, quae si negligatur, omnis disciplinae vigor languescit, & vitia magis ac magis crescunt, huiusmodi superiores toties rei homicidij apud Deum, quoties per debitam castigationis negligentiam pereunt animae ipsorum curae commissa. Sunt vero tria quaedam, quae nos merito debeant ad aliorum reprehendenda errata incitare. Primum est, crebra scripturae sacrae adhortatio. Secundum, multiplex, quae inde sequitur, utilitas, maxime si sint homines bonae indolis. Tertium, mala innumera quae euenire certum est, dum vitia non reprehenduntur. Porro ipsa obiurgatio, quae fit per superiores, primo quidem discreta erit, & cum diligenti perscrutatione culpa quam quis est reprehensurus coniuncta. Secundo, ordinata, ut praecipuum occultum occulte, publicum manifeste corripiatur. Tertio, ex amore proficiscetur Quarto, cum compassione coniuncta erit. Quinto, adiuncta habebit beneuolentiam. Sexto, mansuetudinem, patientiam & modestiam comites tenebit. Si quis hac de re plura velit nosse, legat scripta doctorum. Certe

Matth. 18 Augustin.

Correctio fraterna quae sit meriti.

Quorum nam ob peccatorum omissionem totus pene mundus intereat.

Correctio fraterna quae fieri debeat, & per quos.

B

Quoniam incitent homines ad correptionem fratrem.

Obiurgatio per superiores quae fieri debeat & quae modis.

m m Bapti

Boni qui nam fieri possimus.

Matth. 13

Psalm. 65

Basylius.

Acta sanctorum quae nam imitari debeamus.

XVII.

Matth. 11

Esai. 40 Luc. 1 Ioan. 1 Matth. 11 Luca. 7

Matth. 14

Baptista domir i maluit vitam suam mortis discrimini obijcere, quam non obiurgare sauisissimi licet tyranni sacrilegam temeritatem, qua proprii fratris non est veritas vxorem apud se detinere in summā Dei & fratris iniuriam, ac plurimox scandalum. Itaque dicebat illi fidenter: Non licet tibi neque diuino, neque naturali iure habere vxorem fratris tui vi illi ablatā. Sed hac reprehensione Herodis pariter ac Herodiadis insaniam prouocauit. Sequitur enim:

Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum: & audito eo multa faciebat, & libenter audiebat eum.

C Execrabilis formina significans se in cestis delectari nuptijs, sanctum Ioannē e medio per insidias tollere nitebatur, veritate illius verbis forte correctus Herodes ipsam repudiaret. Sed non poterat ante tempus à Deo definitū. Quis enim possit cuiquam nocere Deum timenti, & diuini munitione auxilij pfecto? Matthaeus scribit: Herodem quocq; voluisse occidere s. Ioannem, sed timuisse populū, iam corde homicidiū moliebatur, nihil timens Deū, sed re ipsa perficere nō audet, timēs populū. O vere hypocritam, quem à scelere non Dei, sed hominum timor retraxit. Quod ergo hic dicit Marcus metuisse eum Ioannem, & fortassis simulate gessit, vt solēt qui se hominibus venditant, nec Dei omnia cerrentis faciem verentur. Vel forsitan istius modi erat erga Ioannem antequam ad illi citas nuptias aspirasset. Quid enim ille ob hominem vnū intermitteret, aut quid hominem quamlibet sanctum formidaret, qui tam scelerato sese adulterio obstrinxerat, nisi quod eo solo nomine metuit Ioannem, quod timeret populum optime de Ioanne sentientem, si quid illi nocisset? Verum vtrunque se res habeat, siue ex animo, siue simulate Ioannem timuerit, tamen vicit amor adulterae. Vnde:

Quum dies opportunus accidisset Herodi natalis sui, cenam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.

Dies opportunus idcirco forsitan dicitur, quod tum commodissime sibi visus est prophete necem animo diu conceptam & concupitam perficere posse. Ideoq; vocat principes, & tribunos, & primos Galilææ, inq; audientibus iurat puellæ filia Herodiadis, sciens eam petituram prophetæ in terne cionem, volensq; testes habere principes Galilææ se non odij causa, sed ob ius iurādum prophetam occidisse, sicq; per illos facile populo excusatum purgatumq; sese redderet. Celebrat ergo natalem suū, vt luxuriosum prophanumq; conuiuium etiā sanctissimi viri crudeli homicidio redderet sceleratius, nec tamē apud homines incurreret suspicionem aut notam criminis, sed ex religione fecisse videretur quicquid egisset. Sed nunquid homo verisimilis Deum sefellit? O quam misera & infelix illa consolatio est, hominibus sese purgatum efficere, & conscientia criminis intus vri & excruciaris!

Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pere a me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.

Saltat filia matris viperę, non temere sane, nec vulgari pretio, sed p capite viri sanctissimi, vt nefaria saltandi petulantia impium reportaret & crudele præmium, & quod neque Herodis saua tyrannis, nec Herodiadis multijuges insidiæ obtinere poterant, puella impurissima lasciuia saltatione impetraret. O quis vnquam verbis vllis cosequi possit, quot mala proficiscantur ex hac pessima choreas ducendi consuetudine, quæ tamen apud Christianos ita penitus inueterauit ac inoleuit, vt quasi pro lege habeatur. Nec satis est miseris ac deploratis hominibus simpliciter choreas duxisse, sed omnigena adhibent libidinis irritamenta, quibus sauciantur animi miserorum, & mortiferis conficiuntur vulneribus. Tot libidinosi contactus, tot perniciofa oscula, tot tantaque etiam mortifera

Chores & sint hoc et pore com munes & impurę obiciana.

Principes & primos Galilææ cur Hero des mutauit ad conuiu

Aduersus chorizadit libidinem remediu stabile.

Iurasse Herodem ex industria.

Conuiuia luxuriosa quanto studio cauenda.

tifera iunguntur choreis discrimina, quæ non satis superq; ex sese procliuēs sint homines ad peccandum, nisi etiam de industria prouocentur. Hac de re terribilia multa scribunt viri sancti, ad quæ nos lectorem remittimus.

D Utinam Christus Iesus id nostris in cordibus efficiat, vt post positus huiusmodi diaboli pompis & ludibrijs, quæ Christianæ grauitati conueniant potius sectemur. Christus manibus & pedibus cruci suffixus est, & nos delectat choreas ducere? Si Christi mēbra sumus, caput nostrum imitemur. Cogitemus nos hic exules agere, nec ob aliud aliquid hic esse, nisi vt lachrymis & pcenitentia continua Deum peccatis nostris offensum nobis conciliemus. Pudeat nos similes esse filia Herodiadis, quæ saltando hominis excellentissimi mortem obtinuit. Tantū infelix illa efficere potuit saltandi turpitudine, vt rex illi promitteret se daturum ei quicquid postulasset, idq; etiam adhibito iure iurando. Non tamen id casu rex ille impius fecit, sed iam ante cum sua adultera ita rem composuerat, vt filia saltaret, & à rege prouocata peteret caput Baptistæ. Nec soli regi placuit, sed & alijs simul recumbentibus. Siquidē habitu ornata meretricio, vt & nunc scēminæ viriq; solent, & saltando petulanter sese gerens, facile omnes in sui admirationem & amorem rapuit, quare effectum est, vt ipsi hospites siue couiue necis prophetæ rei essent, quādo regi eam imperanti et si fortassis non animis, tamen silendo & non reprehendendo consenserunt. O caueant tandē Christiani animarum suarum discrimina, vitent luxuriosa conuiuia, vitent chorearum periculosam petulantiam, & cum Christo semper in cælis, temporaria despiciant oblectamēta. Videamus nunc quid filia Herodiadis pro saltationis præmio petierit.

Quæ quum exisset, dixit matri suæ. Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Cum que introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.

Quare exit consultura matrem, nisi quia iam ante sic inter se cōuenerant, vt &

rex promitteret, & filia à matre prophetæ mortem sitiente consilium quæreret, atq; ita vir sanctissimus neci quidem daretur, non tamen videretur alia, quam religionis causa, vt ante dixi, occisus? Alioqui poterat filia, non consulta genitrice, petere quippiam à rege: sed cōsultit ante matrem, tanquam ab illa præmonita, & matris impia voluntate perspecta, festinabunda tanquam & ipsa iam reprehensionum sancti viri pertæsa, & eius interitum auide cupiens redit ad regem, protinusque sibi caput sancti Ioannis in disco afferri iubet. O dignum saltationis præmium. Vel nunc tandem discant Christiani odire saltandi libidinem, quæ tulit e medio virum, quo teste Christo, in natis mulierum nemo maior fuit.

Et contristatus est rex.

Contristatus est simulate, non ex animo. Si enim matris aut patris necem postulasset filia Herodiadis, vtique non ascensisset.

Propter iusiurandum, & propter simul discubentes noluit eam contristare.

Opportune hoc loco de iurandi temeritate non nihil dicendum venit. Iurauit Herodes, sed temere, & tamen iurandi religione velut obstrictum se simulans coram hominibus, crudele facinus perpetrat. Et nunc vsque adeo frequēs est iurandi vsus apud homines, vt pene nihil absque iuramentis proferatur. Si quis eos reprehendat, dicunt licitum id esse, eo quod verum dicant. Et tamen etiam in rebus falsis sæpe iuramentum adhibet. Quod si etiam verum dicant, non tamen propterea fas est absque iusta causa iuramento dicta firmare. Christus ipse dicit: Sit sermo vester est, est, non, non: quod si amplius est, à malo est: Attendant hæc q; iurare delectat. Oterque quaterque execrandam hominum improbitatem, qui tam sunt ad impie iurandum procliuēs, vt ad singula prope verba Christi mortem & vulnera non sine graui blasphemia commemorent, tantoque sibi magis placeant, quanto per hæc alijs eiusdem impietatis studiosis sese magis conformarint. Et quis nesciat hac iurandi assiduitate & licetia eo deuolui homines, vt sapissime etiam

Matth. 11 Lucæ 7

B

Iurandi consuetudo hodie im pia inoleuerit.

Iurare verum quando non liceat. Matth. 5 Iacob. 5

Iurare per Christi mortem & vulnera quanta sit blasphemia & impietas.

am ad mendacia confirmanda iuramentis vtantur? Qui si sibi vim quandam adferrent, discerentque simplici vel affirmatione vel negatione esse contenti, procul semper abessent à falsa iuratione. Non enim propterea maiorem suis dictis fidem conciliant, quod facile iurant: imo hoc ipso omnem sibi fidem detrahunt, maxime si vel se meli sint falsum iurasse depræhensi. Nihil quidem esset optandum magis, quàm frequentissimam Christi & passionis ac vulnerum eius mentionem haberi apud Christianos: sed ea non nisi iurando & blasphemando commemorare, vt iam faciunt passim miserii & oï lachrymarum fonte plangendi homunciones, id vero tam immane ac execrandum est scelus, vt extremo iure sit supplicio vindicandum. Et tñ qui hodie iurare impie non audent, ludibrio apud amentes habentur. Sed nihil cõsultius, quantũuis id ægre capiant membra & mancipia diaboli, quàm omnem omnino vitare iurandi speciẽ, nisi quando id fortassis iustitia aut recta ratio exigit, esseque contentum simplici vel affirmatione vel negatione. Ita consilium etiam magnus ille Basilius, scribens in hæc verba: Non facta est res: negatio sequatur: facta est: consensu firmetur. Citra vllum verborum implicationem ad aliud respiciens ipsam per se veritatem studet exprimeri, simplici ac nuda vsus assensione. Qui vero sic affirmanti minime crediderit, ipse videbit: damnum sentiet incredulitatis. Turpe enim & omnino stultum, sese vt fide indignum accusare, & ad iuramenti securitatem confugere. Multa sunt apud sanctos patres aduersus iurandi perniciosam & improbam consuetudinem, quæ hic commemorare longum foret. Breuiter, qui suæ saluti consultum cupiet, abstineat à iuramentis, ne reus sit violati præcepti illius: Non assumes nomen Dei tui inuani. In quod vtiq; peccatur, non solum falso, sed etiam friuole iurando. Extant apud D. Chrysostomum per plures Homilias, vbi satis terribiliter cõpescit homines à iurandi vitio. Sed durum est, inquis, vincere malam consuetudinem. Imo vero durum est & longe durissimum vri mala conscientia, & deinde æternis vexari supplicijs. Verum his de iuramento Excerabilis Herodes, vt sub occasione pietatis impius fieret, propter iurandum, & propter simul recumbentes, no-

luit puellam contristare. O hominem nefarium, qui ne puellam contristet, imo vt suæ & matris & puellæ libidini satisfaciat, crudelissimum perpetrare homicidium non veretur. Quanto satius fuisset audire recta monentem virum Dei, & potius sacrilegam Herodiadem, impuramque filiam illius contristare, quam illis consentiendo, seipsum perdere, & Deum offendere? Multos hodieque habet Herodes imitatores sui, qui malint Deo displicere quam hominibus. Sed veniet illa dies, quando se optabunt omnibus displicuisse hominibus vt vel soli Deo placerent.

Sed misso confestim spiculatorẽ, præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

O impietas, o crudelitas, o audax facinus, o immane sacrilegium, iustus decollatur. sit caput eius lubricæ saltationis precium, in disco affertur, conuiuis apponitur, grande quidem ferculum, sed visu horrendum. Pulcherrime hac de re scribit Chrysostomus in hunc modum: Hodie nobis Ioannis virtus, Herodis feritas quum refertur, concussa sunt viscera, corde tremuerunt, caligauit visus, hebuit intellectus, au fugit auditus. Aut quid constet in sensibus humanis, quãdo perdit virtutum magnitudinem, criminum magnitudo: Ioannes schola virtutum, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitia titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina. Ioannes maior homine, par angelis, legis summa, Euangelij sanctio, apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mundi, præcursor iudicis, Christi metator, domini testis, totius medius Trinitatis. Et hic tantus datur incestui, traditur adulteræ, addicitur saltatrici. Hæc Chrysostomus. Ita nimirum euenit amicis Dei, vt persecutiones patientur ab impijs, quo tanto sunt Deo chariores

Imitatores qd hodie plurimè habeat iste impius Herodes.

Chrysol.

Ioannis Baptiste encomiis excellens.


G

Aduersus impiam turbandi assuetudinem re medium.

Basilius.

Iuratione diuino suscepto pro habitam.

Exodi 10 Leuit. 19 Deuter. 5 Chrysof.



ISI granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Ioannis duodecimo. Sicut ex morte Christi fratres charissimi, in-

H

numera extitit turba credentium, ita eiusdem domini Iesu virtute & beneficio factum est, vt mors preciosa martyrum & sanctorum eius in magnos creuerit cumulos fidelium. Non enim extinguere potuit religio Christiana vnquam persecutio tyrannorum, & iniusta nece innocentium, sed magnis semper est aucta incrementis. Exemplum habemus in beatissimo domini Baptista Ioanne, cuius sacro martyrio hic dies cõsecratus est, quem Herodes rex impius pro pietate peremptum optauit penitus ex hominum memoria delere. Sed non solum ille non perijt, sed multa hominum milia illius accensa exemplo pro iustitia & veritate mortem libenter exceperunt. Ita nimirum quanto illum tyrannus conatus est maiori afficere ignominia, tanto eum reddidit illustriorem. Quis hodie non veneratur domini Baptistam Ioannem, qui tamen probe sit Christianus? Vbiq; apud Catholicos celebris eius memoria agitur, & beatum eum prædicant omnes generationes, virtutumque eius bonus odor totam implet Ecclesiam. Non sibi soli vixit, nec sibi soli mortuus est. Quam multos putamus peccatis onustos, traxit ad agendam pœnitentiam eius rigida & aspera vita: quam multos ad toleranda aduersa animauit illius mors immerita? Et nos hodie vñ deuotionis huius erga Deum & gratiarum actionis occasionem sumimus, nisi quia sanctum Ioannem pro iustitia, id est, pro Christi amore occisum recolimus? Non amaui ille animam suam, id est, portionem sensitiuam, quæ voluptatibus dedita est, & aspera fugit, sed plane odiuit, nolens illius carnalibus acquiescere appetitionibus. Atq; ita odiendo, imo vere & religiose amando, in vitam æternam custodiuit eam. Nec se solum seruauit, sed suo exemplo plurimos ad tuendam iustitiam inflammauit. Amant multi seipsos amore illo, qui hominem facit ciuem Babylonicæ ciuitatis, sed eo ipso crudelissime sese odiunt. Si ignum autem amoris huius est, cum quis ea quæ ad Deum vel proximum pertinet,

SERMO IN EADEM Festiuitate. Vt semper Ecclesia persecutionibus creuerit, & de amore priuato, ac de signis quibusdam amoris feruentis, tam carnalis, quam diuini.

Sapient. 5

Matth. 14 Marci. 6

Martyrii D. Ioannis fructus quæ tuus sit securus.

Ioan. 18

Augustin.

Amor p̄d̄i tus q̄s q̄q̄ ipsius sine fructus.

m m iij negli

negligit. Dicitur non potest, quanta hic amor producat mala. Itaque proprie non est dicendus amor, sed odium sui, quia vehementissime nocet homini, excæcans animi obtutus, mortem æternam ipsi concilians, & sæpe etiam auferens ea quæ temporaliter amat. Si enim sectetur voluptates, destruit corpus suum, amittit sanitatem, abrumpit vitam, dilapidat facultates suas, perdet famam, & seipsum dæmonibus cruciandum tradit. Non sic se amavit domini venerandus Baptista, sed seipso contempto, amavit dominum Deum suum, illius malens voluntati inhærere, quam seipsum perdit diligit. Ergo sancte & religiose se amavit, amore diuino, casto, immobili, feruenti, ignito, de quo iam non nihil dicturi sumus, ut qui illo præditus est, studeat magis ac magis illum in se augere: qui vero illius expertus est, cupiat illo fortiter inflammari.

Icemus autem de quinque signis illius, ex quibus possit quis colligere vtrum eum adeptus sit, vel illo careat: simul etiam de amore carnali & infano agemus. Primum ergo amoris vehementis signum est, quod facit hominem sui obliuisci, seseque minime curare. Cuius ratio est, quia omnis illius cogitatio, totumque desiderium vertatur circa illum quem diligit. Quapropter dici solet animam amantem illic potius esse ubi amet, quam ubi animet. De eiusmodi hominibus vñtato sermone dicimus: ille non est secum: vel, extra sese. Patet hoc euidenter in insanis mundi amatoribus, qui forte alicuius mulierculæ amore capti sint, ut sese ab hominum confortio, à negocijs, ab occupationibus & rebus gerendis abstrahant, nihilque illis curæ sit, nisi hoc tantum, ut possint adesse illi, quam tam perditè amant. Denique ubi hic amor increuerit, ut quadam sui obliuione capiantur, nec alicuius pensi habeant quidnam patiantur, quid de ipsis dicatur, si sint alijs contemptui, si dignitatis, existimationis, famæ, honestatis iacturam faciant, quando quidem corde toto apud amicam suam detinentur: qua ut frui possint, admittunt sæpius multa indigna, stulta, ridicula, puerilia, imo vero etiam præmentis cæcitate graua & inmania peccata. Nota est illa Sardanapoli impurissimi regis historia, quem amoris insania eo vs-

que adduxit, ut non erubuerit, teste Iustino, inter scortorum greges nere, & muliebri habitu scæminas omnes lasciuia antere. Sed & ipsum Salomonem regem alioqui sapientissimum, præ nimio mulierum amore nouimus vsque ad idola adoranda deuolutum. Ita ergo etiam Dei amor, ubi perfectus est, facit hominem obliuisci sui: qui rapit eum extra se, facitque totum in Deo animo absorberi. Eiusmodi homo non multum de se cogitat, negligitque quid de ipso cogitent alijs: non est sollicitus erga res externas, siue, eas quæ nihil ad ipsum pertinent: siquidem corde collecto est, & introrsus verso, atque erga Deum occupato. Et quia in spiritu ambulat, nescit carnis prudentiam. Fit inde nimirum, ut id genus homines interni & in Dei amore absorpti, ubi externa quædam tractanda sunt & temporalia, siue aliqua dicenda, aut cõuerfandum cum hominibus seculi prudentibus, plerunque velut pueri sint & incepti, atque moribus, quibus alijs magnam adhibent operam excolendis, incompositi & inciuales quodammodo ac immodesti appareant, aut quosdam præ se ferant gestus insolitos ac insuetos. Quod tamen totum non accidit ex vitio, sed illa animi abstractione, qua à mundanis & externis sese abiungunt, atque ad Deum recipiunt. Ex qua etiam non tam curant, ut manus componant, quam ut cordi inuigilent, ut id semper purum seruent, & sursum erectum ad Deum. Quanquam idem etiam nonnunquam illis vsuuenit ex animi candore, bonitate, simplicitate ac innocentia, qua ipsi alias non obseruant curiose, nec de vilo male cogitant, non aduersum alios commouentur: atque ita etiam alios omnes putant esse sui similes candidos ac beneuolos. Ut plurimum enim ita euenit, ut qualem se quisque sentit, tales putet esse & cæteros. Vnde sicut qui improbus est & fraudulentus, aut eiusmodi vitijs & passionibus impugatur vel subiacet, ille plerunque est meticulosus, & suspiciosus erga alios, quod & ipsi tales sint: sic ediuerso qui simplex, innocens & fraudis expertus est, de omnibus bene sentit, & omnibus bene confidit.

K Quando igitur illi, de quibus nobis sermo est, extra seipsum in Deum amore abstrahuntur, fiunt sui ac morum suorum

Amor vehementis qui est ipsius opera.

Augustin.

Amor carnalis quis.

Paradigma amoris insani.

1. Reg. 4

Amor vero proprius quid sit.

Amor verus quatenus sui possessores efficiat.

Simplicitati vero propria quid sit.

rum naturalium, quibus tamen non sit adiunctum peccatum, immemores ac incuriosi siquidem non obseruant seipsum, & faciunt interdum mira quædam amore eos impellente, quem reprimere aut cælare nequeunt, sed per signa quædam foras prorumpit, quibus alijs diuini amoris imperiti vel expertes immerito offenduntur vel scandalizantur ac temere eos iudicant & contemnunt, stultos eos aut deliros, vel insanos & phantasticos aut hypocritas appellantes: sicque fit ut istiusmodi corrupti homines licet se valde bonos & bene moratos putent, admodum Deo inuisi & execrabiles reddantur, eo quod nec ipsi Dei amore præditi sint, & alios eo præditos despiciant ac persequantur, atque ex consequenti etiam proximi charitatem non habeant, quem contemnunt. Qua re certe grauius peccant. Si enim nec malos licet despiciere, tametsi vitia eorum odisse debemus, quanto minus boni spernendi sunt? Illi vero grauissime Deum offendunt, qui non ex errore, sed malitia & inuidia alios persequuntur, eisque detrahunt, quos tamen bonos esse & vitam inculpam ducere non sunt nescij, ac nihilominus stimulante inuidia illis derogant & obloquantur, eo quod ipsi tales non sint, aut illis sint impares, vel in honorati. Sed de his satis dictum sit. Alterum amoris igniti signum est, quod non potest satiari, qui illo ardet, loquendo & audiendo de eo quem diligit: quia ex abundantia cordis os loquitur. Qui ergo libenter de Deo miscet colloquia, quosque iuuat audire de illo, hoc ipso significant se amare Deum. Contra qui cum tædio & impatientia percipiunt, si quid de Deo dicatur: alacres autem & attentissimi sunt ad percipienda vana, scurrilia, pernitiiosa, hi nimirum satis declarant se aut parum aut nihil amare DEVM. Quo tamen morbo prohdolor pene omnes laboramus. Futilia vltro citroque fundere & haurire verba, colloqui de superuacaneis mundi rumoribus, de aliorum vitijs sermonem protrahere, & id genus alia ac etiam peiora linguæ errata admittere iucundum nobis est, adeo ut præ eiusmodi confabulationibus sæpe etiam cibum, potum, somnum at-

que etiam propriam salutem & res serias negligamus, neque interim alicuius pensi habeamus, quod tamen nos magno opere curare oporteret, multis sæpe & grauibus tum nostras, tum alienas nos animas vulneribus conficere, neque grauisimam temporis preciosissimi, quo nobis magna possemus bona lucrari, iacturam animaduertamus, aut si animaduertimus, tamē perinde nos id moueat, ac si nihil inde ad nos incommodi redeat. Quod reuera si gnū est euidentis diuini amoris, vix tamen nostris in pectoribus hærere scintillam. Vbi est thesaurus tuus o Christiane, ibi est & cor tuum: & ubi cor tuum, ibi est & os tuum: Hoc est, quod tibi magis cordi est, quodque impensius diligis, de eo studiosius cogitas, & crebrius verba facis. Vnde est apud Diuum Ioannem Chrysostomum: Hic amantium mos est, ut amorem suum silentio tegere non possint, sed prodant eum ac aperiant necessarijs amicis, Nanque eius flammam intra pectus suum cohibere nequeunt. Itaque frequenter eum proferunt, ut ipsa narrandi assiduitate quoddam immensi amoris sui solatium capiant ac refrigerium. Hunc amorem igneum accepere Apostoli in Pentecoste in linguis igneis, cuius ardore incitati totum peragrarunt orbem, & linguis igneis, id est, amore ardentibus prædicarunt Euangelium Christi. Hic idem amor fecit sanctos martyres etiam in tormentis confiteri Christum, & ab inuocatione ac prædicatione nominis eius ad mortem vsque minime cessare: sicut de quibusdam memoriarum proditum est præcisus linguis nihilominus eos domini virtute, cuius amore flagrabant, Christum prædicasse. Denique eodem amore inflammati Ecclesia præclari Doctores Paulus, Augustinus, Hieronymus atque per plures alijs, scriptis suis Christum prædicarunt, & ad bene beateque transigendam vitam nos copiosissime instruxerunt. Non poterat sonus linguæ eorum vbique terrarum audiri. Eam ob rem libris præstitērunt, quod voce non potuissent. Et iam mundus totus scriptis eorum plenus est, & plus quam mille annis eruditus. Et licet suo quo etiã oris officium non neglexerint, lō

Amoris culti signa quænam sint

Matt. 6

Chrysost. Mos amantium quis

Acto. 6

Amoris Dei fructus qui sint

Libris scriptis quibus sanctos Dei impulerit

Amicos Dei quatenus persequantur ac offendant

Amor in facilius quis sit Math. 12 Lucæ 6

Amoris Dei signum infirmitatis quod sit

ge tamen vberiore fecere fructum scribendo quam dicendo: quando quidem latius patent ac propagata sunt eorum scripta, quam voces. Tertium amoris signum est, quod amor in amantis pectore flagrantissimum excitat desiderium, vt possit adesse delecto. Quod si non liceat illi perpetim adesse & cum illo permanere saltem vt possit illi colloqui, aut certe vel aspicere. Quod si nec id detur, cogit eum per loca discurrere, atque eorum siue locorum, siue hominum presentia & consuetudine delectari, quibus nouit delectum esse vsu familiariter. At vero si nihil horum concedatur, si quod habet dilecti munusculum aut monumentum sapius id contemplatur, atque illius aspectu interim fouet & recreat amorem suum. Potest id probari etiam exemplis quotidianis amicorum eiusdem sexus, inter quos sotalis & vehemens feruet charitas. Euidentiùs autem colligilicet ex amore carnali inter duos disparis sexus sese mutuo amantes, qui pro sui amoris temperanda insania, si non liceat aspectu aut colloquio mutuo perfrui, munuscula vicissim data & accepta contemplantur, osculantur, & interim quam amore puerili ac stolido etiam lachrymas fundunt. Porro euidentissime id constat, non tamen nisi perfectis, ex amore diuino, quo qui multum feruent, mirum est quantopere cupiant dissolui, & esse cum Christo, illum facie ad faciem videre, illo perfrui, cum illo manere semper. Quod cum non possint nisi moriantur, etiam mors ipsa illis optatissima est, sicut scriptum est: Sancti mortem habent in desiderio & vitam impatientia. Exemplum huius habemus in Apostolo Paulo, cuius si vultus nosse desiderium, verba audiat. Ait enim de seipso. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Habemus itidem exemplum in Dauid rege sanctissimo, cuius ista sunt verba: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Si cui placet, legat totum illum Psalmum & videbit feruentissimo amore velut ebriam animam. Quid vero dicemus de baptista Ioanne? qui vt fuit omnium sanctissimus, ita haud dubie totus mirum in modum aspirauit ad conspi-

ciendum presentem Dei vultum. Inde est quod etiam martyres, quidam vsque adeo mori fuere parati pro Deo & iustitia vt ipsi etiam vltro se prodiderint. Denique sancti omnes eiusmodi feruent Dei desiderio, idque dum compleatur, interim sese consolantur alloquendo eum precibus continuis, audiendo eum loquentem sibi in scripturis, comemorando dona & beneficia illius, ac potissimum sapius accedendo ad sacram communionem in qua summum & excellentissimum nobis praestatur monumentum amoris diuini, vbi habent eum quem diligunt reuera presentem, licet non eo modo omnes sentiant ac fruuntur, sicuti est. Atque hinc potest colligi, eum in quo mundi appetitiones extinctae sunt, & caelestia feruent desideria, cui mors in votis est, eo nomine vt possit esse cum Christo, qui que nulla ex re maiorem capit consolationem, quam ex venerabili sacramento, certo posse confidere vero se Dei amorem praeditum esse. Quibus tamen quisquis se carere sentit, explorare debet causas, quamobrem careat, ijsque cognitis, corrigere sese, & Dei gratiam implorare. Quartum signum amoris huius est, quod amans cupit modis omnibus eum quem amat honorare, extollere, praedicatione & laudibus efferre, alijs amabilem efficere ac commendare: eius iniuria & contemptu dolet acerrime, atque eius honore summe laetatur. Hoc signum indiscriminatum est in illis qui honeste & qui turpiter amant. Siquidem neutri aequanimiter ferre possunt, vt aliquid dicatur mali de eo quem diligunt, tantum abest, vt aliquid illi mali fiat. Atqui longe praeclearius in illis id cernere licet, qui perfecte amant, quorum est hoc summum desiderium, eoque nocte ac die conantur, vt Deus cognoscatur, laudetur, ametur, honoretur ab omnibus, eius voluntas fiat, eius praeccepta feruentur. Ne hoc labore fatigantur: & si videant ab alijs itidem Deum amari & honorari, maxime exhilarantur: si vero contemni eum animaduertant, dolent acerrime. Possent id multis sanctorum exemplis confirmari, quos admodum cruciauit contemptis Dei, & praecipue exhilarauit cultus & honor Dei, quem vnice charum habebant. O quam longe absunt a sincero Dei amore, qui consilio vel auxilio suo

Amorem Dei vult augeri p sacramo munione,

N Amari ut amari ho more affini cupiat

Amor eo munitati uis quis dicatur

M Amor vni tiuus 93

Phil. 1 1. Cor. 13

Gregori 9 Phil. 1

Rom. 7

Psal. 41

SERMO I. IN EADEM

Solennitate. Quo iure Beata virgo Maria domus Dei dicatur & sit.



Sapientia aedificauit sibi domum, excidit columnas septem. Pro uerbiorum LX. Cum omnium sit artifex sapientia, fratres mei, omnem habens virtutem, p quam omnia etiam consent, vnum tamen operum eius caeteris est praestantius, Vnum erexit aedificium, quo non modo se, id est, sapientiam, verum etiam virtutem ac benignitatem suam nobis, & id quidem excellentissime monstrauit. Siquidem aedificauit sibi domum non vt cunque pulchram non mediocriter nobilem, sed nobilitate excellenter insignem, excellentia mirabile, dignitate singularem. Multas sane construxerat ante domos, nec vlli creaturarum non prouiderat habitaculum, angelis dans caelum (& haec est domus gloriae) daemones & hominibus condemnatis infernum (& haec est domus iustitiae) bestijs vero pro patria assignauit mundum, quarum tamen, cuius proprium segregans habitandi locum, piscibus dedit aequor, volucribus aera, caeteris fere omnibus terram. Et hanc bestiarum patriam homini lapso interim dedit pro poenitentia agenda in carcerem, qui in exilio modo versatur, aliquando transferendus ad alteram domum, videlicet aut angelorum, aut daemorum, vtram meruerit, cunctis igitur ad hospitia locatis, hoc vnum super fuit, vt sibi quoque, quemadmodum caeteris, pararet domum, quae cunctis praefulgeret aedificijs, quanto ipse, qui debet inhabitare, omnibus esset praestantior. Haec autem domus, quam sibi ab aeterno sapientia increata Dei filius puidit, & sub inde amicis suis sanctis prophetis extruendam praedixit, nuncque tandem omni splendore, omni decore consummatam, contuenda cunctis exhibuit, purissima est virgo Maria: quae non ob hoc solum digna est dici domus Dei, quia eius mentem lux diuina inhabitare nunquam desinit, iterum dico, non propterea solum est domus Dei, sed cum caeterae animae omnes in habitacula Dei creatae vacil-

XVIII

Sapient. 7

A

Domus di uersa a Deo con structae

lio suo perdunt animas quas Christus redemit sanguine suo, illiciendo eas ad peccata quibus offenditur Deus: aut qui deliberata ratione siue proprijs, siue alienis delectantur peccatis, qui iactitant sese de malis suis. Sed eos missos faciamus. Quintum signum est, quod is qui perfecte amat, cupit & sese & omnia sua impertiri illi, quem diligit: est illi vna cum eo voluntas: non eum vult contristare, vel offendere: facitque & patitur quicquid potest, ne illum offendant. Id vero maxime proprium est amori diuino, quo quis feruet, donat sese & omnia sua Deo ac diuino honori & voluntati, adeo vt mori malit, quod est etiam ad salutem necessarium, quam peccatum aliquod mortiferum, quo grauissime Deus offenditur, perpetrare. Quamquam perfectus amor non solum mortiferum vitat peccatum sed omne etiam Dei beneplacitum studet exequi. Ita nimirum baptista domini Ioannes libentissime vitam contempsit temporalem ob amorem Christi, malens tyranni iussa contemnere, quam Dei. Cuius exemplo nos charissimi instruimur, nihil nobis Dei voluntate antiquius esse debere. Hominibus placuisse parum prodest: saepe vero & nocet plurimum. Deum autem offendisse non potest non obesse grauius. Itaque cum omnibus Dei amicis moriamur vitijs & perturbationibus nostris, atque priuato & vitioso calcato amore, studeamus in nobis augere Christi feruentem amorem, qui quanto in nobis fuerit feruentior, tanto erimus in caelis beatiores & Christo coniunctiores, eodem ipso praestante, cui est cum patre & spiritu sancto omnis honor & gloria in secula seculorum, Amen,

IN FESTIVITATE

natiuitatis gloriosissimae semper virginis Mariae, Epistolam & Euangelium cum Paraphrasi & Exegesi quare in festo conceptionis eiusdem videlicet, in prima parte de festiuitatibus sancto- rum.

Quo iure B. Maria domus dei dicatur & sit.

teræ animæ oēs in habitaculo Dei creatæ vacillauerint, peccandoq; ingratæ sint, ipsa sola singularissime electa, & præseruata quietissimum, mundissimum ac imperurbabile, atq; id iuge Deo præbuerit cordis hospitium (quippe quæ firmissime extructa septem spiritus sancti donis, nõ aliter quam septem colūnis fundata, nec labi poterat nec ingnari) Verū etiam & ob hoc maxime, quia in corpore eius, hoc est, in vtero thalami virginalis corporaliter nouē mensibus Deus ipse moratus, de carne eius tegimen sibi carneū, quo diuinitatis velaret naturam, supertexit. Hinc nõ iniuria venit tam præclaræ virgini, vt arca Dei, domus Dei, tabernaculum Dei, templū Dei, thalamus Dei, sacrarium, aula atq; ciuitas Dei, & dicatur & sit. Quo etiam nihil mirandum, si suum Deus ipse habitaculum, si suam domum, si suum thalamum extruxerit magnificentius, ornauerit splendidius, exaltauerit gloriosius, quando quidem angelis cælum tā immenso lumine choruscum, & mortalibus tot varietatibus venustatū donauerit mundum. Prædixerat autē iā olim in persona Dauid, quanta foret eandē gloria illustraturus, quando sub typo materialis templi de Maria loquens: domus (inquit) quæ ædificari volo, talis esse debet, vt in cunctis regiōibus nominet. Ceterū, quælibet domus cēfenda est præstare gloria maiori, quanto nobilitate, mundicia, pulchritudine, ornatu, dignitate, vtilitate magis enituerit. Porro, nobilitas tum dicitur domus, cum materia nobili præciosaq; extructa fuerit. Munda, si absq; sorde. Pulchra si decenti figura, ordineq; venustetur. Ornata, si decori schematice, quod primus indidit artifex, splendor cultusve alius accedat, vtpote aurata seu depicta. Digna vero dicitur, quanto dominum in se habuerit præstantiorem. Vtilis tandem dicitur domus, si loco congruo, si quæstiuoso fuerit sita, & si multis profit. His omnibus præeminere noscitur domus hæc quam decet sanctitudo, domus quam fundauit & dedicauit sibi altissimus. Est enim nobilissima, quippe ad cuius ædificatiōem nihil, quod apud Hebræos olim redoleret nobilitatē, nõ cōfluxerit. Tria sunt, e quibus fit oīs forcia nobilior. Ex genere, spōso & ple. Si marię genus quærit & origo, de parētibus est nobilissimis, videlicet sacerdotali, regio, pphetico, & patriarchali stēmate descendēs. At si à spō

no nobilitatē q̄feris (Nā & inde, vt dixi, mulieres illustrant) Maria spōsum habet lōge nobilissimū, à quo fecundata est, spiritum sanctum. Porro si à prole, quia arbor ex fructu quoque probatur nobilior, filium habet non solum cæli terræque regem, sed quo maior esse non potest, Deum. Est etiā mundissima, profecto omni carens labe, tanta nitens puritate, qua sub Deo maior nequeat intelligi. Pulcherrima est autē omni venustate pollens, elegantissima, dulcis & omnium oculis gratiosa. Ornata præterea gratiarum & virtutum omnium donis, adeo vt nihil sit decoris, nihil candoris, qd non vel excellentissime fulgeat in ea. Porro dignitatē eius qs explicare, imo qs intellectu comprehendere potest? Quisquidem, qui creauit eam, requieuit in tabernaculo eius. Natus est ex ea, qui fundauit eā altissimus. Itaque hanc domum sapientia ædificauit sibi. At nunquid & soli sibi? Cuperem & ego familiaris esse domus tã speciosæ, tam amœnæ, tam dulcis, tam amabilis, tam deniq; decoræ. Quid ni cuperem? Nempe si desinente Philosopho domus dicitur, quia defendit à caumatibus & pluuijs, iuxta hoc Maria domus est defendens nos à caumatibus, hoc est, ab estu internarum tentationum, ab ignitis diaboli iaculis, & pluuijs, id est, à tribulationum (quæ ab extra nobis superueniunt) inundatione, à procellosis, videlicet huius vitæ fluctibus, quis iam non præsidium in ea domo sibi exoptet donari, nisi qui proprię nescius miseræ, propriæ imbecillitatis, calamitatisq; ignarus, sua damna non sentit, opem non petit, dignus plane, qui pereat? Est igit Maria domus Dei, est & nostrā, ædificauit plane sibi eam soli, in qua habitaret, ædificauit vero & nobis, vt nos repararet, tueretur, saluaret. Siquidem propterea factum est nobile hoc ædificium, vt quod de priori opificio Dei erat deformatum, huius adminiculo reformaretur. Angelorum nanque creatus numerus p̄ multis cadentibus fuerat minutus: & homine primo lapsa, tota natura infecta iacebat & infirmata. At ædificata est Maria, cuius fructu angelorū ruina replet, humana natura renouaret, quæ cū Dei foret mater, angelorū esset etiā regina, dæmonū hostis & dep̄datrix, mundi domina, lapsorū subleuatix, desperantium fiducia amœrentium consolatrix, omnium denique in hoc

Exod. 25
Gene. 28

B
Domum gloriosam efficiantia gnt que q̄nt vtrq; fuerint in maria

Psal. 92
Psal. 16

Nobilitas B. Mariæ quanta

Tria scilicet nam nobilitantia q̄ sint

Math. 7

Maria

Ornata

Dignitas, Eccle. 14

Domus qd sit

B. Mariæ nō solum de se domum dei, sed etiam nostrā

in hoc mari magno inter quascunq; tentationum procellas placidissimus naufragantium sinus, & cunctorum quantalibet tribulatione, angustia pressi fuerint, ad se currentium domus refugij hospitiumque miz. Ad hanc domū confugiens nemo non saluatur: quicunq; enim ipsam se receperit, protectionem inueniet aut requiem. Quis enim vnquam auditus est aduersitate, tētatione aut fortuna quantūvis contraria iactatus, cui ad hanc domū misericordię, cui ad xenodochiū pietatis, cui ad Mariam confugiēti præclusus sit aditus, non adhibita cōsolatio, negatum subsidium? Quis adeo miser, cui inuocanti se opē nõ tulerit Maria? Quis adeo ærumnosus, quem ad se respicientem non leuarit Maria? Aut quæ tandem domū locusve alius, q̄ egeni, exules, impugnati, afflictī, desolati confugiant liberius, recipiantur clementius, requiescant securius, potentius tueantur dulcius foueantur? Nusq; profecto alibi minus diffidendum, nusquā maiori spe innitendum, quam Mariæ. Quandoquidem nemo ad eam clamans non exauditur, nemo accedens repellit, nemo in ipsa sperans decipitur. Ceterū, vt nullo in loco tibi salutis opem defuturū agnoscas, si inter vnda. i. tentationū tēpestates periclitaris, Maria est tibi arca diluuij. Si vero in terra, hoc est, in tranquillo constitutus, & prioris vitæ peccatorū tibi cōscius memor fueris, quia vir sanguinū es, atque ideo Dei iustitiam malorum vindicē contēdis effugere. Maria vbi te salues tibi data est ciuitas refugij. Adde præterea, quod si cut extra arcam Noetēpore diluuij natan tibus nēlla erat spes viuendi relicta, ita extra hanc domū, ita extra huius virginis protectionem, quotq̄t in sinū miseratiōis eius non recipiuntur, in aquis diluuij, id est, tētationum fluctibus perire necesse est. At vero ciuitatē refugij ipsam idcirco dixerim, quod non modo illis (vt olim sub Mose figurabatur) qui nolentes sanguinem funderint, verum etiam voluntarijs homicidis, hoc est, vltro peccantibus (quicquidem misericordiam domini plena est terra) facta sit pugnaculum vitæ, custos salutis & tutissimus (quo à facie iræ Dei fugiatur) immunis alylus. Quamobrem haud prorsus absurdè tribuitur ei, quod canimus ex Propheta: Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator, ponet in ea murus, & antemurale.

psal. 99

C
Domus re fugij hospitium q̄ misericordię vt sit Maria

Gene. 6

1. Reg. 16

Gene. 7
Arca diluuij cur vocet B. Maria

Cur dicat ciuitas re fugij Name. 35

psal. 33

Esaia 16

Hæc autē omnia beatissimæ Mariæ tribuimus, quæ & filius eius vult ea ab eadem matre, & p̄ suā matrē habere non vt iā euacuat fit Christus, sed quæ ipse dat, ab ipso expectamus accipimusq; per suam (vt sic loquar elemosynariā) cui hæc misericordię commisit officia, vult nos eadem recipere. Liquec postremo ex his omnibus, quæ conueniat Mariæ domum dici, q̄ nec vltima conditiō domus (quam huc vsq; distuli inuestigendam) ei defuerit. Dixeram nanq; ad gloriosam pertinere domum inter alias conditiōes, esse vtilem multis, aut quæstiuoso loco sitam. Vere oibus vtilissima est Maria, nedum multis. Loco etiā est maxime congruo sita inter Deum & hominem media, aduocata nostra quæ iram Dei auertat à nobis, gratiam Dei adducat nobis: promptuarium deniq; frumētī, cellarium vini & olei, & apotheca oīs medicinalis vnguenti. Domus in q̄ recōdidit nobis Deus gratiarum dona, consolationum vnguenta, aromata virtutum, cunctorum que pariter morborum medicamina: vt quicquid nobis defuerit, quicquid necessariū exiterit, inde hauriamus, adeo vt etiam in hac vita cum Psalmista Christo vere de hac domo dicimus: Implebimur bonis domus tuæ. Et quid dixerim implebimur, cum significantius scriptum sit, Replebimur, hoc est, non semel tantū, sed iterū atq; iterū, vt in peccando exinanimur, ita pœnitendo gratiarum donis per Mariam replebimur, præstante domino nostro Iesu Christo, q̄ est benedictus in secula, Amen.

Cur hæc oia tribuatur B. Mariæ

Psal. 64

SERMO II. IN EADEM SOLĒNITATE. Quātis p̄conijs extollēda sit beatissima Dei genetrix virgo Maria: quibusq; magno gaudio fuerit illius purissima sanctissimaq; Natiuitas.



Qua lux oriri vita est, gaudium honor atque tripudium apud omnes populos Hester. V. Non est facultatis humanæ dilectissimi fratres, q̄diu in hoc mortali corpore viuatur, plene pertingere posse ad laudem gloriosæ virginis matris Dei quæ omnium hominum & voces excellit, & superat intellectum. Quis enim mortalium, nisi diuino illustratus oraculo, de vnica Dei & hois genetrice quicquam modicū

D

vel

vel grande præsumat edicere: imo quis nõ timeat hanc pollutis labijs nominare, quã pater misericordiarum, & ante secula Deus perpetuam destinavit in virginem, dignissimam filius prælegit in matrem, spiritus sanctus noue gratiæ præparauit in domicilium: quibus laudibus seruitus hominem efferret reginam angelorum: quæ præconia dilatet mortalis angustia, vel offitia subministret, cui cœlestia parent & famulantur obsequia: Et quamuis nec di-gne, nec sufficienter laudare possimus ad mirandam Dei genetricem, sanctissimam virginem, non tamen omnino est, abstinendum à laudibus, præsertim cum scriptum sit. Sacrificium (inquit dominus) laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Sic ergo laus Dei est iter ad visionem Dei, in qua consistit æterna felicitas: imo si laus Dei est exercitium beatorum in patria, secundum illud, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te, sequitur quod laus Dei est quædam figura, vel prægustatio, vel initium æternæ felicitatis in via, Quomodo autem implere possumus, quod nobis præcipitur, Laudate dominum secundum multitudinem magnitudinis eius, si non quod nobis facilius est, laudauerimus eum in sanctis eius, & maxime in matre eius: Et quamuis scriptum sit, quod non sit speciosa laus in ore peccatoris, hoc est, quod illorum laus non sit accepta, quorum vita Deo est contraria, tamen qui se ipsos peccatores agnoscunt & dolent, qui se ipsos humiliant & deprimunt, Deum vero in se, vel in sanctis suis exaltant; honorant & prædicant, hoc ipso veniam merentur & gratiam. Et ideo charissimi inuocemus beatissimam virginem de qua iam loqui, & quam laudare cupimus, vt gratiam nobis impetret à Deo, nobis loquendi vobis audiendi ea quæ spectant ad Dei gloriam & suum honorem, dicentes: Noua lux oriri visa est &c. Charissimi fratres hæc verba habentur in libro Hester secundum literalem sensum de ludæis, qui erant in regno Assueri regis Mædorum & Persarum, super quos data fuerat sententia, vt omnes certo die interficerentur. Sed regina Hester intercedente apud regem & impetrante ludæis salutem sententia mortis in eos lata, reuocata est, & in magnos honores & gratiam regis ludæi recepti sunt, Quapropter

ipsis secundum verba prædicta, Noua lux oriri visa est, gaudium, honor & tripudium apud oēs populos: quia quodammodo à morte ad vitam reuocati sunt. Hoc breuiter sit dictum de literalis sensu, quam qui scire plenius voluerit, legat totum librum Hester. Mystice autem non inconuenienter applicantur ortui beatissimæ virginis, cuius figuram Hester regina tenuit: quæ scilicet virgo Maria impetrauit & impetrat nobis quotidie vitam gratiæ, qua etiam mediante obolita est sententia æternæ mortis promulgata in omnes filios Adam propter peccatum primorum parentum nostrorum, ita vt per natiuitatem eius, quæ foret nostra salutis procuratrix, merito quasi noua nobis lux oriri visa sit est: qua propter gaudium honor & tripudium apud omnes populos. In istis autem verbis duo nobis insinuantur. Primum est nascens virginis sanctitas dum dicitur: Noua lux oriri visa est: Secundum natiuitatis incunctitas vbi subiungitur gaudium & honor atq; tripudium. Primo innuitur nobis sanctitas, siue puritas virginis Mariæ per hoc, quod comparatur luci, licet enim omnes qui sunt in gratia Dei, lucis nomine appellentur, (sicut dominus dicit, Vos estis lux mundi: Et in libro prouerbiorum, lustrorum semita quasi lux splendens procedit & creffit vsq; ad perfectum diem) tamē beata Maria excellentiori modo lucis nomine demonstratur: quæ sua claritate omnes præcellit, ita vt etiam ipsi non inconuenienter adscribatur illud libri Sapientiæ: Candor est lucis æternæ, & speculū sine macula. Splendor enim dicitur quātum ad puritatem mentis, & speculum sine macula, quantum ad honestatem carnis. Tanta enim erat honestas illius luminosi speculi, vt non solum in se immaculatum foret, sed etiam ab oibus inspicientibus expelleret oēs motus inhonestos, ita vt nemo vnquam intuentium pulchritudinem inhonestissimam & decentissimam virginis Mariæ, potuerit scandalizari ad inique vel turpe aliquid cogitandum vel concupiscendum, sed radius virginis castitatis eius, & excellentissimæ sanctitatis omnium, intuentium corda casta efficiebat. Vnde & Ioseph beatissimus quanto plus, & familiarius cum ea loquebatur & conuersabatur tanto castior efficiebatur. Et pie credendum est hoc non solum de castitate, sed de omni

Maria dei matrem ne minime possit se digne laudare

Psal. 49

Laudare Deum qui sit actus nobilissimus Psal. 150

Eccle. 15

Hester. 8

Hester qui na greg beara m riam de marica

Rom. 6

E

Math. 1 Prouer. 4

Luce 10 parcl vir go maria. Sapient. 7

Honestus B. marie quæ casta erit

Motus vltimorū vlt B. marie in alijs tro nauerit

Luce vri comparat beata maria

Bernard.

Hier. 1 Lucæ 1

Bernard.

Prouer. 14 Cant. 4

Hierony.

Anselmus

Bernard.

Canri. 6 F

omni etiam virtute, ita vt etiam nemo erga eam illicitos motus habuerit intus eam, displicentiæ, inuidiæ, iræ &c. Recte autem comparatur luci multiplici ex causa: Primo quia sicut lux in substantia sua puritatem habet, ita beata virgo omnimodam puritatem habuit semper: & id quidem excellentissime, quia in vtero matris suæ fuit ab omni macula & ruga præseruata peccati, in primo scilicet instanti suæ conceptionis, Et non solum fuit (sicut Bernardus dicit) ante sancta quam nata, sed præ omnibus alijs sanctis sancta præter & citra Christum, præ omnibus alijs gratia præuenta, & sic sancta, quod nunquam peccare potuit mortaliter aut venialiter, quia ita confirmata est, vt non possit ruere in aliquod peccatum. Legitur de Hieremia & de sancto Ioanne Baptista, quod fuerint sanctificati in vtero materno sed longe maior fuit sanctitas beatæ Mariæ: Nam sanctus Ioannes & Hieremias fuerunt ita sanctificati quia fuerunt purgati à culpa originali: acceperunt quoque gratiam Dei tamen efficacem, quod confirmati in hac gratia, non potuerunt peccare mortaliter. Beata autem Maria sic fuit sancta, non quod purgata fuerit à culpa, quia non habuit culpam sed sancta fuit, hoc est, maiori inundatione per fusa diuinæ gratiæ, & adeo confirmata, quod nec mortaliter nec venialiter potuit vnquam peccare. Vnde dicit sanctus Bernardus: Puto quod gratia copiosior sanctis in ipsam descendit quia non solum ipsius ortum, sed omnem eius sanctificauit vitam, vt deinceps esset immunis ab omni peccato, quod nulli inter natos mulierum creditur datum. Nam de omnibus nobis legitur: Septies in die cadit iustus. De ea vero in Canticis scribitur. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et sanctus Hieronymus: Quicquid in Maria gestum est, totum sanctitas & puritas est. Et Anselmus, decuit vt Maria tanta puritate niteret, qua sub Deo nequit maior intelligi. Et Bernardus: Tanta eius mentis & corporis fuit puritas, vt ei non audeat se comparare angelica dignitas. Et propterea non solum dicitur lux, sed etiam noua lux, quia nec priorem visa est habere similem in puris creaturis, nec sequentem. Idcirco Salomon in spiritu eam præuidens, admiratus est eius puritatem & claritatem dicens: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora cõsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol. Se

cundo B. Maria cõuenienter cõparatur luci: quia sicut lux oibus se cõmunicat, & mox vt orit vbiq; se diffundit per totum orbem, sic beatissima virgo plena gratiæ & misericordiæ rû oibus beneficia sua impartit, & se ad subueniendum eis exhibet semp paratâ. Vnde in libro Sapientiæ de ea dicit: Præoccupat eos qui se cõcupiscunt, vt se prior illis ostendat. Et in Ecclesiastico, Ipsa clamat. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris & agnitionis, & sanctæ spei. Trãsite ad me oēs qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini, &c. Vñ ad Beatam hanc virginem dicit D. Bernardus: Sileat misericordiã tuã virgo beata, si quis te inuocatã in necessitatibus suis sensit sibi defuisse. Nõ est autem miser beatã virginem totã affluere & effluere misericordia & pietate quia ipsa virgo beatissima summe cõmunicauit proprietatē diuinæ misericordiæ præ oibus alijs creaturis, eo quod est Deo proxima præ oibus, & cõiunctissima. Vnde sicut propter peccatores Deus homo factus est, ita propter eandem beatam Mariam mater Dei facta est. Ergo sicut, teste Psal-mista, Suavis dominus vniuersis, & miserationes eius super oia opera eius: & sicut canit in Collecta, Deo proprium est misereri semper & parcere: sic beatæ virginis proprium est officium quod sit regina misericordiæ & pietatis mater, in qua pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis, fons pietatis infinitæ regit, & ipsi virgini Mariæ diuinæ bonitatis pietatē cõmunicauit. Vnde Bernardus de hac in sermone quodam ait: Quid mirum si pietatem exhibet viscera Mariæ: Nõne quod pomum in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odor? Quantum ergo viscera illius virginis virtus pietatis affecit, in quibus nouem mensibus regit uit ipsamet pietas: Et iterum idem Bernardus: O maxime pia, multum admirabilis Maria: tu nec nominari potes, quin statim attendas, nec cogitari, quin statim recrees affectus diligentium te. Et quod dicit antiquus doctor Origines: Scio, inquit, quod si beata virgo pulsata fuerit, necessitati nunquam deerit, misericors enim est, & plena gratia. Et ideo cõtinere se non poterit, quin misereatur inuocanti. Quare? Quia dominus noster Iesus Christus in cruce moriens, & testamentum cõdēs, nos oēs beatæ virginis legauit in filios, & ipsi mandauit, vt esset mater et adiutrix nostra, quando dixit ei de Ioanne, & non solum de Ioanne sed de omnibus nobis Christianis sub

B. Maria vti oibus se inuocantibus subueniat

Sapient. 6

Eccle. 14

Bernard.

B. Maria cur sit a deo misericors in miseros peccatores

Psal 144

Reginam esse misericordis & pietatis matrem cur proprium sit B. marie

Bernard.

Origines.

Ioan. 19. nis sub persona Ioannis figuratis. Mulier ecce filius tuus scilicet quem custodias, dirigas, iuues &c. Et Ioanni, ac cui libet nostrum. Ecce mater, inquit Christus, tua, quae veneris, diligas, cui obedias, ad quam confugas, cui necessitatem tuam exponas, & a qua auxilium postules, expectes, & accipias. De hoc admodum consolatoriae loquitur Sanctus Bernardus, dicens: O verbum omnium acceptione dignum. Si enim Maria est mater nostra, ergo Iesus est frater noster, ergo & pater caelestis est pater noster. Ergo regnum eius est hereditas nostra: quia filii, ergo & haeredes. Sed ad propositum reuertamur de Maria. Ipsa communicat omnibus sua pietate, nulli denegat misericordiam, nulli inuocanti se non praestet auxiliu, praesertim cum omnia habeat, quae necessaria sunt ad mediatricem vel exoratrice quae potest iuare nos, scit quomodo iuare nos debeat, & vult nos iuare. De his iterum sanctus Bernardus: Non deest, inquit, Mariae potestas, quia mater est omnipotentis: nec in petra di industria, quia mater est sapientiae: nec voluntas, quia mater est misericordiae. Ergo cum ipsa scit potest & vult. & non solum vult, sed etiam desiderat nos iuare, nobis benefacere. Cur ergo timemus, vel negligimus accedere ad thronum gratiae eius, cum sanctus Augustinus etiam dicat: Scio me non posse, nisi sponte velim, scilicet, per propriam negligentiam, perire praepietate Mariae, cum ipsa sit humillima, benevolentissima, compatientissima, liberalissima, gratiosissima & promptissima, quae neminem spernit, quae omnes suscipit. Vnde sanctus Bernardus. Reuolue diligetius historiae euangelicae seriem, & si quid increpatoriū, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurreret in Maria, de cetero suspectam eam habebas, & accedere vereris. Considera diligenter, & si vere plena omnia pietatis & gratia plena mansuetudinis & misericordiae, quae ad Mariam pertinent inueneris, age gratias ei, quae talē tibi mediatricē benignissima misericordiae puidit. Denique omnia omnibus facta est, omnibus misericordiae finis aperit, ut de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiuus redemptione, eger curatio, tristis consolatio, peccator veniam, iustus gratiam, angeli letitiam: denique trinitas gloria, filii persona carnis substantiam, ut non sit quae se abscondat a calore eius. Si Paulus pro omnibus gerit sollicitudinem sicut mater pro

filii, dicens. Filioli mei, quos iterum parturio, donec forme Christus in vobis. Et alibi scribit Philippen sibus, quod eos habeat in corde suo: Et ad Corinthios ait. Quis infirmus & ego non infirmus? Quis scandalizans, & ego non vror? Quod Maria, quae quodammodo tota versa est in misericordiam, non omnium miserebitur: Ideo exclamat S. Anselmus dicens: Felix Maria: tu peccatorem toti mundo despectu materno affectu amplecteris, nec deseris quousque Deus pro te placatus, ipsum gratiae suae reformabit. Et iterum: O dulcissima & beatissima virgo maria, sicut omnis peccator a te auersus & a te despectus necesse est ut intereat: ita omnis peccator ad te conuersus & a te despectus, impossibile est ut pereat. O quam multa essent exempla dicenda, quae peccatores erepti sint & quotidie eripiantur pro Maria de faucibus inferni. Et reuera iam mundus diu interisset, propter peccata hominum nisi cum Maria precibus sustentaret. Vnde Fulgentius. Diu, inquit, caelum & terra ruisset, si non Maria sustentasset. Tertio, sicut lux omnia clarificat sua pulchritudine, eo quod lux (dicente Ambrosio) ut cuncta visibilia appareant pulchra & laude digna, ita beata virgo Maria sua illustratione facit opera nostra conspectui Dei grata. Vnde consultius est, opera nostra Deo offerre per manus Mariae, si ea volumus esse accepta quae etsi vilia & exigua in se sunt, tamen propter offerentis dignitatem, scilicet Mariae accepta erunt. Plurimum etiam prodest opera nostra eius meritis & operibus factis unire, ut a Deo recipiantur. Sicut enim aqua modica oblata regi, non recipitur, nec potatur a rege, sed infusa & mixta vino fit quasi vinum, & sic bene potatur: ita opera nostra sunt aqua, merita beatae virginis vinum, quibus si coniungantur, magnam habent gratiam apud Deum. Quarto, sicut mediante luce cernimus, per quam viam incedere debeamus, & discernimus bonum a malo: sic mediante virgine benedicta cognoscimus, quo itinere ad aeternam vitam pergamus. Vnde etiam ex interpretatione nominis eius, dicitur stella maris, vel illuminatrix. Ipsius etenim sanctissima vita est nobis stella, secundum quam dirigimur vel instruimur in hac vita: sicut nauis dirigunt se, vel regunt & cognoscunt viam secundum stellam maris. Item vita eius est regula beatae vitae, & via lucida ad aeternam felicitatem. Quinto, quia sicut lux

Ioan. 19. **G** Bernardus. **Rom. 8** B. Maria vniuersis communi est pietatis officia. **Bernardus**. **Augustinus**. **Bernardus**. **B. Maria** vniuersis est facta sit Ioan. **Psal. 118** **H**

Gala. 4 Phil. 1. Cor. 1. Anselmus. Idem. B. Maria: suis propter sustentate totum mundum Fulgentius. Ambrosius. Opera nostra per manus Mariae offerenda. B. Maria: cur vocetur stella maris.

K cut lux est delectabilis ad videndum, & latum hominem reddit, iuxta illud Ecclesiastica: dulce est lumen, & delectabile oculis videre solem: ita videre, imo etiam cogitare beatam virginem est dulce & lucundum, quam dulce, o quam delectabile, o quam desiderabile fuit S. Ioseph, S. Ioanni, & ceteris, qui familiariter vixere cum Maria, videre eam, in qua nulla macula, in cuius moribus nulla inhonestas, in cuius conuersatione nihil reprehensibile, sed gratiosa omnia, iucunda omnia, omnia sancta, omnia miranda, omnia munda, & ipsa dulcissima & pulcherrima fuit. O quam felices, qui meruerunt cum ea adhuc viuentem in terris conuersari, eius pulchritudinem contemplari, ipsius vitam imitari, eius colloquijs recreari, eius moribus informari. Hoc sciebat S. Dionysius, qui multum institit apud D. Paulum, ut liceret ipsi pergere Hierosolymam, & apud D. Ioannem, ut admitteretur videre beatam Mariam, dum per quandam quasi fenestellam occulte eam vidisset in oratione positam, & splendoribus diuinis rutilantem obstupescens dixit ad Ioannem: o quam felix es tu qui paradisum habes in terris. Quam igitur iocundum, quam delectabile est eam videre modo gloriosam in caelis? Et hactenus quidem dictum sit satis de virginis huius sanctitate. Quod vero ad natiuitatis eius iucunditatem attinet, per ea facit auctoritas irrefragabilis Ecclesiae, quae canit hodie. Natiuitas tua Dei genitrix virgo, gaudium annunciat vniuerso mundo. Ex te, enim ortus est sol iustitiae Christus Deus noster, qui soluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam. Vbi notandum venit, quod natiuitas Mariae gaudium attulit. Primo beatae Trinitati, quae pro toto mundo glorificatur & laudatur sancta Trinitas in Maria, ut testatur eximius beatae virginis amator Bernardus dicens: Gaudet Deus pater, quia hodie nata est sponsa ab aeterno dilecta, gaudet filius, quia ei nata mater, in qua humana assumendo naturam delitiae sunt sibi esse cum filiis hominum. Denique gaudet spiritus sanctus quia sibi nascitur habitaculum & templum gloriae acceptissimum, per quod innumeras animas hominum lucrabitur maxime desperatorum, obstinatorum & eorum qui alias nullo genere conuersionis possunt attrahi ad bonum. Secundo, hoc festum vel natiuitas gaudium est ipsi

virgini Mariae quia nata est in maxima & summa benedictione inter omnes puras creaturas. Nam maledictio primorum parentum non attigit eam: quandoquidem quando ipsa nascebatur, non erat homo in toto mundo, qui esset sine peccato, ipsa sola praesentata in benedictionibus domini, pura, lucida, gratia omni & virtute plena, immunis fuit ab omni peccato. Ipsa erat quasi stella splendida & matutina in medio nebulae, hoc est, aliorum hominum obscurorum, Vnde Augustinus. Cum de peccatis inquit, agitur, nullam de matre domini propter reuerentiam domini, volo fieri quaestionem, hoc ipsa infantula sciebat, quanta scilicet fecit illi Deus: quia habebat usum rationis etiam in utero existens. Tertio, gaudium fuit patriarchis & sanctis patribus in limbo, quia nata est quae fieret mater Dei, regina caeli, domina angelorum, aduocata peccatorum, imperatrix omnium quae in caelo & in terra sunt, proxima post Deum, supra omnes, per quam vel qua mediante ipsi liberandi essent de captiuitate inferni. Pie etenim credi potest, natiuitatem virginis Mariae, quae erat filia eorum, illis fuisse reuelatam pro consolatione eorum: sicut eius natiuitas ipsius parentibus Ioachim & Annae fuit praenunciata in terris. Quarto, fuit iucunda angelis: quia nata erat per quam angelicae ruinae restaurarentur. Postea quae diabolus cum multis sibi adhaerentibus de caelo eiectus fuit, multae sedes vacabant, quae hominibus sanctis ad caelum assumendis replendaerant: sed iam quinque milia annorum transierant & necdum aliquis ascenderat, donec illa virgo nata esset, quae pareret eum, qui caelum aperiret, & viam faceret. Item usque ad illud tempus angeli habuerunt regem Deum, quae est ab aeterno, sed non habuerunt reginam: hodie nata est eis regina & domina: quae res magnam eis attulit gaudium & celebritatem. Quinto, fuit gaudium magnum eius parentibus, quia cernebant adimpletum, quod eis erat per angelum praenunciatum & promissum. Gaudebant, quia de opprobrio sterilitatis erant liberati: gaudebant, quia poterant accedere ad templum, & sua munera cum alijs offerre: gaudebant, quod tam mirabili dono essent ditati. Non est maius donum & charius, quam proles, quam parentes diligunt plus quam seipos. Sed quanto opere gaudentum fuit de tali prole? O sancti Ioachim & Anna

Eccle. 6. B. Mariae visio quod vniuersi iun adiuciat. S. Dionysii cupido videndi B. Mariam vnde. Natiuitas B. Mariae: quibusnam quantum gaudium attulit. Bernardus. Prouer. 3. K

Psal. 120. Eccle. 50. Augustinus. B. Maria vniuersi patris archis atulerit gaudium ceterisq; sanctis. Natiuitas B. Mariae: vniuersi patris in limbo fuerit reuelata. Natiuitas B. Mariae: vniuersi patris fuerit gaudium angelis. Natiuitas B. Mariae: vniuersi patris fuerit gaudium magno perferre.

Gen. 12. 15 & Anna gaudete, gaudete in q̄ & nolite ces-
sare à gaudio : quia in femine vestro b̄ndicē-
tur omnes gentes : in femine vestro salua-
buntur & quæ in terris, & quæ in inferno
sunt. Nō sit vobis curæ, quare nata est filia
potius quam filius. Nam hæc filia melior
erit vobis & gloriofior, quam centum fi-
lij. Ipsa erit mater omnium saluandorum,
& multitudo filiorum eius spiritaliū vin-
cet numerum stellarum cœli. Sexto,
natiuitas eius gaudio est omnibus hoībus.
Multi inveniuntur homines, qui nullā de-
uotionem, nullū affectum habeant ad Deū
& adeo sint obcæcati in p̄ctis, vt si possi-
bile esset, vellēt nō esse Deū, ne p̄ctā eorum
puniret, sicq; haberent peccādī licentiā &
impunitatē. O quot taliū sunt. Verū, vix a-

Natiuitas
B. Mariæ
vt sit gau-
dio oībus
hominib;

liquis inuenitur adeo durus (nisi totus ver-
sus sit in diabolium) vel adeo impius, q̄ nol-
let natam fuisse & iam esse p̄ssimam virgi-
nem Mariam: Vix inuenitur tantus pecca-
tor, qui aliquo pio sit affectu & fauore p̄-
ditus erga matrem misericordiæ. Merito
ergo omnes gaudere debent, quia orta est
cæcis & qui in tenebris sunt lux, infirmis
medicina, ignorantibus doctrina, aberran-
tibus via, peccatoribus venia, desperatis cō-
fidentia, desolatis lætitia, angelis regina,
exulibus patria, reis aduocata, consolatio,
& subsidium, omnibus saluādīs ianua cœ-
li, & totius mundi domina. Quæ vtinam
suis meritis & precibus efficacissimis nos
suo cōmendet filio, q̄ cū patre & spū sc̄to
viuit & regnat per secula, Amen.

IN FESTO EXALTATIONIS S. CRVCIS,

Epistola B. Pauli ad Galatas ex capite quinto
& sexto.



Hatres, Confido in vobis in domino, quod nihil ali-
ud sapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudi-
cium, quicumque est ille. Ego autem fratres si circun-
cisionem adhuc p̄dico, quid adhuc persecutio nem-
pator. Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vti-
nam & abscindantur, qui vos conturbant. Qui-
cunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum
vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circun-
ciduntur legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi: vt in carne ve-
stra glorientur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri
Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Gala. 1

Gala. 6

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Auidam pseudoapostoli Gala-
tis persuaserant, nō posse eos
saluos fieri, nisi iuxta legē Mo-
si circunciderent. Quæ res nō
mediocriter illis obsuit. Itaq; Apostolus p̄-
ter sancti spiritus mirabilem gratiam, eti-
am magno vsus est studio ad reuocandos
illos ab errore, in quem per impios quos-
dam seducti erant. Ait ergo Fratres, equi-
dē ita de vobis mihi polliceor, nisi me sal-
lant omnia, planeq; confido in domino,
qui facile poterit veritatis notitiam vobis
restituere, quod nihil aliud sapietis, neque
sentietis, p̄terquam quod à me vobis an-
nunciatum est. Qui autem conturbat vos
nouitate doctrinæ, atq; in aliud ab his quæ

didicistis ex me, traducere vos cōatur, por-
tabit iudicium diuinæ vltionis, temporari-
um quidem si respuerit, æternum vero, si
obstinato animo in errore persistit, qua-
lis qualis demum sit ille. Obiter hic no-
tandum, Ecclesiam nouis dogmatibus, id
est, hæresibus perturbari. Talium nanque
fabricatores pleni sunt spiritu tariarico, q̄
cum sit ab vno summo Deo totus auersus,
non nisi perturbaciones & scandala exci-
tare potest. Deus autem non est dissensio-
nis, sed pacis autor. Fugiamus ergo eos, q̄
Ecclesie pacem & vnitatem lacerant, cer-
ti eos non duci spiritu Christi, qui non dis-
sipare venit, sed congregare in vnam fili-
os Dei qui dispersi erant. Qui cum roga-
retur

Ecclesia
cur per no-
uas hære-
ses turbet

1. Cor. 14

Ioan. 12

Luc. 12

Scandala
quæ nam
minime
sunt vitan-
da

1. Tim. 1
1. Tim. 2

Gala. 6
B

retur à quodam, vt diceret fratri illius, di-
uideret cum ipso hæreditatem, noluit, sed
ait: Quis me constituit iudicem super vos:
tanquam diceret: Ego colligere veni, & tu
me ad diuisionem hortaris? Ego autem, a-
it consequenter Apostolus, si circuncisio-
nem patribus vsque ad tempus certis ex
causis traditam etiamnum velut necessari-
am ad obtinendam vitam æternam p̄-
dico vt falsi quidam vobis persuadent, cur
me adeo ludæi ipsi persequuntur? Quibus
si in hoc consentire vellēm, vt legis obser-
uantiam affirmarem necessariam, pax sum-
ma mihi cum illis foret. Sed quia legalem
circuncisionem aio superuacaneam, vbiq;
me persequuntur, & ipsum quoque sangui-
nem meum sitiunt, Siquidem circuncisio-
nem & legalia vim iustificandi habere p̄-
dicarem, tam crucis scandalum nullum ef-
set, ludæi enim hoc solo nomine offendū-
tur in p̄dicatione crucis Christi, quod
dicamus per Christi mortem nobis esse sa-
lutem reparatam, cum illi per legem se sal-
uos fore putent. Offenduntur autem siue
scandalum patiuntur non nostro, sed suo
vitio, quando potius remedium ex nostra
p̄dicatione capere deberent. Itaque vi-
tanda non sunt scandala, quæ aliena mali-
tia, non ipsius rei merito suscipiuntur: quā-
quam propter pusillos caute agendum est,
ne scandali materia eis p̄beatur. Offende-
bantur ludæi p̄dicatione crucis Christi,
& nihilominus vbique per Apostolos
Christus annunciabatur. Sic etiam quā-
uis improbi benefactis nostris deteriores
fiant, non propterea debemus minus be-
nefacere. Vtinam autem, qui sua hæresi vos
conturbant, ab Ecclesia penitus abscin-
dantur, datiq; Sathanæ, discant non bla-
sphemare. Sermo nanque eorum vt cancer
serpit. Vnde nisi abscindantur & eiciantur
ex Ecclesia, multos suis pestiferis pote-
runt sermonibus corrūpere: vt merito ni-
hil magis optandum sit, quam vt à corpo-
re Ecclesia ceu putrida membra rescindan-
tur. Quicumq; enim ex carnali circun-
cisione gloriam aucupantur apud homi-
nes, tanquam idcirco iusti sint, quod legis
quasdam ceremonias obseruent, (quæ ta-
men post aduentum Messie in lege promi-
si antiquatæ sunt & abolitæ) nimirum co-
gunt vos circuncidi iuxta legis p̄scriptum:
nec in hoc legis obseruantiam sincere spe-
ctant, sed id tantum, ne crucis Christi per-

secutionem patiantur. Non enim ipsi cir-
cuncisionis studiosi legem Dei custodiūt,
sed vt ex vobis tanquam sua arte in ipso-
rum ritus traductus gloriam habeant, ad
circuncisionem capiendam vos adhortan-
tur. Homines scilicet stultissimi & impudē-
tissimi, qui cum Deum & eius legē in mul-
tis alijs contemnant, solam circuncisionē
tam serio & obstinato animo buccis crepi-
tantibus vobis ingerunt, non quo cupi-
ant obseruari legem Dei, quem negle-
cti habent, sed vt in vestra carne glorien-
tur. Nec aduertunt quam vilis & angusta
sit gloriola, quam non in domino, sed in
carne aucupantur. Si autem diuinę legis ze-
lo ducerentur, primum quidem etiam in cę-
teris eam obseruarent, deinde non ita per-
tinaces essent in sua defendenda sententia
cum sciant ex ipsa lege quandoque legem
abolendam esse, quantum ad externos il-
los ritus attinet. Sed glorientur illi quidē
in carne vestra. Mihi autem absit gloriari
nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, cu-
ius præioso sanguine & morte redempti-
sumus ab æterna damnatione, qui passus
est pro nobis, relinquens exemplum no-
bis, vt & nos discamus crucem amplecti,
non mundi gloriam & voluptates sectari.
Per quem mihi mundus, id est, gloria, o-
pes & delitiæ præsentis vitæ in crucem &
nauseam versæ sunt, sicut & ego mundo,
id est, mundo deditis hominibus, & quæ
illi venantur crucifixus sum, nihil eorum
appetens, sed tanquam venenū exitiale fu-
giens, quæ illi toto cordis amore comple-
ctuntur in sui pernitiam sempiternam.

Apoc. 1
1. Pet. 2

EXEGESIS EVANGĒ

lij in eodem Festo Ioan-
nis duodecimo
capite.



Selebramus hodie di-
lectissimi illam San-
cti Crucis exaltatio-
nem, quæ temporibus
Heraclij Imperatoris facta est, quā-
do is Cosdroam re-
gem Persarum bello
superatum interemit, & grandem domini-
cæ Crucis partem, quam Constantini Au-
gnsti

C

gusti mater Diua Helena quondam apud Hierosolymorum oppidum honorifice reposita, sed impius Cosdroas, cuius iam meminimus, vi inde abstulerat, se- cumque in Persidem abduxerat, rursus ex Perside reduxerat in locum pristinum, id- que maximo cum honore & veneratio- ne, exultantibus Christianorum populis, quod Deus omnipotens ipsis de feris gentibus concessisset victoriam, suæque Ecclesiam salutiferi ac vitalis ligni be- neficium reddidisset. Si quis plura hinc nosse cupit, legat Chronographos: nos summam tantum rem perstringere volui- mus. Itaque in horum memoriam Sancta Ecclesia catholica, cuius & institutor & moderator est spiritus sanctus, in hanc usque diem annis singulis pia cum devo- tione & alacri studio huius iam dictæ Ex- altationis festum obseruat: simul gratias agens Deo pro humani generis liberatio- ne, quæ in hac præclara cruce confecta est, ad memoriam reuocans illos tam diros cruciatus, tam sæua, tam acerba tormen- ta, tam ineffabiles angustias, & corporis ac animi dolores, quos olim in eadem cruce propter nos miseros, propter nos in- quam, & propter peccata nostra, beni- gnissima voluntate, non vlla vel utilitate vel necessitate sua Dei filius perpessus est: miseratus scilicet pro sua erga nos indul- gentissima pietate vicem nostram, qui pro- toparentis nostri illa tam voluntaria transgressione in tantam Dei patris iram incideramus, vt nulla omnino consequen- dæ veniæ spes reliqua nobis esse posset, ni- si idem ipse Dei filius humanam in se na- turam reciperet, & peccata nostra sua mor- te aboleret. Gratias illius tam profusæ, tam inæstimabili, tam nec sperandæ qui- dem benignitati, qua sic nedum potuit, sed etiam voluit, & quidem propensissi- mo ac ardentissimo desiderio nostræ suc- currere necessitati, nostris mederi vulneri- bus, nostrosque sanare dolores. Merito igitur Sancta Ecclesia non ingrata tan- tis beneficijs Dei sui, præcipua cum vene- ratione Sanctæ Crucis festa colit, quan- do quidem per eam tot nobis bona proue- nere. Sed iam ad Euangelij hodierni expla- nationem accedamus in quo primum, id est, aduertendum, iustis ex causis ipsum hac die recitari quando in eo dominicæ passio- nis sit mentio, quæ in cruce consummata

Ecclesie
catholice
institutor
& rector
vt sit spūs
sanctus

S. crucis
festa cur
celebret
Ecclesia

est. Ait ergo dominus:

Nunciudicium est mundi: nūc princeps huius mundi eijcietur fo- ras.

Quæ verba cum cæteris Euangelij hu- ius dominus Iesus suæ passioni proximus locutus est, ipso videlicet palmarū die. Sci- tis dilectissimi, quantam in totum ferme humanum genus sibi tyrannidem ac do- minatum vsurparat diabolus vsq; ad adu- tum Saluatoris. Nam vt de illis vicjs hic taceamus, quæ ante diluuiam intantum in- ualuerant, vt pæniteret benignissimū De- um creasse hominē, eo scilicet quod se cer- neret frustrari voto suo, (quod non erat a- liud, nisi vt homines sobrie, & iuste ac pie viuendo digni fierent æterna cum ipso be- atitudine perfrui) totumq; ab ea humanū genus, paucis exceptis deleteret, ex veterum discimus historijs, quemadmodum post diluuium Cham filius Noe à patre ppter impium illud facinus, quod diuinæ quo- que literæ commemorant, abdicatus & ma- ledictus in Arabiam sese contulerit: vbi tū primum cepit nefandus idolorum ac dæ- monum cultus, quæ ex illius ipsius proge- nie toto terrarum orbe diffusa maxima v- biq; augmenta est adepta, paucissimis A- brahæ posteris exceptis, qui vnum verum colebāt Deum. Itaque quandiu hoc pacto malus spiritus ab humano genere tanquā Deus adorabatur, iure mundi princeps dictus est. Verum quando Saluator nosser ea causa humanam induerat naturam, vt diaboli à nobis potestatem excluderet, iu- dicium mundi tum fieri cœpit, quando ip- se mundo est prædicare exorsus, quando sedentibus in regione vmbre mortis va- sti scilicet & miserabilis exilij huius, lux orta est Euangelicæ prædicationis, quæ à domino profecta, per Apostolos ac disci- pulos illius in omnes terræ partes diuul- gata ac propagata est. Tum enim quædam inter electos & reprobos facta est discre- tio de quo discretionis iudicio dominus hic loquitur, cum alioqui multiplex scri- pta diuina iudicium commemorent) dum alij misericorditer ad æternam beatitu- dinem sunt electi, neque ad agnoscen- dam tantum, sed etiam amandam & se- ctandam veritatem sunt vocati, alij non Dei proposito ac voluntate, quum ipse nō sit acceptor personarum, sed libentissime qui-

Gene.

Ticum.

Gene. 9
Idolorū
cultus qd
& vbi or-
cum cepit

Gene. 11

Princeps
huius mū-
di cur di-
ctus fuit
diabolus

Luci.

Esai.

Iudicium
mundi qd
nam intel-
ligatur

Deutr. 10
Mast.

qui-

quibuscunque, modo capaces sint, grati- am suam impertiat, verum ob sua deme- rita & obstinatam in malo voluntatem, iuste sunt repudiati. Vbi est sane, quod merito Christianus omnis plurimum for- midare debeat, ne scilicet peccandi assidui- tate, ac diuinæ patientiæ & longanimita- tis contemptione iustam & pauendam er- ga se Dei iram prouocet, atque ita diuinæ gratiæ, sine qua reuera nihil sumus, ope de- stitutus, in omnem prolabatur impieta- tem: id quod nostra ætate multis proho- lor euenisse cernimus, quamuis alioqui se- culi iudicio sapientibus & doctis viris, qui à Deo propter elationem ac tumorem a- nimi sui, cæteraque vitia sua abiecti & de- specti in tam crassos & horrendos sunt deuoluti errores, vt cunctis probe rem in- spicientibus stupori sint & terrori. Sed, quemadmodum Apostolus verissime ait, subuersi sunt ac penitus euerfi, vt vel om- nino non videant stultissimos errores suos, quos tamen etiam idiotæ multi luce clarius depræhendunt, vel intoleranda quadam ducti pertinacia, quæ sola hære- ticum facit, etiam aperta mendacia sua non nisi in suam perniciem mordicus tueri ma- lint, quam sanctæ catholicæ Ecclesiæ iudi- cio humiliter se submittere. Sequitur:

Cur Deus
hoc secu-
lo sinarot
hoies cade-
re in tam
crassos er-
roris

Ticum.

Hæreticū
qdam so-
lū efficiat.

Et princeps huius mundi eijci- tur foras.

E iam diximus quæ diabolus huius mūdi princeps dictus sit, eo scilicet, quod pene totus orbis relicto Dei veri cultu, si- cut à Cham filio Noe & eius posteris di- dicerat, ad colenda simulachra sese con- tulerit. Alioqui absurdum est credere mū- di huius visibilis, qui μακρονόσμος dicitur, principem esse diabolum. Solus enim is optimo iure totius mundi, & rerum om- nium tum visibilium, tum inuisibilium dominium ac principatum sibi vindicat, qui cuncta fecit omnipotenti virtute sua ex nihilo, nullius ad hoc vtens vel opera, vel consilio: siquidem nec alicuius indigēs erat, vt pote qui per se sibi abunde suffice- ret, possetque præstare quicquid vellet, vo- luntatem ipsius vbique pari facultate com- mitante. Manichæi quidem stultissimi vi- sibilia quæq; diabolum creasse affirmarūt: sed eorum iam pridem damnata & explo- sa sententia est. Potest autem & alia ratio- ne diabolus mundi huius princeps dici: vt

per mundum homines accipiantur mūdo huic & peccatis dediti, quos Apostolus te- nebras vocat, eorumq; rectores demones, ita dicens: Nō est nobis colluctatio aduer- sus carnem & sanguinē, sed aduersus prin- cipes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarum harum, atq; ijs ipsis verbis sese explicans, quid per mūdū intelligi velit, nempe tenebras has, id est, homines pecca- torū densissimis tenebris miserabiliter in- uolutos. Eiectus est autē princeps mun- di foras, quādo ab eorū cordibus exclusus est, qui Christi fidem non frigidis ac tor- pentibus animis, sed alacri & deuota men- te susceperunt, nō contenti credere tantū, quæ Christus ipse, ac deinde apostoli & di- scipuli eius docuerūt: nisi etiam ea religio- so animi studio imitari & exequi aditerē- tur. Non em̄ est vera fides, quæ vita & mor- ribus ab illis, quæ credit, plane discordat: nec satis est credere ea, quæ ad Christia- nam religionem pertinent, nisi etiam factis probemus ea nos amare: quanquam Lutherus & eius sectatores aliud tradant: sed illi cum eo spiritu, cuius instinctu sua dogmata miseræ ac simplici plebeculæ ob- trudunt, etiam præmium consequuntur. Nobis autem curandum est dilectissimi, ne nostris in pectoribus regnet prin. eps mundi huius. Non regnabit autē, si nō do- minetur nobis omnis iniustitia, si non re- gnet peccatum in nobis. Esto interim acri- ter nos diuersis lice: vitjs impugnet, non tamen regnum sibi vindicare poterit, quā- diu nos illi consensum negabimus. Quis- quis autem superbiæ, auaritiæ, iræ, inuidiæ, acediæ, gulæ, luxuriæ iaculis sic eneruatur, vt ijs vitjs, aut eorū alicui penitus succum- bat, in eo dubiū nō est, quin principes mū- di huius dominatū occupet: cui tum dāda opera est, vt à tam crudelis tyranni seruitu- te liberetur: id quod fit per pœnitentiæ sa- cramentum, ad quod confugere debēt, q̄t quot per mortiferi peccati consensum sub diaboli potestatem reciderunt. Quod quo fit celerius, eo semper & melius. Pec- catum enim graui quodam pondere de- primit animum, & nisi cito per pœniten- tiam aboleatur, mox ad alia pertrahit vi- tia: in quibus si quis prauam sibi faciat consuetudinem, is ita tenaciter principis mundi huius nexibus obligatur, vt pos- tea vix aut ægre eum à se possit eijcere. Mirum autem fortassis cuiquam videat-

Princeps
malorum
hoim vt
vocetur
diabolus.
Eph. 5
Eph. 6

Diabolus
vri eieci-
dicatur fo-
ras.

Fides vera
quinam p-
betur.

Lutheri si-
des quo
spectet.

Dominatū
quō inquē
que diabo-
lus hoim
accipiat,

Pctō cuiq;
peculiarē
qdam sit

n n iij tur,

tur, quod dominus ait: Nunc princeps huius mundi eicietur foras: quasi non sit etiam ante eiectus foras ex sanctis illis, qui Christi mortem præcesserunt. Sed quod tum in paucis actum fuit, post domini passionem in innumeris gentium nationibus completum est, destructis vbiq; terrarum orbe dæmonum simulachris, & veri Dei cultu recepto. Sequitur iam:

Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.

F Hæc de mortis suæ genere prædixit dominus, quemadmodum Euangelista mox exponit, dicens: Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Leuatus est enim in crucem, & hoc exaltationem appellat; quum potius fuerit humiliatio, sicut & alibi dicit de seipso in Psalmo: Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. Erat hoc genus supplicij olim & turpissimum & acerbissimū, quo tamen pius humani generis redemptor se affici voluit, vt quemadmodum per ligni vetiti vsum primorum parentum nostrorum culpa perpetrata fuerat: ita & per ligni supplicium expiaretur. Poterat autem faciliori mortis genere nos redimere: sed non sufficiebat immensæ erga nos charitati illius, vt pro nobis immeritam mortem exciperet, nisi & ignominiosissimam simul & acerbissimam perferret. No uerat quam saxea sint ad amandum Deum mortalium pectora. Itaque tanta, tam indigna, tam immania voluit tormenta ppeti, & tam atroci morte consumi, vt vel ferrea & plus quam adamantina possint corda emolliri. Simul etiam vt fortissimum sanctis martyribus, qui pro eius nomine grauissimis erant pcenis affiendi, constantis perseverantiæ in seipso præberet exemplum: atque etiam vt patri celesti pro nobis abundantissime satisfaceret, vt non esset iam vllus iræ paternæ locus reliquus. Libenter autem contempsit pro bra, ignominiam & confusionem, quæ in cruce pendens ab prætereuntibus pertulit, vt nos à dæmonum ludibrijs & æterna confusione liberaret. Imo nunquam aliquis quantumuis auarus magno reperto thesauro, vsq; adeo lætatur est, quantum dominus Iesus secundum spiritum in ipsa sua cruce ob nostrum Deo reconciliatione

lætatur. Sic ergo exaltatus à terra, & in crucem leuatus traxit ad se omnia: non Iudæos tantum, sed etiam gentiles dæmonum seruos. Sua enim tam acerba crucis morte non solum pro peccatis nostris satisfecit, sed etiam omnem patris iram vertit in misericordiam, adeo vt non posset se vltra cohibere, quin innumerabiliū vbiq; terrarum orbe gentium corda suæ veritatis illustraret lumine, & spiritu charitatis suæ fortiter ad se attraheret. Traxit enim etiam in ipso filio pater, traxit & spiritus sanctus. Siquidem beatissimæ Trinitatis opera sunt indiuisa. Traxit ergo Christus omnia ad se tanquam ad originem suam, vnde profluxerant. Vsq; ad id temporis totum ferme hominum genus miserabiliter à Deo auersum, his infirmis caducis ac infimis rebus amore & affectu inhæserat, idque adeo vt iam non solum Deus non timetur, sed nec agnosceretur quidem à multo maxima hominum parte. Verum, dominus Iesus misertus animarum à suo principio tam misere aberrantium, & pro summo bono vilissima & vanissima mundi huius oblectamenta amplectentium, retraxit omnia ad se, sicut ipse per Osee promiserat, in funiculis hominum, in vinculis charitatis. Ex quibus funiculi hominum ad ipsius humanitatem, vincula charitatis ad diuinitatem pertinet. Ipse enim est principium nostrum, ex quo creati profluximus, & in quod redire nos omnino necesse est, nisi funditus perire velimus. Funiculi sane fortissimi sunt, quæcunque propter nos egit & pertulit in carne maxime tamen illud extremum crucis supplicium. Vincula autem charitatis omnino firmissima, sunt eius erga nos æterna bencvolentia, fides, amor, quæ eū ad tanta, tam indigna propter nos patienda impulerunt. His ad suam originem retractum est humanum genus. Vnde per Hieremiam ipse dominus dicit: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Quod quidem post Christi mortem manifestissime impletum est. Tum enim per apostolos & alios Christi discipulos toti mundo annūciatus est Christus, & quæ is causa salutis nostræ & fecisset & pertulisset. Quibus cognitis tanta amoris flamma in multorum cordibus subito exarsit, operante scilicet virtute & efficacia sanguinis Christi, vt eam nulla neque perso-

Quoniam in o ad le Christus omnia traxerit crucifixus.

Christus quo omnia traxerit crucifixus.

G

Osee II

Funiculis quibus nos ad le traxerit Christus.

Hiere. I

Exaltatio ne sui qd Christus hoc loco intelligat. Psalm. 87

Crucis supplicij cur Chrs elegerit.

Sant. 3

quitionum, neque suppliciorum, neque ipsius denique terribilissimæ mortis flumina potuerint extinguere vel obnuere. Itanque funicularis hominum & vinculis charitatis Christus Iesus nedum fortium virorum, sed etiam tenerrimæ virginum, honestarum matronarum ac impuberum puerorum sibi corda deuixerat, vt ad atrocissimas tyrannorum carnificinas haud secus, quam ad optatissimas delicias conuolarent. Ita verum est, quod dominus ait: Quum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Traxit enim ad se infantes & viros, pueros & senes, adolescentes & iuuenes, virgines & matronas, nuptas & viduas, pauperes & diuites, fortes ac infirmos, fatuos & sapientes: idque nexibus ardentissimæ charitatis. Pro qua illius tam ineffabili in nos misericordia, maxime quod gentiles dæmonum cultores hostesque suos tam benigne ad se trahere voluit, magnas illi semper gratias agere debemus, quotquot ex gentibus ad eius fidem & cognitionem perducti sumus. Nisi enim mundum & gentium populos suo lumine sic illustrasset, quid nos hodie, nisi perditii essemus?

Respondit ei turba: Nos autem diuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Et quæ est iste filius hois?

Multis locis sacra scriptura Christum perenniter regnaturum commemorat. Quæ quia Iudæos non latebant, sciscitantur ex domino, quæ dicat filium hominis exaltari, id est, crucifigi oportere. Sic enim ipsi illam exaltationem intelligebant: quod eis difficile non erat quandoquidē iam omnino deliberauerant Christum crucifigere: sicut ex ipso & persona in Sapientiæ libro dicitur: Morte turpissima condemnemus eum. Et apud Hieremiam: Mittamus lignū in panem eius. Quod igitur iam apud se statuerant, facile aduertere potuerunt, licet dominus id obscurius proferret.

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.

Saplen. 3

Hierem. 11

Sciebat dominus, qui est lumen verum, illuminans omnem hominem, se breui neci tradendum, idcirco iam Iudæis hoc ipsum, quamuis tecte, prædicit, hortās eos vt dum lucem, id est, ipsum Christum haberent, ambularent in lumine, scilicet gratiæ & doctrinæ illius, vt tenebris errorum & ignorantiæ, quibus iam tot annis Iudæi omnes misere obuoluti sunt, minime comprehenderentur. Hoc idem non cessat omnipotens Deus in cordibus Christianorū ipsi nimis male seruientium perpetuo clamare, tametsi pleriq; id non sentiunt, vt tamen dum tempus est gratiæ, dū adhuc præsens agitur vita, ad Deum verum lumē se conuertant, ament illum à quo tantopere se amatos nouerūt, sint grati illi, à quo tot beneficijs affecti sunt, ne iusto Dei iudicio tenebris hæresum ac prauarum opinionū implicentur. Solet enim omnipotens & iustus Deus cum grauius iratus est, hoc tanquam seuerissimo & metuendissimo vindictæ genere hominum Christianorū castigare & vlcisci flagitia, vt eos sinat labi in errores & hæreses, vt sic mente exæcati dicant bonum malum, & malum bonū: quod nihil potest terribilius cogitari. Qui enim sic affecti sunt, illi vix aut nunquā possunt curari. Nota est sententia Salomonis: Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexit. In Ihs enim verissime impletur illud, quod per Prophetam dominus dicit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorū, ibunt in adinuentiōibus suis. Habemus hæc etate nostra exēpla multa fati: sed quæ plangēda magis sint, quæ commemoranda. Cauemus dilectissimi tantā grauem irā Dei. Ambulemus dum lucē habemus, vt non tenebræ nos comprehendāt. Viuamus ita vt decet Christianos: timeamus Deum, nec nimium nobis de illius misericordia blandiamur. Peccata nostra hæcenus admissa plangamus, iustam iram potentis Dei modis omnibus auertere conemur, ne penitus nos deserat, & sub Turcorum aut aliorū paganorū potestatem redigi nos permittat. Hoc enim in quibusdam non vulgaris autoritatis revelationibus iam olim terribiliter cominatus est. Neque putemus fieri non posse, vt isthæc nobis eueniant. Videamus Græciam, imo Asiam totam, pluresque alias amplissimas regiones, quibus nunc dominantur impij Mahometistæ. Nunquid illis aut sanctiores,

H Ioan. I

Quam seuerissimo iudicio p mittat Deus quodā cadere in hæreses ac errores eorum nam enor ma peccata. Eccles. 7

Psalm. 80

Vt redigatur Chri stiam sub Turcorū iugum ppter peccata eorum.

aut

aut fortiores sumus: Minime vero. Relicti sunt illi propter peccata sua, & quia libenter amplectabantur hæreses. Et nos ergo, qui in eisdem tenemur vitis obnoxii, etiam eandem Dei iram expectare habemus. Sed ad reliqua Euangelij dicta explananda pergamus.

Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.

Nimirum qui ambulat in tenebris ignorantia & culpæ, nescit quomodo vadat. Si enim sciret quorsum tendat, utique rectius sibi consuleret. Pergit enim ad tenebras gehennæ, quæ præcedentes tenebras consequuntur. Cōcordat cum hac dñi sententia ea verba Salomonis, quibus ait: Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. Ergo in tenebris ambulare, hoc est, vitis deditum esse. Peccata enim tenebras in animam adducunt, sicut scriptum est: Excæcavit eos malitia eorum. Pessimos reuera effectus peccatum habet. Occidit animam, excæcat animum, & sexcenta alia mala infert animæ. Et quæ causa est, ut non magis vitetur peccatum, cuius tam exitiales sunt effectus? Ipsum scilicet peccatum. Per peccatum enim quædam vasta caligo offunditur oculis hominis interioris, ut pericula peccati aut non videat, aut non ita ut oportet, videat. Inde est quod multi interim momentum vitam suam rectius instituire, cauere tam horrendos inferorum cruciatus, ignem sulphureum, scetores intolerabiles, aspectus dæmonum omnium cruciatu externo molestiores, & id genus innumera alia, quæ certissime manent impios omnes in tartara relegandos: & tamen non modo nihil curant, sed irrident etiam, & nescio quibus scommatibus eiuscemodi dicta excipiunt. Qui si cæci non essent, & plus quam cimmericis tenebris immergi, timerent sane, & suæ salutis consulerent. Sed quia in tenebris ambulant, nesciunt quo vadunt.

I Cæcitas hominum huius seculi quanta sit

Credunt qui dem iustum esse Deum, & impios pro suis maleficijs puniri apud inferos, sed hæc velut in somno aspiciunt: itaque nihil pendunt. Postea vero ubi merguntur in tartara, tum demum experiuntur, quam malum sit in ignorantia & peccatorum tenebris degere. Talibus hominibus plenus est mundus. Rident, saltant, cachinnantur, comestationibus & potationibus vacant, serena & tranquilla atque secreta eis

sunt omnia, & ut diuus Iob ait: Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant iustibus. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, sed in puncto ad inferna descendunt, ubi nullus est ordo, sed horror & luctus & ululatus semperpiternus, fletus oculorum & stridor dentium. Quæ si iam serio præuidere vellent, melius sibi prospicerent, attenderent illa dicta Mosi, imo spiritus sancti per Mosen paterne peccatores omnes adhortantis: Utinam saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent. Videamus nunc reliqua.

Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.

Hoc est, dum Christum habetis, credite in Christum, ut filij & membra Christi sitis. Christus enim est lux mundi, in quem tamen Iudæi nulla ratione credere voluerunt. Sed quomodo credemus in Christum? Credemus scilicet eum esse verum & viuum Deum, itemque hominem verum, & qui tantopere omne execretur peccatum, ut maluerit in seipso, hoc est, in natura humana a se assumpta peccatum Adæ tam dire vicisci, quam illud impunitum relinquere. Non enim alia nobis potuisset ratione succurri. Atque ex huius consideratione firmissime nobiscum statuemus, nullum unquam, præsertim mortiferum in ipsum peccatum admittere, ne tam grauer eum offendamus: maximeque omne peccatum horrebimus, utpote illi tam vehementer inuisum. Hoc enim ad veram & Christianam fidem pertinet, ut vitemus omnia, quibus offenditur Deus, & faciamus, quæ ipse exigit à nobis. Noli mihi dicere: Non possum, quia infirmus sum. Audi Apostolum: Omnia possum in eo, qui me confortat. Si habes veram fidem, confidas Deo, quod pijs conatibus tuis nunquam deerit. Tantum conare, & quoddam indicas bellum prauis, corruptisque moribus tuis: simul diuinum implora auxilium, & senties omnia esse possibile credenti.

In Deo meo, ait Propheta, transgrediar murum.

SER-

SERMO IN EADEM Festiuitate. Ut tenebras peccatorum fugere, & in diuinæ gratiæ lumine ambulare debeamus: item de peccati nocuentis, & de gratiæ effectibus, denique de laudibus sanctæ Crucis.

K



Mbulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant. Ioannis duodecimo. Hæc tota ratio fuit dilectissimi domino nostro Iesu Christo humanam suscipiendi naturam, ut à peccati morte nos liberaret, & ut à peccatis ad virtutes verbis & exemplis suis nos reuocaret. Hæc tota vitæ nostræ summa est, hac vna ex causa vitam istam temporalem ducimus, hoc denique fine creati sumus à Deo & in hunc terrarum orbem delegati, ut vitemus peccata, & iustitiam virtutesque colamus. Sed quid ista nosse iuuat, nisi & re ipsa præstentur à nobis? Nosti voluntatem Dei: fac illam, & viues. Si non facis, impius es, & ingratus. Ambulate, ait dominus, dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Dicit hoc vniciuilibet homini Christiano salutaribus vndis sacri baptismatis expiato, qui simul atque baptizatus est, accipit spiritum sanctum & lumen diuinæ gratiæ, quo fretus possit vitiorum tenebras euadere. Hortatur ergo eum, ut ambulet in via mandatorum Dei dum lucem habet, ne si extra hanc aberraret viam, luce priuetur, & peccati tenebras incurrat. Videant hic parentes, quemadmodum suas proles à teneris annis probe & pie instituant, ut eos doceant viuere iuxta voluntatem Dei, non huius mundi prauissimos mores: doceant eos totos se ab ipsis incunabilis ad pietatem componere, praua consortia & mundi huius inquinamenta deuitare, innocentiam in baptismo recuperatam toto vitæ tempore illęsam & inuiolatam custodire. Hoc est enim ambulare in luce, & peccati nescire tenebras. O felices illas animas, quæ innocentia vestem semper incontaminatam seruant, & fidem domino in baptismo præstitam nunquam violant. Quod cur hodie tam raro & vix unquam præstetur, non minima causa est, negligens

Proles vti patres suas probe instituant.

Fides vera & Christiana inquam exigit.

Philip. 4

Marc. 9 Psal. 11

& immodica indulgentia parentum, dum non curant proles suas conuenienter dominicis præceptis educare, imo etiam sepe eis laxant habenas ad quæuis perpetranda mala: quorum erit certegrauissima & iustissima damnatio, quandoquidem peccata omnia filiorum & filiarum in ipsos redudabunt. Sed & alijs omnibus dicit dominus, ut ambulent dum lucem habent, id est, habere possunt diuinæ gratiæ, ne sempiternis tenebris inuoluantur, ad quas certum est deduci eos omnes, qui in peccati tenebris moriuntur. Caueamus igitur dilectissimi tenebras metis, id est, peccatum quo animus excæcatur, ne ruamus in foueam mortis æternæ, quo nunquam potest vllum lumen penetrare, sed est chaos teterrimum & obscurissimum, dēssimis semper nebulis inuolutum. Et ut libentius caueamus peccatum, cogitemus, certumque habeamus nihil illud aliud esse, quam grauissimum Dei contemptum, vilipensionem immensæ bonitatis, diuinæ maiestatis iniuriam infinitam, diuinę iustitię incuriam, diuinæ sanctitatis offensionem, omnipotentis creatoris repudiationem, metis incomprehensibilem stoliditatem & amentiam, gratiæ & virtutum omnium exterminium, summi boni priuationem, æternę felicitatis iacturam, intellectus obscuritatem, peruerfionem voluntatis, venenum diaboli, viscum tartareum, damnationis æternæ aditum, causam omnis miseræ, peccatoris mortem & exitium, germem dæmonum, ortum abyssi, hominum insipientiam, rete ac laqueum tentatorum, æmulationem malignorum spirituum, horridam caliginem, maximam turpitudinem, scetorem intolerabilem, summam & extremam vilitatem, ferocissimam beluam, immitissimam feram, damnum inestimabile, grauissimum nocuentum, & malum omnium longe maximum. Tolle peccatum e mundo, & nihil usquam erit quod quæque male habeat. Tolle peccatum e mundo, & omnes felices ac beati erimus.

Peccati effectus & monstra qualia.

L Cōmemorabo hic decem peccati nocuentia, eo duntaxat, ut maiorem capiamus peccandi nauseam & horrorem. Possent quidem innumera adferri dāna peccati, sed, ut dixi, decem duntaxat hic enumerabo. Primum est, quod hominem priuat summo bono, id est, Deo Opt. Max. in quo vno tota consistit salus & beatitudo mentis creatæ, qui solus potest totum illius explere desiderium. Si ergo sæpe minimarum iactura rerum ita nos excru

Peccatorum nocuentia decem quæ sunt.

Priuat summo bono.

excruciat, vt ipsa quoque vita & lux nobis fastidio sit, cur tam parum contristat nos mortiferi cuiuscunque peccati perpetratio: Contigit quandoque sanctum quendam virum transire edes cuiusdam sceminae amarissime ploratis. Vnde pietate motus, cogitabat adire illam, & consolari. Cuique ingressus domum, interrogasset quid haberet, didicissetque eam ob acum amissam ita plangere, statim abiit, indignum iudicans, vt eam pro tam vili re consolaretur. Si illa mulier sic fleuit ob tantillae rei dispedium, quae est ista amentia, vt nos summi boni iactura tam nihil affligat? Hocine est diuinam vereri, amare, honorare maiestatem, plus dolere, si quid temporarium contingat amittere, quam si illius gratiam peccatum admittendo perdamus? Secundum est, quod hominem reddit Deo summe inuisum & contemptibilem. Abominatio est enim Deo impius & impietas eius. Odisti, ait propheta, omnes qui operantur iniquitatem. Quid autem aeque potest esse horrendum, quam odiri & despici ab omnipotente Deo, ex quo tanquam e fonte emanat, quicquid est gratiae & amabilitatis in creaturis: qui est summa & infinita pulchritudo, sanctitas, dignitas, maiestas: cui soli placuisse etiam si creaturis omnibus displiceas, abinde magna felicitas est: cui vni displicuisse, etiam si omnibus placeas, extrema miseria est. Quid est enim, quod possit animam aliquo vero afficere gaudio, quando Deum habet inimicum, & a se alienum? Tertium est, quod subiicit hominem diabolicae tyrannidi ac seruituti, facitque propriae iniquitatis mancipium. Quo quid potest homini accidere indignius: O homo factus ad imaginem Dei, redemptus Christi sanguine, cur intantum tete abijcis, vt non pudeat te esse seruum daemonum, quibus nihil vilius Mundus habet? Beatus, ait Sapiens quidam, qui non seruiuit indignis se: & tu qua ratione beatus esse quaeas, qui vilissimis daemonibus tete subiicis?

Certe nisi plane in furiam versus esses, non vsque adeo te hostium tuorum potestati traderes. Quartum est, quod omni gratia, virtute & merito spoliatur hominem, redditque eum Deo & sanctis angelis tanquam cadaver putridum summe abominabilem. Sicut enim corpus mortuum grauissime olet: ita anima vita gratiae destituta, pessime foetet Deo. Et tamen videas

Paradig.

Facit Deo odibilem. Sapien. 14

Psalm. 6

Facit diaboli seruum

Eccle. 25

M Spoliatur omni gratia, & virtute ac merito.

hodie miserimos homunciones vt placeant hominibus varios corpori suo adhibere odores: cum interim summam sciteant coram Deo, nec curent tamen. O stulti & infani, cur non potius animas vestras virtutum impletis odoribus, vt possitis placere illi, qui vos vere felices & beatos solus potest efficere? Quintum est, quod sempiternam auferat homini beatitudinem: quae tamen reuera tam ingens, multiplex & infinita est, vt si non nisi vna posset obtineri die, merito illius causa omnes vitae huius voluptates despici, & aduersa omnia aequina nimitus ferri deberent. O caecas hominum mentes, o pectora caeca. Sextum est, quod ceu pondus grauissimum, hominem deorsum praemit, nec sinit sursum animum attollere, facitque tardum ac debilem & difficilem ad exequendas virtutum actiones, praecipuum autem & propensum ad appetenda & magnificanda vilia isthaec & infima terrae bona: ita vt recta possit porcus dici, qui nunquam oculos sursum erigit, sed semper prono vultu in luto & sordibus volutatur. Vnde Propheia: Homo, inquit, cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui fit, quod plerisque adeo desipiunt diuina ac spiritalia, adeo sapiunt vana & terrena? Vtique non aliam ob causam, nisi quod animus vitiorum humoribus corruptus, non habet sensum integrum, aut verum iudicium. Septimum est, quod suo pondere mox ad alia trahit vitia, nisi cito per poenitentiam aboleatur. Hoc videmus quotidie in miseris & occaecatis hominibus, qui vbi semel vitijs sese dederunt, in tam profundas merguntur immanium peccatorum voragines, vt vix spes sit eos vnquam posse redire ad vitam. Quos licet millies horteris vt respiscant, nihil nisi aera verberas: imo ridet admomentem, & infelices putant quotquot ipsis similes non sunt. Octauum est, quod animum reddit omni saxo duriores, praeuque consuetudine intantum obligat & afficit, vt diuinae gratiae vix possit capax fieri, maxime vbi versum est in longam consuetudinem. Tales enim difficile corriguntur: de quibus Hieremias ait: Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuertii. Nonum est, quod peccantem reddit tartaro assimilem. Vt enim tartarus est habitatio daemonum, & chaos totius miseriarum;

Beatitudi ne aeterna priuat.

Animum deorsum trahit.

Psalm. 41

Diuina & spiritalia cur multis adeo desipiunt.

Trahit suo pondere ad alia vitia & peccata.

Anima sa xo durior re reddit.

Hierem. 5

Daemonibus assimilat.

seriae, ac abyssus tenebrarum: ita peccator est cubile daemonum, subiectum iniquitatum, barathrum vitiorum, estque in eo sicut in inferno ignis auaritia, foetor luxuriae, tenebrae ignorantiae, vermis conscientiae, sitis concupiscentiae, daemones per effectum, &c. Decimum est, quod aeternae facit damnationi obnoxium. Quae so, si quis vel vna die nudo corpore in arden ti fornace iacere deberet, quid non ageret ille, vt talem poenam possit euadere? Cur ergo tam parum cauetur peccatum quod nos mittit in stagnum sulphure & pice tartarea semper arsurum? Quod si isthaec omnia peccati nocumeta nihil nos mouent, certum est iam tenebris peccati nos esse innolutos: sed tamen dum adhuc dies gratiae agitur, licet inde emergere. Itaque abijciamus eas, actu mundulissimi, & in lumine virtutum & gratiae ambulemus. Atque vt gratia & virtute magis afficiamur, illius itidem decem effectus succinctim recensebo.

Primus est, quod a peccato originis in baptismo nos eripit. Non enim purgamur ab illo peccato, nisi per virtutis infusionem. Secundus est, quod animam firmat, stabilit & cor roborat in bonis. Vnde Apostolus: Optimum est gratia stabiliri cor. Tertius est, quod munit hominem aduersus quouis vitia, quae sunt tetationes carnis, mundi & daemonum, praeuque hominum impia exempla, pestiferas suasiones, & quolibet offendicula. Quartus est, quod animam pulcherrime vestit & ornat, vt possit esse grata & amabilis Deo spoliato caelesti, qui sese animae coniungere non vult, quod diu vitiorum sordibus est polluta, & virtutis inops. Quintus est, quod despondet animam Christo, quatenus conuenit vitae praesentis ac fidei. Sextus est, quod efficit hominem Dei filium adoptiuum, eiusque super omnia adherentem. Septimus est, quod facit hominem Dei templum, thronum ac habitaculum, in quo delectat commorari spiritum sanctum, qui odit sordes, nec potest habitare in corpore subdito peccatis. Octauus est, quod reddit hominem paradiso terrestri conformem, vt pote sanctis cogitationibus floridum, pijs meditationibus virentem, sanctis desiderijs amicum, bonis actibus fecundum, & optimae existimationis ac integre famae odore gratissimo fragrantem. Nonus est, quod etiam caelesti paradiso eum facit similem, vt pote Deum per fidem, & sapientiae donum ac mysticam theologia, quantum fas est in hac vita,

N Dinationi aeternae fa sit obnoxium.

Gratiae diuinae effectus decem qui sunt.

Hebrae. 13

Sapien. i

syncere contemplantem, perpetuo laudentem in prosperis & aduersis in illo se oblectantem, atque propta deuotionis alacritate hilariter ei obsequentem, ac denique omnes amantem, cum omnibus & erga omnes pectoris pacem & fraternam concordiam inuolubiler retinentem. Decimus est, quod homines perducit ad caelestis patriae felicissimam hereditatem, & Christi lesu consortium faciens ex eis heredes Dei, Christi quoque coheredes. Quis iam non libenter velit virtutis & gratiae amplecti lumen, & vitare peccati tenebras, cognitis tot vitiorum incommodis & nocumetis, itemque tot virtutis & gratiae praeclearis effectibus? Sed quia Exaltationis S. crucis festum agimus, etiam de illa aliquid nobis dicendum est. Quid ni enim S. crucis festum celebremus, in qua propter nos immolatus est Christus, per quam abolita sunt delicta nostra, Dei ira mutata est in clementiam, cum Deo reconciliati sumus, patefacta est paradisi tot annorum milibus clausa, & igneo gladio vallata, antiqua nobis patria reddita, paterna ciuitas demonstrata, domus pristina est restituta? Crux altare nouum, in quo nouum illud sacrificium, nempe Christus filius Dei oblati est: imo & ipse sese obtulit: siquidem & sacrificium & sacerdos fuit: sacrificium secundum carnem, sacerdos secundum spiritum sanctitatis. Crux est signum illud filij hominis, quod in iudicij die apparebit, & quando sol & luna & stellae omnes non dabunt lumen iudicis aduentu & claritate obscuratae, Crux miro splendebit lumine, vt confundantur impij qui dominum crucifixerunt, & per ipsam crucifixum ingrati fuerunt: gaudeantque per crucem euecti ad gloriam. Crux Christi est triumphale vexillum, omnium aeternae beatitudinis gloria sublimandorum, nedum hominum, sed etiam angelorum. Namque per crucis Christi, ceu mediatoris, meritum non solum homines, sed etiam angeli creduntur obtinere gloriam aeternae vitae, quam certe nulla creatura suis meritis absque condigno mediatore adipisci potuisset. Vnde quod angelorum pars magna stetit, nec consensit angelis desertoribus, potissimum merito crucis Christi tribuendum est, per quod confirmati sunt, ne cum apostatis illis desicerent ab obedientia, quam debebant suo & omnium conditori. Si quidem in Apocalypsi vbi describitur pugna Michaelis & angelorum eius cum dracone & aspidibus illius, euidenter expressum legimus: Et ipsi

De S. crucis festum celebrandi ratio.

Laudes S. crucis quae nam sint. March. 25 Ioel. 2

S. crucis merito quod dicitur angelorum consensum meritis.

Apocal.: Et ipsi vicerunt eū propter sanguinē agni: quod nullus dubitat ad meritū passionis Christi referendum, quē in cruce consummata est. Itaq; pie credimus, sicut homines à suis culpis per Christi merita sunt liberati, ita & angelos per eadem à ruina esse præseruatos. Siquidem & angelis necessarius erat mediator, qui eis à Deo gratiā mereretur. Quod quidem excellentissima charitate fecit dñs Iesus, in cruce triumphans de aduersarijs suis, suo pro omnibus sanguine suo, cuius meritis etiam angeli seruati sunt. Vnde etiā ipsi cruce Christi tanq; vexillo & cōmuni trophæo vtuntur. Crux Christi est commune meritum, & commune thesaurus angelorū & hominū electorum. Vnde etiā Apostolus ait: In Christo complacuit oēm plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.

Col.: **P** Quamobrem nedum homines sancti, sed & angeli gloriantur in cruce domini nostri Iesu Christi multo felicius & securius, q̄ in proprijs meritis. Siquidem in ipsa cruce benignissimus Saluator oēs thesauros diuinæ sapientiæ & meritorū angelicæ humanæq; naturæ communicandos collocauit. Præterea crux Christi est commune gaudium angelorum & hominum, per quam ceu firmissimum ac inseparabile glutinum creaturæ rationales, angeli scilicet & homines copulātur, vt ex vtriusq; construatur & impleatur superna Hierusalem, cuius est participatio in idipsum, vbi gaudēt oēs gaudio inenarrabili & honorato, per crucis Christi meritum potissime conciliato. Nam alioqui neq; angelica, neque humana merita ex æquo respondere possunt præmio felicitatis æternæ, quod Deus est, quando quidem illa finita sunt, Deus autem infinitus est, nisi fulciantur merito Iesu Christi crucifixi: quod quidem si cut rationem meriti obtinet iuxta assumptam humanitatem & crucem, ita est etiā omnino infinitum ob cōiunctam diuinitatem. Non enim Christus homo solus est, sed Deus & homo. Atq; hoc ipso ex æqua iustitiæ lance infinito præmio respondet meritum infinitum: & infinito merito redditur præmium infinitum. Itaq; hoc crucis Christi merito freti cœlestes illi spūs cōfirmati sunt in gloria, ita vt nunquam possint inde excidere. Nec mouere quenq; de-

bet, quod id longe ante Christum crucifixum contigerit. Nam & hominibus illis, qui Christi aduentum præcesserunt profuit idē Christi meritū, nō minus q̄ qui postnati sunt. Ita & angelicis spiritibus: q̄ dein de promptissima beneuolentia ob voluntatem Dei seruiērūt hominibus, vt & ipsi salui fiant, sicq; crucis Christi merito vtriq; in commune gaudeant, & felicissima vnione nectantur. Cuius q̄dem figuram habuisse videtur crux ipsa dñi Iesu, ex duobus lignis compacta: altero recto, altero transuerso: quorum illud naturam angelicam ob eius stabilem ac immotam rectitudinem, istud vero naturā humanam ob eius miseram euerisionē significat. Ipsa autem ligna mutuo sibi iungūtur in medio, hac nimirum significatione, per Christum crucifixum vtroq; & angelos & homines adunādos, angelica ruina per homines instaurata, & hominis pctō profus abolito & expiato. Rabanus Maurus Moguntinensis olim episcopus de laudibus S. crucis opus confecit mirificum versu & prosa, vbi reuera diuino vsus ingenio multa scribit in laudem crucis: ex quibus pauca hic referemus. O crux sacra, inquit, quæ concedis fidelibus ante Christi tribunal bonorum operū fructus percipere. O crux sacra quæ diruptis inferni claustris p̄sbem sanctorum eris ueras, & in cælo collocaueras. Salue crux veneranda Dei, quæ sapientia, lumen & doctrix es orbis terrarum: quæ vera lux, & amica virtus, & clara philosophia apud cœlicolas terrigenasque indefinenter viges: etiam apud exercitus angelorum, q̄ in claritate lucis æternæ manent: & apud homines, quibus salus & pulchra renouatio post diuinā infirmitatem, & antiquam peccatorum vetustatem extitisti. Te totus orbis beatificat. Te cœlorum agmina collaudant. Per te in nomine Iesu, qui cuncta mundi scepra simul & regum curuat imperia, omne genu siue voluntate, siue vi flectitur, cœlestium videlicet, terrestrium & infernorum. At Michael dux & princeps plebis Dei, te confessione memorat cuncta cœlorum sydera virtute regere & potestate tegere, eo quod ara Dei sis, in qua immolatus est agnus, q̄ abstulit peccata mundi: quo clypeo beneuolentiæ ipse sedulo exultat: qua confessionis fra-mea fidens, bellum init contra draconem horridum, antiquumque serpentem & de-

Meritum Christi g-
lita an ip-
us incarna-
tionem &
fuit.

Figurera
cis Christi
mysteriū
quod.

Q
Raban' de
laude S.
crucis mi-
rificum li-
brum quo
ingentū
tect.

Phillip.

Ioan. I

Apoc. II

hoste

hoste triumphans ouat cū sanctorū agmi-
num millibus, hoc sibi præmij loco petēs,
vt tuā laudem perpetuo ante tribunal de-
cantet domini. O inclita crux domini, au-
læ Christi preciosum fundamentum: tu es
pulchrior florifera specie omnium germi-
num: tu excelsior cædris Libani: tu precio-
sior albo lapide Pario. Hæc ille vir doctus
& pius. Chrysofomus quoq; pulcher-
rimis S. crucē euehit encomijs, quē ob gra-
tiam p̄i lectoris huc adscribere non pige-
bit: Crux, ait, spes Christianorū. Crux re-
surrectio mortuorū. Crux cæcorum dux.
Crux desperatorum via. Crux claudorum
baculus. Crux cōsolatio pauperū. Crux re-
frenatio diuitū. Crux destructio supborū.
Crux maleuientū pœna. Crux aduersus
dēmones triūphus. Crux deuictio diabo-
li. Crux adolescentū p̄dagogus. Crux su-
stentatio inopū. Crux spes desperatorum.
Crux nauigantiū gubernator. Crux peri-
clitātium portus. Crux obsessorū murus.
Crux pater orphanorū. Crux defensor vi-
duarū. Crux iustorū cōsiliarius. Crux tribu-
latorū reges. Crux paruulorū custos. Crux
viroꝝ caput. Crux senū finis. Crux lumē
in tenebris sedentiū. Crux regū magnifi-
centia. Crux scutū perpetuū. Crux insen-
torū sapiētia. Crux libertas seruorū. Crux
Imperatorū philosophia. Crux lex impio-
rū. Crux p̄phetarū p̄conatio. Crux annun-
ciatio apostolorū. Crux martyrū gloria-
tio. Crux monachorū abstinentia. Crux vir-
ginum castitas. Crux gaudiū sacerdotum.
Crux Ecclesiæ fundamentū. Crux orbis
terræ cautela. Crux templorū destructio.
Crux idolorū repulsio. Crux scandalū lu-
d̄corū. Crux p̄ditio impiorū. Crux inuali-

Ioannes
Chryso st.
de laude S.
crucis qd
tenferit.

1. Cor. 3

IN FERIIS D. MATTHÆI APOSTOLI ET
Euangelistæ, epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios cap. quarto.

XX.



Ratres vnicuiq; nostrū data est gratia secundū men-
surā donationis Christi. Propter qd dicit: Ascendens
in altum, captiuam duxit captiuitatē, dedit dona ho-
minibus. (Quod autē ascendit, qd est, nisi qd & descendit
primū in inferiores partes terræ: Qui descendit, ipse
est & q̄ ascendit supra oēs cœlos, vt adimpleret omnia.)
Et ipsis dedit quosdā quidē apostolos, q̄sdam autē prophetas: alios vero
Euangelistas, alios autē pastores & doctores, ad consummationē sancto-
rum in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi: donec occurra-
mus omnes in vnitate fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum,

R
D. Tho-
mas Kem-
pen.
S. crucis
mysteriū
vti vocat
arbor.

Psal. 67

1. Cor. 12

in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A N ha: Epistola, que cōmodissi-
me legitur in festo S. Matthæi
apostoli & Euangelistæ, vt ipsa
verborū facies indicat, Paulus
Apostolus illam dñi parabolā interpreta-
tur, qua dicit hominē quendā peregre pro-
fectū, vocasse seruos suos, & distribuisse il-
lis bona sua: & vni quidē talenta quōq; alij
duo, alij vnum tradidisse, id est, alijs atque
alijs alia & alia plura & pauciora dedisse
gratiæ munera, non pro sua vel largitate,
vel paritate, vt ait D. Hieronymus, sed pro
accipiētium viribus. Ait ergo Apostolus:
Vnicuique nostrum data est gratia talis ac
tanta, qualem & quantam placuit Deo da-
re nobis: qui vtiq; dat omnibus affluenter
& non impropertat. Nec est cur quisquā al-
teri plura ac potiora adeptō inuideat: quā-
do quidē Deus est q̄ dona sua prout vult
impartitur. Quidni em̄ liceat illi facere q̄d
vult? Dedit nouissimis in vinea laboranti-
bus eundē denarium, quem & primo. Et
cū quidā inde murmuraret, audiuit: Ami-
ce non facio tibi iniuriam. An nō licet mi-
hi facere q̄d volo? Quid em̄ ego aliud velle
possum, nisi q̄d optimū sit? Non tñ ita no-
bis sua largitur dona, vt nos velit ociosos
agere. Nam & seruus ille, q̄ talentum acce-
ptū duplicare, & pñ ac liberalis dñi sui bñ-
ficentiæ cooperari noluit, non solū talēto
priuatus, sed etiā in tñbras æternas demer-
sus est: ne q̄s de misericordia Dei securus
ac interim pigritiæ & negligentię deditus,
negligat aut contēnat seruare p̄cepta Dei.
Quod autē data sit nobis gratia iuxta men-
suram donatiōis Christi, probat Psalmo-
graphus, vbi ait: Ascendēs Christus in al-
tū, quadragesimo post resurrectiōem die,
captiuam duxit captiuitatē sanctōrū patrū,
q̄s ex inferorū carceribus diuina potētia &
autoritate extraxit, deditq; dona hoibus
sacro Pētecostes die, qñ in centū quinqu-
ginta hoies effudit spūs sc̄ti largissimā gra-
tiā, ac deinde etiā in alios Christianæ reli-
gionis professores. Neq; desinet sua largi-
ri dona fidelibus vsq; ad extremū diem.
Quod autē dicit ascendisse in cœlū, id vtiq;
vult intelligi, prius eū descendisse e summo
cœlo in has orbis terræ partes, quæ ratioe
mūdi infimę sunt, q̄a in centro mundi col-
locatę, vel in ipm̄ inferni lymbū, vnde pa-

trū captiuitatē victor potens & gloriosus
eduxit, diripiēs vasa fortis armati, id est, di-
aboli, q̄ ea diu tyrānica dñatione detinuerat.
Porro q̄ descendit minoratus paulomi-
nus ab angelis forma serui assumpta, atq;
vsq; ad inferos accedere dignatus est, ipse
est & q̄ ascendit vltra oīm altitudines pote-
statum, vltra cœlos & creaturas oēs vsq; ad
confessum Dei patris, postq̄ illius cōpleta
voluntate, mortē & diabolū deuicit, su-
osq; e captiuitate redemit. Sicut em̄ à sum-
mo cœlo fuit egressio eius, ita & vsque ad
summū eius occurso illius, nimisq; exalta-
tus est sup oēs deos, vt adimpleret oīa que
de ipso in lege, Psalmis & pphetis scripta
& prophetata erāt: Vel, adimpleret oīa, id
est, electos oēs donis gratię & gloriæ con-
summaret. Et ipse dedit atq; cōstituit
quosdā quidē apostolos, q̄les fuere duode-
cim illi, q̄s ipse primo elegit, deī etiā Mat-
thias, Paulus, & quidā alij, q̄s scriptura eo-
noīe appellat, ex q̄bus duodecim vocātur
in Apocalypsi fundamenta duodecim Ec-
clesię. Quosdā autē dedit prophetas, q̄ sc̄to
spiritu afflati, ac cœlesti reuelatione instru-
cti, scripturę mysteria alios edocerēt ac il-
luminarent: q̄sdam itē Euāgelistas, q̄ Euā-
geliū & Christi nomē ac p̄conia vbicq; an-
nūciarent. Deniq; alios pastores simul &
doctores, q̄ alijs p̄fecti, curā illoꝝ habeāt,
& pascant eos salutari diuinę scripturę pa-
bulo, ac vitę alimōia, ne si populo desit cre-
bra & efficacis verbi Dei prædicatio, ignorā-
tiā diuinę legis & volūtatis cotrahant, aut
ad p̄petranda mala fiant p̄liuiores & effre-
natiōes: sicq; vitia subditorū in p̄latorum
caput redundant. Nanq; p̄ Ezechielē mi-
natur dñs se requisiturū sanguinē subdito-
rū de manu pastorum negligentū. Voluit
autē dñs eiusmodi varias esse in Ecclesia fun-
ctiōes & ordines ad consummationē, in-
stauratiōem & perfectā instructionem ac
ædificatiōem sanctōrū, i. fidelīū, q̄ etiā ab
apostolo Petro vocantur gens sc̄ta, vt memi-
nerint se sc̄tōs & immaculatos esse debere.
Voluit, inquā, dñs illos q̄s diximus ceu mi-
nistros fideles ædificādo, exornando & cō-
plendo corpori Christi, hoc est, Ecclesię ef-
se deditos & intentos, donec oēs, quantū
ad fidei & agnitionis dñi nostri Iesu Chri-
sti vnitatem attinet, occurramus & euada-

Lucas h

Psalms
Hebræi

Psalms 99

Lucas 14

B

Matt 4, 10
Marci 1, 4
Lucas 6, 9
Ioan. 6
Acto. 1, 9
Apocal 1

Vitia sub-
ditorū in
p̄latoꝝ re-
dundare.
Ezech. 3

Functiōes
diuersę
cur sint in
Ecclesiā.

1. pet. 2

mus

mus in virum perfectum, & eā mensuram
ætatis, q̄ nos plane reddat adultos in Chri-
sto, siue mensurā ætatis plenitudinis Chri-
sti, ita vt absolutam & integram Christi fi-
dem & cognitiōem obtineamus, firmusq;
in fide Christiana viri, non paruuli fluctu
antes: sed abunde in ea instructi. Potest &
sic exponi: Donec occurramus omnes in
extremo iudicio, venturo iudici in eā æta-
tis plenitudine, qua Christus dominus p̄
nobis occisus est.

EXEGESIS EVANGE-
lij eiusdem Festi. Mat-
thæi nono.

C



Ominus noster Ie-
sus Christus fratres
charissimi, qui omnes
seruare, & a peccatis
ad veniā vocare vene-
rat, neminē a sua gra-
tia exclusit. Omnibus
sefe obtulit, imo & in-
gressit, saepe nullam sibi
dans requiem, sed vltro
citroq; cursitans, vt da-
tum sibi a patre negocium,
nempe animas saluandī
exequeretur. Quid enim
ageret aliud fons pietatis,
nisi vt longe lateq; ad om-
nes ipsi us indigos manaret,
faciaret ægros omnes, &
neminem pateretur suę
misericordię & benignitatis
manere expertem? Vere
p̄missus medicus dñs Iesus,
q̄ e cœlis allatam gratiæ
suę medicinam omnibus
indiscriminatim adhibere
paratus fuit, sed a multis
receptus non est. Sicut
sol iste visibilis lumen
suum cūctis eque exhibet,
nulli inuidet, & tamen
vbi clausę sunt fenestraz,
siue aditus per quos lumen
illius intromitti oporteret,
nihil efficit: ita & dominus
Iesus sol iustitię radios
suę lucis & misericordię
omnibus communicauit
quidem, sed multis cordium
suorū ostia obserantibus,
non potuit illos suę gratiæ
participes reddere. Maxime
vero ab illis exclusus semp-
fuit & pertinaciter repul-
sus, qui se iustos quidē
haberi volebant, atq; tales
ipsi se existimabant, & tamē
iustitię omnis prorsus vacui
& expertes erant, ceterosq;
præ se aspēnabatur, cum
essent ipsi Deo & sanctis
omnibus inuisi & execrabiles.
Tales erant scribæ & pharisei,
quos Deus filium obstinata
animi malitia & exitiali
inuidētia repellentibus,
ad publicanos & peccatores
se transfudit, vt sup̄bis
& tumidis pec-

Ephes. 4

Medicū
Christum
q̄ cur ser-
uare p̄-
cipue
runt.

catoribus repudiatis, humiles & p̄citen-
tes peccatores ad gratiā admitterentur. Ita
ergo & in huius diei Euangelio post cura-
tionem paralytici, relictis scribis calumnia-
toribus, legitur ad publicani conuersionē
se transfuisse, quod nunc paucis explica-
bimus.

Cum transiret Iesus, vidit homi-
nem sedentem in telonio, Matthæum
nomine.

Primum hic apparet & omnibus sefe
standam atq; imitandam proponit S. apo-
stoli Matthæi modestia & humilitas, qui
cū tacito noīe suo rem gestā indicare potu-
isset, sefe etiā nominatim exprimere volu-
it, scilicet vt p̄ctōres q̄libet ad sperandā ve-
niā, vitamq; in melius cōmutandā prouo-
caret. Sedit autē in Telonio, auaris intētus
lucris, vt de mercatorū sudoribus suas cu-
mularēt opes, & a p̄tereuntibus vi extor-
queret, vñ suas augetet facultates. Fuit nā-
que publicanus. Publicani autē apud vete-
res dicebantur, qui vectigalia & alios po-
puli Romani reditus exigendos, certo cō-
stituto precio redimebant. Vlpianus pub-
licanos esse dicit, qui publico fruuntur. Et
oēs qui aliquid a fisco conducūt, recte vo-
cantur publicani. Qui licet apud maiores
& numero amplissimi, & dignitate poten-
tissimi fuerint, tamē nō erat laudanda illo-
rū auaritia, qua grassabant in alios, & ini-
que comparatis rebus suas opes exaggera-
bant. Vnde etiam Zachęus princeps publi-
canorū, postq̄ in dominum credidit, dimi-
dium substantiæ suę dedit pauperibus, &
in quadruplū restituit, si qd quem defrau-
dasset. Raro em̄ culpa vacant eiusmodi te-
lonia, vbi non seruatur æquitas, sed lucris
inhiatur. Vidit autē dominus Iesus Matthe-
um publicanum sedentem in telonio ocu-
lis misericordiæ, qua cor illius intus p̄mo-
uit, illustrauit, ac emolliuit, vt prius intrin-
secus, illuminatus, vocē foris vocantis me-
lius perciperet, & p̄optius sequeretur. Nihil
enim prodest externa quæuis exhortatio,
nisi intus opetur gratia spiritus sancti.
Vidit, inquit, hominem sedentem in te-
lonio Matthæum nomine. Exprimit no-
men suum, vt quotquot ista legunt vel au-
diunt, dum certo discunt ex publicano ad
apostolatus fastigiū esse traductū, non de-
spondeant animum quālibet magnis sint
vitij obligati, sed spe bona, melioriq; co-
gitatione

Matthæus
apostolus
cur nomē
suum hic
expresserit

Publicani
quinā di-
cebantur
olim.

Lucas 19

gitatione concepta, studeant mala sua corrigere, & ad misericordem dominum, semper indulgere paratū toto corde reuerti.

Et ait illi: Sequere me.

D Sequere me, affectu cordis, officio corporis, & effectu operis. Hactenus contempta voluntate mea, fecisti tuam, spreuisti leges meas, obsequutus es auaritiæ tuæ, & quæ sola debueras appetere cœlestia semperque mansura, animum tuum Dei capacem, nec ullis omnino caducis rebus, nisi solo Deo explebilem ad conquirendas & corradendas terrenas opes adiunxisti, non quidem illius implens desiderium, aut sitim extinguens, sed irritans potius ac lacessens, iam nunc me Deum ac dominum tuum sequere. Hucusque dulce tibi fuit lucris inhære terrenis, immensos thesauros compilare & congerere, ac nunc me sequere, ut & tibi & alijs bona lucreris æterna. Sufficiat hactenus thesaurizasse in terris, ubi fures effodiunt, & tinea demolitur: deinceps thesaurum tibi compara in cœlis, ubi nulla est neque furum, neque tineæ formido. Sequere me. Quid hic ad tui perniciem, & aliorum iniuriam resides? Num semper victurus es, ut diuitias augere non cesses, animæ tuæ prorsus immemor? Ecce ego propter te diues quum essem, pauper factus sum. Tu ergo me sequere, & ut possis bonis ditari cœlestibus, mihi amicam amplectere paupertatem. Habeant terrena terræ filij & bonis præsentibus dediti, quæ tamen velint nolint breui amittent, & ad æternam deuoluentur egestatem, tu me sequere, seruus dominum, filius patræ, discipulus præceptorem, creatura creatorem, captiuus redemptorem, ouis pastorem.

Et surgens secutus est eum.

Vno verbo vocatus, mox sequitur, nihil hæsitans, nihil trepidans, nihil cunctatus, imo relinquit omnes huius vitæ spes, & tanquam ilico periturus sit, si moras neçtat vllas, mox relictis omnibus, inuitantis vocem Saluatoris prompta obedientia, & alacri deuotione prosequitur. Spernit diuitias perituras, parentum, amicorum, & cognatorum omnium obliuiscitur, omnium pro detrimentis, imo stercoreibus habet, ut Christum posset lucrifacere. Nec solum terrena abiicit lucra, quæ poterat sperare in posterum, sed pericula etiam cõtempnit, quæ ipsi, totiusque ipsius familiæ ciuita-

tis magistratibus imminebant, quod redemptorum à se vectigalium rationes discedens non confectas reliquisset: eo ipso scilicet nos instituens, ut qui Christum se qui ex animo concupiscit, de nulla omnino huius vitæ re quicquam curet amplius, nec ipsorum etiam parentum aut consanguineorum affectu, vel humano terrore retinentur, quo minus diuinæ obtemperet voluntati, aut Christum vocantem sequi differat, vel de his quæ fieri animæ utilitas suadeat, quicquam intermittat, certus nimirum obediendum esse Deo potius, quam hominibus, vel proprijs affectionibus. Propterea etiam dominus quendam discipulum suum volentem primo se pelire patrem suum, quod tamen ipsa pietas & naturæ lex erigere videbatur, non permisit, sed ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos: vsque adeo & in illo & in omnibus, qui Christi velint esse sectatores, affectus omnes etiam erga maxime propinquos volens esse extinctos, aut certe negligi ac mortificari. Quod si affectiones eiusmodi in consanguineos & cognatos pessum premēde sunt, propter Christum, ut animus totus sese liberius possit transferre in Deum, quāto magis vitandæ sunt & conculcandæ affectiones mundanæ, quæ pietatis propositum impedire, & animum irretire queant? Docentur ergo, ut dixi, in promptissima & perfecta sancti Matthæi rerum omnium, etiam cognatorum renunciatione, nihil tam nobis charum esse debere, quod non libenter Christi amore abijciamus, si nobis impedimento sit ad obtinendam Christianæ pietatis perfectionem. Ea de causa omnes illi primitiæ Ecclesiæ fideles, quicquid habebant in commune conferebant, nihil inde accipientes aliud, quam vnde vitam quotidie sustentarent. Quod si cui durum videtur relinquere omnia, nouerit ille se qui dem ad id præcepto non obligatum, sed tamen rerum possessarum amorem ita moderetur oportet, ut Christi amor in suo pectore semper primatum sibi vendicet, ac deinde rebus suis non ad luxum, sed necessitatem vtatur, sed quæ superfluunt, libenter indigentibus communicet. Felicior autem sanctus Matthæus, quæ simul oia reliquit, vni Christo adherens, in quo multo felicior, securius, abundantius oia possidebat. Quod deinde etiā alij innumeri præstiterunt.

Conuersio
nis ad Deum
verus modus.

Actor.

Matth. 1
Lucæ 9

Affectiones
naturales
quæ naturam
mortificandæ
sunt.

Ato. 4

Quinam
oibus rebus
mundi renuncian-
dum sit.

Matth. 6

1. Cor. 3

Philip. 3

Et fa

Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.

E

Relicturus omnia S. Matthæus, cõuiuium prius instruit, ut amicis valefaciat & dominum ac discipulos eius benigne tractet. Nec infructuosa fuit illius conuersio, quando multi mox aduolarunt publicani & peccatores socij illius, cupientes & ipsi audire ex Saluatore verba salutis, quibus ad meliora prouocarentur. Ita sæpe vnus correctio, multis fit causa salutis, dum odore famę illius attracti, incipiunt damnare se ipsos, vitam suam male actam horrere & reprehendere, dolere se tam miseros esse, non amare nec inquirere, quod illum iam emendatum quærere & amare conspiciunt, atque ita denique etiam melioris vitæ propositum concipere, & ad Christum toto corde reuerti. Parauit autem Matthæus Christo conuiuium, ut à quo cœlestis gratiæ erat beneficia consecutus, illi de terrenis facultatibus non nihil rependeret. Idque conuiuium magnum fuisse Lucas testatur, fortassis non tam epularum varietate & ferculorum pompa, quam animi deuotione & interna exultatione, qua tanti lætabatur hospitis præsentia, quem iam non frigido pectore, sed feruenti amore, complectebatur. Tertio Regum volumine etiam Eliæus Eliam secuturus prius socijs suis conuiuium fecisse legitur quam ab eis discederet. De publicanis, quæ huic Matthæi conuiuium interfuere, D. Hieronymus sic habet: Quia viderunt publicanum à peccatis cõuersum & penitentiæ inuenisse locum, ob id etiā ipsi non desperabant: sed veluti penitentes, veniebant, & discumbebant cum Iesu & discipulis eius, forte inuitati à Matthæo, ut haberet socios in penitentiâ, quos habuit socios in culpa. Porro dominus Iesus salutem omnium sitiens, quodlibet genus remedij vt ait Chrysostomus, exhibebat, & non solum disputando & præstando sanitatum remedia, vel arguendo æmulos, sed etiam comedendo nonnullos errantium dirigebat: inde nos instruens quod quodlibet opus & tempus potest nobis utilitatem adferre. Sic nec publicanorum participationem vitauit propter utilitatem sequentem, more boni medici quæ nisi sanietageret, à morbo non liberaret,

Conuiuium
Matthæus
quale christi
exhibuit

Lucæ 9

3. Reg. 19

Cur Christus
cum publicanis
& peccatoribus
comedere & bibere

Hæc ille. Sed Pharisei falso iusti, & reuera impij, quia iustitiâ foris metiebant, intus malitia & auaritia pleni, videntes dominum manducare cum peccatoribus, indigne ferebant, sicut textus subiungit:

Et videntes Pharisei, dicebant, discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?

Zelum quidem legis habere se simulabant (nam reuera non habebant, cum legem ipsi non seruaret sed minimis quibusdam contenti, potiora legis contenerent) verum dum se iuste aduersus dominum tanquam legis transgressorem moueri putarent, ipsi deterius peccabant, temere dominum legis iudicantes, & proximos despicientes. Quasi vero ipsi peccatores non essent, ira cæteros contemptim appellabant peccatores, qui tamen iam in melius cõmutati desierant esse peccatores, O pharisaicam superbiam, quæ dum sana sibi & munda videtur, aliosque elato despicit supercilios: nunquam suorum meretur veniam peccatorum. Vera iustitia cõpassionem habet, falsa dedignationem. Miseros istos inuidia excæcauerat, qua semper & vbiq; facta Saluatoris calumniabant: & vñ alij remedia salutis accipiebant, inde isti profundius vulnerabantur. Ita hodieque inuidi semper aliorum bonis, deteriores fiunt, & optima quæque pessime interpretant. Pulchre hic Beda, Pharisei inquit, factu inani & inuidia excæcati erant gemino inuoluti errore, dum magistrum veritatis calumniati sunt. Nam & seipos bonos esse credebant, quæ turgida supbia inflati, procul recesserant à via veritatis & iustitiæ: deinde & illos pro iniustis accusabant qui ad meliora conuersi, non parum accesserunt ad iustitiæ semitam. Hic ergo error iste fuit, quando nec sua, nec aliorum pectora cognoscebant. Hæc ille. Quod autem non ipsum Dominum reprehendant in faciem, sed apud discipulos accusant, imitatur morem obtrectatorum, qui semper occulte detrahunt, sæpe in faciem adulantur. Aut certe timent se confundendos publice ab ipso domino, sicut sæpius experti erant: vnde ad discipulos se conferunt, ut inuisum eis aut certe suspectum reddant dominum tanquam legis præuaricatore.

At IESVS ait ad illos. Non opus est valentibus medico,

o o iij sed male

Zelus Phariseorum aduersus Christum quantum

Gregori

Sapientia

Inuidia quod nam tempore peculiare sit. Beda

Detractionibus quæ sepe semper proprium sit

sed malehabentibus.

F

Vide mansuetudinem & modestiam Christi. Poterat eos iure reprehendere, qui omnis virtutis vacui, alios tñ aspñari non vererentur: sed ne miseros magis exulceraret, blãde eis respõdit, & qñ iustitiã eis tribuit, quos non erat nescius à iustitia plurimum abesse. Valentes aut̃ eos vocat, nō qd essent, sed quia ipsi tales se habebãt: quasi diceret. Vos me semper repellitis, tanq̃ qui mea opera non indigeatis: isti autem se miseros & infirmos agnoscunt, cupiuntque accipere medicinam. Itaq; ad illos me accedere decet, q ad hoc missus sum à patre, vt oues pditas regram. Si vos iustiestis, nō dolere debetis, sed gaudere plurimum, quod peccatores redeunt ad iustitiam, & pctis relictis cupiunt etiam ipsi iusti effici. Vos sani estis scilicet. Ergo liceat per vos tñ etiam ægris salutem consequi. Non vacat hæc domini responsio tacita obiurgatione, qua illis superbiam eorum obiicit, vt propria cõuicti conscientia, erubescant se iustos velle videri, qui se sciant iustos non esse.

Matth. 13

Euntes autem discite, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium.

Iudæi nimium sibi placebant in externis sacrificijs suis, & cæteros despiciiebãt: neq; tñ curabant exequi voluntatē Dei. Deus aut̃ ab illis sacrificia illa requirebat quidem, sed magis illi placebat interior animi cultus, qui in veris virtutibus consistit maxime in sincera erga Deum & proximum charitate, quæ docet proximos non despiciere, sed si miseri sint, misereri & cõpati: si iusti, congratulari. Cum igitur Pharisæi peccatores despicerent, iussit eos dominus ire & probe intelligere sententiã Osee propheta, qua dominus ait, se misericordiã potius velle & condolentiam erga proximos, quam sacrificia externa absq; charitate. Nihil enim Deo absque charitate gratum esse potest. Vnde frustra Pharisæi de suis sacrificijs sibi blandiebantur, quando interim charitatem negligebant. Si autem charitate præditi fuissent, neque dominum reprehendissent miseros sanare cupientem, neq; proximos despexissent, sed à medico visitari lætati essent. Charitas enim aliorum miserijs dolet, gaudet salute

Grati nihil Deo est se absque charitate

Osee

& prosperitate. Non ergo debemus cogitare dominum Iudæorum sacrificia dñas se, quæ illis lege præcepta erant, sed mone re eos voluisse, vt charitatem potissimū & misericordiã charitatis filiã sectarent, sine quibus nō possint placere Deo quævis externa sacrificia: quasi diceret: Vos placetis vobis in vestris sacrificijs & alios contemnitis. Sed q pcepit vobis vt sacrificia offeratis, idem & præcepit vt proximos diligatis prohibuit ne quenquam contemnatis. Et sacrificia quidē offerri desinēt: neq; em̃ ea semp̃ exiget Deus: charitas autem & misericordia semp̃ erūt obseruandæ: Fæ em̃ maxime placent Deo, sine quibus ipsa q; sacrificia sc̃tent illi. Cur ergo vos potiora negligitis, & minora tanti facitis, vt propter ea alios vobis meliores spernere non vereamini? Si legis vim mentemq; teneretis, nō tam essetis stolidi. Euntes ergo melius discite quid sit, quod hæcenus ceco corde in Osee legistis: Misericordiam volo & non sacrificium, quale vos hæcenus facere cõsueuistis.

Sacrificia Iudæorum q; Christi hic allu- mari

Exod. 16 Leuit. 10

Osee

Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Si iustus est dñs & iustitias dilexit, si odit oēs qui operantur iniquitatem, quare hic dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores? Verum de illis iustis loquitur, qui cum vitijs pleni sint, tamen intolerabili animi superbia, vel deploranda cæcitate iusti sibi videntur: itemque de illis peccatoribus, qui se peccatores ex animo agnoscunt, nec tamen in sordibus vitiorū cum porcis volitari appetunt, sed præterita peccata admisisse se dolent, ac deinceps omnino statuunt respiscere, & iuxta Dei voluntatem exigere omnes dies vitæ suæ: recogitantque cum Ezechia sancto rege omnes annos suos in amaritudine animæ suæ, & student præuenire faciem domini in confessione, vt tanto securius occurrant venturo iudici quanto se in hac vita studiosius ab admisis peccatis expurgarint. Tales peccatores venit vocare dominus Iesus potius, quam falso iustos, qui sibi iustitiam vendicant sine cultu & operibus iustitiæ: qui iustitiam ore præ se ferunt, & moribus sugiunt: qui cum sint ad omne opus bonum reprobi, tamen omnia sua tuta arbitrantur, & præ se cæteros asperrantur, sicut

G psal. 10 psal. 7 Iud. 8 p̃t care. 43 q nam hoc loco vocatur

Esai. 54 psal. 94

psal. 101 nam ch i stus voca re ad se vt necie.

Titum 1

Lucas 13

Ambrosi.

1. Tim. 1

Gregori Nyssenus

Iustitia ve re q; p beatur

sicut superbus ille Pharisæus, qui publicanum despiciere non verebatur, quem Deus non despiciebat, vtpote, corde contritum, & ad Deum toto corde conuersum. Vsurpatores iustitiæ, ait Ambrosius, non vocantur ad gratiam. Nam si gratia ex pœnitentia, vtiq; qui fastidit pœnitentiam, abdicat gratiam. Maxima aut̃ ex his domini verbis præstatur consolatio & fiducia miseris peccatoribus sese emẽdare cupientibus, dum se ait non propter iustos, sed peccatores venisse in hunc mundum, Sic & Paulus ait: Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Ne quis tñ propterea velit manere in peccatis, D. Gregorius Nyssenus sic locum hũc interpretatur, quasi dixerit dominus. Adeo peccatores non abominor, qd eos tantum gratia veni, non vt maneant peccatores, sed vt conuertant & boni fiant, Hæc ille, Deniq; non est dubiũ, quin charior sit Deo peccator humilis, qui suæ infirmitatis conscius, pœnitentiã agendo diuinæ gratiæ se submittit & subiicit, q iustus superbus, qui de sua iustitia sese effrens, alios condemnat. Vnde merito reprehenduntur Pharisæi, qui sacrificia faciebãt vt iusti apparerent coram populo, nec exercebant opera misericordiæ, in quibus probatur vera iustitia.

SERMO IN EODEM Festo. De apostolorum dignitate & excellentia & in quibus eos imitari debeamus

H



Mitatores mei estote, sicut & ego Christi. I. Corinth. III. & XI. His verbis Paulus Apostolus bis eadē in Epistola hortat Corinthios, vt ipsum imitent nihil veritatis ne arrogantiã tribueretur, quod se ceu pfectionis exẽplar alijs proponeret imitandũ, sed optime sibi conscius, quantis quãq; pclaris esset diuinæ gratiæ affectus donis, vt merito eũ Corinthij imitandũ suscipere deberēt. Quamobrem alibi quoque de se, cæterisq; Apostolis confideter scribit: Nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, præcipua spiritus charismata. Voluit enim dominus Iesus sanctos Apostolos omnium credentium duces & magistros, & sicut propheta ait, populorum principes constiture. Itaque decebat eos largioribus sancti spiritus donis imbui, præstantioribus ornari

Roma. 8

psal. 44

prærogatiuis, omni sanctitate & sapientia, omnimoda perfectione, virtute & gratia, & singulari diuinarum proprietatũ participatione donari: deniq; tanta diuinorum charismatum plenitudine inundari, vt inde toti mundo communicare possent & influere. Ipsi nimirũ duodecim illa sunt p̃cipua Ecclesiæ fundamēta in Apocalypsi descripta, q sustinent totius Ecclesiæ ædificium: possuntq; etiam angeli illi duodecim dici, qui ibidem in portis duodecim fuisse describuntur. Siquidem sacerdotio fungētes, & Euangelicis clauibus vtentes, angeli officium exercent: Imo & angelici principes iure vocantur, vtpote qui gradum supremum tenent in Ecclesia & sancta illa ciuitate, sicut Apostolus ait, Primo quidem in Ecclesia dedit fieri Apostolos. Ipsi etiã constituti sunt iudices duodecim tribuum à sũmo principe. Præterea ipsi sunt primarij illi & peculiare fructus duodecim ligni vitæ, quos ipsa arbor vitæ produxit in cibum & pastores totius familiæ suæ, qru sa luberrimus institutionibus & doctrina viuifica totum Ecclesiæ corpus pascitur, ac vegetatur. Non enim in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, loquentis per sanctos Apostolos tanquam organa purissima. Atque his fructibus mirum in modum delectatur Ecclesiæ sponsus Christus Iesus, delectatur & pater omnipotens, tãquam in propagine dilectissimi filij sui. Porro sub istis fructibus duodecim, continent omnes aliij, sicut sup̃ hũc fundamētis cætera omnia ædificata sunt. Et vt isthæc duodecim fundamēta vnico illi & præcipuo quod est Christus Iesus, innituntur fundamēto, sic etiã oēs illi fructus, id est, electi omnes ab vnica illa arbore vitæ, eodem scilicet domino nostro Iesu Christo proficiuntur: vnde mirifice adinuicem congratulant, cõsiderantes se à tam p̃clara & eximia arbore pcessisse. Adhæc, vt iã partim dixi, ipsi Apostoli principes sunt populorum, præfecti duodenis tribubus, in quibus totum concluditur genus humanum, qui gladio spiritus duodecim mundi partes siue totum terrarum orbem debellarunt, victoresque triumphum reportarunt. Vnde merito iam coronantur cum ipso Imperatore, collocatique sunt tanquam eius assessores supra præcipuas duodecim gloriæ sedes, vt præsidiant & inducēt duodecim tribus

Perfectio apostolorum quantum fuerit post ipsos sc̃ti re ceptionem

Apoc. 12 Fundamēta Ecclesiæ sicut ṽ sine apostoli

Ephes. 4 Mat. 19

Apoc. 11

Deurr. 8 Mat. 4

Fructus Ecclesiæ vt sint apostoli

Psal. 46 Principes vt sint Apostoli

Israel

Pfal. 149

Israel atque adeo exaltati sunt super omnibus terris, habebatque gladios ancipites in manibus ad faciendam vindictam de hostibus tartareis, quos diuina freti virtute superarunt, & ab hominum cordibus salutari predicazione, excluderunt. Denique adeo in gratia confirmati credunt illo die, quae in caelis facta accepere spiritu, ut deinceps nunquam possent ex gratia excidere. Recte igitur omnes illi & singuli nobis dicere queant, quod Paulus Corinthiis, Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Occurrunt autem in beatissimis Apostolis tria specialiter imitanda, nempe, perfectus mundi contemptus, perfecta sui mortificatio & ardentissimus erga Deum & proximos amor. Cum enim a domino vocarentur, sine mora relictis omnibus illum sequebantur, tanquam vinculis quibusdam attracti, a quibus se excutere non possent. Nihil erant solliciti de crastino, non timebant, ne si pauperem hominem sequerentur, simul cum illo paupertatis incommoda sustinerent, nec si bi longa vitae spatia & iucundos dies pollicebantur si manerent in mundo, & facultatibus suis frueretur: sed tanquam onera quaedam & mortis laqueos omnia mundi huius bona abijciebant, felices se putantes, si pauperem Christum sequerentur. Quod reuera magna admiratione non vacat, potuisse eos tam facile adduci, ut in hominis ignoti disciplinam sese traderent, eumque verum Dei filium non ambigerent, cum tamen multa in eo cernerent tanta maiestate indigna, & communibus eum mortalium miseris & calamitatibus subditum viderent passimque eum ab omnibus irrideri, despici & male tractari indies experient. Sed occulta diuinae potentiae virtus in eorum animis operabatur, ut & vocatem intrepidi sequerentur, & agnoscerent Deum latentem in homine, nec fraudem ullam suspicarent, cum nihil in Christo nisi sincerissimam simplicitatem, veritatem, iustitiam, modestiam, rectitudinem conspicerent. Non enim fucare se nouerat candida simplicitas, veritas fallere nesciebat, iustitia nihil iniquum, nihil modestia indecens, nihil rectitudo summa prauum admittere poterat. Itaque sancti Apostoli a Christo vocati statim toto corde mundum relinquebant, diuina gratia omnem in eis mundi amorem extinguente, atque internos cordis eorum reserante obtutus, ut viderent, quae nihil sint quam mundus admirat,

Apostolos fuisse confirmatos in gratia

1. Cor. 4 Imitanda quam in apostolis reperiantur Matth. 4

Matth. 6 Obedientiam apostolorum quantauerit

Lucas 6 Marci. 6

quam vana sint & caduca, quibus mundus deditus est, quam pernitiosa & piculosa, quae mundus toto animo amplectitur, quam denique horreda & fugienda, quibus mundus tanquam summis bonis inharet. In hoc ergo dilectissimi nos sanctissimos patres & duces nostros sectari debemus, ut contemnamus mundum & omnes vanitates illius. Si quis diligit mundum ait Ioannes Euangelista, non est charitas patris in illo. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Homo natus de muliere breui viuunt tempore, ut meminerit se peregrinum esse & exulem in hoc mundo, & replet multis miseris, ut vexatio det intellectum auditui, ne oblitus sui, male sese dedat bonis presentibus, quibus utendum est non fruendum, quod dominus Deus nobis adminiculo esse voluit, non impedimento, ut nos celerius prouehant ad Deum, non ab eo abducant. Sicut enim vehiculis utimur ad conficiendum citius iter, non ob capeffendam voluptatem, sic & comoda & bona vitae huius eatenus sumenda sunt, quatenus nos celerius promouent apud Deum, Quicquid autem a Deo nos distinet ac abstrahit, quantumcunque charum sit, abijciendum est, ne quicquam Christi amori preponatur. Nam ille animam suam propter nos neci tradidit, ut & nos illius causa parati simus etiam charisma quaeque deserere. Ut autem facilius mundum contemnamus, quinque nobis pensanda sunt, quae etiam mundi sapientes & Philosophi tractarunt quidem, sed satis explicare non potuerunt, utpote naturalis dumtaxat luminis exigua illis plucente scintilla, qua se diligenter ad supnaturalia cognoscenda extendere non potuerunt. Sunt autem haec quinque: Qui simus: Vnde venerimus: Vbi habitamus: Quo tendamus: Per quam viam tendamus. Primo quidem qui simus, Philosophi nunquam satis explanarunt. Peripatetici hominem vocant animal rationale productum, ab homine & a sole. Academicus addunt illi quiddam diuinum, quod Plotinus intellectum vocat. Sed dominus noster Iesus Christus vera patris sapientia in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae reconditi, qui perdit sapientiam sapientium, cuius doctrina omnis verissima est, non opinionibus ambigua. Is inquam plane nos docuit esse filios Dei, adhibens prophetae sui testimonium, dicentis: Ego dixi, dominus estis, & filii excelsi omnes. Imo non solum id docuit, sed quia a tanta dignitate fraude

Mundus quate huius dieo contemendus

1. Ioan. 1

Hebrae. 13 lob 14 Psal. 38 Hebrae. 11 Eiaia. 24

Bonistem poralibus quatenus utendum sit

1. Ioan. 1 K

Quinque quae nam conit derada in mundi contemptione

Homo qui definitur a sapientibus

Collof. 1

Roma. 1

Ioan. 1. 10 Pal. 31 Quatenus Christus nos docuit

Ephes. 4

Ioan. 1

Pax vera quam sibi quis sibi meatur

Matth. 19

L Homo vbi venerit

Matth. 6 Lucas 11 Marc. 13

1. Ioan. 1

Roma. 8

Mundus nam melius vincat

fraude diabolica misere cecideramus, nec vllum ipsum in nobis manserat vestigium, per totum nos penitus a Deo disungente & alienos efficiente, ut iam omnes filii irae diceremur etiam benignissima miseratione potestatem nobis dedit filios Dei fieri, mortificata carne & sanguine, quibus obsequendo, ab illa dignitate deiectione eramus. Docuit etiam, ut per veram voluntatis consensionem & suauem concordiam cum ipso, filii Dei efficiamur, vbi ait: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Quae pax non est ea quam mundus optat & amicis suis pollicetur, ut sublato praedonum, latronum & hostium metu, suas quisque facultates secure possideat, & fruatur bonis lucis huius: sed illa, quae nobis semper esse debet cum Deo, quae in omnimoda cum illius voluntate consonantia & concordia consistit, ut nihil appetamus vnquam, nihil agamus, nisi quod illi gratum sit, proculcatis penitus vitis & concupiscentiis, debellatis, hostibus, & pacatis ac sedatis affectibus. Multa etiam alia idem ipse nos docuit, Philosophis incognita, ut quod erimus sicut angeli in caelis, & quod anima toto mundo praestantior sit, &c.

L Secundo, cogitandum nobis est, vnde venimus. Hinc sane Philosophi velut in tenebris palpitantes & tanquam somniantes locuti sunt, nihil nobis certi relinquentes. Quid enim certi traderent, qui verum Deum nesciebant? Christus autem a Deo nos progenitos apertissime docet, vbi nos iubet sic orare. Pater noster qui es in caelis. Atque etiam vbi vetat, ne quem alium patrem agnoscamus, ita dicens: Nolite vocare vobis patrem super terram: vnus est enim pater verus, qui in caelis est. Si ergo filii Dei sumus si ex deo traximus originem, turpe nobis ducamus amare mundum, & in iniuriam tantipatris, vilibus istis rebus amore adherescere. Si enim filii Dei sumus, ergo & heredes. Qui ergo caeli hereditatem certo expectare possumus, cur terrena appetamus? Regna caelestia nobis promittuntur, & nos terram potius eligemus? Itaque contempsum mundi bonis, tanquam alienis & indignis, caelestia ceu hereditatem nostram inquiramus. Turpe est, si regis filius regni gloria posthabita vilia quaedam & infima lucra sectetur. Et nobis turpe itidem sit aternis ac immensis neglectis honoribus, amore mundum prosequi, qui semper fallit amicos suos, ridetque confidentes sibi nec vnquam

melius nisi contemptu vincitur. Tertio attendendum est. Vbi habitemus. Vtique in carcere, in exilio, in loco peregrinationis, in hospitio, in mansione prius hostili, in vicinia Inferorum, in medio innumerabilium demonum, quos nos odio inexpiabili prosequuntur, & omni momento ipsum animam nostram sanguine sitiunt. Didymus quidam rex Barchanarum (quae apud Indos gymnosophista & philosophi fuerunt) homo gentilis. Non sumus, ait, huius mundi incolae, sed aduenae. Ipse dominus Iesus multis locis Euangelii perspicue tradit mundum hunc, in quo peregrinamur, nostrum esse acerrimum inimicum. Quamobrem etiam ipse omnia mundi prospera & commoda fugit & contempsit, & semper inops, exul & peregrinus vixit in terris. Ipse est enim vox illa in Psalmo: Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Deinde ex laetis literis discimus Infernum esse in terrae visceribus, neque nos longe ab illo absumus quod solum si bene pensetur, potest ingentem mundi horrorem nobis incutere, quam doquidem ita vicini & propinqui sumus teterrimo illo carceri, vbi cruciatur hostes Dei, vbi sempiternus est tenebrarum chaos, vbi nihil nisi extrema calamitas & miseria & omne malorum genus grassat. Nec desunt loca, quibus se manifeste prodit ignis tartareus, aliaque inferorum tormeta. Quis igitur nisi totus amens amare velit hunc mundum, vbi tam propinque habitamus demonum & danatorum hominum carnificinae, vbi iuste in omnem aeuum pro suis sceleribus punientur? Quis item mundum amare velit, qui non nisi hospitium est plenum latronum & furum insidiarum, omni nos gratia atque ipso Deo & vita aeterna spoliare studio ac irremisso ac infatigabili nitentium? Quis non illum viatorem stultissimum iudicet, qui oblitus patriae, in hospitio procul a patria cum summo vitae discrimine haerere malit, vbi tamen certus sit crudelissimus & innumeris se circum hostibus, nec vllum fidum habere amicum, cui tuto possit fidere? Est ergo cautissime cauendum, ne expoliemur, dilapidemur, vulneremur ac funditus pereamus. Id vero nunquam rectius cauebimus quam si mundum istum ut carcerem, ut exilium, ut hospitium, plane insidiosum, ut locum pestiferum & hostilem ex animo despiciamus. Quarto, considerandum est, quo tendamus. Quod Philosophi quidam, utpote a nostris mutuati aliquid ex parte attige

Homeybi nam habet

Dydymus rex Brach mandorfu.

Psal. 38

Infernum vbi nam sit

Amatores mundi quatenus sint expositi periculis

M Homo qui nam dedit

attigerunt, sed tñ more suo . Christus aut euidentiſſime docet ad regna cœlorũ nos vocatos eſſe, eoq; tendere debere: vbi nimirum erit manifeſta viſio totius adorandæ trinitatis, fruitio omnium bonorum, & ſtatus oĩm bonorum aggregatione pfectus, q̄ eſt ſtatus veræ beatitudinis: vbi deniq; erit vita æterna, cuius dulcedinem q̄ſq; pfecte cognouerit, vt ait D. Gregorius, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit. In comparatione eius vileſcunt omnia, deſerit habita, congregata diſpergit. In ardeſcit in cœleſtibus animus: nihil in terrenis libet: deforme conſpicit, q̄cqd de terrenæ rei placebat ſpecie . Et ſicut mors corpus interimit, ſic ab amore rerũ corporalium æternæ vitæ charitas occidit. Ergo vt facilius in nauſeam vertantur bona labètia, caduca, fragilia, vana, incerta, ea ſemper animo verſentur, quæ nobis reſoſita ſunt In cœlis, quo tendit omnis qui Deum vere amat. Quinto deniq; penſitandum eſt, per quam viam tendamus: quæ eſt vtique dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſe viam nobis fecit & baculum, cui in nixi pgamus ad patrem, nedum ſuſtentās nos, ſed etiam ducens, attrahens & portans. Sub cuius perſona dicit Auguſtinus: Cum eſſes inimicus, patri meo reconciliaui te: cū errares inter montes & ſyluas, quæ ſui te: inter lapides & ligna quæ adorabas, inueni te: humeris meis portauit te vſq; ad patrẽ, cui te reddidi. Idem ipſe omnia peccatorũ noſtrorum pondera in ſe recepit, vt expedi tius tendamus, & minori negotio perueniamus. Docuit etiam nos quomodo renouari debeamus, ne ſi in teterrima illa eſſigie, quam peccando contraximus, puriſſimis illis ſupernorum ciuium agminibus nos coniungere & ingerere velimus, ſumma ſeueritate reñciamur, multo magis, q̄ ille e nuptijs eiectus ſcribit, q̄ nõ habuit veſtẽ nuptialẽ. Potiſſimũ aut docuit nos Chriſtus via noſtra fixus in cruce . In qua ſi eũ attẽte & ſedulo cõtemplemur, fieri vix poterit, quin ſummũ mundi huius cõtemptũ odium & horrorem contrahamus. Quid enim illa eius in cruce nuditas, quid immaniſſimi dolores, quid acerbiffima mors aliud docuit, niſi vt nihil huius mundi appetamus, vt mundo crucifixi ſimus, & illum nobis crucifixum habeamus, vt deniq; pfecte moriamur omnibus, quæ hic mundus habet & offert ſtultis & inſanis amicis

Math. 9
Boetius
Gregori.
Vitz bea
rae quanta
ſunt gau
dia

Hemo p q
viã ambu
let
Viam cur
ſe nobis p
buerit
Chriſtus
Auguſtin.

Math. 22
In cruce
pẽdẽs vti
Chriſtus
nos mun
di cõtem
ptũ docue
rit

Gala. 6

ſuis? Alterum quod in S. Apoſtoliſ imitandum diximus, eſt perfecta ſui mortificatio. Quæ quam fuerit excellens in illis patribus, vel inde ſatis colligi licet, quod in Actis apoſtolicis leguntur iuiſſe gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti erant pro nomine Ieſu contumelas pati. Non enim poteſt in cõtumelijs & ſupplicijs ac doloribus pie & religioſe gloria ri, niſi in quo omnis priuatus amor funditus extinctus ſit. Amoris autem priuati perfecta extirpatio, perfecta ſui mortificatio eſt. Vbi enim nullus hæret priuatus amor, ibi perfecta eſt charitas erga Deum. Vbi autem perfecta eſt charitas, ibi non poteſt peccatum habere locum. Vbi vero nullum eſt vitium, ibi nihil mortificandũ ſupeſt. Quã obrem ſancti Apoſtoli tanto erant in ſui mortificatione perfectiores, quanto minus amoris proprii in illis inerat. Quod autem peſtiferi amoris illius veſtigium in illis reliquum eſſe poterat, quibus viuere Chriſtus erat & mori lucrum? quibus vita erat in patientia, & mors in deſiderio. Multa hic adhuc dicenda forent, ſed cauemus prolixitatem. Tertium Apoſtoliſ imitandum eſt ardentiffimus erga Deum & proximos amor. Quem tum perfecte ſunt adepti, quando ſpiritus ſanctus in eos descendit, qui eos totos igne ſui amoris incendit, & mirabiliter inflammauit, vt nihil poſſent cogitare aut deſiderare aliud, q̄ honorẽ Dei, & ſalutem animarũ. Et vt longius Dei nomen & fidem propagare, pluresq; Deo animas lucrari poſſent p totũ intrepidis animis peragrarunt, orbẽ, vbiq; annunciantes, verum Deum, & ſi mulachrorum detegentes ſuperſtitionem & vanitatẽ: nec quiſquã ferme ex illis, niſi violenta morte interijt, q̄ quidẽ ob amorẽ Dei ſummo cum deſiderio excipiebant. Quãta aut erga ſeipſos egerint, cauſa amoris Dei, vt Chriſto crucifixo ſeſe confirma rent, ieiunãdo, orãdo, vigilando, laborando nocte ac die, corpus diuerſis laboribus & afflictionibus fatigando & atterendo, & innumera alia exercendo pietatis opa & ſtudia, nemo poſſit vel cogitãdo aſſeg. Nũc igit chariſſimi ſanctiſſimos patres & duces noſtros imitemur, ſicut & illi Chriſtũ dñm pfectiſſime ſunt imitati. Con tẽnamus mundũ, noſipſos mortificemus & Deũ ac pximos toto corde diligamus. Diſcamus cũ ſctis Apoſtoliſ p Chriſto ma la per

Mortifica
tio quan
ta fuerit
in S. Apo
ſtoliſ
AA. 9. 5.
Mortifica
tio præſta
in quo cõ
ſiſtat

Phil. 1
N
Amor a
poſtolorũ
erga Deũ
& proximos
quãtus ſu
erit

Ado. 1

In ſancto
rũ celebrã
tione ſpũs
ſanctus
ſecũde de
ſcendit

la ppeti, p dulcibus amplecti amara, honores ſp̄nere, contẽptu gaudere, noxijs abſtinere delectatiõibus, occaſiones peccãdi fugere, diſſolutos vitare mores, p pcc̄is p̄p̄rijs & alienis ingemiſcere, p afflictis & tẽtatis orare, p illis q̄ nobis bñfecerunt gratias agere, p inimicis vt conuertant deſp̄cari, cõgaudere bonis, cõdolere miſeris, indigẽtidus opitulari, alta nõ appetere, ſectari humilia, ſimplicia amplecti, ſupflua reñcere, paucis cõtenti eſſe, virtutibus nauare operã, aduerſus vitia q̄tidianum inire certamẽ, carnẽ domare ieiunijs moderatis, ſpũ oratiõẽ & lectõẽ pia roborare, humanas laudes reſpuere, ſolitudinẽ expetere, ſilentio

delectari, vacare Deo, ſuſpirare ad cœleſtia, terrena oĩa medullitus vilipẽdere, nihil p̄ter Deũ nobis conſolatoriũ arbitrari. Deniq; Deum ſuper omnia, & proximos omnes in Deo & propter Deum amare. Hæc eſt enim ſumma quãdam & compendium totius doctrinæ Chriſtianæ, in qua nos vna cum Apoſtoliſ Chriſtum imitari debemus, qui ſuis exemplis, ne trepidemus nos animauit, ſuis inſtitutionibus ne erremus, edocuit, ſuæ gratiæ auxilio ne deficiamus munire paratus eſt, & vt fortiter perſeueremus ſeipſum nobis præmiũ loco polliceri dignatus eſt: cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Cõpendi
um doctri
næ Chri
ſtianæ qd
nam ſit

IN CELEBRITATE D. MICHAELIS ARCH
angeli, & omnium ſanctorum angelorum. Loco Episto læ
lectio Apocalypſis Beati Ioannis Apoſtoli ex
capite primo.

XXI



N diebus illis, Significauit deus q̄ oportet fieri cito loquens per angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni, qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti, quæcunq; vidit. Beatus qui legit, & qui audiunt verba prophetiæ huius, & ſeruant ea quæ in ea ſcripta ſunt: tempus enim prope eſt, Ioannes ſeptem Eccleſijs quæ ſunt in Aſia: Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt, & ab Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Pte quidem in feſto beatiffimo rum ſpirituum angelicorum lectio iſta pronunciat, vbi inter cætera gratia & pax optatur Eccleſiæ à ſeptem ſpiritibus, vtiq; angelicis. Quid em aliud poſſint p̄cari nobis angeli pacis, niſi pacẽ: nõ q̄ mũdus p̄ſtat, ſed gratia Dei, quæ ſola vere paratos, tranquillos & ſecuros nos efficit. Ergo Eccleſia libenter hac lectiõẽ vtitur, vt dũ fideles erga ſe ſupnorũ ſpirituũ bñuolentiã agnoſcunt, ad eorũ amorẽ & piã venerationẽ, de bitamq; gratitudinẽ accendant, cupiantq; illis charitatis vicẽ repẽdere, à q̄bus ſe tãto pere ſentiant amare. Sed nũc lectiõẽ ipſa tra ctanda eſt more noſtro. Cum eſſet Ioãnes Apoſtolus & Euangelista (qui conſenſu ſanctiſſimorũ & doctiſſimorũ patrum, Ire

neĩ, Hieronymi, luſtini. Tertulliani, Origenis & latinoꝝ prope omnium, Apocalypſim deſcripſit, nõ vt recentiores quidam ſomniant, alius quiſpiã) in Pathmos inſulã relegatus, ſignificauit illi p reuelationẽ, ſiue imaginariã viſionẽ Deus q̄ reuelat myſteria, quæ oportet fieri cito, omnẽ videlicet Eccleſiæ ſtatũ ad ipſum vſq; extremũ diem. Non em quiſq; vnquã tam perfecte ac dilucide cuncta Eccleſiæ euẽta vt Apoſtolus & Euangelista Ioãnes deſcripſit. At que ad hæc ſignificanda vſus eſt angeli miſterio, forte illius q̄ cuſtos eidẽ Apoſtolo erat assignatus, vel alicuius ex archangelo rũ ordine p quẽ miſit & apuit Deus cũcta huius Apocalypſis myſteria ſeruo ſuo & Apoſtolo ac diſcipulo Ioãni Euãgeliſtæ. Vt em Dionyſius Arcopagita teſtis eſt, re

Apocaly
pſin quis
vere ſcri
pſerit

Dan. 9

Angelorũ
q̄nam D.
Ioãni Apo
calypſin re
uelarit
Dionyſius
Arcopagi
ta

pp uelatio

uelatiōes ppheticæ sūt ministerio angelo
rū. Illi, inquā, Ioanni, q̄ testimoniū phibuit
verbo Dei missus Romæ in feruentis olei
doliū, à q̄ tam exiuit illæsus, q̄ erat ab om-
ni corporis pollutione immunis. Malebat
enim vitæ subire discrimen, quam negare
Christum verbum Dei, cui testimonium
reddidit pro illius amore contemnendo,
quicquid posset mundus inferre supplicij,
& libera voce scriptisq; clarissimis eum om-
nibus prædicando. Non enim putabat sibi
quicq̄ esse formidandum, q̄ minus Christi
Dei filium libere oibus annūciaret. Noue-
rat eo se in Christi Apostolum ascitū, vt ip-
sum cūctis verbo & scriptis p̄dicaret. Vñ
etiam fidelissime suo functus officio testi-
monium perhibuit verbo Dei, & testis fu-
it Iesu Christi syncerus & integer, patefaci-
ens quibus poterat modis quæcunque vi-
dit, id est, res gestas oēs dñi Saluatoris, qua-
rū notitia erat fidelibus utilis & necessaria.
Idq; certe non vulgari constantia eum fe-
cisse constat, quandoquidem in Actis apo-
stolicis inter præcipuos ipse numerat, & D.
Petro Apostolorū principaliquoties co-
mes & socius peculiaris adiungitur. Quā-
obrem beatus ille merito censendus est, tū
psenti conscientie pace & securitate, tū fu-
turæ gloriæ certa expectatiōe, qui legit pia
deuotione & credula animi pietate, & qui
audit alios recitantes, aut e suggestu annun-
ciantes & explanantes verba prophetie hu-
ius: nec tamen sola lectiōe vel auscultatio-
ne cōtentus est, tanq̄ sufficiat ad salutē nos
se voluntatē Dei, sed etiam seruat re ipsa &
opere, quæ in ea scripta sunt. Seruare nan-
que & exequi voluntatē Dei id potissimū
exquiritur à nobis. Legas omnia diuino-
rum scriptorum volumina, fidem accom-
modes promptissimam & certissimam om-
nibus inibi contētis: nisi tamen etiam obe-
dientē & morigerū te exhibeas erga ea quæ
vel facere, vel cauere iubent, quid quæso ti-
bi proderunt? Beatus ille, qui legit, audit &
seruat verbum Dei: miser autem & infelix
qui cum sciat voluntatem Dei, aut merito
scire deberet & posset, tamen contentus in
ani fide, putat opera à se non exigi, sed fidē
solam sufficere ad salutem. Verum
beatus qui & nouit & seruat verba ppheti-
cæ huius, bona in ea scripta adimplendo,
& mala deuītando: q̄a tempus prope est, q̄
iustus & æq̄s iudex reddet p̄mia sin-
gulis pro cuiusque meritis, & non audito

res legis sed factores in iustorū consortij
assumet. Tempus inq̄ prope est, q̄ intelligēt
oēs pariter, quā bonum fuerit seruire Deo,
quam malū & amarum reliquisse dominū
Deum nec timorem illius fuisse apud nos.
Ioannes Apostolus & Euangelista septem
Ecclesijs Asianis, adeoq; cunctis toto ter-
ræ orbe constitutis Ecclesijs, ita vt à Deo
iussus est, hanc scripsit prophetiam: optat-
que vt vobis qui Deo credidistis, & in eius
membra transfistis per fidem & charitatem
que vbique in omnibus annunciantur Ec-
clesijs, gratia per quam fitis accepti Deo, &
pax cordis & temporis sit ab eo qui est De-
us vnus, atq; idem, semper immutabilis, im-
motus, indeficiens ac inuariabilis, & qui
erat ante omne æuum, & qui futurus est in
æuum sempiternum, venturusq; vt reddat
mercedem iustis & iniquis pro meritis sin-
gulorum: & à septem spiritibus, hoc est, se-
ptem summis angelorū principibus: vel
tota sanctorum angelorum frequentia &
vniuersitate, qui septenario numero tanq̄
vniuersa cōplectente comprehenduntur &
sunt in conspectu throni eius, in presentia
diuinæ maiestatis, in superna Hierusalem,
vbi semper intuentur faciē eius, & officio-
sissime obsequuntur & famulantur viuenti
in secula seculorum, à quo se intelliguntha-
bere omnem felicitatē suam, iureq; illi de-
bere se totos quicquid possint. Optat autē
S. Ioannes, vt gratia & pax nobis sit à Deo
tanquam datore & autore, ab angelis autē
tanquā p̄ns intercessoribus, qui nobis Dei
gratiā & pacem concilient. Offerunt enim
S. angeli preces nostras Deo, suasque illis
iungunt, sicque optatam nobis diuinæ
gratiæ munera referunt. Sed & pax & gra-
tia vobis sit, inq̄t, ab Iesu Christo, q̄ quate-
nus Deus est, cum patre & spiritu sancto
totius gratiæ fons & largitor est: quate-
nus vero homo, suis excellentissimis meri-
tis gratiam nobis & pacem temporariam
ac sempiternam tanquam præcipuus &
singularis mediator obtinuit, si tamē nos
cooperari velimus. Idem autem ipse testis
est fidelis, quia veritas infallibilis secun-
dum diuinitatem, & quia ob veritatis te-
stimonium mortem carnis durissimam su-
stinuit secundum humanitatem: & pri-
mogenitus mortuorum, eo quod primus
à mortē surrexerit ieternū victurus: & prin-
ceps regū terræ, id est, electorum omnium,
qui vitis vniuersis & animo suo dominan-
tur, qui so-

Martyri
S. Ioannis
Euangelistæ

Acto. 2. 2.
4. 5.

Voluntatē
Dei opere
exeq' vt à
vt à nobis
sequira f.

B

Hierre

Angelos
deos esse
p̄ces hoim

Ioan. 14

Reges qui
nam soli
iure vocē
tur

tur q̄ soli iure regis vocant, regnaturi sem-
per cum principe suo & Imperatore Iesu
Christo, qui dilexit nos amore p̄sus gra-
tuito, immenso, æterno, & lauit nos à pec-
catis nostris non quocunq; modo, sed in
sanguine suo, quo ipso suum erga nos amo-
rem euidentissime declarauit, fundens pro
nobis sacrosanctum sanguinem suum, &
quicquid nos merito luere debueramus, in
se recipiens atque eluens dirissimis & atro-
cissimis cruciatibus, ipsi ab humano gene-
re, quod crearat, quod redimere venerat, ir-
rogatis.

EXEGESIS EVANGE

lij eiusdem solennitatis.

Matthæi decimo
octauo.

C



Matth. 10
Hierony.

Quid re-
hensibile
cur Chri-
stus in apo-
stolis hæ-
re præmis-
sit

NEuangelio hodie
no commemorat di-
scipuli dominum in-
terrogasse, quisnam
potioris dignitatis
& gloriæ futurus es-
set in cælis: moti vi-
delicet inde, qd pro
Petro idem p̄tium qd pro dño Salvatore
solutum viderant, & eundem cū Ioanne &
Iacobo filijs Zebedæi maiori Christi fami-
liaritate vt nō ignoraret. Sed qd sibi vult
isthæc percontatio? Nondum in eorum
pectore Satā penitus contritus erat: adhuc
pestiferum superbiæ & ambitionis semē in-
tus delitescerat, quod nisi gratia spiritus
sancti, & domini Iesu admonitione, & ca-
stigatione paulatim elisum fuisset, poterāt
sane toti Ecclesiæ non paruo fuisse scāda-
lo, quod ipsi inter se de dignitate contende-
rent, quos dominus primos & præcipuos
in Ecclesia sua esse voluisset. Sed p̄misit pi-
us & sapiens dominus in discipulorum
suorum cordibus quædam hæere vitia, vt
ea non in illis tantum oportuno tempore,
sed etiam in nobis omnibus curaret, dum
quæ quid in tam electis & charis disci-
pulis ipse compræhenderit disceremus,
magis solliciti simus cauere eiusmodi. Sic
dum illos patitur aliquamdiu certis non
carere vitis, nos aduersum illa præmu-
nitos optat, vt illorum imperfectio nobis
ad perfectiora sectanda calcar adhibeat. Si

mul etiam vt agnoscamus, quanta sit hu-
manæ naturæ infectio, corruptio, imbecil-
litas, quando nec illi vitis fati dominari
poterant, qui perpetua filij Dei consuetu-
dine, præsentia, familiaritate potiebantur:
Quam autem conueniat hoc Euangelij,
solennitati S. angelorum, facile intelligi
potest, tum quod hic scandala pusillorum
adeo condemnantur, vt pote nedum Deo,
sed etiam S. angelis hominum custodibus
summe inuisa, tum quod expressa sit beati-
tudinis angelorum commemoratio. At
nunc Euangelium explicare tentemus.

Euangeli
umpiens,
& aprequa
drat huic
solennitatis

Accesserunt ad Iesum, discipuli,
dicentes: Quis putas maior est in
regno cælorum?

Quæstio hæc superuacanea est & cu-
riosa, id explorare cupiens, quod scire ni-
hil attineat. Quid ad te o homo, quis ma-
ior sit in regno cælorum? Quærebant hoc
Apostoli etiamnum infirmi & imperfecti
adhuc carnales & tepidi, necdum spirita-
les, & diuino amore pleni, Alioqui si in e-
orum pectore flamma diuini amoris forti-
ter arisset, non potuissent ad superuaca-
nea inuestiganda animum adiecisse: quan-
doquidem amor Dei non finit hominem
aliud vel cogitare, vel inquirere, vel deside-
rare, quam Deū. Philosophi qdam atque
per plures etiam hodieq; Christiani sapien-
tes vel potius deliri tempora & ingenia sua
in rebus inanissimis detriuerūt, & deterūt,
quarum cognitio plus ad verā salutē offi-
ciat, q̄ conferat. Sed quare hoc? Quia intus
vacui sunt & inanes, diuiniq; amoris exp-
tes. Eoq; etiā ipsi vani reddūtur, curiosi &
scioli, & cū nihil aut parū habeant veræ eru-
ditionis & sapientiæ, tamen audēt velut e
sublimi in sanctissimos patres ferre senten-
tiam, & cū nec seipsos norint, alios omnes
contemnere, lacerare, reijcere. Qui si negle-
ctis rebus friuolis ac supfluis, ad salutaria
& vtilia inquirenda, discēda, p̄scrutanda, se-
ctanda docenda sese conferrent, atque an-
te omnia Dei amorem totius vitæ nostræ
scopum consequi, atq; in eo magis ac ma-
gis crescere & augeri contenderent, reie-
ctis ac posthabitis omnibus, quæ illum im-
pedirent aut minuerent, iam sane & sibi &
alijs fructus magnos adferre possent. Sed
curiositas imponit multis, à qua nec Apo-
stoli fuere immunes, quando scire volue-
runt, quisnam maior esset in regno cælo-
rum:

D

In huius
seculi cu-
riosos sci-
olosq; euā-
gelicos

Curiositas
quibus
quantum
imponat

rum quod tamen etiā ex superbia & ambitione quadam quæsiſſe videntur: quæ qui de peſtis altas in natura humana radices egit, inſita & inſtillata ei à fallacioſo illo serpente, qui vt protoparentes noſtros à diuinæ legis obedientia abduceret, promiſit eis Dei ſimilitudinē in cognitione boni ac mali: ad quam tum illi temere aspirarunt. Sed & illis, & nobis omnibus euenit, quod in Pſalmo quodam miſerabiliter dicitur: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et quotq̄t ex illa deprauata radice trahimus originē, ad elationem & ambitionem, atque adeo quæuis vitia male propenſi ſumus. Quid vero reſpondit dominus Apoſtoliſ curio ſe percontantibus?

Gen. 3

Pſal. 48

Et aduocans Ieſus paruulum, & ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Apoſtoli ſummam cœli dignitatē expetunt, & vſque ad infimæ ætatis abiectiōnē ac humilitatem reducuntur. Aduocans enim dñs paruulum quendam, qui etiam num totus ætate paruulus ac innocentie puritate præditus eſſet ob ſuſceptā circumciſionē, qua olim apud Iudeos infantes mū dabant ab originis macula, ſicut apud nos baptiſmo, ſtatuit eum in medio corū, vt exemplo, qđ in moralibus plurimū valet, eorum factum reprimeret, atq; ad virtutē pro-uocaret: dixitq; eis: Amē dico vobis: Niſi ab hac mentis vanitate & pernicioſa principatus obtinendi contentione conuerſi fueritis ad humilitatem, modēſtiā, ſimplicitatem & innocentiam paruulorū, nō ſolū non eritis magni in regno cœlorum, ſed nec intrare in illud permittemini. Habet ætas infantium multa quæ etiam viros imitari deceat: Vt quod non irascuntur, non intumeſcūt aīo, nō ſe vltra æquales efferūt non inuidēt maioribus, non contemnunt inferiores, non in hominibus fortunā venerant, naturā deſpiciūt, non ſunt libidini dediti, non ſtudēt avaritiæ, non ſunt ambicioſi, denique & multis alijs carēt malis, & bonis p̄diti ſunt. Quæ niſi vos p̄ gratiā & in-duſtriā adipiſci ſtuderitis, ſicut illi ea ex

Infantium proprietates quædam quænam ſunt

natura habēt, nō admittemini in regnū cœlorū. Nolo autē vos ſenſibus effici paruulos, ſed malitia, vt inſit quidē in vobis ſerpētis prudentia, ſed adſitetiā ſimplicitas colūbæ. Quid hic dicturi ſunt, q̄ impudētiffime aſpirāt ad honores & dignitates, q̄ alios cupiunt opibus, potentia, dignitate excellere & anteire, qui Chriſtianos ſe dici & haberi volunt, & à Chriſtiana ſimplicitate, modēſtia, innocentia longe abſunt? O vos ſuperbiæ filij, qui in ſublime criſtas erigitis, huc aures cordis & corporis aduertite, qđ æterna ſapientia præcipiat auſcultate: Niſi, inq̄t, cōuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnū cœlorū. Vultis grandes eſſe? prius eſtote paruuli. Quod ſi neglecto Dei conſilio & præcepto, abſq; humilitatis ſuffragio in altū cōtendere non ceſſaueritis, quāto altius aſce-diſſe vos putabitis, tanto profundius corruetis. Lucifer vſq; ad Dei æqualitatem ſe ſe erigere non quidem potuit, ſed voluit: tamen: & mox infra omnes dæmōnes in infernum tartari lacum detrufus eſt.

Superbi ambitioſi & lectionē ſibi neceſſariam diſcrete debent

Quicumq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum.

Non dicit ſimpliciter, Quicumq; humiliauerit ſe (Eſt enim qui ſe neq̄ter humiliat & interiora eius plena ſunt dolo) ſed q̄ ſe humiliauerit ſicut paruulus iſte, id eſt, ſyncere, ex aīo abſque ſimulatione, abſq; mendacio, vt quod foris oſtendit & præſert coram hominibus, ex ipſo cordis fundo p̄ficiſcatur: nō aliud adhibeat foris, aliud intus tegat: id enim duplicitatis eſt vitii, cuius expers eſt infantia ſimplicitatis amica: hic maior eſt in regno cœlorum, tanto quidem maior in cœlis, quāto humilior in terris. Faceſſat ergo omnis ſupbia & arrogantia, quæ Chriſti humilitatē reſpuens, ſemper tollitur in ſublime, & nedum æquales, ſed etiam superiores plerumque contemnit. De qua memorabili ſententia dicit Chryſoſtomus. Nihil certe arrogātia atq; ſuperbiā peius, quæ mentis quo vires natura hominibus conſeſſas, ita deiciat, vt amentes ex prudentia, ac animo ſtolidos efficere videatur. Nam quemadmodum ſi quis cum ſtatura cubitus ſit, inſtar montium, imo etiam altiorem ſe putet, ac ideo le ipſum quaſi montes exceſſurus erigat, nullum aliud argumentū inſanię ſuæ q̄ramus.

Eccle. 10

Humilian diſe modus verus quis

Chryſoſ.

Superbia quidnam ſemp̄ ſere peculiare ſit

Sic

Sic cum inflatum videris hominē, qui meliorem ſe cæteris arbitret, contempniq; opinetur, ſi cæteris hominibus cōſeratur, nullum iam aliud ſignum recordiæ hominis exquiras. Tāto quippē ridiculoſior eſt hiſ qui natura inſaniunt, quanto ipſe ſponte hunc ſibi morbum iniecit. D. Baſylius Magnus in regulis breuioribus, quæſtiōe moſta, quomodo regnum Dei accipiemus vt paruulus, Reſpondit: Si ad doctrinam domini tales nos præbuerimus, qualis eſt paruus in percipiendis diſciplinis, q̄ nō cōtradicit, neq; ſe diſputans aduerſus magiſtros defendit, ſed tradita ſibi præcepta cū fide atque obedientia ſuſcipit. Quod eſt maxime cōtra hæreticos, q̄ ſui capitis adinuentiōes & ſōnia, p̄ferunt totius Eccleſiæ iudicio in malū ſuū, & p̄niciē ſimpliciū ac miſerorū.

Baſylius

Et qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcepit. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

F

Matt. 23

Chriſt⁹ q̄ in ſuis mēbris vere recipiatur

Quiſq; fidelē quēpiā huius paruuli innocentiam, humilitatē ac ſimplicitatē imitantem ſuſcipit cauſa amoris mei, & qđ libet in eum cōfert beneficium, ſua vel liberalitate illius leuans inopiam, vel conſilio & doctrina inſtruens ignorantia, vel humanitatis ac hoſpitalitatis ſtudio eū peregrinū teſto ſuſcipit, aut quouis alio proſequitur charitatis officio, non ille hominē ſuſcipit, ſed meipſum, qui nō aliter accipio quicquid in quemlibet etiam vltimorum membrorū meorum collatum fuerit, quam ſi mihi præſtetur. Ecce erga nos charitatem Dei, qui in nobis vel beneficio vel iniuria affici dignatur, vt iam merito ſumme cauendum ſit, ne cuiq; licet extremo Chriſti membro noceamus, maximeq; danda opera, vt omnibus, præſertim abiectis, egenis & miſeris opitulemur. Nec eſt ſane, cur id ægre faciamus, quando totum Chriſto præſtatur. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, hoc eſt, qui vel verbo, vel facto, vel alio quouis modo alicui tali puſillo, ſimplici ac humili in me credenti, & forſitā adhuc infirmo

& impfecto (Nā tales facilius ſcandalū patiunt) cauſam ruinæ p̄buerit, atq; in errore & p̄ctū atq; animæ exitiū p̄traxerit, nō veritus perdere animā, p̄ qua ego ſanguinē meū fudi, expedit ei, p̄ſtat, ſatius eſt, vt mola aſinaria ſuſpendat̄ in collo eius, & demergatur in profundum maris, hoc eſt, vt quantumuis duro afficiatur ſupplicij temporalis genere, quo ſpiritus ſaluus fiat. Potius em̄ quæuis ferenda eſt pœna temporaria, quam anima cuiuſquam à Deo abſtrahatur. Quamobrem recte mouetur ſancta Eccleſia catholica, quæ hæreticos obſtinatos, q̄ infinitis animabus ſcandalo ſunt, iubet viuos concremari. Quod ſane & iſtis expedit, & alijs: ipſis quidem, ne plures perdendo grauioribus ſe ſcleribus & tormentis reddant obnoxios: alijs autem, ne p̄ illos ſeducantur. Sic morbidū pecus ſeparatur ab ouili, ne cæteras oues morbi contagione inſiciat. Ita & expedit ſcandalorum fabricatores tolli e medio, ne puſillos ſuis exemplis aut dogmatibus in damnationem pertrahant. Ex qua domini ſententia luce meridiana clarius ſit, quante pe re infirmorum ſcandala vitanda ſint: & in tot hodie mundus ſcandalis plenus eſt, vt virtus ſit flagitijs eſſe deditū, & ſi quis paulo rectius viuere velit propter timorē Dei, omnibus mox irriſui & contemptui ſit: multoque iā ſtudioſius alijs alios in vitia, & per conſequens in ſupplicia mortis æternæ nō illicere tantum, ſed etiam protrudere conentur, quam olim ſancti patres proximis ad Deum & virtutes inducere laborarint. Quod quidem ſatius eſt lachrymis & ſuſpirijs, quam ſcriptis aut verbis proſequi.

Scandalū puſillorū quāto ſtudio præcauendum

Hæreticos obſtinatos q̄ conſulto & merito ex terminat Eccleſia

Viuere p̄be inſtituens vti hodie oibus ſere ſtatū dicitur

Vt mundo ab ſcandalis. Neceſſe eſt enim, vt veniāt ſcandala. Veruntamen vā homini illi, per quē ſcandalum venit.

P̄ſſimus animarum ſaluator præuidens ſeculi malitiam, vā ait mundo ab ſcandalis: neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: Tanquam dicat: Stultorum infinitus eſt, & ſemper erit numerus, qui non poterunt aliud, quam ſtultitiam & ſcandala meditari, atque proferre. Quamobrem peſſime cum mundo, id eſt, hominibus mundi amicis, & Deum nō timētibus agi neceſſe eſt. Tales enim cum ſint auerſi à Deo, fieri

G

Eccle. 1

poterit, quin facile assentiant & decipiant impiorum hominum erroribus & offendi culis: Et id melius quotidiana experientia quā ex libris discimus. Extitit vnus apostata & excucullatus monachus, diuina humanaque omnia miscere cepit, fixit & refixit leges, in omnes cuiusuis ordinis homines spurcissimo ore debacchatus est, nihil nisi carnis desiderijs plausibilia docuit, p sola nuda fide licet sterili, pietatem omnē, studium omne virtutis ac probitatis penitus damnauit & reiicienda tradidit: deniq; tanta ramq; horrenda & inaudita scribere, dicere, agere non est veritus, vt non possit sine horrore referri: & tñ tot sibi ascitit discipulos ac sectatores, vt nullus vnq; scđorum tot videat conuertisse ad Christū, q̄t iste breui tēpore à Christo abduxit. Quare hoc: Quia mundus plenus erat infirmis & pusillis, quibus molestū erat seruire Deo, carnem cum vitijs & concupiscentijs crucifigere, p arcū viā & angustam portam ingredi. Quibus vbi spes proposita est, & diuinæ scripturæ sentētijs pperam expositis fallaciter ac insidiosè pluasum est solā fidē sufficere, opa bona supuacanea, imo & noxia esse, atq; id genus alia multa p̄sus à diuinis literis abhorrētia, manibus & pedibus in eā sententiā mox iuerunt, & scandala animarum suarū, quę summopere vitare, execrari, detestari debuerant, obujs vlnis, amplexi sunt, Sed vā illis ab huiusmodi scandalis, & quidē vā sempiternū, nisi resipuerint. Atq; etiam vā homini illi, per quē scandala ista venerūt. Sed & alijs quibuscū que scandalorū architectis vā. Si em̄ apud hoīes mortis sentētia plectunt, q̄ vestē aut aliqd aliud rei alienæ surant, q̄ illi habebunt sustinere p̄cā q̄ scādalis suis animas rem longe p̄tiosissimā Deo creatori eripiunt: Merito p̄cenas dabunt æternas, qui animas semper victuras perdunt. O si hęc bene attenderent homines. Quā multa hodie scandala p̄bent, & tñ vix quisquam animaduertit, aut alicuius pensi habet Ornant se mulieres, ornant se viri petulantiter nimis, & multi vtriusq; sexus ex eorum aspectu grauer vulnerantur. Scandalo ergo sunt proximis suis. Et vā illis ait dominus, per quos scandalum venit. Dicūt autem: Nos non id volumus nostro ornatu & vestium petulātia, vt alijs offendantur. Quid dicitis miser! Venenum alijs porrigitis, & non vultis vt inde lædantur? Audite obsecro, quid Chrysostronus dicat: Si vir aut mulier se ornauerit, & vultus spectantiū in se prouocauerit, etsi nullum inde eueniat damnum, iudiciū tñ feret in eternum, quia venenum obtulit etsi non fuit qui biberet. Hęc ille. Augustinus quoque terribilem fert sentētiā in eos, q̄ alios scandalizant, ita inquit: Magis peccant qui animas ad peccandū inflammant & Deo subtrahūt, quā qui carne Christi crucifixerūt. Et D. Isidorus. Deteriores sunt, inq; quā siue doctrinis, siue exemplis vitam mores, que bonorum corrumpunt, his qui subtrahunt aliorum p̄dia que diripiunt. Vt ergo homini illi per quem scandalum venit. Sed quia duplex est scādalu, alterū qd dicit actiuum, alterum passiuum, posteaquam hactenus de priori egit dominus, nunc ad alterum vertit orationem, quod ipsi ab alijs, siue à nobis ipsis patimur:

Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abste. Bonum tibi est, vnum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.

Si manus tua scandalizat te, vt ad vltus illicitos eā addhibere delectet, vt aut tāgere velis, quod non deceat, aut operari qd illicitum sit, sicut per manus multa fiunt graua & horrēda p̄cā: aut item pes tuus scandalizat te, vt ire velis ad p̄petranda adulteria, scortationes, homicidia comestationes, comotationes, aut alia quæuis scelera, abscinde siue manum, siue pedem, & proijce abs te, id est, mortifica eiusmodi praua desideria, improbas voluntates & tentationes diabolicas, ne p̄bebas membra tua arma iniquitatis p̄cō, sed vt ris illis ad ea duntaxat, quorum gratia tibi data sunt à Deo. Melius est enim, vt interim, licet cum aliquo sensualitatis dolore, careas vosuptatibus & oblectamētis illicitis, q̄ p̄ momentanea delectatiōe, & membrorum

brorū abusu mittaris in ignem æternum. Et si oculus tuus scādalizat te, vt velis pulchras inspicere mulieres, licet te vulnerari sentias, aut quiduis aliud sola ductus curiositate vel cupiditate cōspicere, quod tamen sine animæ detrimento non possis, erue eum, & proijce abs te, hoc est, auerte eum, ne videat vanitatem, & imitare sanctum Iob dicentem: Fodus peperi cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de virgine, Oculi enim nisi seuerè custodiantur, grauisima enim in animam damna inuehunt, quom̄ sint animæ fenestræ, per quās mors ipsa ingredit. Oculus meus, ait Hieremias propheta in persona hominis oculos suos non custodientis, deprædatus est animam meam. Itaq; hac manuum, & pedum truncatione, & oculorum relectio ne dominus Iesus om̄es carnales affectus rescidit, vt neminem tam charum aut propinquum, aut vtilem vel necessarium habeamus, quin eum fugere & abijcere, qū nos abstrahit à Deo, nitamur. Nouit vnusq; credentium, ait D. Hieronymus, quid sibi noceat, vel in quo sollicitetur animus, ac sepe tētetur. Melius est vitam solitariam ducere, quā ob vitæ p̄sentis necessaria æternam vitam perdere. Melius est solum tantum fieri, quam perire cum pluribus. Et Cassiodorus: Iustitia, inquit, non patrem, non matrem nouit, personam nō accipit, solum Deum considerat & attendit. Numpe ergo omnem affectum carnalem, & separa eum à te, si maior & potētior es: si minor separare ab eo, & in quātum potes deuota societatem eius quem castigare neqs. Nihil enim tam nocium, quam permissio societatis. Denique hic ipsis verbis sapientissime nobis consulit Deus, monens vt fugiamus peccandi occasiones & pericula. Quæ nisi euitentur, vix aut nullo pacto peccatum euitari potest, p̄sertim vbi quis se procliuem sentit in vitia, & infirmum ad resistendū. Discamus igitur Christi amore contemnere & mortificare affectus inordinatos erga quascunq; res creatas: si pater, si mater, si soror, aut frater, aut quisuis alius quantumuis propinquus, & charus: si res quælibet creata nobis scandalo est, & illicit ad peccatum, ac abstrahit à Deo, fugiatur & abijciatur propter Deum. Habet dominus Deus, vnde centuplo plura & potiora nobis restituat.

ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angelicorum in coelis semper videt faciem patris mei, qui in coelis est.

Solet Deus plerunque abiecta & contemptibilia huius mundi eligere, & qui mundi amicis despicabiles videantur. Ita ergo Christus, qui animas potius intuetur, quam externa bona, vt sunt honores, diuitiæ & similia, præcipit hic hominibus, ne quemlibet pusillum in ipsum credentem contemnant ob simplicitatem ac humilitatem illius. Nam etsi humano iudicio tales negligendi censeantur, tamen Deus non eos negligit, imo tantum facit, vt etiam beatissimos ac illustrissimos illos cœli ciues, angelicos spiritus eorum custodiæ assignarit, qui nihilominus perpetuo vultum Dei contemplantur, in quo beatitudinis summa consistit. Vbi duo nobis traduntur: Neminē scilicet esse contemnendum, etiam si pauper & pusillus sit, & angelos semper videre faciem patris, qui tamen in dem nobis custodiendis assignati sunt. Si ergo contemptibilis quisquam videatur, quod abiectus, simplex, & pusillus sit, saltem hoc à contemptu illius nos reuocet, quod semper illi adest custos eius angelus sanctus, præclarus & gloriosus spiritus, qui certe pro suo in hominem ipsius curę traditum amore, illius contemptum æquanimiter ferre nō potest. Deniq; ex hoc loco colligimus immensum erga nos Dei amorem, qui voluerit nobis seruire angelicos spiritus, quorum tamen natura sublimior est: nec ambigendum est, quin singuli homines, mali æque ac boni habeant singulos angelos vitæ suæ custodes. Et vt diuus Hieronymus ait: Magna dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui angelum delegatum.

SERMO I. IN EADEM FESTIUITATE. De angelis, quid & quales sint: de eorum hierarchijs & ordinibus, de ministerio eorum erga nos: & quo pacto nobis imitandi & honorandi sint.

Videte ne contemnatis vnum

Marrini Lutheri vna mo restructur que s sua impietate efficit

Galat. 5 Mart. 7 Lucæ 13

Scandala p̄stantes aiabus infirmis q̄ grauisimis se p̄nis inuoluant

Matth. 18

Vestiu or na u & curostitate vii hoīes alios scandalizant

Chryso.

August.

Isidorus

Scandali bifaria accipi

H Manib' & pedibus vti multitarium & graniter que peccetur

Rom. 6

Oculus scandalizans gram sit erud.

Iob 3

Ocul' ma le custodi tus quoniam mala ante me inferat Hierem. 9 Thren. 3

Hierony.

Vitæ solitariæ laus ex D. Hieronymo.

Cassiodor.

Societas p̄mittit q̄ sit anima nocua.

I Cor. 1

Contemnendum fore ne minime.

Ex angelo rum custodia considerandam Dei erga nos charitatem.

Hierony.

K



Ngeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Matthæi XVIII. Dulcissima plane & iucundissima nunc agitur solennitas, nempe S. Michaelis archangeli, & omnium spirituum angeli eorum, in qua nos illorum felicitati & beatitudini totis animarum visceribus congratulari debemus, & per maximis in eos collatis beneficiis diuinæ maiestati vberes gratias agere: ipsos denique speciatim inuocare ac pietatis & deuotionis officijs studiosissime venerari, quod illorum protecti & adiuti patrocinio, securius aduersus inimicas demonum acies, & mala omnia nos à Deo retrahentia dimicemus. Ideo namque ex sancti spiritus instinctu conuenientissime ab Ecclesia dies iste illorum honori decretus est, ut eorum suffragia & patrocina precibus, desiderijs, lachrymis, suspirijs atque alijs religiosæ uenerationis studijs ambiamus: Quo tamen etiã uultro inuitamur, nisi plane cæci, stupidi & ingrati sumus, quando certum habemus cum illis nos quandoque in cœlesti patria perenniter victuros, atque interim dum hic sumus multis & magnis eorum nos frui beneficijs, atque ab innumeris animarum & corporis malis per eos præseruari. Neque latere nos potest indiuiduos eos totius huius peregrinationis nostræ, qua ab illorum dulcissima societate exulamur, esse comites, quod nos in rebus dubijs confirmet, in aduersis erigant, in prosperis moderentur, in tentationibus tueantur, in periculis protegant, & ad virtutum profectus capiendos maxima nobis conferant adiumenta. Cum igitur tot tantaque, imo & multo plura ab illis consequamur bona, non possumus non illos vicissim amare, venerari, colere, nisi totius humanitatis prorsus expertes sumus. De quibus ut paulo diligentius aliquid agamus, primo quid vel quales sint videndum est: deinde quod hierarchiæ & ordines, quæque singulorum functiones & actiones: tertio de ministerio quod nobis impendunt: quarto in quibus sint à nobis imitandi, & quod patet colendi & venerandi. Primo igitur de substantiæ intellectuales, semper mobiles, arbitrio liberæ, incorporeæ, Deo ministrantes, immortalitatem suscipientes secundum gratiam, non naturam. Et Isidorus: Angeli, inquit, sunt substantiæ spirituales, natura mortales conditi, sed con-

templatione immortales facti, animo impassibiles, mente rationales, felicitate securi, futurorum præscij, iussi mundum regunt, missi corpora aerea assumunt, in cœlestibus commorantur. Quos ipsos diuus Bernardus libro quinto de Consideratione dicit esse spiritus potentes, gloriosos, beatos distinctos in personas, dispositos in dignitates: ab initio stantes in ordine suo: perfectos in genere suo: corpore æthereos, immortalitate perpetuos: impassibiles, non creatos, sed factos, id est, gratia, non natura: mente puros, affectu benignos, religione pios, castimonia integros, vnanimitate indiuiduos, pace securos, à Deo conditos, diuinis laudibus & obsequijs deditos. Hæc ille. Ex quibus multa possunt elici, quæ nos ad sanctorum angelorum amorem vehementer inflamment. Est etiam in eis magna diuinæ essentia similitudo, & absolute loquendo, maior, quam in hominibus. Vnde D. Dionysius non solum ad imaginem Dei eos conditos esse dicit, sed etiam Dei imaginem, & scriptura sacra signaculum similitudinis eos appellat. Itemque vocantur specula splendidissima, copiosissime illustrata, in tantum, ut si cui contingeret videre angelum, idem ipse videret Deum in illo clarissime resluentem. Totum enim se Deus illis infudit, utpote diuinitatis capacissimis, tamen iuxta mensuram suam. At nihilo minus sunt rationes quædam, ob quas perfectior est in homine Dei imago, quam in angelo. Deum maxima in eis inest puritas & inuiolata innocentia, quæ nulla unquam cuiusuis vel tenuissimi delicti macula est aspersa, ita ut à diuo Dionysio vocentur specula pura & incontaminata. Non enim commiserunt apostatis illis, & desertoribus angelis, qui non contenti naturali dignitate, diuinos sibi voluerunt usurpare honores, & superbia ac importunitate rapere, quod humilitate & obediëntia mereri debuissent. Sed sui conditoris perspecta voluntate, illi firmissime ac promptissime inhaerunt, & quicquid se nouerant ab illo adeptos, totum in illum refuderunt, neque vlla ex parte committere voluerunt, ut ab illo vel minimum discordarent. Quia in re multum certe hominibus antecellunt, ut quorum est natura peccati contagione corrupta. Poterant quidem sancti angeli cum cæteris repugnare Deo, sed liberi arbitrij sac-

Bernard.

L

Similitudo Dei in angelis resluentem. Dionysii martyr. Ezech. 1.

Imago dei ut perfectior sit in homine quam in angelo.

Esaiæ 14

Stabilitas angelorum.

Angeli sancti quanta sint deuotione venerandi.

Festus angelorum cur in scripturis sit.

Beneficia quæ à angelico famulatu homines consequantur.

Angelus quomodo definitur, quod uel sit angelus et spiritus. Ioannes Damasc.

Isidorus.

Fortitudo angelorum. 1. Reg. 19

Pulchritudo angelorum.

Anselmus

Bernard.

Confirmatio angelorum.

cultatē diuinæ gratiæ applicuerunt, eiusque ope & adiutorio freti, in bono perstiterunt. Præterea ingenti sunt robore ac fortitudine præditi. Patet hæc ex Regum libris, ubi vnus angelus dicitur interfecisse nocte vna centum octoginta quatuor hominum millia. Nam suo quodam impetu feruntur, idque tanto maiori vi & efficacia, quanto minus corporis implicantur impedimentis, & quanto sunt à corpore remotiores. Ad hæc ineffabili pollēt pulchritudine, adeo ut nihil sit in his rebus inferioribus, quod eis possit comparari. Quid autem mirum si Deus tam speciosos & elegantes voluit habere ministros, cum sit ipse fons pulchritudinis, Deus immensæ maiestatis, quem non decent nisi absoluti decoris seruitia? Itaque etsi mirabilis est pulchritudo & splendor solis & lunæ, tamen nihil habet ad angelicam elegantiam & claritatē. Vnde D. Anselmo doctissimo & sanctissimo pontifice autore, si angelus vnus staret in cœlo stellato, & essent tot soles, quot stellæ, tamen illius vnus angeli claritas soles omnes haud secus obscuraret, quam solis splendor stellarum lumen, multisque modis etiam solis pulchritudine longe amplius vinceret, quam solis decor terræ pulchritudinem superat. Et hæc quidem ita se habent etiam de infimo angelo. Quæ ergo mens concipere, quæ ratio inuestigare possit summi angeli decorem & elegantiam? Vt enim D. Bernardus ait, qui in naturalibus præcellunt angeli, idem etiam præcellunt in gratia & gloria. Vere amabiles & omni terrena pulchritudine incomparabiliter amabiliiores cœlestes illos & absolutæ venustatis spiritus, qui si bene & attente considerentur, possint mentem contemplantis etiam in ecstasim rapere sui decoris incomprehensibili magnitudine, & splendoris inextinguibili claritate. Si ergo o vilis homuncio amat res viles temporarias, cur non ita potius viuas, ut possis ad horum pertingere consortium, quos Deus tanta ornauit pulchritudine, tanto illustrauit lumine, ut deforme sit & obscurum, quicquid totus hic sublunaris habet orbis? Est insuper aliud in eis quod dignitatem & felicitatem eorum vehementer exaggerat, ut quod in bono sunt confirmati, ita ut nulla vnquam ratione possint à Deo excedere. Nos quidem miseri instabiles sumus & fluctuamus, & quandoque ubi omnia nobis tata arbitramur, repente in cænum

corruimus, atque vix ægre ad resurgendum conualescimus. Quod hodie placet, cras displicet: & ut hodie sumus ad bona agenda agiles & strenui, ita sequenti die ad omnia quæ virtutis sunt, torpemus ac languescimus. Atqui angeli sancti ubi semel tota mente in Deum se conuerterunt, mox in gratia confirmati, simulque tria sunt præmia consequuti: nempe tranquillitatem, in patre per Christum reconciliatorem: veritatem in filio per Christum doctorem, suauitatem in spiritu sancto per Christum amatorem. Accedit huc, quod in ordine creaturarum supremum obtinent locum, & in omni naturali perfectione, sapientia, virtute mirabiliter excellunt, donis item gratiæ & gloriæ longe excellentius præfulgent: ex quibus summa eorum colligitur amabilitas, quam certe tanto constat in re qualibet esse maiorem, quanto maior illi inest bonitas: quæ non potest non maxima esse in sanctis angelis, tam multimodis naturæ, gratiæ & gloriæ donis tam excellenter ornatis, qui sicut diximus, nullam vnquam cuiusuis peccati labeculam contraxere, qui ab initio suæ creationis in summa puritate & innocentia atque perfectione perstiterunt, qui mox ut confirmati sunt, Deum gloriæ fontem omnium boni, felicitatis abyssum, beatitudinis summam perspicue ac dilucide sunt contemplati, ardentissime dilexerunt, tota omnium virium suarum facultate deditissimis membris honorarunt, qui eidem regi seculorum immortalis, inuisibili in omnibus semper promptissime morem gerunt, eum studiosissime laudant, & ingenti cum humilitate suspiciunt & admirantur, clamantes, & dicentes absque vlla intermissione: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula secula seculorum, Amen. Et hæc quidem de primo, putata, quid vel quales sint angeli sancti, dictum sit satis. Quot autem sint illorum Hierarchiæ, quot ordines, quæque singulorum functiones & officia, atque etiam quæ actiones eorum, iam considerandum venit. Hierarchias tres esse constat: infimam scilicet, mediam & supremam, atque singulæ Hierarchiæ tribus constant ordinibus. Ordines itaque sunt novem, Primus Angelorum, Secundus Archangelorum, Tertius Principatum, Quartus Potesta-

Tranquillitas, veritas & suauitas angelorum quanta

Dona gratiæ & gloriæ collata.

Perfectione angelorum quanta.

1. Tim. 1

Apoca. 7

Hierarchiæ angelorum tres quæ sint.

Ordines quæ sint angelorum.

Potesta

Potestatum, Quintus Virtutum, Sextus Dominationū, Septimus Thronorū, Octauus Cherubim, Nonus Seraphim. Ita distinguuntur à D. Dionysio martyre & Episcopo, qui fuit Pauli Apostoli discipulus. Sed D. Gregorius, eumque secutus Bernardus paulo aliter distinguunt. Sed parum refert. Non enim contenderunt inter se sancti patres isti, sed suam quisque sententiam protulerunt, parati semper cedere melius sentientibus. Angelorum autem officium est, ut minora hominibus nuncient, eosque purgent, illustrēt & perficiāt, eis assistāt in tentationibus, quæ non parum multæ occurrunt in hac vita, quamuis multi ob mentis excæcationem tentationes non sentiāt, eo quod sponte sua vitijs dediti sint: eos item ad virtutes agendas excitent, eos deducāt per lubricum huius periculosi exilij iter. Siquidem diuino ipsi amore incōparabili ter ardent, & cœlesti pleno sunt lumine, atque Dei & domini sui gaudijs perfecte profuuntur, ad quæ ex voluntate Dei nos perducere debent, ut ex nobis instauretur ruina desertorum spirituum, & cœlestis Hierusalem muri illorum lapsu diruti ex nobis reedificentur. Archangeli summa, id est quæ naturam excedunt, ut sunt fidei mysteria, atque id genus alia arcana nunciare solēt: itemque quæ ad vtilitatem Reipublicæ pertinet. Et quamuis sint superioribus agminibus inferiores, tamen quarundam proprietatum illorum participes sunt, & angelis inferioribus præfunt, reducuntque inferiores ad superiora: itemque dominis, regibus, pontificibus, & quibuscunque regentibus præfident, atque sacris interfunt. Principatus ita dicuntur, quod subditis spiritibus præfunt, & eos ad diuinum explendum ministerium disponant. Ad quos, ut vult diuus Dionysius, id pertinet, ut regni alicuius aut gentis vniuersale regimen ad Dei similitudinem reducāt: estque eorum officium, promouere homines, ut non priuati commodi, aut lucri vel vtilitatis causa, sed ob Dei amorem & honorem iustitiam exequantur. Curant etiam publica, gentes, principes, magistratus, prouincias & regna: & vim quandam prælatis influunt, quam ipsi à terribili sede maiestatis diuinæ hauriunt: quo fit ut subditi iugum quoddam præfidentis, à quo facile se absolueri nequeunt, sentiant, imo timeant ac reuerentur in eis vim diuini-

tus per principatus illis inditam & communicatam. Cum enim alioqui principes perinde ut subditi, homines sint, eiusdemque naturæ & mortalis conditionis, nequam illos timerēt subditi, nisi terror diuinus per principatuum ministeria eos eueheret, ac cæteros incusso timore ad præfidentiam obedientiam & reuerentiam compelleret. Vnde pessime illi agunt, qui prælatos & superiores suos despiciunt: quandoquidem totum id redundat in iniuriam summi regis & principis. Sed quia nimium deformis est omnis præfidentia, nisi illis præditi sint qui alijs præfunt, quæ merito eos dignos efficiant ad alios gubernandos, hoc est, veris virtutibus, qui est, pulcherrimus principum decor & ornatus: careantque vitijs, & terrenis voluptatibus ac oblectamentis minime dediti sint, quod eos omnibus reddit venerabiles. Virtutum ministerio & fauore tum illis, tum alijs hominibus additur animi constantia & mentis quidam robustus vigor, ac virilis seueritudo contra vitia, & effeminantes voluptates. Quartum vero locū obtinent Potestates: quarum nobis præfidiū cum primis necessarium est, ut aduersum Potestates aereas, malitiæ & inuidiæ plenas, præualeamus. Potestates arcēt ea quæ ordinem diuinæ distributionis aliquomodo perturbare videntur. Diuus Gregorius de his spiritibus loquens: Potestates, ait, vocantur hi angeli, qui hoc potentius in suo ordine perceperunt, ut eorum ditio ni virtutes aduersæ subiectæ sint: quorum potestate refrænantur, ne corda hominum comprimere aut obumbrare valeāt. Item Bernardus: Illi, inquit, spiritus, qui Potestates nominantur, dum crucifixi nostri diuinam potentiam vbique attingentes, eam magnificare delectantur, hinc ad disturbandas dæmonum, hominumque vires, pro his qui hæreditatem capiunt salutis, potestatem accipiunt. Diuus Dionysius eosdem spiritus diuinarum Dominationum & virtutum donis fulgere dicit, quibus possint rebelles virtutes & potestates coercere. Virtutum officium est docere prælatos, ut facile & constanter quæ sui sunt muneris exequantur, & onera spiritualia æquamiter ferant. Fiunt etiā miracula per hos spiritus, virtutemque mira faciendū hominibus influunt. Nouē quædam illis tribuuntur. Primum

Dionysius martyr.

Bernardus Gregorius.

Angelorum officium quod.

Archangelorum officium quod.

Principatum officium quod. Dionysius martyr.

Subditi cur suos prælatos timeant.

Principales & prælatos decor & ornatus in rebus quæ sunt.

Potestatis officium quod.

Gregorius.

Bernardus.

Hebræi.

Dionysius martyr.

Virtutum officium quod.

um est, quod virilem habeant constantiam: Secundum, quod omne opus cœlestē & deforme exercent: Tertium, quod ne infirmē, semper à supremo fonte hauriant: Quartum, quod Deū præ oculis in exemplar habeāt: Quintum, quod perseuerent in incepto opere: Sextum, quod in supremū hierarchiam tendentes, omnimodā similitudinem & imaginē eius sibi comparēt: Septimū, quod, ut id possint, in ipsum Deū toto affectu, totisque viribus conuersi sint. Octauū, quod tanquam vasa sanctissima omnibus charissimatibus repleta inferioribus sibi creditis virtutē & fortitudinē cōmunicent. Nonū, quod omni diligentia eos, quibus fauent, studeāt deformes efficere. Cur autem ordo iste specialiter virtutū dicatur, cum nullus beatissimorum spirituum ordo otio torpeat, sed omnes summi Dei voluntatē exequantur, quod utique sine virtute fieri non potest, unde recte omnes virtutes possint appellari: huius ea ratio est, quod sicut cæteri spiritus à dono quo maxime vigent accipiunt denominationē, sic & isti à dono præcipuo virtutes appellantur. Sextus ordo est dominationū, qui in media hierarchia, summū obtinent gradum, & velut architecti quid inferiores agere debeant spiritus, ex diuinæ voluntatis præscripto decernunt, eosque ad totius domini fontem & principem reducere & tum seipsum, tum illos eidem conformare nituntur. Et licet eis dominant ac præfideāt, abest tamen ab illis omnis fastus, & tyrannica dominandi libido. Ad illos referri habent, ut quidam volunt, tanquam ad dominos, operationes virtutū, tutamina potestatum, regimina principatum, reuelationes Archangelorum, curæ & prouidentia Angelorum. Dominationes sua nobis virtute assistunt, ne mundanis affectibus præpediamur, sed ipsi omnibus dominemur, corpusque redigamus in seruitutē, ut discat parere spiritui. Multas habent isti spiritus proprietates, quas enarrare longum foret: tamē obiter referre libet extra ordinem, quo pacto eis conformari debeamus. Primo, dāda nobis opera est, ut semper appetamus cœlestia. Deinde, ut nulli simus vitiorum tyrannicæ & indignæ seruituti subiecti. Tertio, ut liberum habeamus dominiū in nosipsum, contēnendo ac calcando oīa à Deo nos abducētia. Quarto, ut affectu & mente simus liberi ab omni vili subiectione. Quinto, ut nihil in no-

bis admittamus, quo Deo dissimiles efficiamur. Sexto, ut ex sancta quadam animi generositate nulli seruiamus, nisi summo principi. Septimo, ut eidē semper adhæreamus, ipsi plene conformati. Octauo, ut quod ad possumus, omnes ad ipsam summā pulchritudinem & dei formitatem conducamus. Nono, ut in ipsum Deū tota mentis acie & opibus intendamus. Decimo ut ipsi non solum conformes, sed iidē & vnum cum ipso affecti, semper illius pulchritudine perfruamur. Throni sunt sedes Dei, tranquillæ & serenissimæ mētes, in quibus Deus sua deseruit iudicia: Hi spiritus vsque ad celsissimā Dei cōtemplationē subriguntur, atque in sedente in ipsis Deo firmanē & quiescūt, eum denique Deum etiā alijs aduehunt, & influunt dona sibi ab illo collata, suntque Dei & influxus illius capacissimi. Per Thronos disponimur, ut templū Dei effecti, suscipiamus ipsū Deū, tanquam in hospitium sibi gratissima cōmigrantē. Cum his Thronis alijs omnes angelorum ordines coniungunt ad iudicia Dei cōplenda. Concurrunt enim Seraphicus amor, veritatis & iustitiæ zelus. Interuenit etiā cherubica scientia, quæ in distributiuā iustitiæ gradus disponat, & in iudicatiua retributiōes & flagella, pro meritis & flagitijs decernat. Ad sunt Dominationes, ut libere ab affectu & passione proferat iudiciū. Virtutes assistunt iudicibus, ut sint viriles atque constātes in iudicijs proferendis. Præsto sunt Potestates, ut iudiciū prolatū exequant, coercentes omnē tyrannidē, & eos qui abutunt viribus suæ potestatis. Conueniunt Principatus, Angeli & Archangeli, ut approbent & faueant iudicio, & distributioni delatæ à iudice. Thronos autem alijs ordines ad sua explenda officia non asciscūt. Cherubim beatissimi spiritus sunt, eminenti præditi scientia, quibus Deus thesauros sapientiæ, & scientiæ splendores copiosissime imptiuit, adeo ut ipsi alijs inferioribus largiter communicare quant. Horum officium est promouere homines ad Dei cognitionem. Seraphim denique ut sunt Deo propinquissimi, ita oēs inferiores spiritus felicitate, sanctitate, perfectione, dignitate excellunt: quorum munus est alios diuini amoris inflāmare ardore, in Deū dirigere, & formam diligendi tribuere. De quibus B. Gregorius scribit in hæc verba: Seraphim vacant illa agmina, quæ ex singulari propinquitate cōditoris sui incōparabili ardēt amore,

Virtutes cur quidam angeli præ cæteris dicantur.

Dominationum officium quod sit.

Dominationum proprietas quæ sunt.

Dominationum quibus quæ nos cōformemus.

Thronorum officium quod nam sit.

Angelorum ordines vti est thronis coniungantur.

Cherubim quis ordo, quodque eorum officium.

Seraphim ordo quis quodque eorum officium.

Gregorius.

amore. Quæ quia ita Deo coniuncta sunt, vt inter hæc & Deū nulli alij spiritus inter sint, tãto magis ardent, quanto hunc vicin- ius vident. Quorū profecto flāma, amor est: quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt, eo validius in eius amo- re flammascūt. Possent adhuc alia multa de Hierarchijs & ordinibus angelorum dici, sed nimium forsitan onerosi essemus.

Numerositas angelorum vt sit incōprehensibilis.

Quanta autem in his ordinibus sit angelorum multitudo, nemo adhuc vnquam de finire ausus est. Innumerabilem & incomprehensibilem esse certum est. Cui enim sit immēsa cœli empyrei magnitudo, immensam quoque ciuium eius multitudinem esse conuenit. Quod etiam pertinet ad gloriam conditoris, qui quum sit rex & princeps infinitæ dignitatis, infinitam debet habere frequentiam & copiam sibi ministrantium. Sunt qui scribunt tot esse angelicos spiritus, vt etiam si omnes homines, qui fuerunt, sunt, & erunt, impræsentiarū viuerent, singulis possent decem angeli custodes assignari. Atque ex dictis diuī Dionysij martyris colligūt sancti viri, incomparabili multitudine sanctos angelos excedere inferiorum rerū numerum. O quæ erit felicitas tot tamq; præclaris posse iungi spiritibus, & cum eis semper iucundissimam & felicissimam vitam viuere, omnis mali nesciam, bonis omnibus affluētem.

Numerus angelorum secundum quosdam quantus.

Dionysius martyr.

Angeloꝝ ministeriū erga hominē.

His ita dictis de angelorum hierarchijs & ordinibus, dicamus pauca de ministerio illorum erga nos. De quo id certissimum est, humanissime, benignissime, prōptissime, ac studiosissime eos semper adesse nobis, nos tueri ac protegere, nos præmonere ac dirigere, nobis congratulari proficientibus, condolere deficientibus, nec secus nos fouere, ac adiuuare semper & vbi- que, quam quæuis indulgentissima mater possit infantem ex se genitum. Amant enim nos, quia vident nos amari à Deo, & propter Deum quicquid possunt libenter præstant nobis: adeoque illius amore se totos nobis cupiunt impendere. Et quamuis sæpe nos irreuerenter, indigne, ac inique geramus in illorum præsentia, tamen ferunt nos, & instigāt ad meliora, cupiuntq; nos semper magis ac magis proficere, & summam in cœlis gloriā obtinere. O quis vel cogitare sufficiat, à quot malis per illos eruamur, quot bona consequamur. Sed vā ingratitudini nostræ, qui pro tot tantisq;

illoꝝ in nos meritis non solum grati non sumus, sed etiam grauissima eos sæpe iniuria & contemptu afficimus. Qua de re dici plura possent, sed restat adhuc, vt in quibus eos imitari, & quo pacto colere ac venerari debeamus, explicemus. Vbi sane innumera sese offerūt, in quibus imitandi sunt. Quot enim in illis virtutes insunt, tot nobis imitanda veniunt. Sed si omnia imitari non possumus, saltem imitemur mutua ac fidelissimam charitatem erga se inuicem, summam & promptissimam obedientiam erga Deum, officiosissimum famulatum erga nos miseros, vt & nos mutuo fideliter, pure, caste, sincere nos diligamus in Deo, & propter Deum, semperque & in omnibus diuinæ voluntati obtemperemus, & sanctis illis ac beatis spiritibus quicquid possumus amoris & piæ venerationis impendamus. Neque sane permittendum est, quin ad minus angelo custodi nostro singuli quotidie aliquod seruitium exhibeamus, quo & illi grati simus, & eius patrocinium atq; adiutorium imploremus. Nisi enim id agamus, certe iniqui, impudētes, & execrabiles sumus, qui fidelissime illius erga nos charitati & beneuolentiæ immemores ac ingrati esse non veremur.

Angeli in quibusdam imitandi sunt.

Angelus cuiusq; homini deputatus vt honoretur sit & venerandus.

Michaeli archangeli pconit, quicq; sit nobis eius implorandum salutis fragium.

Honorandus etiam & speciali amoris affectu nobis complectendus est sanctus Michael archangelus, cuius etiam hodie specialis memoria agitur, qui est princeps Ecclesiæ, signifer cœli præclarus, ac illustris paradisi prepositus, qui contra Dei hostes terribiliter intonat: Quis vt Deus? qui Deum timentes fidelissime adiuuat, in morte animas suscipit, pluraque alia nobis præstat beneficia, gratia & misericordia Dei ac domini nostri Iesu Christi, qui viuūt & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

SERMO II. IN EADEM Solennitate. Beneficia decem bonorum angelorum ad homines quæ, malorum item angelorum erga homines quanta crudelitas, quomodoque per bonos angelos iidem refrenentur.



Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. Psalmo XC. Dies iste charissimi iure optimo sanctis ange-

R

angelis dedicatus est. Decet nãq; nos multis nominibus honorare eos. Ipsi enim licet sint illustrissimi principes, tamē custodiunt nos & ministrant nobis, multaq; nobis præstant beneficia, quæ quæuis oīa commemorare non possumus, nihilominus de quibusdam hac vice dicemus, vt ijs cognitius ardentius illos ametis, & propensiori studio veneremini. Primo igitur odium & malignitatē, ac nocēdi libidinē erga nos malorum spirituū refrænant, nosq; tuent. Quod sane nobis cū primis necessariū est: quandoquidem dæmones inexpiabili nos odio prosequunt, eorumq; ingēs est subtilitas, calliditas & fortitudo. De viribus diaboli nostri qd apud D. Iob scriptum sit. Nō est potestas sup terrā quæ cōparetur ei, q factus est vt nullū timeat. Sed licet possit plurimū, nō potest tñ ea ipsa potētia sua vtī vel in minimo, nisi quatenus pmiserit Deus. Vnde etiā datus est nobis à Deo angelus bonus: q custodiat nos, atq; dæmonis arceat maliciā, alioqui haud dubie in ipso matris vtero nos extingueret, nec ad horā viuere paterē. Maxime tñ in eos potestātē multā habet, qui sūt mortiferis subditi pētis, eo qd à Christo & gratia eius se iuncti sint, nec sint membra eius, sed velut membra à corpore pēisa. Tales oēs diaboli mancipia sunt, & iure posset eos cū corpore & anima rapere in abyssum, quandoquidē à Christo alieni sunt. Quod autē Deus id minime pmittit, facit pro immēsa bonitate sua, qua illorum expectat pēnitētiā: quanquam interdum qsdam à diabolo prouocari sinat. Vnde etiam ait S. Augustinus, nihilest terribilius, q̄ quēpiam in eo statu vel ad horam audere viuere in quo nolit mori. Sigdem immensa dæmonū turba illi imminet, qui accepta diuinitus potestate, momento celerius animam eius e corpore euulsā demergunt in tartara. Tum vero nō licet pēnitere amplius, sed talis iudicatur, qualis excessit e corpore. Timeāt ergo q̄tquot in mortiferis degūt pētis, ne iusto Dei iudicio veniāt in manus tā crudelium inimicorū. Secūdo assistūt nobis sc̄ti angeli in tētatiōibus. Cū em̄ impugnamur ab hostibus & vitijs, adsunt nobis, docētq; nos vti resistere debeamus. Optima q̄q; nobis suggerūt cōsilia, qd seq debeamus. Cūq; nostrā accōmodamus voluntatē, nobiscū aduersus hostes pugnāt. Siue em̄ apud nos sit angelus sc̄tus, siue in cœlis, nunq̄ desinit

Angeli vt dæmonū malignitā tētrēnēt nocēdi

Iob 41

Dæmones in q̄nam maxime suū furorē diffundant.

Augustin.

Angelos in tētatiōibus cōstituit ad esse

nos intueri, vt circa nos agat: atq; vbi nos aliq̄ habere opus p̄spicit in momēto ad nos aduolat. Tāta nanq; est angeli agilitas, vt vbiq; esse velit ilico possit adesse. Sed dicat forte aliq;: Vñ sc̄iā, vtrū me angelus meus doceat, qn̄ eū nec visu, nec auribus p̄cipio? Atq; facile illū audires, si bene aduerteres. Aliter angeli, aliter homines loquuntur. Hoīes in aurē, angelus in cor loquitur. Locutionem illius eadem bonum in finctū intelligo. Interdū em̄ ex aere corpus sibi assumunt, non tñ quēadmodū corpus humanū aīz iungit, atq; in ea forma etiam ad aures verba edunt: sicut beatissima Dei genetrici & plerisq; alijs contigit se nouimus. Alias intus in corde hoīs loquunt. Verbi gratia: Malus spūs ita suggerit homini: En fame cruciaris dum ieiunas & tñ cum tibi adsit cibi copia, posses famē pellere. Ede igit. Mox angelus bonus sic ait: Si ieiunium violaueris, eris trāsgressor p̄cepti Ecclesię, Diabolus dicit: Solus es, nemo te vidit. Bonus angelus ait: Etsi hoīes nō vidēt, tñ videt Deus, q culpa offenditur & reddet singulis p meritis cuiusq;. Nec debes vitare p̄ctā ppter hoīes tñ, sed propter Deū. Mox rursum cacodæmō inspirat. Facile cōfiteberis postea. Bonus spūs suggerit, Quid prodest cōfiteri sine dolore & pēnitētiā? Addit dæmō. Vtiq; tūc dolebis. Bonus angelus respōdet: Si iā peccare vis, quo pacto potes tūc habere dolendū ppositum, nisi forte Deus dederit? Si ergo postea dolere vis, iā noli facere vñ doleas. Ita ferme in singulis pētis agit cū hoīe, Si ergo homo angelicæ inspiratiōi obtemperās. nō cōsentiat p̄ctō, læta angelus, atq; e vestigio victoriā illā offert Deo, reportatq; illi coronā, q̄ post mortē ornabit, vel diuinæ gratiæ augmentū, qua fit fortior ad resistendū tētatiōibus cōsimilibus: quēadmodum ediuerso q succūbunt, efficiunt debiliores, & diaboli cōtra eū vis auget. Sin autē hō angelicę voci immorigeris peccet, si qdē p̄ctū admittat mortiferū, fugit interim angelus ab eo (nō em̄ potest videri p̄cti turpitudinē) doletq; dæmonē illi p̄ualuisse ac dñari. Vt autē illū reuertat, in subditis audietis. Tertio, puocāt nos sc̄ti angeli ad agendā verā pēnitentiā. Vt em̄ iā dixi, si qs spreto angeli sui cōsilio peccet, recedit interim angelus ab eo & redit in cœlū. Quid vero putamus charissimi interea angelus secū cogitet? Forsitā hæc aut similia sibi dicit: Quid q q faciam

S

Loquutio angelorum cuiusmodi sit

Lucas

Angelus bonus & malus qn̄ hoībus in gerant

Angelus bonus vt puocet ad pēnitentiā agendam

faciã huic nebulõi, q mea spnit monita, & libentius morẽ gerit cacodamoni? An ne formidabit, ne Deus cuncta aspiciens ex alto mox ipsum puniat, vel sinat obdurari penitus, ne posthac vnq̃ velit resipiscere: ita mox ad illũ reuertit, si forte possit illum ad pœnitentiã & cõfessionẽ faciendã emolli- se, anteq̃ ira Dei in eũ defœuiat. Tum vero quantã adhibeat erga illũ sollicitudinẽ, vt possit eũ ad pœnitentiã & cõfessionẽ faciẽ dã pmouere, nemo facile dixerit. In primis grãde suscipit certamẽ aduersus diabolũ q iã animã illius captiuã detinet, obduratq; cor eius ne timeat Deũ, & os illius claudit, ne cõfiteat: atq; interim ita intus ei infusur rat. Noli mõ cõfiteri, qa patebis ludibrio, & cõfessarius tuus despiciet te. Sed cõtra di cit angelus bonus. Falsa est isthac psuasio: qa dedecus est peccare, sed gloriosum est cõfiteri ac pœnitere: nec te confessarius de spiciet sed potius chariorẽ habebit, tãq̃ pœ nitentẽ & emẽdare se volentẽ. Rursus inge rit diabolus: Non poteris deinceps tibi à pctõ tẽperare. Itaq; cõsultius est, vt vsq; ad mortẽ ptrahas, & tũc integrã facias cõfes sionẽ, q̃ qd toties te cõfundas. Respondet spũs bonus: Mortis tẽpus & cõditio incer ta est, & si iã cõfiteri & pœnitere nõ vis qñ potes, vbi aderit extrema necessitas, iusto Dei iudicio forte nõ poteris, diabolo te ad desperationẽ, vel obstinationẽ, vel mētis cõ citatẽ ptrahente. Aut si fortassis tunc cõfite ri volēs, cõfessio illa potius extorta & inui ta erit nẽpe ob gehẽne metũ, q̃ volũtaria & ex-ya contritionẽ ac Dei amore pficiscens, atq; ita etiam infrugifera erit, id qd multis in extrema hora cõtingit. Potest aut hoc loco qri, posteaq̃ sc̃tus angelus multũ adhibuit conatũ erga eiuscemodi hoĩem, & is nihilo secius manet obstinatus i malo a deo vt nolint obedire illius admonitioni bus internis, sed pctã alia post alia cõmit tat, nũ angelus eũ penitus derelinq̃t: Nõ q dem omnino eũ relinqt, sed à multis seruat corporis & aiã piculis, qñquidẽ ab innume ris eum retrahit pctis, in q̃ corrueret an gelica custodia destitutus. Attũ agelus ho minẽ nõ vi retrahit à pctõ, sed occasiones peccãdi remouet, impeditq; ne possit pecca re. Quod quãtum nos obliget ad redaman dos illos beatissimos spũs, vos ipsi plane co gnoscitis. Iã si qs pgar q̃rere, vt: ne graui us peccet ob ingratitudinẽ q floccipẽditan geli sui monita vel cõsilia, q̃ si non haberet

Confessio nẽ quan tũ defua deant dẽ mones.

T Angelus bonus uũ obstinatũ in malo hoĩem penitus de serat

angelum cõmonentẽ, certũ est, cõ granius delinq̃re: atq; si mox subiungat, p̃stare igit vt angelus abscedens tã abstinatũ hominẽ penitus nõ adhortaret: nõ est id vtq; verũ. Nã etiã ingratitudo hoĩem maiori reddit pœna obnoxium, nihilominus eadẽ ipsa pœna minor & mitior est, q̃ ea q̃ esset incur surus si ab angelo penitus desereret. Tum em̃ pculdubio p̃ceps iret in multa scelera, q̃ iam euadit angeli sui bñficio, qbus maio rẽ sibi cõflaret pœnam: qñ etiam p q̃libet minimo pctõ mortifero pœna debet æter na. Quamobrẽq; cum multis damnat pctis exitalibus, nõ potest qdem diuturniorem ppeti cruciatum, q̃ q cum vno solo damine tur vtrobiq; em̃ est æqualis infinitas sed vt iustitiã satisfiat, p crimum numero & q̃ litate pœnã ipsa æterna intendit & auget qd ad acerbitatẽ attinet. Quarto sc̃ti an geli orant p nobis, & sunt aduocati ac in tercessores nostri apud Deum. Cum enim pctõr, vt iam dictum est, nõ vult licet ad monitus ab angelo resipiscere, forsità dñs dicit illi qd in Euangelio legit dixisse de ar bore qdam, Succide illam vt qd etiam ter ram occupat: Forsità, inq̃, dicit angelo sc̃to Quid est, qd impbus ille nõ vult tibi morẽ gerere? E qdem te hoc onere leuabo, faciãq; ne posthac p illo cogaris esse sollicitus: & ti bi qdem p labore & charitate tua mercede augebo: illi vero meritas irrogabo pœ nas. Quid fratres putamus, vbi hęc ange lus audit, q supplices offerat Deo pces pro aiã illa q̃ nouit esse in pctis, & si sic moriat, certus est eã in tartara relegandã, vt dñs aliq̃d ei adhuc pœnitendi spacium cõcedat: Scitis qd dixerit cultor vineã dño suo iu benti, vt arborem fici infrugiferam succi deret. Dimitte illam, inqt, & hoc anno dñe vsq; dũ fodiam circa illam, & mittam ster cora Et si qdem fecerit fructum: sin autẽ in futuro succides eam. O magna beneuo lãtia sc̃toꝝ angeloꝝ erga igratos homũci nes. Quinto, dum cernunt angeliquẽ piã ex aiõ pœnitentiã agere, & damna ta p̃teritoꝝ vitã iniq̃tate, redire ad colen dam iustitiã & ad seruiendum creatori, mix in modum exultant, totamq; cœlesti um Spirituum freq̃ntiam cõuocantes grã dem excitant solennitatem in cœlis. Gau diũ est em̃ angelis Dei sup vno pctõre pœ nitentiã agente. Sexto, excitant nos angelici spũs ad agenda bona opera, atq; ad ea nobis vires addunt, & benefaciendi:

Angeli ni vt orĩ p̃fibi cõ missis ho minibus

Lucr. 1

Ibidem

V

Angeli q̃ modo sic gaudiũ de pctõrum pœnitentiã

Lucr. 16

Angeli vt excitãt ad bona opa homines

ac me

ac merendi occasiones nobis cõparãt, q̃les sunt, opa obediẽtiã, charitatis & pietatis, q̃ magna habet merita. Sed cæci qdã non ad uestetes huiusmodi opa sc̃toꝝ angeloꝝ stu dio ex diuina prouidẽtia & ordinatiõẽ i p̃sis imponi, vt mereantur veniam peccato rum, gratiamque sibi & gloriam obtineant apud Deum, murmurant & conqueruntur aiuntque: Cur hęc mihi faciendã incum bunt? Cur nõ ille vel ille hęc facit? Aut eti am subducit sese, ne ipsis demãdent. Qua re multũ offendũt Deũ & sc̃toꝝ angelos. Enimvero oportebat eos hęc & huiusmo di oĩa tanq̃ ex dñi manibus accipe gratiãq; agere, q̃ ipsis esset oblata occasio meredi. Septimo, inseruiũt nobis angelici spũs, adiuuantq; nos in opibus bonis, & multi uaria nobis nostrisq; corporibus p̃stant bñficia. Quod potest plurimis scripturẽ lo cis cõfirmari, vt etiã visibiles sæpe apparue rint vel opitulati sint sc̃tis dei hoĩbus, quo vel inde intelligeremus etiã inuisibiliter e os hoc idẽ erga nos semp agere. Noctis ex libro Iudicũ, quõ angelus visibiliter obiar garit populũ Israel ob pctã in Deũ admis sa. Nota est etiã illa historia, q̃ angelus scri bit Eliã panẽ subcinericiũ & vas aquã ap portasse: itemq; illa, quã Thobiã angeli ductu saluũ & incolumẽ discessisse à parẽ tibus atq; ad illos redũsse cõmemorat. Da nielẽ etiã nemo ignorat prandiũ ab Haba cuck angeli ministerio accepisse. Denique D. Petrũ Apostolũ ex carcere angelus libe ruit: suntq; id genus alia multa in scriptu ris exẽpla. Et nos charissimi haud dubio se pe in magnis versamur corporis & aiã pe riculis, & subitanea morte p̃remus, nisi an geloꝝ sc̃toꝝum sollicita & irremissa puiden tia & benignitate seruaemur. Octauo, consolant angeli afflictos. Videmus qdem passim miseros, egenos, debiles egrotos, af flictos iacere, q̃ tñ interdũ lætioribus sint ais, q̃ diuites & fortunati: & licet nos vltro crucẽ amplexi simus, tñ pleriq; tales plus multo q̃ nos patiũt. Vñ ergo inter tot mise rias, in summa re: oĩm penuria, ita vt qñq; vix nudo vescant pane, tam bono & forti sunt aiõ, nisi qd occulte à sc̃tis angelis con solationẽ, & vires suscipiãt? Nono, sc̃ti angeli magna cũ sollicitudine bona opa & recte facta nostra offerũt & exhibent Deo, & nobis gratiã reportãt. Id vno maximo e os gaudio afficit: qa pfectu nostro lætant. Excusant etiã nos apud Deũ, & loquunt p

Angeli vt hoĩbus in seruant in in bonis operibus

Iudic. 2

3. Reg. 19 Tob. 3, 5, 9

Dani. 14 Acto. 12

Angeli vti afflictos hoies cõso lentur

X

Angeli vt opa bona & nostra Deo offe rant

nobis bona. Ita em̃ agunt, vt solent q̃ inter amãtes nitunt firmã efficere amicitia, & eos matrimonio cõiungere: eodem, inq̃, modo etiam ipsi excitant nos ad bene agendũ, no bisq; Dei gratiã & amitiã cõciliant, cupiũt que nos Deo p amorem copulare. Deci mo, felices illi spũs animas electoꝝ, quã i p̃sis obtemperauerũt, cũ ineffabili gaudio deportant in cœlũ. Animas aut nondũ bñ purgatas, vt pie credit, in purgatorium de ferunt, atq; inibi crebro eas visitant & con solant, nunciantq; illis bona ab alijs p ipsis facta, pœnasq; mitigant, & hoies supersti tes ad orandum pro illis excitant. Porro, vbi aliquis dãnandus morit, discedit ab il lo angelus, statq; procul, nihil habens qd pro illo loquat apud dñm, sed diuino eum reliquit iudicio, moxq; data à Deo senten tia, dæmones animam illius infelicem rapi unt in pœnas inexplicabiles & æternas. Hęc autem omnia iam dicta præcipue fa cit ipse Deus, vtitur autem ad ea ministerio angelorum: quemadmodum magni viri præstant elemosynam per famulos suos. Cæterum quicquid huiusmodi agunt sancti angeli, absq; vlla fatigatione & labore id agunt, nec quicquam interim à Dei frui tione distinentur aut p̃pediuntur. Et quã uis illoꝝ gloria sit consummata, nec possit augeri (alioqui defectũ paterentur, nec es sent perfecte beati) nihilo minus pro sua er ga nos solitudine & cura præmium ha bent accidentale & gaudium maius in cœ lo. Itaq; charissimi, cognitis tantis in nos beatissimorum spirituum beneficijs, simus obsecro grati illis, & caueamus illis præsen tibus admittere peccata: quia hęc summe eis displicent. Conciliemus nunc nobis il lorum amicitiam, vt tempore opportuno profint nobis, maxime quando animam reddere oportebit, ne si illi tunc nobis nõ fauerint, rapiant nos dæmones secum in stagnum illud sulphureum, vbi fumus tor mentoꝝ eoꝝ ascendit in secula seculoꝝ. Quod à nobis auertat Christus Iesus rex et dominus angelorum, qui cum patre & spi ritu sancto viuit & regnat Deus in secula benedictus, Amen.

Angeli vt aias defe rant in cœ lũ vel pur gatorium

Angelorũ p̃mium vti crescat & q̃le crescat

DE S. HIERONYMO cõfessore omnia require in priori parte de festiuitatibus sanctorum, sicut S. Antonij Abbatis.

qq ij DE

DE S. VNDECIM MILIBUS virginum, martyrum Christianique sponſarum, accipe omnia vt de S. Agnete virgine & martyre in priori parte de festiuitatibus sanctorum.

DE S. SEVERINO Episcopo & confessore per omnia vt de S. Nicolao episcopo, in priori parte de festiuitatibus sanctorum.

IN FESTO APOSTOLORUM Simonis & Iudæ Epistolam cum sua paraphrasi Quære in festo S. Thomæ Apostoli, scilicet in parte hyemali de festiuitatibus sanctorum

EXEGESIS EVANGELII eiusdem Festi. Lucæ X.

bo susceptum in Episcopum Hierosolymitanum: sed id alijs non placet, affirmantibus eum qui Iacobo successerit Simeonem esse dictum, & sub Traiano peremptum Hierosolymis: hunc vero Simonem Apostolum in Persia martyrio coronatum Scribit quod ex recentioribus vir eruditus neque contemnendæ autoritatis se in occultissimis quibusdam monumentis reperisse, hunc sanctissimum Simonem Apostolum frequenter inuocare nomen summæ Dei matris Mariæ virginis, atque eius fauore hostes Christi & Ecclesiæ destruxisse: eundemque ob feruorem in hostes Christi Cananæum, id est, Zelotem merito appellatum. Varia autem recitantur apud Ecclesias diuersas Evangelia: quæ quia omnia exponi non possunt, illud explanandum suscipimus, quod quibusdam locis legitur, & est apud Lucam capite X. in hæc verba:

Designauit dominus Iesus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus.

Quærat hic forsitan aliquis, quod hoc Evangelium pertineat ad Apostolos, quod ipsa verborum series probat de septuaginta duobus discipulis esse conscriptum: Sed quia bini hic referunt missi discipuli, nihil absurdum est in Apostolorum illorum festo id recitari, qui & ipsi bini verbum domini predicarunt. Deinde quæ hic septuaginta discipulis præcepta data leguntur, eadem & ad Apostolos pertinent: & forte tanto magis quanto maior erat Apostolorum, quæ discipulorum dignitas. Quid vero sibi velit, quod dominus septuaginta duos elegit discipulos, Beda exponit, dicens ea de causa id esse factum, quod totidem gentibus esset Evangelium predicandum. Et sicut Apostoli, vt idem ait, Episcoporum, ita septuaginta duo discipuli præbyterorum formam prætulerunt. Misit autem eos binos, vt hoc ipso commendaret præceptum geminæ charitatis, & vt maior eorum dictis adhiberetur fides, dum vno ore idem testarentur. Magis enim danda fides est duobus, quam vni: Nec misit eos vacuos, sed suæ gratiæ auxilio communitos: neque eos iussit ire, nisi quo ipse esset venturus, vt scilicet venturo Salvatore præpararent viam, & homines ad penitentiam adhor-

Nonne vtriusque Mariae gregis stolorum primus inuocauerit ac per illud miracula fecerit.

Evangelium dicens cur hoc festo recitetur in Ecclesiis quibusdam

Beda dicitur quod septuaginta duos curibus stus elegit

Binos cur Christus apostolos misit in predicatum

Ioan. 1 Ioan. 14 1 Ioan. 1

Præcandi modus paucis quis

Discipulos binos cur Christus misit ante faciem suam

Mal. 2

Iudic. 2

adhortando, capaces efficerent supernæ gratiæ, quam suo aduentu dominus Iesus conferrebat. Non enim ingreditur dominus in animam vitiorum sordibus pollutam, & à veritate auersam Itaque necesse est prius animam compungi dolore penitentiae, & vitijs repudiatis, tanquam tartareis quibusdam & densissimis tenebris, redire ad Deum, quæ lux est & veritas, in qua tenebræ non sunt vllæ. Sed id fieri non potest, nisi prius discat aliunde mala sua: atque ipsi cognitis, in specie cogitationemque meliorem assurgat. Ita necesse est predicatores mitti, qui indicent occæcatis voluntatem Dei, doceant quibus sint impliciti vitijs, quibus destituti virtutibus: vt sic malorum suorum ipsos peniteat, & bonam concipiant voluntatem: qua assumpta non potest se continere Deus, quin adueniat cum gratia sua, & quod humana ex se non potest imbecillitas, suppleat benignitate sua. Hac igitur ex causa misit Dominus Iesus binos discipulos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse venturus, vt per eos ad penitentiam emollitis hominum pectoribus, ipse promptius posset ingredi, & suæ gratiæ dona conuersis penitentibus communicare. Non enim dignus est Dei gratia, quem male actorum non penitet, qui pro suis erratis non studeat congruam agere penitentiam, Neque sane de gratia & aduentu Christi in animam suam blandiri sibi iure potest, quisquis non ante sese agenda penitentia ad suscipiendam Dei gratiam, Christi quoque aduentum præpararit. Eadem ex causa missus est S. Ioannes Baptista, vt domini Iesu prædicationem præueniret, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Sed nunc porro, quid missis discipulis Christus dixerit videamus:

Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci, Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

Erant tum temporis multi, qui habiles & apti essent ad suscipiendam gratiam Dei, parati item ad audienda verba vitæ: sed erant sicut oves non habentes pastorem, vagi ac miseri, & densis ignorantiae ac cæcitatibus tenebris inuoluti, eo quod paucissimos haberent puros ac synceros

diuini verbi tractatores, fidelesque & sollicitos animarum suarum pastores. Qui enim in illo populo Iudaico tum pastores & doctorum occupabant locum, plerique omnes auaritiæ, ambitioni, luxuriæ, & alijs vitijs ita erant dediti, vt magis scâdalo essent subditis, quam exemplo. Propterea etiam dominus dicebat: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei. Quæcunque ergo dixerint vobis facite: secundum opera vero eorum facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Vt autem Doctor alijs persuadeat abstinere à vitijs, & iustitiâ colere, quod tamen ipse nihil minus potest: id sane difficilimum est. Nam cuius vita despiciat, eius necesse est vt prædicatio contemnat. Monuit ergo discipulos dominus, vt rogarerit dominum messis, Deum scilicet, qui est dominus vniuersorum, cuius imperio totus subiacet mundus, vt mitteret operarios nempe pastores, doctores, rectores, perfectos ad alios moderandos, instituendos dirigendos, habiles & idoneos, in messem suam, id est, sanctam Ecclesiam, quæ etiam vinea domini dicitur. Non est enim in hominum arbitrio vel potestate id fitum, vt tales semper alij præfint, sed potissimum id pedit ex nutu & dispositione Dei, qui regnare facit sapienter hypocritam propter peccata populi, in grauissima animarum perniciem & iusto iudicio quæritur est populus, tales ei præstat rectores. Multi enim tam peruerſi & improbi sunt, vt se à suis Prælatiſ, vel concionatoribus, aut confessorijs non ferant admoneri aut reprehendi, sed ipsa sua vitia amant, animarum medicos respuant, ac execrètur. Talibus ergo quædoque euenit quod cupiunt, vt impios habeant vel certe indoctos & profus ineptos superiores atque pastores, quorum vitijs faueant, & quædam norint prætexere velamina, aut penitus nesciant quomodo alios regere debeant ac instituere. Horrendum malum, & totius Christianæ discipline exterminium. Hodie quoque quæ vere possit dici, Messis multa, operarij autem pauci: Mundus plenus est hominibus, sed defunt qui eis verbum veritatis, sicut oportet, annuncient. Esto sint magna ex parte mali, sunt tamen etiam adhuc multi boni, & forsitan ideo potissimum tantus est numerus malorum, quod tam pauci sunt Zelosi ac idonei operarij. Interim vero dum non sunt qui in feruore spiritus, & Zelo charitatis prædicent oportune, importune, itemque arguant, increpent, obsecrent, & torpentes hominum animos

Legisperitorum auaritia, ambitio & luxuriam quantum fuerit tempore Christi

Math. 18

Gregori

Esaie 5

Iob 34

Prælatos malos ob subditorum nequias a deo mitti

Bonorum hominum quæ sunt hodie numero, paruum

XXII.



EL Ebraus hodie charissimi festi beatissimos apostolorum Simonis & Iudæ, quod de ambo Christo, fere sanguinis affinitate propinquos, nempe illius consobrini, filij Alphæi & Mariæ Cleophæ, sororis intemeratæ virginis, sed spiritus ac fidei cognatione, morumque imitatione longe propinquiores.

A

2. Cor. 1

Tada & Sime apostoli quibus nam euangelium christi prædicauerunt gentibus

Quos dominus in Apostolos suos elegit, non carnis affectu permotus, sed liberrima sua voluntate, & gratia, qua etiam præstitit eis, vt digni essent tanto honore, & idonei ministri noui Testamenti, per quos multorum cæca pectora ad agnitionem vnius veri Dei illuminarentur. Quod quidem etiam ab illis sedulo curatum est, maxime quando post apostolorum diuisionem profecti sunt, alter quidem nempe Iudas in Mesopotamiâ: alter vero, puta Simon in Aegyptum: ac deinde simul in Persiam venerunt. Sunt qui putent hunc Simonem fratri suo Iaco-

2. Tim. 4 **pungendo, mulcendo, terrendo, consolando extiment ad timorē & amorē Dei, heu pereunt infinitæ aīæ, quas vnigenitus filius Dei redemit sanguine suo, pro quæ salute tot annis se afflixit in terris, nec dedit vllā vnq̄ regem sibi, vt possiteas tanquā maturā & congruā messem ad horreū cœlestis palacj reducere. Sed qbus tandē la chrymis psequendū est, qd etiāsi hodie possint haberi saltē aliq̄ viri graues & Deū timentes, qui sibi ipsi nō parcāt, & cupiant totos, se aliorū salutē impendere, nec subtrahant eis monita salutis, tñ populus eos fugit & execratur, nec eorū dicta ferre potest, ita vt iam verissime impleat, qd pdixit Apostolus: Erit tempus, cum sanā doctrinā nō sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, pruriētes auribus. Et a veritate qdem auditū auertent, ad fabulas aut conuertent. Obsequium amicos, veritas odiū parit.** Hac de causa terribili Dei iudicio iam multis locis ablati sunt, q̄ veritatē doceant, & dati sunt populo doctores quales ipsi volūt, scilicet magistri erroris, hæresum fabricatores, q̄ eis viā faciant latissimam. Sed vbi ad extrema ventū erit, in angustias inexplicabiles se sentiet deuolutos. Nō parua causa est, cur hodie tam pauci sint digni & veraces oparij, qd eos hoīes audire noluerunt, cū adhuc plures essent. Ablata sunt etiam sacramenta hoībus, sine qbus tñ nihil differunt Christiani ab Ethnicis, imo nec a pecudibus: Sed quare ablata sunt? Quia cū ea haberent, indigne utebant. Aufereť a vobis, ait dñs Deus, regnū Dei, & dabit genti facienti fructus illius. Ita prohdolor iam fit. Aufertur nobis, & datur innumeris gentibus in India & alijs qbusdam in locis, hætenus a Deo alienis.

Sed vtinā vel nūc tandē suo grauissimo dāno incitent hoīes ad rogandū Deum, vt mittat oparios in messē suā. Nihil em̄ q̄ de ē huic seculo, atq; idonei Doctores & oparij, q̄ ferueant amore Dei, & habeant Zelū animarum in quibus charitas efficacior & valentior sit ad psuadendum eruditionis adiuta suffragio, & eruditione charitas non nisi ad honorē Dei & salutem proximi vtatur in quibus charitas premat tumorem scientiæ inflantis, & scientia charitati vires addat & efficaciam. Sunt quidē docti multi, sed amore vacuī: & quidam licetament, tamen quia indocti sunt, minorem habent gratiam, quæ dicunt, Rogan-

Ibidem
Doctores veritatis cur qbusdam subtrahantur
Sacramenta cur qui hodie ablati sint
Matth. 24

Operarij amore feruētes quā sine hodie pauci

us est ergo Deus, vt mittat operarios sciētia & charitate iuxta instructos, vt per eos maior fiat fructus in hominibus misere ex cæcatis ac induratis a diabolo & fallacia peccati, Sequitur.

Ite. Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.

Mūdus totus in maligno positus erat. Discipuli autē innocentiam & mansuetudinē Christi p suo modulo imitari studebāt. Qñ igit eos humiles & mansuetos ad conuertenda superborū & vitiorum monstis obessorum hominū pectora dñs misit, agnos nimirum, inter lupos delegauit, vt ex lupis agnos facerent, vincēdo in bono malos, & persequentium furorē ac sauitiam mitissima lenitate ferendo. Eodem modo electi omnes mittunt in hunc mundum vt agni inter lupos, qui sunt dæmones & prauī ac impij homines, inter quos connitendum est pijs omnibus, vt neq; dæmonū tērationibus, neque malorum hominum vexationibus ab ouina simplicitate, innocētia, mansuetudine, obedientia desciscant, vt sicut ouis est animal simplex absq; dolo & duplicitate, innocens sine nocendi libidine, mansuetū ad oēm iniuriā, ita vt mortē q̄ que ipsā tacita ferat, & deniq; ad oēm pastoris nutū obsequens & morigerū, ita sint & ipsi simplices filij Dei, cādidi, synceri, oibus bene cupientes: item innocentes, ab oī nocendi voluntate & appetitu remotissimi: ad hæc mites & suauēs ad ea omnia, quæ vndecunque possint accidere, semper abstinentes a murmure & calcitracione: deniq; obedientes in omnibus voluntati Dei, Ecclesiæ catholicæ, superioribus suis, & rectæ rationi. Nemo autem putet se ab huius mundi lupis posse immunem euadere, nisi forte velit nō esse ex ouibus Christi. Omnes enim qui volunt pie viuere, & agnum Christum vt oues imitari, persecutionem patientur a lupis. Sed si persequuntur lupi, tñ cauendū ne deuorent vt quandoq; cum sanctis & beatis omnibus: qui luporum dentes iam euaserunt, possimus & nos gratulabundi psallere: Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dētib; eorum. Lupis hodie rapacissimis mūdus plenus est, nempe hæreticis, qui phdolor deuorant animas innumeratas, quos cauere debēt oues Christi, & non audire voce alienorū, sed veripastoris sui Iesu Christi & ma

1. Ioan. 4
Agnos multi inter lupos quid sit
Rom. 11
Lupi mistic q̄ cancur
Ouis p̄ prietate q̄ q̄ uolūt necessaria
Phil. 4
1. Tim. 4
Psal. 119
Lupis de pacissimis q̄ uolūt hodie m̄ das ipsi sit
1. Ioan. 4

2. Tim. 5 **& matris suæ Ecclesiæ catholicæ, omnēq; luporum cauere familiaritatem, quoad fieri potest. Nam sermo eorum vt cancer serpit, & lethifera animæ gutturi vulnera infligit, haud secus, quā lupi ouium guttur strangulare solent.**

Nolite portare sacculum, neque peram, neq; calciamenta: & neminem per viam salutaueritis.

D His verbis significat dñs, q̄ solliciti de beāt esse p̄cones vbi Dei & qbus cura animæ cōmissa est, vt nihil in itinere secū ferant, aut agant, qd animos eorū ad se raperent, & ab aliorum procuranda salute possint distrahere. Fieri em̄ vix potest, vt q̄ pro terrenis rebus, ex affectu & inordinate ac immoderate sollicitus est, animæ salutem fideliter curet. Ideo dominus voluit discipulos totam spem suam & fiduciam in ipsam collocare, nec de victu parādo esse anxios, ne dum curis temporarijs distraherent, minus præstarent proximis. At tamen nō ita hæc accipi debent, quasi non liceat prædicatoribus verbis Dei habere vitæ necessaria. Ordinauit em̄ dñs ihs, q̄ Euangeliū annūciat, de Euāgelio viuere: sed rescauit dñs oēm habendi & acquirendi cupiditatē, vt tēporalibus pro sustentatiōe & adminiculo vtant, non autē ibi hereant, nec ppter illa ab animæ lucris impedianť. Quod autē etiam calceorū vsu discipulis interdixit, si q̄ ad literā imitari velit, errare poterit, si non obseruet qualitatem locorū & temporum, itemq; vires suas. Ergo ad spiritalē intelligentiam potius recurrendū est, vt per calceamentorū vsū vetitū, phibita intelligantur opera mortua, id est, pctā, vt qui alijs prædicant, ipsi a vitijs immunes sint. Deniq; neminem vult salutari per viam. Quod quidē cauēdum est p̄dicatori, si notabile præstet impedimentum officio suo. Cauendum est, inq̄, ne lōga captent diuerticula, ne p affectu carnali vel sensuali quispam per viam salutetur. Ibi em̄ plerunq; cōtingunt cōpotationes, fabulationes inutiles, & multa alia mala, quæ vitanda sunt animas lucrari volenti ac debenti. Tantus enim debet in illo inesse animarum zelus, vt quæuis alia minus necessaria præ illo contemnat.

Curam aiarum sollicitam q̄ nam impediunt.

1. Cor. 9

Calceamentorū vsus q̄nam sit phibit?

Salutare p viam qd sit, curue phibitum

tis, primū dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autē, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.

Non potest habitare Deus in anima vitiorū tumultu, & passionum impetu excitata. Voluit ergo per suos prædicatorum annūciare pacem, vt pace suscepta, possit ipse pacatum & tranquillum pectoris domicilium subintrare. In pace em̄ factus est locus eius. Congruū etiā valde fuit p discipulos Christi, vt pote mediatoris Dei & hominum, annūciari pacem hominibus, q̄ tot annorum millibus vixerant in ira Dei, venundati sub peccato, & tartareorum spirituum dominio mancipati. Sic ipso dño recens nato sc̄ti angeli cātasse legūtur: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volūtatis. Hæc pacē habere nō possunt mali: Non est em̄ pax impijs, dicit dñs. Vbi autē est bona volūtatis, ibi etiā pax est, pax, inquam, pectoris, quā segtur pax æternitatis: & pax atq; cōcordia mutua cū proximis. Qui em̄ in seipso bene constitutus est, & pacē habet cū Deo, q̄ vtiq; habere nō pōt, nisi q̄ sit bona p̄ditus volūtate, paratus obedire Deo suisq; p̄latis, is etiā facile pacē seruat erga pximos. De q̄ dicit Apostolus: Pacē seqmini cū oibus & sc̄timoni am, sine q̄ nemo videbit Deū. D. Cyprian. in tractatu de Simplicitate p̄latorū: Si cohæredes, inq̄, Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si filij Dei sumus, pacifici esse debemus. Beati, inq̄, pacifici, qm̄ filij Dei vocabunt. Pacificos esse oportet Dei filios corde mites, sermone simplices, affectione concordēs, fideliter sibi vnanimitatis nexibus cohærentes. Hæc ille. Vbi ergo domui pax optatur, siquidem ibi sit filius pacis, qui sit diuinæ gratiæ capax, requiescet super illum pax salutantis & optantis prædicatoris, ita vt corde cōpunctus, verbum salutis libēter accipiat, cōceptaq; bona volūtate, renunciet vitijs, & in melius vitam cōmutare instituat. Si vero nō fuerit illic filius pacis, reuertetur pax ad prædicatorē: quia nō carebit p̄mio suo optātis bñuolētia, etiāsi nō sit, qui velit verbū salutis admittere. Porro, in eadē domo iubent manere

E
Psal. 79
Roma. 7
Lucæ 2
Esaiæ 48
Volūtas Deo subditæ, vt vera pace gaudeat.
Hebræ. 12
Cyprian.
Matth. 5
Filijs Dei proprium quid sit.

perpetrati homicidij auctores inq̄sierunt, atq; eos capi & p̄nis affici fecisse. Si ergo tantam fidem & gratitudinē canes om̄i ratione carētes prestānt illis, à q̄bus minima sunt beneficia consecuti, poterit ne hominis vocabulo dignus esse, quisq; infinitis, cōtinuis, & maximis Dei beneficijs ingratus uiuit? **D.** Basilius Magnus adeo ab hominibus exigit gratiarū actionem erga Deum, vt ab hac velit omnes p̄ces nostras capere initium. Cuius uerba vnacum formula gratiarum actionis ab illo edita huc non piget recensere: Ait enim in cōstitutioibus Monasticis capite II. Duplex est orandi modus: quorū alter in glorificatione, adhibita animi submissioe cernit: alter in petitiōe, qui quidē priori subiicitur. Cū oras igit, nolito cōfestim ad petitionē accedere. Quod si hoc nō facis, iudicio es ipse de uolūtate tua, te scilicet, q̄d necessitate uirgearis, Deo p̄ces adhibere. Quapropter q̄ncunq; instituis orare, coniugē liberos atq; etiā te ipsum relinquo & à terra pul abscedito, cœlumq; superato, & naturas oēs tā quę cerni, q̄ quę cerni nō possūt relinqto, & ab eius glorificatiōe exordire, qui oīa cōdidit: cumq; in eo satis fueris cōmoratus, nō mēte uaga, neq; huc illuc uere mere deerrāte, neq; (vt Græcorū mos est) fabulas garruens, sed de sacrosctis literis carpes q̄ dicas, dic: Gratias tibi ago dñe p̄pter incredibilē clementiā, & in ferendis hoīm culpis facilitatē tuā, q̄ peccantē me q̄tidie patientia tua sustines, & ad respiscendū oībus nobis potestātē facis. Propter hoc em̄ taces, & nos sustines dñe, vt tibi gratias agamus, q̄ salutē gn̄is nostri mō terrendo, modo leniter exhortādo moderaris: quiq; p̄ prophetas primo, postremo etiā p̄ aduētū Christi tui nos uisitaueris. Tu em̄ finxisti nos, nō autē ipsi nos, tu es Deus noster.

Deiñ docet quāta humilitate Deo gratias agere eūq; glorificare debeamus, ita vt dicamus illi ex aīo nos indignos esse, q̄ corā ipso loq̄mur, eo q̄ simus ueremēter peccatores: & quis in multis offendamus oēs, tñ maiorē offēsāz partē nec intelligamus quidē, ita vt merito vnusq; libet dicere possit & debeat, peccatis pctōres oēs se vincere. Deiñ ita subiungit: Postq̄ ambabus his partibus, nēpe gratiaz actiōis & humilitatis satis feceris, tū demū q̄d petere debes, petito: non diuitias, neq; terrenā gloriā, non sanitatē corporis (Ipse est em̄ q̄ te creauit,

ipsi curę est incolumitas tua, & p̄be nouit cui expedit bñ uel male ualere) sed quēadmodū iustus es, regnū cœlorū pete tantūmodo, & necessitatibus corporis tui ipse p̄uidebit. Munificentissimus est em̄ idem et augustissimus rex noster, & indigne fert, q̄ncunq; q̄s exiguū aliqd à se petit, q̄ncunq; q̄s nostrum de rebus ip̄m minime ip̄s cōuenientibus rogat. Noli igit illū tibi oratione tua iratū facere: sed ea petito tibi, quę digna sunt & rege & Deo. Hactenus ille. Cuius dicta nos propterea paulo fufius huc adduximus, vt habeant fideles tū orādi, tum gratias agendi formulā, q̄ tāto propensius dies festos sanctificent, id est, sanctis opibus & exercitijs trāsigant. P̄ter hęc autē non minori cura agendum est, vt sicut in p̄cipuis solennitatibus olim Iudæi solebāt offerre primitias Deo, ita & Christiani festis diebus mystice idē agant, q̄ illi externo ritu obseruarunt. Vt em̄ aiūt doctores q̄dā, Iudæi in Paschate offerebāt primitias nouorū granorū, in Pētecoste nouorū panū, in Septēbri nouarū frugū: ita etiā Christiani triplices primitias festis diebus debēt Deo offerre, puta cogitatiōes, intētiōes & amorē suū. Sūt em̄ cogitatiōes p̄cipiū oīm bonarū actionū: q̄ncunq; p̄ actiōes à cogitatione trahūt originē: eęq; id est, cogitationes offerendę sunt Deo, vt festis diebus sc̄tis cogitationibus, puta de uita & passione Christi, de uirtutibus & meritis sc̄torū, de q̄tuor extremis, de p̄sentis uitę breuitate & incerto exitu, de miseris exiliū huius, atq; id genus alijs serio & attēte uacemus: tū em̄ liberius dat̄ ocū & maior opportunitas, eo q̄ nō sit necesse externis distrahi occupatiōibus. Intētiōes etiā primę & principales sunt in opibus nostris: siquidem ab illis bonę actiōes incipiūt. Non em̄ pōt esse opus bonum, q̄d bona intētiōe sit destitutū, magisq; Deus in actiōibus nostris mentis intētionem, q̄ operis rationem attendit. Et istā igitur offerendā sunt Deo, ita vt cūcta opera nostra, totāq; adeo uitam nostrā referamus in Deum. Quod sane non est negligenter agendum. Non enim parum interest, qua intētionē cūcta agamus: adeoque si meritum apud Deum consequi uelimus, oportet vt cūcta q̄ uel cogitamus, uel dicimus, uel agimus, uel omittimus, idcirco cogitemus, dicamus, agamus, omittamus, vt diuinę uoluntati obtemperemus, vt sic omnia nostra re-

Basilius.

Orandi modus duplex qui sit.

Oraturus ut omnia transcendat

Gratias agere d. Basilio familiaris.

Psalm. 99

Iacob. 3

Petere que nā debeamus à deo.

Primitias mysticas respicere quas debent offerre Christiani diebus festis.

Intētiōis rectę quę bona sint.

Quicquid agimus id referendū ut sit ad Dei beneplacitum.

stra re.

stra referantur ad diuinę uoluntatis executionem. Atq; hac in parte diligenter sese fideles quiq; exercere debent, vt ad minus festis diebus om̄ia sua & totā uitam suam, oēsq; intētiōes suas referant & dirigant in Deum, statuātq; firmiter & tota uoluntate decernant ac proponāt, se in omnibus Deū p̄cipue pro scopo habere uel le. Inde fiet vt oēs cogitatiōes, actiones, & uerba ip̄sorū Deo magis placeant, & maiori p̄mio digna sint. Qui uero oīa sua temere & dissolute agunt, nec certū sibi p̄figunt scopū, illi sine ullo fructu uitam exigunt suam, & tandem uacuos se inueniēt, nisi resipuerint. Deniq; amor noster, cum sit primus actus uoluntatis, p̄cipuumq; oīm actionum ex uoluntate proficiscientium, siue quę à uoluntate fiunt (siquidem ex amore bono & ordinata opus itidem bonum ac ordinatum procedit, vt ediuerso ex malo & inordinato amore malū, inordinatumq; opus emergit) iure sane etiam idē ipse amor noster ceu primitię quędam Deo festis diebus offerri debet, ita vt Deū amemus super oīa, atq; in Deum tendamus, & ascendamus per amorem. Id uero ad sanctificationem festorū dieorū magis exigitur, quam duo p̄cedētia, nempe cogitationum ac intētionum oblatio. Vt em̄ aiunt sancti quidam, p̄cipua mens siue in-

Scop⁹ cui que ut sit p̄figendus.

Amor noster uel sit Deo ceu primitię offerendus.

Sanctificatio festos eius q̄ intelligendum.

K

IN PRÆCLARA SOLENNITATE OMNIUM SANCTORUM, LOCO EPISTOLÆ LECTIO APOCALYPSIS BEATI IOANNIS APOSTOLI, CAP. VII.

XXIII.



Go Ioannes uidi angelum ascēdentem ab ortu solis, habentem signum Dei uiui: & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrę & mari, dicens: Nolite nocere terrę & mari, neq; arboribus, quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia, signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Isachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamen, duodecim millia signati. Post hęc uidi turbam magnam, quā dinumerare nemo poterat, ex om-

tentio p̄cepti de sanctificando sabbato ea est, vt Deo p̄ amorem adhæreamus, eiq; p̄paremus cordis habitaculū. Neq; dubium est illum rite sanctificare festū diē siue sabbatum, q̄ Deum amat super om̄ia, uitaq; cūcta huic charitati contraria & inimica, & diuinis uacat laudibus, alijsq; p̄ijs ac religiosis exercitijs. Sūt & alia multa, quę huc possint adferri, festis diebus obseruanda: sed si quis iā dicitis sese sedulo occupauerit, satis habebit negocij, neq; opus erit, vt ad mundi uanitates, ad ludos, ad crapulā & ebrietatē, ad choreas, & id genus alia dēmonū ludibria sese cōuertat. Agite ergo charissimi digne Deo & sanctis eius festos exigatis dies, & quas alijs diebus contrahitis uitijs maculas istis abstergite & expiate. Propterea enim instituti sunt, vt illis uos recōcilietis Deo, & miseris animabus uestris naturā prospiciatis, sanctos quoq; uobis apud Christū iudicē patronos asciscatis, vt ubi ad illius seuerissimū tribunal uentū fuerit, q̄d uestris nō potestis, sc̄torū meritis & p̄cijs obtineatis. O felices uos, si dum adhuc licet, hac ratiōe saluti uestrę consulueritis. Vē autē illis, q̄ sacris diebus, nō solū p̄terita pctā nō diluunt, sed etiā uehemētissime exaggerāt, q̄bus remedia & adminicula salutis uertunt in exitiū. Qd̄ a nobis auertat Deus in secula bñdictus, Amē.

Dies festi cur instituti.

ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum. Et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.



Lectio ista multis scatet mysterijs: in qua praeter alia, expressa fit mentio omnium electorum & hoim & angelorum, atq; eo nomine congrue sane legitur in Ecclesia hac die, qua ad laudem Dei celebramus generalem sc̄torum omniu memoriam, tum vt negligentius in specialibus festis admittas hac comuni celebritate refarciamus, tum vt largiora nobis diuinæ benedictionis multiplicatis intercessoribus munera comparemus. Si enim, vt Augustinus ait, fieri non potest multorum adhuc in carne degentium preces nō exaudiri, fieri ne posse putabimus, vt sanctorū om̄ium pro nobis factæ preces, quas hodie communi deuotione ambimus, non exaudiantur à Deo, cum q̄ iam vnū facti sunt: Olim Moses quāuis sanctus, vnus tamen homo, sexcentis Iudæorū millibus veniam obtinuit: & quicquā negare poterit Deus sanctus & verus innumerabilibus sanctorū millibus, quos amat amore immenso, & plus q̄ pater no, qbus totū se impendit, totum se fruedum impartitur: Vnde intelligimus, q̄ nō nisi ex Dei spū factū sit, vt ab Ecclesia singulis annis feruetur festū celebre ad honore omnium sanctorū angelorum & hominum, q̄ humana fragilitas apud Deū adiuuetur illoꝝ meritis & suffragijs, q̄s cōstat illi esse longe intimos atq; charissimos, qbus nec velit, nec possit quicquā denegare. Quamobrem hac die Christiani om̄es tota deuotione debēt incubere precibus, obsecrare & patronos sibi demereri atq; conciliare sanctos omnes, per eos veniam & gratiam sibi impetrare à Deo, & potissimū felicem mortis horam, & deniq; quicquid ad bene beateq; viuendū necessarium est. Multis enim exēplis probatū est, eos qui pie ac sedulo sc̄tōs venerati sint, raro male obijisse: qui aut̄ illos cōtempserint, saepe eti-

am morte subitanea, aut alijs horredis malis subito affectos esse. At nunc lectionem ipsam succinctim explicemus. Ego Ioannes apostolus & Euangelista, vidi angelum quendam ascendentem & in sublime volantem ab ortu solis, habentē signū Dei viui, signū filij hoīs, nepe sanctā crucē prē se ferentē, vnde posset internosci ab angelis tenebraꝝ. Cum em̄ sepe Satanas trāl figuret se in angelum lucis, nō veritate, sed simulatiōe, ne sancti hoies visis spiritibus decipiant, certa quædam signa secū ferunt angeli sancti, ex qbus dinosci queant. Clamauit aut̄ idem angelus, stans in loco excelso, voce magna, non tam clamoris vehementia, q̄ diuinę virtutis autoritate, quatuor angelis malis, quibus ad exercitationē fidelīū datum & permissum est à Deo, qui suis electis om̄ia facit cooperari & cedere in bonū, nocere ac diuersas molestias, cruces & vexationes admouere terræ & mari, id est, fidelibus in Deū credentibus, atque in hoc orbe passim commorantibus. Clamauit aut̄ ita dicēs: Nolite diuina refranati virtute, quæ vobis certos dedit limites, q̄s p̄tergredi nec debetis, nec potestis, nocumentū aliqd̄ inferre terræ & mari, neq; arboribus, id est, hoies Christi fideles ne diuexetis aut impugnetis, q̄ ad usq; signemus feruos Dei nostri in frontibus eorū: nō solum in frontibus externis, qd̄ signū indiscriminatim oēs boni ac mali Christiani accipiunt, sed etiā internis, in ipsa animæ facie. Nō em̄ fatis est fidē habere crucis Christi, sed etiā opera ad sint oportet. Christiani omnes credunt quidē in Christū, & hoc ipso habent in fronte corporis signū Dei viui, sed non erunt immunes à potestate malorum spirituum, nisi fidei signum quod gestant in corpore, etiam inuolabile intus in anima conferuent per veram ac sinceram charitatem, quæ bene factis declaretur.

Festū oim sanctorū ob quas rationes sub vno celebratur die

Augustin.

Exodi 32

Festū oim sanctorū quanta celebrandū deuotione.

Ex veneratōe sc̄tōꝝ quæ bona querniant.

Signū Dei viui quoniam nam sit.

.1. Cor. 11

Rom. 1

B

Sufficitia q̄dam fidei.

claretur. Non ergo sufficit habere signum fidei (Id enim multi habent qui tamē non numerant̄ inter electos) sed etiā eorū quæ ad fidem p̄tinent executio cōiungēda est, quam p̄stat charitas, qua electi à reprobis distinguuntur. Discimus ex hoc loco mani feste, quā nihil possint demones cōtra nos nisi quatenus sinunt à Deo ad exercitatio nem fidei & patientiæ nostræ. Quamobrē saepe rogandus est Deus, vt inimicorū nostrorū malitiā & nocēdi libidinē sua virtute restringat, ne qua ex parte nobis dāna ir rogent. Multi em̄ demonum impugnationes aut molestiores sentiunt, aut ijs citius succumbunt, q̄ sint ad implorandum diuinum auxilium pigri & desides. Orantes aut̄ libenter Deus exaudit & adiuuat, feruat ac tuetur. Et audiui, inquit Ioannes, numerum signatorum cētum quadraginta quatuor millia, signati ex om̄i tribu filioꝝ Israel. Lectio ista, vt volūt doctores, ad tēpora Antichristi p̄tinet, qbus certū est multos Iudæorū ad p̄dicationem Enoch & He liæ conuertendos ad Christū, quorū summam indefinitam numerus iste definitus exprimit: quanq̄ potest etiā de om̄ibus electis Iudæis accipi. Imo sunt qui de tota electorum omnium frequentia hæc interpretent, sequentes mysticā vocabuloꝝ, qbus singulæ tribus appellātur, significationē. Nam & ipse numerus duodenarius totus sacratu & mysticus est. Qd̄ aut̄ hic in enumerandis tribubus duodecim nō seruat ordoghationis. Quod itē Dan penitus reticetur, nec id quidē occultis vacat mysterijs. In ipsa quidē ordinis naturalis cōmutatio ne monemur ad mysticū recurrere ordinem, quē aliq̄ diuersi partim fufius, partim strictius edisserūt, ad q̄s nos lectorē remittimus, ne simus longiores. Porro tribus Dan ea ratione putatur p̄termiffa, qd̄ inde sit Antichristus nasciturus. Deinde postq̄ ex singulis tribubus duodecim millia signatorum cōmemorauit, subiūgit S. apostolus: Post hæc vidi in spiritu turbam magnam, hominibus quidem incōprehensibilem & innumerabilem, Deo tñ & cœlico lis cognitā, ex oibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis, nō ex Iudæis tantū. Non em̄ illis solus datus erat Christus, sed & cæteris nationibus, sicut scriptū est: De di te in lucē gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terrę. Vidi, inquam, eos stantes ante thronū Dei, diuinę maiestatis eius

Quidam cur citius à dæmonibus decipiuntur.

Lectio hæc ead qd̄ rēpus respiciat. Malac. 4 Apoc. 11

Numerus duodenarius vt sit mystic⁹ & sacratu totus.

Dan familiaritatur hoc loco omifus sit.

Esa. 42. 49

contemplationi semper intentos, & ad omnem eius voluntatem summa cum reuerentia paratos atq; p̄optissimos: & in conspectu agni, q̄ abstulit pctā mundi, & lauit nos à pctis nostris in sanguine suo: de cuius glorificata humanitate dici nō potest, quanta capiant gaudia beati oēs. Erantq; amicti stolis albis, ob innocentia siue seruatam siue recuperatam purissimis, in sanguine agni dealbatis vel candefactis: & palmae in manibus eorū ob plenissimā ex hostibus & mundi voluptatibus reportatam victoriam. Et clamabant voce magna, totis animæ medullis, om̄i mētis affectu, cūctisq; viribus & summa cū deuotione & gratitudine: Salus Deo nostro sit & immensa beatitudo, honor & gloria, sedēti super thronū, & oia pro sua potestate, sapientia & bonitate regenti, & agno Christo Iesu innocētissimo filio eius, cui, quatenus Deus est, idē cū patre debet honor: quatenus vero homo est, nō prorsus idem, sed tñ lōge excellētior, q̄ toti creaturaz oim vniuersitati. Et oēs angelici spiritus stabāt in circuitu throni, intentis vultibus in Deum gloriæ, quē auidissime inspiciunt, parati etiā ipsi ad oēm summi Impatoris nutum: stabant itē in circuitu seniorū & quatuor animalīū, hoim scilicet in cœlesti patria cū ipsis regnantīū, & sanctorū quatuor Euangelistarū, cæterorūq; p̄latorum vel patrum Ecclesiæ, tanq̄ illoꝝ conferui, atq; cōciues sub vno principe Deo. Et ceciderūt in conspectu throni in facies suas, p̄fundissima humilitate sese submittentē diuinę maiestati, eaq; ita vt dignum erat summa cū reuerentia adorantes, tanq̄ Deum ac dñm suum, à quo se nouerant consecutos oēm beatitudinem suam & om̄e bonum suū. Vnde & nos discimus, quāta cū humilitate & reuerētia Deū cœli, regem gloriæ, dñm maiestatis adorare debeamus, quando cœlestes illi & p̄clari spiritus intantū sese abijciunt. Et tamen pro pudor, videas multos etiam dū diuina peraguntur mysteria in sacris ædibus, rigido stare corpore, & nullā vnq; p̄stare reuerentiam diuinę maiestati: quosdam etiā pro nefas in iniuriā & cōtemptū summi Dei, sursum deorsum haud secus, q̄ in foro ambulare in tēplo dū sacra celebrantur. Quorū sicut est impudēs & execranda impietas, ita erit olim etiam grauissima damnatio. Porro, sancti angeli corruentes in facies suas, adorauerunt Deum, di-

Apocali

C

Adorādus quanta cū reuerentia sit Deus.

Impudētia q̄rundam in sacris templis, quanta.

um, dicentes: Amen, id est, sc̄torum hoim
sententiam approbantes. Cum em̄ summe
diligant Deū iure optimo summe diligen
dum, q̄ cum nullius indigeret, tñ & ange
los & hoies cōdidit suæ beatitudinis par
ticipes, nō possunt nō approbare, quicq̄
ad eius laudē & honorem ptinet. Deñ &
ipsi addunt: Bñdictio, q̄a p̄cipue & sup̄ex
cellēter est bñdictus: & claritas, q̄a summe
pulcher & lucidus: & sapiētia, q̄a essentiali
ter sapiens: & gratiarū actio, q̄a bona om̄ia
creaturarū, illius sunt dona, pro q̄bus me
rito illi gratiæ semp̄ agendæ sunt: honor,
q̄a summe honorāndus: virtus, quia insupe
rabilis: fortitudo, quia omnipotens & for
tis, in secula seculorū sit Deo nostro, Amē.

EXEGESIS EVANGE
lij in eadē Solēnitate, Matth. V.

D



Vangelium hodie
nū, eā quā Christus
in mōte tradidit, do
ctrinā partim cōple
ctit, dignā sane, quę
nunq̄ a cordibus fi
deliū excidat, quam
sibi p̄petuo habeant

ppositam ob oculos, & ad quam totos se
se semp̄ & ubiq; cōponant atq; cōformēt.
Sublimia q̄dem sunt, & mundi iudicio pla
ne contraria, quæ hic sapientia Dei e loco
sublimi sublimiter docet, sed tñ non exce
dunt humanas vires: nam aliq̄ sup̄fluum
fuisse p̄dicare hoibus, q̄d imitari non pos
sent. Om̄is hic mundi amor, omnis volu
ptas, omnis ambitio, cūcta mundi gaudia,
& deniq; quicq̄ mūdus in p̄cio habet cō
demnat & reijcitur, idq; a Dei filio, cui tra
dita est ois potestas a Deo patre, q̄q; ē dux
& legifer, doctor ac institutor noster, qui
legem veterem nō soluere venit, sed imple
re, & p̄fectioribus p̄ceptis absoluere & cō
summāre. Priscis illis antiquæ legis cultor
ibus temporalia promittebant, vtpote ad
huc lōge positis ab aditu regni cœlorum.
Itaq; talia eis data sunt p̄cepta, quæ illorū
infirmiati cōgruerent. Christus aut̄ q̄ no
bis nō terram Canaan, non vineas & oli
ueta terrena promisit, sed paradysum cœli
oibus bonis rebus affluentem, lōge excel
lentiora nobis iussa dedit, vt p̄m̄ijs immen
sis sublimia p̄cepta vtcunq; respondeant.
Populo illi carnali p̄mittebat carnales ex
rebus p̄sentibus cōsolationes capere, vt in

Summa hu
ius euāge
lij quæ sit.

Matth. 13
Eiatæ 33
Eiatæ 55
Matth. 5

Præceptis
antiquæ le
gis quæ
p̄sent
liquæ.

de discerent firmius sperare bona semper
māsura, quæ illis tñ sub figuris q̄busdam
& vmbriis, & tanq̄ in somnis proponeban
tur: nos vero q̄ per Christi mortem aboli
to dānationis chirographo, & mortis im
perio destructo, æternam vitam, nō tempo
ralia promissa expectamus, ad oim̄ rerum
labentium contemptum p̄ceptis, & p̄m̄ijs
inuitamur. Et ne desp̄deamus animum,
tanq̄ sufficere nō possumus exequendis il
lis quæ exigimur, consolat nos scriptura
diuina, vt certi simus, q̄ legem dedit, illum
& benedictionem daturum, id est, sua gra
tia adiuturum infirmitatem nostram, qui
vtiq; sufficientes nō sumus cogitare aliq̄d
a nobis tanq̄ ex nobis: sed sufficientia no
stra ex Deo est, q̄ opabit in nobis & velle &
p̄ficere pro bona volūtate. Tñ adfit bona
volūtās, & gratia partes suas abūde exequ
tur. Videamus nunc ipsa Euangelij verba:

Psal. 1,
1. Cor. 3

Videns Iesus turbas, ascendit in
montem. Et cum sedisset, accesserunt
ad eum discipuli eius.

Euangelista Mattheus alio loco scri
bit dñi opinionem ob multas virtutes illi
us per totā Syriam diuulgatā fuisse, pluri
mosq; ad eum ex diuersis locis cōfluxisse.
Quos vbi vidit dñs, fugiens multitudinē,
& expetens secretioris loci secessum, vbi
p̄cepta cœlestia sacratius promulgaret, asc
cendit in montem, vt sicut prisca lex data
fuit in mōte, ita & noua similiter in monte
ederetur. Sed illa per angeli ministerium,
hæc ore ipsius Dei. Ipso aut̄ montis ascen
su significauit se sublimia quędam, nec oī
bus cōmunia traditurum. Vnde etiam tur
bas inferius reliquit, & solos discipulos se
cū assumpsit, vtpote tāto paratiores aptio
resq; ad illius suscipiendas institutiones,
quanto illi iam erant quotidiana conuer
sandi cum illo consuetudine magis fami
liares: nec debebant communibus dunta
xat p̄ceptis instrui, quos dominus toti
orbi cōuertendo ac illustrādo destinarat.

Matth. 4

Exodi 10

Mōtia asce
su qd Chri
stus signifi
cauerit.

Et aperiens os suū, docebat eos,
dicens: Beati pauperes spiritu, quo
niam ipsorum est regnum cœlorū.

Sublimia dominus p̄cepta daturus, a
pauptate spiritus sumit initium, quam aliq̄
humilitatem, aliq̄ facultatum siue rerū tem
poralium cōtemptionem interpretantur.
Nam vtriq; conuenire pōt. Vtraq; autem

Paupertas
spiritus
quid sit.

gem

ceu fundamētum q̄ddam est vitę spiritualis.
Qd̄ ad diuitiā siue rege temporalium abdi
cationē attinet, beati p̄dicantur q̄ eas abijci
unt propter amorē Dei, vt liberius possint
vacare Deo rebusq; diuinis. Habent em̄ fa
cultates & bona tēporaria suos q̄sdam ne
xus & vincula, q̄bus implicant animos ho
minum, vt nō possint solutis & liberis ani
mis vacare summo bono. Vñ dñs dicit: Nō
potestis Deo seruire & mammonę. Quare?
Quia diuitiā vix absq; amore inordinato
possident: atq; hic amor aut minuit, aut pe
nitus extinguit amorē Dei. Quicq̄ aut̄, id
est, q̄d nos abstrahit ab amore Dei, id iure
meritoq; contemnendū est. Si em̄ cū aduer
sa laboramus valetudine, libenter caremus
illis quibus delectabilibus vel escis vel potio
nibus, quæ morbū augent, aut sanitatē im
pediunt: quāto magis libētē debemus cō
temnere, quę animę p̄fectam remorant sa
nitatē, & nos a p̄fectione distinent? Itaq;
beatos p̄dicat dñs pauperes spiritu, q̄ p̄opto
& alacri animo, imo & cū voluptate qua
dam penitus terrena oīa despiciunt & abij
ciunt, pauperem Christū & ipsi pauperes
sectantes, vt possint sine vlla animi distra
ctione, quā efficit cura & amor rerum tem
poralium, diuinis duntaxat vacare rebus,
& animi obtutus absq; vlla sollicitudinum
terrenarū caligine in Deum defigere. Id em̄
generatim hic notandū venit, beatitudines
hasce, q̄s dñs hic cōmemorat, virtutes esse
purgati animi, & p̄fectas atq; cōsummātas,
quatenus cōuenit p̄senti vitæ. Atq; ea re re
cte vocant̄ beati, qui n̄s p̄diti sunt: quia iam
in se sopita habēt vitia, & tranquillam cor
dis pacem obtinent: q̄d est initium q̄ddam
& inchoatio futurę beatitudinis. Por
ro cōmendatur hic primo loco illi, q̄ cau
sa amoris Christi relinquunt oīa, & mona
sticem profitentur. Dicat aliq;: Nonne me
lius est retinere facultates suas, & inde gra
tificari pauperibus, atq; alia pietatis exerce
re opera? Respōdemus illi: Si melius id est,
cur dñs diuiti illi adolescenti dixit, vt relin
queret oīa, & se sequeretur? ac deinde addi
dit, diuites difficile ingressuros in regnum
Dei: Sed & ipse dominus cur tam pauper
vixit in hoc mundo? Cur omnes credentes
in Ecclesię exordio reliquerūt omnia? Me
lius est ergo & p̄fectius omnia relinque
re. Quare? Quia res terrenæ amorē cordis
sibi vendicare nituntur, punguntq; animū
& misere lacerāt. Itaq; nec homo sese Deo

Matth. 6
Amor re
rū tēpora
lium quā
rū (p̄m̄) im
pedimēti
præsent.

Pauperes
spū cur p̄
dicentur
beati.

Beatitudi
nes hæc q̄
les sint
virtutes.

F
Religio
fos hic p̄
dicari be
atos.

Matth. 10
Lucæ 18

Actor 4

Terrena
oīa relin
quere q̄ sit
consulēt.

perfecte coniungere potest, nec sese Deus
homini. Nō enim vniri potest homini De
us, donec aliquod intra se medium retinet.
Ergo, vt Augustinus ait: Bonū est facultates
cum dispensatione pauperibus erogare:
melius est pro intētionē sequendi dñm
simul donare, & absolutū sollicitudine ege
re cum Christo. Difficile sane est, & hisce
tēporibus rarissimum, diuitijs non abuti,
non inflari, nō insolescere. Non em̄ in ho
minibus hodie tātus inest amor Dei, vt sci
ant contemnere diuitias: imo vero pene om
nes etiam contempto Deo, contēpta om
ni iustitia per fas & nefas nituntur vndecū
que acquirere. Nihil itaq; consultius, q̄ la
queos omnes præscindere, & Christū do
minum pauperem ac nudū imitari. Si cui
id non placet, sinat, tantū non impediāt a
lios, qui cupiūt perfectiora sectari, & tutio
ra amplecti. Tamen certum est etiam ipsius
domini accedente sentētia, beatos esse pau
peres spū, qui & habita abijciant, nec quic
quam oīno habere appetant, vt possint se
cure expectare regnum Dei, quod pauperi
bus promittitur: nec immerito quādoquid
dem qui nihil volunt habere in terris, cœli
hæredes sunt. Quod aut̄ ad humilitatē at
tinet, ad quā quidam ptinere volunt hanc
spūs paupertatem, beati nimis sunt pauperes
spū, id est, humiles & timentes Deū, in qui
bus nō est tumor animi, & mentis inflatio.
Atq; hac rōne aptissime primo loco hic po
nit dñs humilitatē tanq̄ stabile q̄ddam fun
damentū aduersum sup̄biam, q̄ totius ma
litia; fons & origo fuit, quę creaturas rōna
les & angelos & hoies fecit alienos a Deo,
inimicos Dei, & p̄cenis sempiternis reddi
dit obnoxios. Ad hanc humilitatē siue pau
peritatē spūs pertinet, vt ex gratia spūs san
cti, sine q̄ nulla est v̄a virtus, nos sp̄s p̄
& ex animo etiā inferioribus substerna
mus ac submittamus iuxta Dei bñplacitū,
& cū Apostolo oim̄ seruos, oimq; peripse
ma fateamur, atq; oim̄ nos postremos fa
ciamus. Qd̄ qui potest ex corde facere, ille
vere beatus est, quia nihil eum vnq; cōtrista
re, nihil perturbare poterit, vtpote solidissi
mo humilitatis innixum fundamento, q̄d
nec creaturæ oēs possint euertere. Qui aut̄
humilitatis expers est, & inflatus sensu car
nis suę, putans se aliquid esse cum nihil sit,
ille ad omnes tam secundæ, q̄ aduersæ for
tunæ flatus instar arūdinis agitatur, & mo
do exultat intemperantius, modo acerbio

Augustin.

Diuitijs q̄
impte ho
die pluri
mi abuti
tur.

Pauperibus
cur regna
p̄mittant̄
cœlorum.

Humilitas
quam sit
omnibus
necessaria.

1. Cor. 4

Humilis
ye q̄nam
dicatur
beatus.

Collof. 2

Galat. 6

Matth. 11

ri & immoderatiōi tristitia absorbetur.

G Porro, triplex est humilitas. Prima, qua quis propriam agnoscens vilitatem, imperfectionē, culpas & miseria suas, suapte spōte proprio iudicio sese despicit, & honores non solum non appetit, sed oblatos etiam, corde & voluntate nō suscipit, sciens nihil se habere dignū honore, sed plurima, quæ contemptū & abiectiōnem mereantur. Ita que sic affecto, atq; sic de se sentienti etiam ipsa pctā eius cooperatur in bonū, quādoquidē ex illis fit humilior, & seruatur à superbia, quæ Lucifex demersit in tartarū, eo q̄ noluit attēdere q̄ nihil esset sine Deo, sed sola attendit dona Dei, atq; inde sese impudēter extulit, vnde debebat ad maiorem accendi gratitudinē. Altera humilitas est, qua quis ex sincera suæ vilitatis cognitione nō modo ipse se ducit pronihilo, sed etiam optat ab alijs vilipendi, & qualis est iudicio suo, talis & aliorū cupit iudicio haberi: nempe pauper, infirmus, omnis virtutis inops, procliuus ad omne malum, nisi tamen forte cedat in scādalum aliorū. Quod non modo in actibus, præsertim externis humilitatis, sed etiam oīm aliarum virtutū cauendū est, atq; ea in ijs adhibenda moderatio, ne possit vergere in detrimentū aliorum. Tertia humilitas est gratitudinis, qua qs etiā maximis præditus donis fortunę, naturę & gratię, nihil inde sibi arrogat, sed omnia refert & refundit in Deum, illi cuncta accepta ferēs, illi soli laudem tribui cupiens, nec animo extollitur, nec vltra alios effertur: sed inde magis sese abijcit & humiliat foris & intus coram Deo & hominibus. Hęc humilitas vt est p̄clara admodū, ita & rara est. Deniq; eiusmodi pauperibus spiritu, quales iam diximus, id est, qui propter Deum relinquunt omnia, & seipos ex animo contēnunt, ac pro infimis ducunt, Christus promittit regnū ccelorum, vbi erit summa oīm bonorū abundantia, & summus honor. Quę sane congrua est promissio, vt qui abijciūt temporalia, accipiāt eterna: & qui se humiliant in terris, exaltentur in cœlis. Vnde Augustinus ait: Appetāt ergo superbi regna terrarum, sed humilium est regnum ccelorum. Et Chrysostomus: Sicut cætera, inquit, vitia deponunt ad inferos, maxime tamen superbia: sic omnes virtutes inducūt ad regna ccelorū: maxime tamen humilitas, quia propriū est, vt qui se humiliat, exaltetur.

Humilitas cognitio- nis quę fit

Esaiæ 14

Humilitas exhibitio nis q̄ fit.

Humilitas gratitudinis q̄ fit.

August.

Chryso.

Matth. 18 Lu. 14. 18

Beati mites, quoniam ipsi possi debunt terram.

H Mansuetudo virtus moralis est, quæ iræ impetū refrēnat ac moderatur, ne vel p verba, vel facta, vel signa foras erūpat, nec etiā animū perturbet, p̄sertim notabiliter & ex rationis consensu. Tum vero māfuetudo est altera beatitudinum, quas hic dñs recenset, quando vsq; eo excrescit & consummatur, vt animū penitus libet & tranquillum reddat ab iræ vitiofis perturbatiōibus siue motibus, ita vt nunquam ira rationem præueniente, & eam quouis modo obliquante afficiatur, nisi omnino conuenienter rectę rationi & diuinę voluntati siue legi. Nec tamen oēm excludit iram: imo vero incitat ad iram illam, quæ rationis iudicium sequitur, eiq; obsecūdat: qualis ira necessaria est aduersum vitia, ne sæuiat impunita nequitia: qualem & in Mose & Dauidē manifeste discimus ex sacris literis, q̄ tamen ambo de singulari māfuetudine cōmendātur. De qua Chrysostomus dicit: Si ira nō fuerit, nec doctrina proficit, nec stāt iudicia, nec crimina compefcūtur. Itemq; Patientia irrationalis vitia seminat, negligentiam nutrit, & non solum malos, sed et bonos inuitat ad malum. Ad mansuetudinē autē obtinēdam alijs maior, alijs minor est labor necessarius. Sunt em̄ quidam naturæ quodam beneficio mites & mansueti, sed nisi copiosa gratia naturam exorinet, parui meriti est eiusmodi mansuetudo. Alij sunt procliuēs ad iram, ad impatiētiā, & aliqua affecti iniuria, vix sese cohibere possunt. Qui si diuina fretigratia q̄tidianū inaicēt bellū huic vitio, & sibijps dominari nitantur. Et talibus terrę possessio pmittitur, terræ videlicet corporis ipso rū, ex cuius sanguine immoderate calido, aut alias ex praua corporis cōstitutione ac habitudine sæpe multa eis bella oriuntur: in quibus certandum est acriter, donec domino præstante victoriā & pacem, sanguis & caro edometur, & in futura vita sine vlla rebellione tranquillissime possideatur. Potest & terra hic promissa intelligi regnū ccelorum, quod est terra viuentium, vbi vifuri sumus bona domini. **H**abemus hic iam duas virtutes, puta humilitatem & mansuetudinē, quas speciatim dominus in seipso nobis commendauit imitandas, vbi ait: Discite à me, quia mitis sum & humi-

Mansuetudo qualis fit virtus.

Mittas q̄ tenus beatitudo quę fit.

Ira quę necessaria fit contra vitia. Exodi. 17 Numer. 11 Psalm. 137 Chryso.

Mansuetudo duplex quę fit.

Terrā p̄missammi tribus bistrā intelligendam.

Psalm. 16

Matth. 11

humilis corde. Et pulchre humilitas hic primo loco ponit, deinde mansuetudo, quæ mitis esse vix potest, qui humilitatis sit expers. Qui autē humilis est, idem ipse & mitis est. Simus ergo mites & māfueti ad oēm iniuriā, & aduersitatē: idq; vt melius possimus, cōtemnamus bona p̄sentia, vt sunt, diuitię, honores & voluptates. Taliū enim amor maximas sæpe iræ p̄stat occasiones. Qui autē ea contemnit, nō dolet dū in ijs leditur, atq; ita nec irascitur facile, vbi aliqd horū patitur detrimentum. Deinde cogitemus iræ turpitudinē & impatientię fœditatem, & quantū eā nos dehonestent corā Deo & hominibus: sicq; accendamus animis ad retinēdā mansuetudinē. Adhęc cogitemus, quā multa soleant incurrere vitia, qui ira superari se sinunt: quę ne incidamus, amplectamur Christi mansuetudinē. Ad extremum pensemus, q̄ nihil profit ira sci, imo quā dire, tum corpori, tum animæ noceat iræ infania, quæ sanguinē conficit, hominem stulto reddit assimilē, proximos offendit, famā hominis ledit, cor & ratiōem perturbat, spiritum sanctum expellit, & æterna meretur supplicia. Qui autē mitis est, maximam & apud Deū & homines gratiā meretur. Māfuetudo sensim obtinetur orando, certando, Christi passiōē pie meditando, sobrietati studendo, crapulam & potum superfluum, vnde sæpe prauina scuntur humores, cholera & bilem augentes, vitando, mortis incertam timendo horam, & Deum præsentem attendendo.

Mittas q̄ nam accipitur.

Ira quę mala fecit adierat.

Mansuetudo vt sensim obtineatur.

Luctus q̄ tenus beatitudo quę requiritur.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Tertia beatitudo luctus est, ad quē pertinet libenter ac delectabiliter, & propēso animo à se abdicare terrenas voluptates, et oblectamenta carnis, mundi huius vana, misera, cæca & pernitiōsa gaudia respuere, iocos, ludos, inanes cōfabulationes, rumores seculares, risum dissolutum, morum leuitatē propter honorē & amorē Dei fugere, amplecti ea oīa, quæ carnē rationabiliter castigant & macerant, vt est abstinētia cibi & potus superflui, item vigilię, asperitas vestiū, lecti duritia, aliaq; corporalia & spiritalia exercitia, quibus corporis petulantia edomatur, corpusq; ipm̄ in spiritus redigitur seruitutem: quādo moderate assumuntur pro cuiusq; viribus & recte rationis p̄scripto. Adhęc animum maturum et

seriū atq; studiosum assumere erga ea quæ sint vtilia & honesta, bona & salutaria, atq; in ijs secundū Deū delectari, vt sunt verbi gratia, cūcta Dei opa, æterna bona quę speramus, perfectiones diuinę, laus Dei, talus animarum, atq; adeo quęuis opa bona, & exercitia virtutū: quæ vt sunt longe p̄stātiora quibuslibet rebus mundanis & corporalibus, ita etiam multo vberius & suauius præstant homini gaudium & delectationem, vt merito p̄ illis cūcta vana mūdi gaudia respuere debeamus, & delectari in domino. Præterea ad hunc luctū pertinet, religiosum animi mœrorē suscipere ob peccata propria & aliena, ob contemptum & iniuriā summi Dei, quam accipit ex nostris & aliorum iniquitatibus ob mūdi malitiā, hominum cæcitatem, & innumera p̄sentis vitę discrimina, quę incerti sumus an tādē euasuri simus: itē ob propriam imperfectionem, virtutū inopiam, procliuatē in malum, tarditatē ad bonum, atq; ob dilationem glorię, q̄d prolongatur incolatus noster, q̄ peregrinamur à domino, quod tam longe sumus à patria, quod necdum licet videre faciem patris nostri qui in cœlis est. Pertinet etiā huc, totis animi visceribus ex pijsissima cōpassione lugere Christi Iesu acerbissimos cruciatus, quos pertulit propter nos, maxime quando pependit tribus horis in alto crucis patibulo, totus innumeris & internis & externis cōfectus doloribus: & cum pessimis quibusq; latronibus in illo extremo mortis supplicio oēs compati soleāt, tamen dñs Iesus ab impijsimis Iudæis tum maxime irrisus, scommatibus & ludibrijs vexatus, blasphemijs & contumelijs afflictus fuit: quod sane lugendi magnam præbet causam. Est etiam luctus huius, compati tristissimæ matri eiusdē saluatoris sub cruce filio assistenti, & omnia intus in corde patienti summo & incompræhensibili cum dolore, quæcūq; filius in corpore patiebatur. Quæ sane in tantis pœnis, tanta animi angustia & animi afflictioe viua durare non potuisset, nisi vltra naturæ vires diuina eam potentia cōseruasset. Si q̄ ergo in nobis sunt viscera pietatis, cōpatiamur filio corpore crucifixo, cōpatiamur & matri corde & animo crucifixæ. Sunt & alia multa lugenda in hoc mundo: sed hęc pauca cōmemorasse sufficiat. Non est autē, quod putet quisquam luctum hunc cum

Luctus sanctum quænam efficiant.

Psalm. 119 1. Cor. 5

Matth. 18

Christo q̄ tenus cōpatiendū

Marię vīginivri cōpatiendū fit.

Luca fan
da nunq
esse sine
dulcedine
& gaudio
spūs scti.

rancoris amaritudine, aut cū acedia fasti-
dio vel tædio erga bona spiritalia, vel cum
diffidentia vel desperatione coniunctum:
imo ꝑo nunq̄ est sine dulcedine & gaudio
spūs sancti. Siquidē magnus amor Dei lu-
ctum hunc efficit, atq; idem ipse Dei amor
non potest nō delectatione & gaudio ani-
mum afficere. Vnde etiam promisit dñs ita
lugentibus consolationem p̄sentis vitæ &
futuræ, non carnalem & vanam, sed spiri-
talem & diuinā, quæ hic inchoetur ex cer-
ta spe & expectatione futurę beatitudinis,
ex interna sancti spiritus visitatione & il-
lustratione, ex affluentia deliciarum Dei in
anima: & demum perficiatur, vbi eo vene-
rimus, vbi Deus absterget oēm lachrymā
ab oculis hic religiose lugentium, nec erit
amplius luctus neq; vllus dolor, sed con-
solatio plena & perfecta.

**Beati qui esuriunt & sitiunt iu-
sticiam, quoniā ipsi saturabuntur.**

L
Animę sto-
machus
quinam
purgand⁹

Anima cum sit incorporea, inuisibili
li cibo potuq; alit. Sed non esurit neq; sitit
iusticiam, nisi sana & bene cōstituta sit, sa-
nūq; & integrū habeat stomachū, à vitioꝝ
corruptis humoribus amara contritione,
pura & sincera confessione, ac digna satis-
factione repurgatū. Nam in qbus tales eti-
am nū humores residēt ac dominant, illis
esca salutaris, nēpe iustitia, & quicqđ Dei
est, in fastidio est: venenū aut in desiderio.
Patet hoc in filio illo pdigo, q ad tātā vsq;
animi corruptionē & infectionē deuolu-
tus est, vt filiquis porcoꝝ optaret vētrem
impleri suum, & nemo illi dabat, tantū sci-
licet qđ eius posset explere famē. Non em̄
anima satiatur sordidis carnis voluptati-
bus, sed corrumpit ac deprauat, & nisi ap-
ponat salutare remedium, nēpe p̄nitenti-
am & emendationē sui, mortē æternā sibi
asciscit. Vbi aut̄ toto corde ad Deū conuer-
titur, atq; à vitijs sanata, per p̄cedentes bea-
titudines iā mūdāna contēnit, paupertatē
& humilitatē amplectit, mores māsuētudi-
ne regit, & delicta defleuit, ac digna satisfac-
tione castigauit, iam tū incipit esurire & si-
tire iustitiā, id est, vel in generali, magno qđ
dam feruere desiderio oīs boni & honesti,
oīs virtutis, atq; in ipsis virtutibus magis
ac magis proficiendi: vel in particulari, ma-
ximopere velle & desiderare reddere vni-
cuiq; qđ suū est. Id em̄ iustitia exigit, vt tri-
buatur vnicuiq; qđ illius est. Ergo ad esu-

Luc 13

Iusticiam
esurire &
sitere qđ
suū est.

riem & sitim iustitię ptinet. Primo, vt Deo,
Ecclesiæ & superioribus integrā & volūtari-
am præstemus obedientiam. Secundo, vt
superiores subditos suos admonendo, ob-
secrādo, increpādo, terrēdo, leniendo, casti-
gādo; si opus sit, & alijs modis congruis à
vitijs reuocent, & prouocent ac extimulēt
ad virtutes: alioq; nisi ita agant, pditio sub-
ditoꝝ in caput ipsoꝝ redundabit, vt apud
Ezechielē dñs minatur. Atq; istud etiā ad
oēm patrē familias spectat. Vnde Augusti-
nus cuidā comiti scribit in hæc verba: De
oīm in domo tua tibi subiectoꝝ salute so-
licitus ac vigil existas: qā p oibus tibi sub-
iectis rōnem dño reddes. Annūcia, p̄cipe,
impa, suade eis vt caueāt sibi à supbia, à de-
tractione, ab ebrietate, à fornicatione, à lu-
xuria, ab ira, à piurio, à cupiditate, quæ est
radix oīm maloz. Tertio, huc exigit, vt in
mutuis contractibus, in oī emptione & vē-
ditiōe seruetur fides, & æqualitas precij
ac emptæ siue venditæ rei, frauq; oīs vite-
tur. Nam q fraudē facit, peccat in iustitiā,
& est obligatus ad restitutionem, si sciēs et
prudēs id agat. Quarto, vt aliena restituan-
tur. Sūt & alia ad iustitiā ptinentia, q̄ causa
breuitatis p̄terimus. Porro, tū demū ꝑe
esurimus & sitimus iustitiā, qñ iam dicta cū
ingenti ac insolito qđam & feruētī deside-
rio p̄stemus. Deniq; iusticiam esurire & siti-
re, est Christū auidissime suspirare, & Eu-
charistiæ magno flagrare desiderio. Satu-
rabuntur autem esurientes & sitientes iu-
sticiam in vita æterna, quando in bonis re-
plebitur desiderium nostrum.

Wurth
tūq; iust
tū qñm
exigā.

Ezech.
Augst.
Subditi
nam sint
regendi.

1. Tim. 6

Sacetas
spiritua-
lis vbi sit

Psal. 102

**Beati misericordes, quoniā ipsi
misericordiam consequentur.**

Misericors & miserator dominus cu-
piens nos ad sui perducere similitudinem,
hortatur nos ad misericordiam, idq; adeo
vt si nos in proximos simus misericordes,
ipse quoq; se nobis polliceatur fore mise-
ricordem. Ergo si vis facilem o homo pec-
cator impetrare misericordiam, sis libera-
lis & pius in proximos, leua miserorum in
opiam benignitate tua, vt Deus ignoscat
iniquitati tuæ pro bonitate sua. Si aut̄ aua-
rus & crudelis es, & claudis viscera abege-
no fratre tuo, superest vt talē tu qđq; dñm
Deū tuū experiaris. O immensam bonita-
tē Dei, q iudicij sui sententiam pene in no-
stro posuit arbitrio, dū misericordiam pol-
liceat nobis miam in alios declarantibus.

Augn

Augustin.
Elermesy
na q uo p
Randa

Augustinus quodam sermone ait ea quæ
supflua sunt hoī vltra ratiōabilem victum
& vestitum, læto achylari animo pauperi-
bus eū debere impartiri. Idcirco autem læ-
to & hilari animo, quia parum dat & acci-
pit multum: porrigit nummum, & cōparat
regnum: tribuit paruā pecuniā, & accipiet
vitā æternam: dat tēporalia & meret æterna
porrigit caduca, & recipit sine fine māsura.
Ad misericordiam pertinent septem cor-
poralia, & totidem spiritalia misericordiæ
opera. Deniq; tum misericordiā beatitudo
est, quando ita cōdolemus aliorū malis &
miserijs vt proprijs, & pro viribus prom-
ptissime eis opitulamur. Misericordiā Deo
nos simillimos reddit, de quo dicimus: De-
us cui proprium est misereri semper & par-
cere.

Misericor-
diæ beati-
tudo quæ
nam requi-
ratur.

Cor qbus
nam ma-
culatur

Munditia
cordis qm
ta etiam
in illibera-
tis efficitur

Ioan Ruf
brochiū.

Cor. 13

N
Pacifici q
dicant tri-
plici rati-
one.

**Beati mundo corde: quoniam
ipsi Deum videbunt.**

Cor non maculatur nisi vitijs & passio-
nibus: qbus abolitis & mortificatis ac ex-
piatis, cor mundat, conscientia serenatur,
& cordis oculi fiunt apti & idonei ad con-
templandum Deum. Cordis mūditiā sum-
me in nobis diligit Deus, libenterq; sese cō-
iungit & vnit mundo cordi, maximamq;
ei p̄stat rerum diuinarum cognitionem, &
excellentiā gratiæ suæ munera. Inde est, qđ
quandoq; simplices quidam & idiotæ per
mundiciam & innocentiam cordis ad tam
sublimen diuinarum euehūtur contempla-
tionem, vt eos summi Theologi vix pos-
sint capere. Cernimus hoc in præclarissi-
mo illo viro Ioāne Rufbrochio, q ob mira-
bilem cordis puritatem & simplicitatē li-
cet alioqui parū doctus esset, tantam Dei
diuinarumq; rerum adeptus est notitiā,
vt exercitatissimis Theologis admiranda
scripta reliquerit & quantū ex eius libris
colligi licet, nonnunquam ad Dei contem-
plandam essentiā admissus videtur. Et qđ
mirum quando dominus mundis corde
Dei visionem pollicetur: quæ tamen præ-
cipue ad futuram vitā ptinet. Vidēt autem
tales Deum hic per speculum in ænigmate
postea autem facie ad faciem.

**Beati pacifici: quoniā filij Dei
vocabuntur.**

Pacifici sunt, qui primo quidem pa-
cem seruent erga Deum, illi in omnibus
morem gerendo, quod idem verā præstāt
cōscientiæ pacē & pectoris tranquillitatē;

cupiuntq; etiam p̄ximos quosq; ad hanc
pacem pertingere, eosq; ad eam adducere
p̄ viribus nituntur: Deinde etiā cū p̄ximis,
quantū in ipsis est, pacē inuolabiliter ob-
seruant, odiūt scandala, dissensionū & dis-
cordiæ occasiōes summe vitant, neminem
lædere, oibus p̄desse cupiūt, etiā pacis ini-
micos optant ad pacē reducere, & dissiden-
tes modis oibus cōciliare. Deniq; & in sei-
psis pacē custodiunt, id summo p̄curantes
vt portio sensitiua sit in oibus subdita rati-
oni, & ratio sit subiecta Deo. Tales aut̄ pa-
cis amatores, pacisq; studiosi merito voca-
bunt filij Dei, q Deus pacis dicit, & q pacē
diligat, & non nisi in pace commoratur:

1. Cor. 14
Psal. 119

**Beati qui persecutionem pati-
untur propter iusticiam, quoniam
ipsorum est regnum cœlorum. Be-
ati estis cū maledixerint vobis ho-
mines & persecuti vos fuerint, &
dixerint omne malum aduersum
vos metientes propter me. Gaude-
te & exultate, quoniam merces ve-
stra copiosa est in cœlis.**

Optime loco vltimo ponit beatitudo
eoꝝ q ppter iustitiā p̄secutionē patiunt. V-
bi em̄ p̄cedētibus qs virtutibus p̄ditus est,
is maxime solet à dæmonibus & malis ho-
minibus infestari, cōtumelijs, iniurijs, mē-
dacijs affici & dehonestari. Sed nō solū ni-
hil inde dolere, imo etiā maxime gaudere
debet, qā patit ppter iustitiā & ppter Chri-
stū, cui placere cupit, q ei reddet immēsa cœ-
li gaudia, & mercedē magnā nimis, hoc est
seipsum. Ipse est em̄ merces copiosa, q no-
bis pmittitur in cœlis. Itaq; dilectissimi ex-
erceamus nos in his virtutibus, & contra-
rijs abstineamus vitijs et in præsentī gratia,
& in futura vita Dei gloriam adipisci mere-
amur. Amen.

**SERMO IN EADEM
solēnitate. Quid nostra efficiāt me-
rita: & de æternæ beatitu-
dinis ineffabili felicitate & iucunditate.**



Audete & exultate: qā merces
vestra copiosa est in cœlis. Mat-
thęi V. Et si nihil habeamus cha-
rissimi fratres q deus egeat, nec
ququam illi offerre possimus (ni-
hil

Psal. 119

hil em̄ ex nobis habemus boni) nisi quod ab illo acceperimus, atque recte facta nostra quis exigua quis imperfecta, quae tamen ipsius gratia sunt bona, ita habet accepta, ac si multum ipsi sint frugifera: talique ea praemio afficit, quasi magna sint & ingentis pretii: sicque puocat nos ad bene agendum: idque ea ex causa, quia amat nos, eo quod sui sumus, cupitque habere occasionem nobis gratificandi, & communicandi summum illud bonum, quod ipse est nosque participes reddendi beatitudinis suae, quae aeterno beatus est. Id enim eius pollicitus iustitia, a qua haud unquam temere deflectit, ut aeterna beatitudine non praeruat, nisi quae ea sit emeritus, & quae pro ea obtinenda sudauerit. Merces enim dicitur, eo quod labori vel merito reddat. Nec tamen possumus aeternam beatitudinem nostris mereri viribus: nisi quod praesertim Deus ita decreuit, ut quae ipsius praecipua seruarit, vita aeterna dignus sit. Atque sine illo nihil possumus: Itaque ab illo est & velle, & perficere & mereri nostrum. Non utique cogit nos, sed excitat ut velimus, adiuuat ut possimus, corroborat ut perficiamus. Et licet ipse vna nobiscum faciat totum, quicquid recte gerimus, tamen ita remunerat, ac si de nostro aliquid contulisset. Certe dominus Iesus duplici iure sibi vendicat regnum caelorum: Nuncpe hereditate, quae est filius Dei: & passionis ac morte sua, quae & sibi & omnibus membris suis illud obtinuit. Membra illius sunt, quae eius praecipua seruant, quae in hodierno Euangelio sub septem vel octo virtutibus, atque alibi breuius sub duplici charitatis praecipuo comprehendunt. Non sunt autem grauiora praecipua illius, ut ait S. Iulianus, scilicet ubi adest bona voluntas. Itaque quae haec praecipua seruant, membra sunt Christi, iureque percipiunt regnum Dei, non tamen meritis suis, quae Christi, quae peccatis suis omnibus satisfecit. Porro, caput, non vult a membris separari, sed est unum cum eis corpus: atque ubi caput est, eo & membra sequi necesse est. Haec mercedem iam adepti sunt sancti omnes, quae hodie generaliter agimus solennitate. Et licet nos necdum experti simus, necdum gustauerimus illam aeternae felicitatis retributionem, (non enim vidit oculus, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quae praeparauit Deus diligentibus se) saltem interim de ea vel parum aliquid dicamus, quia multum non possumus, cum sit ineffabilis. Iam ante vobis illa domini verba recitata sunt, quibus ait. Gaudete & exultate quia merces vestra copiosa est in caelis. Quae quidem verba tum pertulit quoniam nouam, id est Euangelicam legem quae sub septem beatitudinibus descripsit, cuncta noui

Testamenti praecipua, sub septem virtutibus comprehendens, in mente promulgauit. Prius enim mentionem fecerat beatitudinis virtutum quae cum labore acgruntur: & persecutionis malorum, quae praesertim omnes ferre habent, ut Apostolus ait: ideoque pro consolatione mox subiunxit etiam virtutis praemia. Ut enim, D. Gregorius affirmat, expectatio praemii, minuit vim laboris. Quod nulla habet declaratione opus, utpote quae ex penitentia quotidiana discimus. Quis quod mercenarius suam nobis locaret operam, absque spe mercedis? quae quanto est maior, tanto labor censetur leuior. Agricolarum & vinitorum quoniam, quod diuturnos etiam libenter suscipiunt labores quod se spent largas messuros segetes, & vini copiam consecuturos: Sic etiam pius dominus nouerat paucos tanta flagrare charitate, ut ipsi solo ex amore, atque unico duntaxat illi placendi studio seruiant: propterea etiam magna voluit praemia polliceri: sed & supplicia minari. O quam multos a vicinis retrahit gehennae timor & spes beatitudinis. Verum non satis est ad salutem vel solo timore poenae aut sola mercedis contemplatione seruire Deo, quae utrumque potest esse absque charitate, sine qua nullus unquam saluus erit. Ergo danda nobis opera est, ut seruili timore in filialem mutato, atque mercenariorum affectu in amorem liberalem translatum, seruiamus Deo animo libenti ac voluntario: ea sola consideratione, quod ipse omnino honore & cultu dignissimus est, quod summe bonus, pulcher amabilis, desiderabilis, & super omnia praecipue verendus est: sicque quicquid agimus, ideo faciamus, ut illi placere, illius assequi gratiam & amicitiam, illum laudare ac honorare possimus. Talis est affectus filiorum, quoniam non querit quae sua sunt, sed quae patris: idque solum curat, ut nihil admittat unquam, quod pater offendant aut contristet: nihil committat, quod illi placere aut ad illius honorem pertinere nouerit. Hac nos charitatis sinceritate dilectissimi domino seruire debemus, tanquam filij amantissimi parenti. Ideo quique nos orare docuit: Pater noster quae es in caelis, ut hoc ipso admoneamur non seruiliter, sed liberali animo nos ei seruire oportere, atque erga ipsum spiritum & fiduciam gerere, atque ad eum ceu patrem clementissimum confugere. Hac charitate sancti Deo seruiunt: quae etiam in nonnullis tanta fuisse legitur, ut si potuisset cedere ad honorem Dei, pro illius amore libenter poenas inferni sustinuisent: salua tamen charitate Dei perfecta, & voluntatis integra unione cum Deo, qualis est beatorum in patria. Interim nihilominus charissimi nos

Regnum caelorum vti duplici iure creditur sibi vendicat

Matt. 5

1. Ioan. 5

Esaiæ 64 1. Cor. 2

Math. 5

Tim. 3

Gregori.

Seruire nam soli aio debemus Deo

Math. 6

Charitas quondam scilicet quae facit

mi nos, qui etiamnum virtutum inopes & fragiles sumus, atque a sanctorum charitate feruere multum distamus, timore supplicij refragemus nos a vitis: nam eiusmodi timor imperfectos retrahit a malo: nec tamen solo hoc timore moueamur, sed praecipue nos moueat timor Dei, ne scilicet offendamus dominum Deum nostrum, tamen bene de nobis meritum, & tamen dignum nostrum, tamen bene de nobis meritum, & tamen dignum oim honore ac reuerentia. Sed & regnum caelorum & possumus & debemus appetere, non tamen propterea potissimum bene agere, sed ut placeamus Deo: quantum & ideo licet petere beatitudinem, quod tibi sit perfecta iustitia, perfecta charitas, perfectum gaudium in Deo: nec vllus ibi sit defectus, nullum vitium: maxime vero quod illic conspiciemus, obtinebimus, profruemur illo, quae amamus, & appetimus, cuius causa conditi sumus, & viuimus, & facimus quicquid bene agimus & in quo oimoda potiemur felicitate. **Q**uacirum ratione aspiremus dilectissimi ad regnum illud infinitae beatitudinis, ut scilicet possimus coniungi Deo, Deumque perfecte diligere, hoc est, ut omnes sensus & motus nostri ferantur semper in Deum, quod in hac vita non est possibile, atque in illo perfecte gescamus. Siquidem haec amoris natura est, ut velit adesse dilecto. Nimirum charissimi, mortales omnes ex ipsa quae natura bonum appetunt, nec quisquam est quae malum velit: sub ratione malum quando malum pro se non est concupiscibile. Quod autem homines malum amplectuntur, ideo fit, quod malum quadam boni specie ipsis imponat: idque rationis errore, agitur, quae malum tanquam bonum offert voluntati, quae ex se nihil vult, nisi quod bonum videat. Porro summum bonum, quod verum bonum, & in quo vno tota hominis beatitudo consistit, omnes appetunt: quia ut Augustinus ait, ad appetendam beatitudinem natura compellit, cui summe bonus & immutabiliter beatus conditor hoc indidit: & ut D. Bernardus dicit, non sumus quieti, donec eam finimus adepti. Cuius ratio est, quod finis noster sit beatitudo. Quamobrem cum omnia quae sunt, naturaliter appetant consequi finem suum, cur non multo magis homo rationis particeps id velit? Non autem eo fine conditi sumus, ut semper in hoc exilio vivamus edetes, bibentes, & bonis huius mundi profruentes, sed ut recte agendo ad aeternam vitam pertingamus. Atque ea est merces quae Deus nobis promittit copiosam in caelis. Hanc consecuti sunt sancti omnes, quibus hic dies sacer est: eam

que & nos consequemur, si in idem, quibus & illi, vestigijs ingressi fuerimus, id est, si humiles mansueti, misericordes, lugetes, esurietes & sitientes iustitia, mundi corde, pacifici & patientes fuerimus. Quid vero illic habituri sumus? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, &c. Tanta enim sunt gaudia illius patriae caelestis, ut si cuncta & praeterita & futura vitae huius gaudia in unum conflentur, in illorum comparatione praesens nihil sint. Ibi enim Deum ipsum videbimus, cuius comparatione caetera nihil sunt. Vnde Aristoteles ait, id quod simpliciter perfectum bonum est, melius & perfectius esse, eo quod quidam illius participatione bonum est. Sic ignis ex sua natura perfectius calorem habet, quam aqua calidam: & sol verius lumem habet, quam stellam, quae id a sole mutuatur. Cum ergo Deus solus sit bonus per essentiam, & creaturae omnes iuxta diuersos gradus tantum habeant bonitatis, quantum illis Deus communicat, certum est dominum Deum infinito creaturis omnibus esse praestantiorum, suauiorum delectabiliorum. Quicquid enim in creaturis est pulchrum, ordinatum elegans formosum, delectabile, totum ex Deo permanuit quod est omnis boni, pulchritudinis, suauitatis fons in exhaustus. Si igitur creaturae adeo delectantur quibus ille censendus est, quod fecit illas, indiditque illis unum sunt delectabiles: Reuera infinite delectabilis est, siquidem & ipse bonus est infinitum. Vnde B. Augustinus loquens ad Deum, Ex visibilibus his, inquit, tua inuisibilia comprehendimus dominus Deus creator noster. Si enim mihi domine pro hoc corpore ignobili & corruptibili tam magna & innumera beneficia praestata a caelo, a terra, a mari, luce & tenebris, calore & umbra, rore & imbre, ventis & pluuijs, volucribus & piscibus, bestijs & arboribus, ac multiplici varietate herbarum ac germinum terrae & cum ceteris creaturarum tuarum ministerio nobis successue suo tempore ministratum, ut alleues fastidium: quia quod & quae magna & innumera bilia, quae dulcia & delectabilia sunt, quae solis tuis largiturus es amicis? Si tanta praestata solatia in hac die lachrymarum, quanta continet exilium, quanta quod continet patria? O Deus non vidit oculus absque te, quae praeparasti diligentibus te. Secundum enim magnam multitudinem magnificentiae tuae est & multitudo magna dulcedinis tuae, quae abscondisti diligentibus te. Magnus enim tu es dominus Deus

Beatitudinis desiderare quoniam de beamus

Q

Mali non appeti nisi sub specie boni alius

Augustin.

Bernard.

Charitas quondam scilicet quae facit

Math. 5 Luc. 6

Esaiæ 64

Gaudia caelestis patriae quanta sint.

Aristote.

R

Augustin.

Esaiæ 64

Psal. 30

Psal. 144

Deus meus & immensus, nec est finis magnitudinis tuæ, nō est numerus sapiētīe tuę nec est finis, seu numerus atque mensura retributionis tuæ. Sed sicut magnus es tu, magna sunt donaria tua: quoniam tu ipse es p̄m̄ium & donū oīm legitimorū pugnatōrū tuorū. Hęc ille. Quantacunq; igit sint solatia p̄sentis vitæ, nulla tñ sunt si cū æterna beatitudine conferant. Quare & D. Gregorius quadā homilia sic habet. Si cōsideremus fratres charissimi, q̄ & quāta sunt q̄ nobis p̄mittunt in cœlis, vilescunt animo oīa quæ habent in terris. Et D. Bernardus, illud, inq̄, solū est verū & summū bonū, q̄d non de creatura, sed creatore concipit. Quod cū accepis, nemo tollet à te: Cui cōparata omnis aliunde nata iucunditas, meror est, omnis suauitas dolor est, oē dulce amarum est, oē decorū scēdū est, omne postremo q̄d delectare potest, molestū est.

Gregori⁹

Bernard⁹

Augustin⁹

S

Beatitudinis sup̄næ imēfiratis causa quæ

Augustin⁹. Frui quod nam pro prie sit, q̄ que solo fructudum

Delectatio diuinę fru itiois q̄nta sit

etiam si totus mundus esset aureus, & omniuarijs plenus delicijs, beati nec ad momētum suos à Deo obtutus deflecterent. Quāquam non necesse habent quippiam extra Deum conspiciere: q̄n̄ q̄cquid videre, q̄cquid nosse, q̄d habere cupiunt, totum habent in Deo. Quicquid enim illic appetitur, illico p̄s̄to est. Ut enim Augustinus ait, Felicitas est habere omne quod cupias, nihil habere q̄d oderis. Et Aristoteles in Ethicis, Felicitas, inq̄t, est desiderij expletio. Nō potest autem fieri, teste Augustino, ut sit homo beatus, nisi sit etiam de suæ felicitatis perpetuitate securus. Non est igitur vera felicitas in hac vita: quia nec diuturna quidē esse potest: nec quisquā est, qui non patitur aliquid molestum, vel quo carere malit, vel qui non timeat quippiam eiusmodi sibi posse accidere, quod nolit. Nemo etiā est, qui habeat quicquid velit. Imo semp̄ cupiūt homines quippiam, quod nondum sint adepti.

Felicitas quid sit Augusti. Aristote.

Felicitatē veram nō posse fore in hac vita

T

Si quærat quis ex homine quāuis fortunato & potente num habeat pro voto omnia, puta tantum honoris & bonæ valetudinis, opum, potentia, gloria, & similia, quantum velit, respondebit. Minime. Esto, sit simul rex, Imperator, & summus Pontifex, imo toti orbi dominetur: nec sic contentus erit, sed optabit plures esse mundos, aut hunc mundum augeri, sicut de quodam rege legitur, Non est ergo perfecta felicitas in hac vita. Siquidem nihil hic tam grande, tam præclarum, tam bonum inuenitur, quod possit totum explere desiderium nostrū. Si quæras. Quid igitur exatiabit hominem, atque ita beatum reddet, ut nihil vltro cupiat? (Si enim aliquid appetat quod habere non possit, pœnam sententiet, nec erit perfecte beatus) Vtique dominus Deus totum implebit animum appetitum, utpote qui est summum & infinitum bonum, omne creatum excedens desiderium, adeo ut nihil si mus appetituri, quod non confestim consequamur. Nec tamen satietas ipsa pariet fastidium. Ibi sensus omnes replebuntur castissimis ac honestissimis delectatiōibus nō solū pro voto, sed longe vltra q̄ desiderari queat. Ibi nimirum dulcissimę resonāt melodix angelorum & omnium sanctorum: & in tanta multitudine voces singulorum distincte percipiuntur imo etiam vnus cuiuslibet vox tam erit suavis ac tinnula, tam iucunda & continuua, ut si

Satiare animum hōis q̄dam solū possit

ut si cuncta musica instrumēta simul adhibeant & pulsentur, ut possint adquire suauitatem & harmoniam, quam reddet quilibet sanctorum voce sua. Et quamuis sit sanctorum innumera multitudo, tamen vnus quisque cognoscit omnes & singulos: & tantum quilibet gaudet bonis aliorum ut suis. Vnde beatus Anselmus, Quilibet, inquit, sanctus videbit clare, in verbo scilicet, vel pprie totū electorū cætum, ac singulatim quemlibet angelum & hominem neque latebit quenquam qua gente, qua patria, aut ex qua stirpe quisque conditus sit, videbitque omnium & cuiuslibet eorum gaudia quilibet, & quicquid Deus singulis dedit & daturus est in æternum. Et quia perfecta in illis inest charitas tam Dei quam proximi, quilibet tantum amat proximum suum, quantum seipsum: atque ita tantum gaudebit bonis proximi sui, quantum proprijs. Potest id exemplo declarari. Si quis germanum aut amicū haberet longe charissimum quem perinde ac seipsum diligeret, isque iā huc veniret: quicquid reuerentiæ, honoris, amoris, officij ac beneuolentiæ illi præstaretur, haud secus gratum haberet, ac si ipse esset præstitum. Quid igitur erit in cœlis? Reuera charissimi, si omnis charitas & amicitia mortalium omnium cuius vitæ p̄teritorum & præsentium in vnum conflaretur, non esset tanta, quanta cuiuslibet sancti erga alium in patria. Cum ergo sint in cœlis infinitæ sanctorum myriades, & tamen vnus quilibet tum omnes, tum singulos cognoscat, perfectamq; habeat omnium & singulorum beatitudinem, ac inde haud aliter, quam de sua lætetur, quantum putatis ibi gaudij redeat & redundet in vnum quemque illius regni ciuem, in tanta societate, ex solo amore & alienæ felicitatis congratulatione: maxime quando inter ipsos sanctos tanta est ordinum & præmiorum, quanta fuit ac meritorum, varietas & distinctio, adeo ut quidam asserunt non esse illic duos omnino æquales, sed singulos habere quiddam excellentius cæteris. Vnde etiam Ecclesia de quolibet sancto vere canit: Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsum. O quam iucundum videre illic multitudinem sanctorum Pœnitentium, qui peccata sua hic amare fleuerunt, & seuera ac rigida pœnitentia castigauerunt,

Beatitudo sanctorū q̄ sit perfecta

Anselmus.

V

Charitas sanctorū quanta sit in cœlo

Eccle. 44

Felicitas pœnitentium quanta sit in cœlis

puta, ieiunijs, vigilijs, elemosynis, opibus obedientiæ, misericordiæ & charitatis: qui bus iam nihil nocent peccata sua, nec sunt illis pudori aut dedecori, sed gaudent & gratias agunt Deo quod sua misericordia ipsos ex illis eripuerit, nec perire p̄miserit. Adeoq; etiam honori ipsis sunt malefacta eorum, eo quod non p̄seuerauerint in illis, sed ea odio habuerint: cæteri q; oēs illis q̄d euaserint congratulantur. Ad hos pertinet quod in hodierno Euangelio dicitur: Beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur. Quod iam illis præstitum est. Olim luxerunt & sua & aliena peccata: doluit illis cōtemptus & iniuria Dei. Itaque nunc consolatione æterna recreantur. Absterfit enim Deus omnem lachrymam ab oculis eorū, neq; erit vltra luctus vel clamor, sed nec vllus dolor: quoniam priora transierunt. O quantam ibi gaudendi materiā exhibet chorus & societas sanctorū virginū, quæ virginis filiū dominū nostrū Iesum Christum imitatæ, pro illius amore nuptias, omnesque carnis delectationes contempserunt: potiusque varia tormentorū genera, & ipsam adeo mortē p̄peti voluerūt, quā se mel voluptatē imo turpitudinē veneream experiri. Atque eam ob rem pro sponso corruptibili regē immortalē adeptę sunt, cum q̄ iam nuptias cælebant nunquam defituras: habentque in signum victoriæ, quam de sua carne reportarūt, singularem coronam aureolam. Vnde de eis dicitur illud Apocalypsis. Hi empti sunt de terra: quia cum mulieribus, siue viris non sunt coinquati: virgines em̄ p̄manserunt. Hęc sequuntur agnum, id est, dominum Iesum, quocunq; ierit. Et cantabūt canticū, q̄d nemo alius dicere poterit. His cōgruit ea hodierni Euangelij sententia. Beati mundo corde, q̄m̄ ipsi Deum videbunt. Vbi notandum est, nō dici, Beati casto corpore, quia nō satis est carnis seruasse integritatem, nisi etiam cordis & mentis, id est, affectus & cogitationis mūdicia seruetur. Ingēs p̄terea illic gaudium efficiunt sancti cōfessores, monachi, Episcopi & doctores, qui cū in terris agerent, non suam, sed domini sui gloriam quæserunt, atque vnanimis vixerunt in humilitate & patientia, in abstinentia, in laboribus & vigilijs, in charitate non ficta. Denique super pauca constituti, fideles se præbuerunt: ideoque introducti sunt in gaudium domini sui. Hos illa

Matth. 9

Esaiæ 29 Apo. 7. 14

Virginū in cœlo quanta sit felicitas

Apoc. 14

Matth. 5

X Cōfessorū gloria quanta sit in cœlis

Matth. 25

Matth. 9

respi-

respiciunt verba quibus dicitur Beati paci-
fici, quoniam filij Dei vocabuntur. Pacem
enim conciliauerunt inter Deum & homines o-
rando, sacras hostias offerendo, concionando,
docendo, exēpla optima p̄bendo, p̄cā
castigando. Quāobrem filij Dei vocant: sicut
ediuerso, q̄ diffensiones & discordiā exci-
tāt, malo exēplo vel cōsilio alios deprauāt,
& q̄d pessimum est, maligne detrahāt, filij
sunt diaboli, q̄ opa illius faciūt. Atq̄ sicut
furtum facienti, & ablatū non restituenti
si facultas adsit, non meret̄ p̄cā veniā, quā
tumlibet confiteat̄ vel absoluat̄, ita etiam
& quidem multo minus prodest cōfessio
inique & maligne detrahenti, nisi reuocet
quod male dixerit. Quod si etiam verū est
id quod dixit, sed tñ occultum, peccat gra-
uiter id alijs referendo, p̄sertim si faciat
mala intentione, puta ad confundendū il-
lum cui detrahit vel & displicentia, aut in-
uidia, siue vt alijs placeat. Quāobrem peri-
culosum est de factis alijs male loq̄, in
peiorē partē interpretando: q̄n vnus q̄sq̄ ita
debet tueri famā pximi, vt suā. Qui v̄o cor-
de malitiam retinent, statuuntq̄ vbi data
fuerit occasio, se vl̄cisci, id est, dicere vel fa-
cere quippiam, q̄d sit contra proximi cha-
ritatem, n̄ sane nō aliter accedunt ad Chri-
sti venerabile Sacramentum, quam Iudas
imp̄ssimus, qui Christi quidem corpus
sumpsit sed iam proditoris virus penitus
im̄is hauserat visceribus. Sed hoc fortasse
non nihil extra propositum. Quā tandē
putatis dilectissimi gloria & beatitudo ac
læticia est in cœlis inuictissimorum marty-
rum, q̄s non tribulatio, non fames, nō gla-
dius, nō persecutio, non mors neq̄ vita po-
tuit separare à charitate dei, quę est in Chri-
sto Iesu. Ad quos vtq̄ referenda sunt illa
p̄sentis Euangelij verba: Beati qui esuri-
unt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi satu-
rabuntur. Porro gloriosissimus sancto-
rum Apostolorum Senatus, quos dñs ex
simplicibus piscatoribus, suos fecit lega-
tos, & Ecclesię principes ac fundamenta,
inenarrabili totam cœlestē curiam læticia
afficit, li quondam parentes, cognatos &
omnes mundi facultates & vanitates con-
tempserunt, vt essent participes paupertatis
Christi. Quapropter venturi sunt iudices
& assessores iudicis Christi, iudicabūt-
que duodecim tribus Israel. Illis bene qua-
drant ea verba quibus dicit̄: Beati paupe-
res spiritu, id est, qui sanctam amant paup-

Detraho
res vt sint
filij diabo-
li.

Loq̄ male
de alijs q̄
sit pericu-
losum

Martyrū
felicites
in cœlis
quanta sit

Rom. 3

Matth. 5

Apostolo-
rū gloria
in cœlis
quanta sit

Matth. 16

Matt. 5

tatem: quoniam ipsorum est regnum cœlo-
rum. Adest ibi ad cumulum lætitię
venerandus Patriarcharum ac Propheta-
rum cœtus, qui aduentum domini Salua-
toris longe ante p̄dixerunt, & longani-
miter sustinuerunt. Quibus deus reuelauit
secreta sua, quę scripto & verbo deuulga-
uerunt: atq̄ ea causa nec vitę, nec labori-
bus pepercerunt. Quibus p̄pterea pulchre
accommodantur verba illa hodierni Euan-
gelij, Beati mites quoniam ipsi possidebūt
terram. Accedit his beatissimorum fre-
quentia angelorum, qui sanctis, dum ad-
huc in terris degerent, fide summa semper
astiterunt, eosq̄ protexerunt, bona illis in-
spirarunt, opem tulerunt, orationes illorū
super sanctum altare cœli aureum obtule-
runt, & defunctos aut in Abraham sinum,
aut enestigio ad beatitudinem deportarūt.

Iam vero quid de sacratissima & reuerē-
dissima Dei matre semper virgine Maria
dicemus, quantum scilicet augeat supernę
patrię gaudia videre illam p̄sentē, super
omnes angelorum ordines exaltatam, sa-
cro sanctę Trinitati proximam, virginem
singularem, & matrem admirabilem, quę
nec primam visa est similem nec habere se-
quentem: Quam S. Trinitas sicut dignissi-
mum effecit Christi Iesu habitaculum in
terris, ita in cœlis constituit dominam vni-
uersorum, post Christi humanitatem crea-
turis omnibus p̄stantiorem atque p̄se-
ctam: fecitq̄ eam matrem misericordię, re-
ginam pietatis & clementię, imperatricē
totius cœlestis curię, refugium p̄cānti-
um, solatium miserorum, apothecam di-
uinę gratię, & diuinę misericordię scrini-
um. Nihil enim nos vult habere Deus, vt
ait D. Bernardus, quod non transeat per
B. Marię manus. Deniq̄ adest ibi sacra-
tissima Christi Iesu humanitas, quę p̄cā-
tibus omnibus ineffabilem adfert læticiam sanctis
& angelis, cuius passione redempti, cuius
sanguine viuificati, cuius exemplis instru-
cti, cuius morte ad vitam reducti sumus.

Videte dilectissimi, quanta nobis bona in
cœlis reposita sunt, quibus iam felicissime
absq̄ vlla amittēdi formidine perfruūtur
sancti omnes, quorum hodie solennitas
agitur. Agedum igitur contemnamus
tota animi virtute quicquid nos ab illis
bonis impedire potest: eaq̄ summo studio
amplectamur, quę nobis possint esse admi-
niculo, vt ad illam felicissimam sanctorū
omn-

Y
Patri-
charum &
Propheta-
rum beati-
tudo in cœ-
lis quanta
sit

Matth. 1
Angelorū
in cœlis
licitas quā
ta sit

Apost.

Marię dō-
parę vir-
ginis glo-
ria quanta

Bernard.
Humanitas
Christi
quoniam
gaudium
p̄sentat
eis in cœ-
lo.

omni sodalitatē ptingamus, Ecce etiā ipsi
nos cupidissime expectant. Negare nihil
illis Deus potest, q̄a charissimos eos habet.
Imploremus ergo eorum suffragia: multū
enim possunt apud Deū. Pauperes sumus: q̄
ramus ab illis, vt pote ditissimis, largas ele-
mosynas. Gredite mihi, nihil nobis nega-
re poterunt, si ipsos pie erimus venerati.
P̄stet nobis omnipotens Deus, vt quan-
doque ad illorum consortium pertingere
mereamur, gratia & benignitate sua qui est
benedictus in secula, Amen.

IN FESTO S. MAR-
tini Episcopi. Epistolam cum sua
Paraphrasi quære in priori parte
de festiuitatibus sanctorum, vide-
licet, in festo D. Nicolai Episcopi.

Ite ibidē inuenies Euā-
gelij Exegesin.

SERMO IN EODEM
Festo. De vitanda crapula & com-
potationibus: item in qui-
bus S. Martinū imitari
debeamus.

XXIII.

Ecce sacerdos magnus, q̄ in die-
bus suis placuit Deo, & inuen-
tus est iustus. Ecclesia. XLIII.
Magni & eximij Pontificis D.
Martini festum diem nūc celebramus dile-
ctissimi: vtinam congrua deuotione vtinā
digna animi alacritate, studio & feruore.
Proponit hic nobis homofanctissimus, cu-
ius vitam imitari & vt cunq̄ posse exprime-
re, magnę virtutis est. Cuius apud Deū tā-
ta est autoritas, tāta gratia & potestas vt q̄
qd petierit, nō possit nō impetrare. Quod
p̄pterea dixerim, vt prop̄rioribus animis
illius solēnitatem celebretis, eius suffragia
ardentius ambitiat̄, eius exempla studio-
sius imitari velitis. Solent quidem passim
homines diem istū largioribus epulis & p̄-
fusioribus gaudijs p̄uenire, atq̄ in pro-
festi eius cœna indulgere poculis, & mu-
sto recenti exhilarare animum. Sed vtinam
tam essent prompti ad imitandas beatissi-
mi patris virtutes, & spiritalibus potius
sefe recreare gaudijs, diuinisq̄ laudibus to-
tum diem transigere, sacras ædes assidue vi-

In eos qui
hoc die &
p̄cedenti
largi stū-
dent calici-
bus exhau-
riendis

sitare, & salutis suę curā agere, q̄ externa il-
la celebrare cōuiuia, quibus maxima pars ad
Dei & sancti Martini iniuriam abutuntur,
dum adeo sese vino & cibo ingurgitāt, vt
sequenti die ad diuina omnia prorsus ine-
pti sint. Possent quidem tolerari sobria &
honestā conuiuia, sed in illis nihil spectare
aliud, q̄ corporis voluptates, nec vllā aut te-
nuē Dei sanctorumq̄ eius habere mentio-
nē, potuq̄ ac cibo superfluo farcire ventrē,
id vero pecudū est, nō hoīm ratioē vtenti-
um. Ergo dilectissimi festa sc̄torum ea
ratioē colamus, vt digni simus q̄sq̄ admit-
ti in beatissimam sc̄torum societate. Quod
multo melius impetrabimus corporis sper-
nendo, q̄ expetendo oblectamenta, & so-
brietatē, iustitiā, pietatē potius q̄ crapulam,
iniquitatem, vanitatē sectando. Sic sc̄ti ipsi
dum adhuc essent in terris, p̄cedentiū pa-
trum colebāt festos dies: & licet interdum
conuiuia moderata non respuerent tñ ani-
mo cœlestes potius suspirabant epulas, ma-
gisq̄ delectabat eos lucris spiritalibus au-
gere animam, q̄ corpus breui moriturum
eiscis corruptibilibus implere. Nos contra
nunq̄ fere magis crapulę & ebrietati totos
nos dedimus, quam in sanctorū atq̄ etiam
ipsius Christi solennitatibus, quasi vero il-
le dignius Christū eiusq̄ sc̄tōs colat & ho-
noret, qui maiores cibi ac potationis copias
apparuit, & se totum eiscis ac potu obrue-
rit. Sed si ne prophanis quidem siue cōmu-
nibus diebus vnq̄ licet commestationibus
compotationibusq̄ immoderatis tempus
pretiosissimū perdere, quam turpe, quā ne-
farium, quam flagitiosum est dies sacros
diuino cultui dedicatos talibus studijs trā-
sfigere: Sed consuetudo est, aiunt. Imo vero
consuetudo antiquissima est, vt vel ex D. Ba-
silio Magno probari potest, vt in solenni-
tatibus sanctorum alij pro alijs orent, vna
cum pluribus Deum adorent & lachry-
mas offerant, ab eo peccatorum veniā pos-
cant, de acceptis beneficijs gratias agant,
sefe mutuis vicissim cohortatiōibus in ve-
ra pietate confirmet & ædificent. Crapu-
la autem & ebrietati vocare non est cōsue-
tudo bonorum hominum, sed Deum e-
iusq̄ p̄cepta contēnentium. Nō licet au-
tem imitari exempla malorum, nisi cui li-
bet etiam supplicia illorum perpeti. Nega-
ri sane non potest iam mala ista longo vsu
imo detestabili & ter execrando abusu in-
oleuisse, vt festis p̄cipue diebus tēpla ne-
gligan-

Festa sc̄tō-
rum cele-
brandi sco-
pus q̄s to-
re debeat.

Quinā se-
culo dedi-
ri hoīsho-
die festos
celebrent
dies

Celebran-
di festos
dies cōsue-
tudo vtru-
stissima q̄
nā fuerit
olim
Basilijus

gligantur, ventres epulis immodicis & luxuriantimero distendant. Sed veniet veniet ille dies, quando eiusmodi hominū sœx, q̄ Deum nō timent, sed pro Deo colūt putentissimam ventris sui cloacam, rursum acerbissimo cū tormēto euoment quęcunq; nunc nō solū intemperanter, sed etiam tēpore sacro, nō nisi diuinis accōmodā do rebus deuorāt. Clamēt tūc si poterūt, se hoīm morē & consuetudinē obseruasse. Nimirū mox audient: Quorū vobis libuit imitari morē impiū & detestandū, eorū nunc q̄que non sit absurdū cruciatus sine fine expiri.

B Talis edēdiac bibēdi intemperantia etiam hoc mali efficit, vt multi cogant extremam inopiam tolerare, multi dirissimo famis mucrōe conficiant, multi dū nō habent vitæ necessaria, pessimis artibus & studijs animū applicent, atq; ad alios explandos, deprēdandos, iugulandos sese trāsferant. Miramur sæpe tantā esse annonę caritatem, Sed quid mirum, si multos egestas opprimat, non habētes vnde vel panem emant, quando plurimos inuenire est, q̄ vno die plus cibi potusq; gulę suæ modo ingerant, modo rursus euomendo detrahāt, q̄ vitæ hoīs sustentandæ in multos dies foret necessarium. Et talia, vt diximus, libentius & crebrius, atq; etiā, q̄d peius est, liberius & minori scrupulo fiūt festis diebus. Tū em̄ dat otium à curis & negotijs secularibus. Itaq; q̄d ad pietatem & deuotionē inuitare deberet, incitat ad ppetranda mala.

Conuulua celebrandi q̄lis hoīes diem seruetur

Videas tū alios domi suæ grādia & luxuriosa apparare cōuiuia, & multis horis continuis assidere mensę, ad æq̄les haustus mutuo se puocare, edere & potare vsq; ad nauseā, ne dicā vomitū, & multa interim p̄nitiosa & turpia, friuola ac falsa effutire verba, pluraq; alia p̄errare imania p̄cā q̄ tñ nec ipsi animaduertunt, q̄ excæcati sunt à diabolo. Alios vero cernas licet in tabernis publicis totos hærere dies, alios exire in agros aut villas propinquas, non nisi edēdiac potandi causa, & diuinam erga se irā puocādi. Alij v̄o ludis, choreis, spectaculis, lasciujs, pōpis & id genus alijs vitijs & vitioꝝ incētius toti intendūt, nō tñ sine cōpotationibus & crapula. Interim q̄s dubitet tātā, ab eiusmodi vanis & miseris, imo & stolidis & infanis hoībibus nō mō sup̄fluo, sed etiā in corporis & aię p̄niciē cōsumi vñ multi possent paupes lōgo tēpore abūde sustentari. Et tñ q̄runī hoīes nō satis

creuisse fruges, minus fertilem fuisse autumnum. Et q̄ tādē fertilitas sufficere possit tātæ hoīm luxurię ac intēpantię? Qui si nollēt parcius & fragalius viuere ob grām pauperū, q̄ ea de causa fame afflicti & pereūt, deberent saltē suæ valetudinis habere rōnem, q̄ certum est tali cibi ac potus nimietate grauissimē lædi, morbisq; multis & diuturnis fieri obnoxia. Cū em̄ natura paucis cōtenta sit, q̄cqd sup̄fluum ingereris, nisi sobrietate aut alia ratiōe digerat necesse est pessimos producat effectus. Quāobrē rectē dicit plures crapula q̄ gladio perire. Et raro diuturna illorū vita est, qui largioribus epulis & poculis frequenter indulgent. Sed si nec ijs terremur incōmodis, terreat, nos diuitis illius epulōis exemplum, quem vt ait D. Basilius, vita in delicijs acta tradidit incēdio. Nō em̄ crimē iniustitię, sed ob vitæ molliciem, & q̄tidianas comestationes exustus est in camino ardēte: vbi iā nec guttā aq̄ obtinere potest, q̄ hic nolu it sup̄fluo abstinere potu & cibo. O miser & vere miser, q̄ p̄ breuissimis & vilissimis gulæ illecebris & oblectamentis iā p̄petua cruciatur fame & siti, & innumeris alijs dirissimis afficit cruciatibus. Qui si ad necessitatē, non ad voluptatē donis dei sobrię moderatę fuisset vsus iam cum sc̄is oībus pleno ore potaret e fonte vitæ, & ederet de mensa dñi sui omnigenis refecta delicijs, ijsq; semper nouis, vt nunq̄ desit esca & potus appetitui, fastidium desit saturitati. At hęc attendere iam nolunt stulti & miseri, donec & ipsi in lacū illum tartareum conijciant, vbi p̄ delicatis & oppipare p̄paratis ferculis, dulciq; mero fel draconū, & venenum aspidum insanabile, flammæq; sulphureas & ipsas q̄q; carnes suas comedēt.

Quamobrem dilectissimi non iam deinceps sacros dies comedendo, potando, iocando, ridendo, ludendo, fabulando transigamus, sed memores diuini iudicij & mortis nobis semp̄ & vbiq; insidiantis, conflumus ad templa, preces supplicationesq; offeramus ad Deum, imploremus viscera paternę misericordię eius, rogemus eum ne deserat nos propter iniquitates nostras, ne auertat à nobis faciē suā, sed illuminet vultum suum super nos, illuminet oculos cordis nostri, ne vnquam obdormiamus in mortem peccati: doceat nos vias suas, & deducat nos in semitis mandatorum suorū. Ipsos quoque sanctos nobis intercessores & p̄r-

C Intemperantia q̄ra malahominum adducit.

Crapulosos homines suam abbreviat vitam Luc: 16 Basilius

Debita

Tēpla dicitur bus festis esse frequēta.

Plal. 6

Plal. 12

Plal. 117

& peccatores adhibeamus vt q̄d nostris non possumus, illoꝝ meritis obtineamus.

D Vita gesta que sc̄o- rū crebri- lecta & recitata q̄ n- rum habe- antq; en er- giæ

Atq; vt ad hęc & eiusmodi pia studia animis accendatur, non pigeat nos vitas sc̄torum perlegere, aut ab alijs audire. Habēt em̄ nescio q̄s aculeos exēpla sc̄torum, quibus animi quis tepidi sepe miro modo compungunt ad amorē Dei, ad odiū p̄cā, ad contēptum mundi, ad melioris vitæ desiderium. Ecce hodie dies solennis agitur sanctissimi Pręsulis Martini, cuius vita tot sc̄atet virtutibus, tot meritoꝝ choruscat p̄rogatiuis, tot faculis insigniū ardet exemplorum, vt vix quisq; tam duri sit cordis, q̄ illis auditis aut cognitis non aliquo modo compungatur. Dicamus inde pauca ad vestri edificationem, ad laudem Dei, ad honorē sancti Pontificis. Primo quidem cū adhuc esset annorū decem, inuitis parētibus confugit ad Ecclesiam, seq; catechumenū fieri postulauit. Mox mirum in modum totus in Dei opere conuersus, cū esset annorum duodecim, eremū concupiuit: se cissetq; votis satis, si ætatis infirmitas non obstisset. Animus tamen aut circa monasteria, aut circa Ecclesiam semper intentus, meditabatur adhuc in ætate puerili, quod postea deuotus impleuit. Ecce mirabilem in tali ætate feruorem erga Deum, vt etiam inuitis parentibus, qui gentiles erāt, sed seculari dignitate non infimi confugeret ad Ecclesiam. Quis quæso id illa in etatula nō miretur, q̄s non oī laudum p̄conio tantam tantilli pueruli constantiam prosequatur? Sed iam Christi gratia in illius pectusculo radiebat, quæ mentem pueri salubriter in tus erudiebat, clamans in corde illius vana esse Deorum simulachra, nec nisi vnum esse Deum. Habent hic pueri, quod summa cū laude imitentur, vt discant à teneris animum applicare creatori, libenter sacras visitare ædes, pietatem meditari, non pueriles leuitates & ineptias. Ad quæ debent eos hortari & instigare parentes, ne ipsorum negligentia pereant, ne in ætate tenera ad vitia & seculi vanitates sese adiungant, neglectoq; creatore & salute sua, pessima peccādi cōsuetudine implicent, q̄ deinde vix maximo labore possint abijcere. Postea vero aliquādiu sacramētis militari- bus implicatus D. Martinus, licet nondū sac̄pcepisset baptisma, tñ toto illo trienio q̄ ante baptismum in armis fuit nolens & coactus, ita vixit, vt vita eius p̄fectiōis spe-

Martini sc̄i vita q̄ fuerit san- ctissima

Pueritla sc̄i Martini q̄ fuerit admirabilis

Pueri qui nam in ita succedi sine

culum fuisse videatur. Scribit enim de eo Senerus Sulpitius in hæc verba: Vno tantū seruo comite triennio illo contentus fuit: cui tñ viceuersa dñs seruebat adeo vt plerumque ei & calciamenta ipse detraheret, & ipse detergeret: cibū vna caperent, hic sepius ministraret. Interim ab ijs vicijs integer mansit, quibus milites implicari solēt. Multa illi circa commilitones benignitas, mira charitas: patientia vero atq; humilitas vltra humanum modū. Nam frugalitatem in eo laudari non est necesse: qua ita vsus est, vt iam illo tempore non miles, sed monachus putaret. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos deuinxerat, vt eum miro venerarentur affectu. Necdum tñ regeneratus in Christo, agebat quēdam bonis operibus baptismatis candidatū: assistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos. Nihil sibi ex militiæ stipendijs præter quotidianum victum seruabat, iam tū Euāgelij nō surdus auditor, de crastino non cogitabat.

Senerus Sulpitius

Virtutum integritas in sancto Martino quæta fuerit.

Math. 6 B

En charissimi quantus hic in S. Martino adhuc catechumeno, necdum annos octodecim trāsgresso virtutum splendor, quanta congeries, perfectio quanta? None hic paucis compræhensum est verbis, q̄d vsq; ad summā ætatē egisse sufficiat? Quid nos hic dicaturi sumus, q̄ tot annis, imo ab ipsis incunabilis Christi misterijs initiati sumus, q̄ sæpissime sacras conciones auscultauimus, qui omnia Christi mandata tenemus? Quæ in nobis tot virtutū vel tenuis scintilla relucet? Quis nostrum tam humilis & officiosus, non dico ergo seruū, sed vel erga maiores & superiores suos est? Cuius nostri tanta charitas & beneuolētia erga p̄ximos? tanta frugalitas, tanta patientia & modestia? Opera vero misericordię q̄ ille tam liberaliter, tam prodigus coluit, apud nos iā penitus iacent & in vltimas terras relegata sunt, vt nos plane simus surdi Euāgelij auditores, q̄ nullis dñi p̄ceptis nullis comminationibus eo adduci possimus, vt vel superflua communicemus miseris & egenis, cū B. Martinus oīa dedisse legat, nihil sibi seruans in crastinū: & hoc, vt dixi, cū adhuc esset catechumenus. Quid hic necesse est commemorare vitæ illius gesta post baptismū cū iā tot tantaq; in eo necdū baptizato didicerimus, vt iure meritoq; nos ipsos omnentq; vitā nostram vtpote longissime ab eius perfectione di-

ff ij stan

stantem, contemnere ac vilipendere debeamus, satisque negotij habituri simus, iam di-
ctas illius virtutes vt cunq; imitari velimus? Et tñ q̄ turpe, quam probrosum nobis est, illum militiæ nexibus implicitum, illū ad-
huc baptisimi expertem, illum adhuc pue-
rum tantis fulsisse virtutibus, cum nos nati
& educati in Ecclesia, & pleriq; etiā matura
ætate, non solū virtutibus vacui, sed omni
etiā vitiorum spurcitiā sepe obruti simus.
Non iam necesse est, vt in iudicio proferat
aduersum nos dñs Apostolos, martyres, a-
liosq; excellentis gratiæ sc̄ōs: tantum hūc
S. Martinū adhuc militem & catechume-
num nobis apponat, & illius vnus compa-
ratione iustissime & grauissime condemna-
bimur. Veruntñ dilectissimi vt nobis p-
sint exempla sc̄ōrum, debemus ea imitan-
da pro viribus suscipere. Hoc ipsum quod
nouimus D. Martinū adhuc pueg, adhuc
à baptisimi gratia alienū, & in armis versan-
tem tñ præstare potuisse, nobis animū de-
bet addere, vt confidamus nos quoq; idem
posse, & Dei gratiā nobis etiā magis as-
turam, vt pote iā Christianis. Agedū
charissimi nō nos pigeat S. Martini quam-
uis necdum salutaribus vndis expiati fa-
cta imitari, q̄ pfectæ virtutis specimen de
se præbent. Idcirco hodie solennem illius
memoriam agimus, vt dum præclara illius
gesta agnoscimus, cupiamus illius effici vt
cunq; similes, & in olitis vitijs nostris quod
dam indicamus bellum, atque in nos ipsos
sc̄ō quodam odio insurgamus, nitamur
nos ipsos vincere, & ad eā tum interiorē, tñ
exteriorem hominem nostrum reformare
puritatē, in qua cōditi sumus à Deo, sed à
qua peccādo lōge plapsumus. Et q̄ fragi-
les sumus, & parū ex nobis ipsis possumus,
idcirco etiā ea de causa tā insignis Pōtificis
festū nūc colimus, vt eū nobis apud Deum
intercessorē obtineamus, & q̄ proprijs ini-
qtatibus repelli potius meremur, q̄ q̄cū im-
petrare à Deo, per illū aliquē gratiæ locū
apud Deū consequamur. Sed fortasse libet
adhuc plura nosse de vita illius: Dicam er-
go adhuc pauca, q̄ oībus enarrandis nec
totus dies sufficit. Omissis autē, q̄ ante su-
sceptum Turonensem Episcopatum egit,
quædam ex illis quæ in Episcopatu gessit
cōmemorabo. Itaq; vt ait iam dictus Seue-
rus Sulpitius, post Pōntificatus susceptos
honores, idem cōstantissime perseuerabat,
qui prius, En animum mundana oīa contē-

Vitam S. Martini fore cum sc̄ō ex plar vita correctio ris

sc̄ōs p vi us apud deū intercedere

S. Martini factus Episcopus ed egerit Seuerus

nentē, & in solo Deo immobiliter defixū.
Eadē in corde eius perseuerabat humilitas,
atq; ita plenus autoritatis & gratiæ imple-
bat Episcopi dignitatem, vt non tñ pposi-
tum monachi virtutemque desereret. Nos
cōtra ad oēs mundi prosperos successus, ad
omnem fortunæ blandiētis auram insole-
scimus, & efferimur animis, nec vlla in no-
bis constantia est, nulla grauitas, nulla ti-
moris Dei perseuerantia. S. Martinum Epi-
scopatus dignitas nihil penitus à priori vi-
tæ statu dimouit: nos vero verbulum vnū
vel asperius, vel blandius prolatum aut ex-
ulcerat nimium, aut plus æquo emollit &
dissoluit. Deinde cum frequentes ni-
mum ad D. Martinum visitandum con-
fluere, construxit cœnobium extra ciui-
tatem in loco admodum solitario & aditu
angusto: vbi discipulos habuit octaginta,
ex quibus multi erant nobiles qui ad exē-
plum beati magistri instituebant. Nemo i-
bi quicq; proprium habebat, oīa in medi-
um conferebant. Vinum nemo nouerat, ni-
si quem infirmitas coegisset. Pleriq; came-
lorū setis vestiebatur, mollior ibi habitus
pro crimine erat. Ex his plane animaduerti-
mus, quantus in sancto viro fuerit quietis
silentij & solitudinis amor: quantus hor-
ror mundani strepitus, quātus vitæ rigor,
quanta sobrietas, quanta abstinentia, quā-
ta vilitas & asperitas omnium ad vitæ v-
sum ptinentium. His nimirum confundit
vanitas, parrulitas, mollities, intemperātia,
luxus, superbia, fastus & petulantia nostra.
Quid hic commemorē illius plusq; stupen-
dā patientiā, incredibile orandi assiduita-
tem, iustitiæ tenacitatem, & cæteras virtu-
tes perfectissime in eo relucentes? Oīa illi-
us exempla nos accusant, nos reos faciūt,
nos condemnant. Deniq; cum morien-
dum esset, tanta mentis securitate migra-
uit ad dominum, vt futurę glorię etiā in
corpore eius signa manifesta apparerent.
Nam facies eius vt sol replenduit. Multa
& magna transfiliui studio breuitatis, quæ
vos aliunde potestis haud pœnitendo fru-
ctu discere. His paucis quæso charissimi
prouocemur ad virtutis studium, ad amo-
rem Dei, ad omnia illa quæ nos Deo gra-
tos efficiant. Credite mihi, si in extirpan-
dis vitijs colendisque virtutibus operam
studiumque ponere conati erimus, & hic
iucundam & tranquillam ducemus vitam,
& post cum D. Martino & sanctis omni-
bus

G Monachi rū sancti Martini sc̄ō qui ta fuerit

Acto, 4

Securitas & felicitas S. Martini moriensis quanta

bus cœlestia consequemur bona, quæ no-
bis promisit Deus se timentibus & dilige-
tibus, cui est omnis honor in secula secu-
lorum, Amen.

IN SOLENNITATE
Præsentationis gloriosissimæ sem-
perq; virginis Mariæ. Epistolā cū
sua paraphrasi, itemque Euangelij
Exegesi quære in prima parte de
festiuitatibus sanctorum, vi-
delicet in Festo concepti-
onis eiusdem B.
virginis.

SERMO IN EADEM
Solennitate. De oblatione B. Ma-
riæ in templo, de ipsius mirāda ni-
mis humilitate: quæ sit vera humi-
litas, quicq; ea acquiratur: itē
quænam sint veri humi-
lis hominis pro-
prietates.

XXV



fferentur regi virgines post e-
am, proxime eius afferent tibi.
Psalmo XLVIII. Legimus fra-
tres charissimi beatissimā vir-
ginē Mariā, cuius hodie est solēnis festaq;
dies, oblatā à parentibus, seq; ipsam Deo
obtulisse in templum, haud dubium non
aliam ob rem, nisi vt à mundi strepitu, à tē-
poralium turbine segregata, Deo seruiret
mente deuota, casto q; ac puro corde illū
amaret solum, continue eidē adhærens. Vi-
xit autem ibi nullius rei temporalis curam
habens, aut administrans, vt pote pauper
spū: vixit sub obedientia pontificis, vixit-
que sub proposito perpetuo seruandæ
virginitatis, q̄ diu ex Deo non aliud iube-
ret. Hanc vobis filij charissimi opto hor-
torq; quantopere possum fieri patronam
ac matrem, quam veneratione deuota co-
latis, cui studia vestra honorumq; obsega
impendatis, q̄ post Christū potissime stu-
deatis diligere ac imitari, præcipue & ante
omnia ipsius profundissimam humilitatē,
de qua ipsa præter oēs alias virtutes, quas in
supremo tū gradu attigit, gloriā dicens:
Respexit humilitatē ancillæ suæ, Cunctis

A

Luce 1

quāq; virtutibus plena erat Maria, de nul-
la tamen gloriatur, quam ita respexerit do-
minus, sicut de humilitate. Hæc est enim
virtus ad quam cæterę confluunt virtutes,
qua exornantur & gratæ fiunt tam Deo,
quam hominibus: qua deniq; ne exufflent
aut marcescant, conseruant oēs. Ipsa est val-
lis illa, ad q̄ fluenta gratiarū decurrūt. Ipsa
est vallium vna, quam vt pote profundissi-
mam implendā omnium virtutum varie-
tate promittit baptista Ioannes, dicēs: Om-
nis vallis implebitur. Placuit haud dubi-
um in beata Maria Deo virginitas, placu-
it charitas, placuit patiētia, cæteræq; virtu-
tes, solā tñ humilitatē diuinitus respectam
Maria confitetur. Hac etenim digna facta
est, vt fieret mater dei, hac exaltata est adeo
vt maior esse non possit, nisi ipsamet esset
Deus. Siquidem summæ est dignitatis, q̄
in creatura aliqua non potest inesse præstā-
tior, esse matrem Dei. Imitemur igitur
charissimi, virginis ac matris Dei humili-
tatem, & ne in corde nostro superbiæ tu-
mor, aut elatio suborietur summopere vi-
gilemus. Nihil enim ita nobis est necessari-
um (si ad virtutū fastigia anhelamus, imo
si vel in modico cupimus proficere) quam
fundamētum totius spiritualis ædificij hu-
militas. Proinde sciat sine fundamento se
ædificare, qui quis nō humilis pro virtuti-
bus alijs sudat. Infidiatur religiosę menti
superbia, & licet aperto Marte sapius re-
pellatur, sub tegmine tamen virtutū pal-
liata, dum mentis se non esse superbiam, se
penuero quia admittit, homini est in
ruinam: Facilius deprehendit supbia illa,
quæ ex donis externis nascit, puta de voce,
de veste, de venustate, de diuitijs, de nobi-
litate, & cæteris id genus bonis, propterea
quod non liceat gloriari de huiusmodi o-
mnibus. Dona enim sunt quæ non sancti-
ficant, & bonis malisq; sunt cōmunia, nec
utilitatem animæ possunt afferre maiorem
q̄ vt contemnantur. At ea, quæ intus
in anima latet superbia, & de internis aut
gratijs aut virtutibus nascitur, multo est
periculosior, quia secretior atq; intimior
& ex bonis vere commendabilibus, imo
ex ipsa humilitate seu potius humiliatiōe
propria oritur. Facit enim hominem vir-
tuosum (cui virtus non debet non placere)
sibi ipsi placere, & amorem, qui debet esse
virtutis, in proprium amorem mutat. Facit
sub specie ædificationis alijs velle placere,
ff in ab alijs

Humilis vultus vallis profundissima. Luce 3

Superbia spiritalis quibus ex donis oritur

B

Superbia occulta q̄ mala efficiat

ab alijs imitabilem iudicari & eo securus decipit, q̄ Zelus ædificandi pximū (si abel set amor proprius) magis esset licitus.

Superbia effert animum, vt aspernetur, nō modo, quod fas est, vitia & defectus, verū etiam eum, qui adhuc vitijs p̄mitur & languet, licet fortasse inuitus. Quod tñ haudquaquā faceret, si seipsum agnosceret, hoc est, si vere agnosceret, q̄d ea, quæ ipse habet (sint licet virtutes & dona) non à se, sed à Deo habet.

1. Tim. 1

Si nunq̄, animo saperet ea bona, nec sua, nec à se esse, quæ videtur habere, quō is de alieno superbiret? quō gloriā quæ Deo soli debetur, de alienis furtim sibi vsurparet? aut quō pximum, qui hæc eadē nō habet (licet fortasse, q̄d cogitare vnus quisq; debet, humilitatē maiore habeat) iudicare aut aspnari auderet? Si em̄ de suo se comparauerit qs proximo, & non de ijs quæ quasi accōmodato accepit, à Deo qd inuenit in se, vnde gloriari possit? cum sit miser & miserabilis: quid in se reperit, de quo non merito sit gemendum & erubescendum? aut quid inuenit vnde proximo sit melior? cum ipsa elatio, etiam si in alijs præstaret, faciat eum proximo viliorē? Superbia cupit bene de se sentiri (neq; em̄ hic distinguo inter superbiam & vanam gloriam, cum ita sint affines, vt vbi vna, ibi & inueniatur & altera) cupit non vilis haberi. Pari modo sub fuco honorandæ, aut in precio habendæ virtutis, imponit amor proprius. Superbia erubescit humiliari, culpam agnoscere aut veniam petere & quasi de vitando scandalo ab huiusmodi abstinendum sibi persuadet.

Supbia & vana gloria in q̄cō ueniat

C

magnum scandalum foret, si te exhiberes humilem, si te scires humiliare. Nō est hæc laudabilis, sed odiendæ exterminandaque procul verecundia, qua de sui humilitione, aut qua de ijs, quæ non sunt peccata, quis erubescit. Erubescamus, si peccamus. Non erubescamus si pœnitemus, aut si satisfaciamus. Quam procul ab hac superba verecundia absuit sanctus David, qui non de peccato, sed de bono opere reprehensus, quod suæ excellentiæ ac status immemor, ante arcam Dei saltasset. Iudam inquit, & vilior fiam, plus quam factus sum: & ero humilis in oculis meis. Est igitur humiliatio maxime necessaria ei, qui adipisci cupit humilitatem. Sicut enim curuitatem, si induci debeat

Erubescē dum de q̄ buānam sit

1. Reg. 6
1. Para. 13
Humiliatio q̄ sit necessaria ei q̄ cupit humilitatem

virgæ, necesse est vt præcedat curuatio, ita humilitatem oportet præcedat humilitatio. Quisquis igitur cupit esse humilis, non refugiat humiliari. Ideo scriptum est, Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Itemque: Humilia spiritum tuum valde. Sicut autem odibilis Deo & hominibus est superbia, ita grata & amabilis humilitas. Humilis nanque alios sibi præfert alijs cedit, de alijs melius quam de seipso ex animo sentit, alios reueretur, alios mansuete, patienter, & benigne tractat. Humilis libenter se subiicit, confidenter credit, alacriter obedit. Quapropter obseruandum est, quod sanctus Bernardus admonet, dicens: Altiora aliorum semper attendas, quia in eo constat plenitudo humilitatis. Nam si tibi forsitan aliqua gratia maior collata videtur, quā fratri tuo, tamen in multis (si bonus æmulator fueris) iudicare te poteris inferiorem. Quid enim si laborare aut ieiunare plus illo potes, & ille te patientia superet, humilitate præcedat, superemineat charitate? Quid tota die circa id, quod videris habere, insipienti cogitatione versaris? Esto magis sollicitus, vt scias quid desit tibi, quia hoc tibi plus expedit. Non ergo magnopere cogites bona quæ habes, nisi forte interdum, vt inde Deo gratias agas, & te noueris debito rem ei, qui dedit, aut gratia consolationis, dum necesse id fuerit, ne qualibet ex causa tristior fias. De cætero ea bona semper magis attendas, quæ alius habet, non quæ tu, quo hæc cogitatio in humilitate te custodiat, & à descensu tepiditatis elonget, atq; accēdat desiderio proficiendi. Vide enim quæ mala e diuerso cogitatio illa parturiat, qua sedulo versas in animo bonum, quod tibi habere videris & alterum quempiā estimas non habere. Hinc in superbiā eleuaris dum alteri te præponis, hinc proficere negligis, cum te magnum aliquem arbitraris: hinc demum & deficere incipis, dum tibi alterius comparatione etiam nimis egisse videris. Hæc ille. Itaque potius exempla sanctorū fratres ob oculos ponamus, & quantum ob illorum perfectiōe nostra distet infirmitas, pensemus, Vales nihilominus consideratio excellentiæ diuinæ, charitatis eius item ad nos, qui cum tantus sit, propter nos se humiliavit, tanta passus est, vt ex nihilo &

Eccle. 1
Eccle. 7
Eccle. 10

Humilitas vis indicat quæ sine

Bernard.

D

de stercore nos eleuaret ad regnum, regnū utiq; sempiternū. Deniq; de hac humilitatis præclarissima virtute præclare admodum scribit D. Ioannes Rusbrochius, vir extra omnem controuersiam in omni virtute & sciētia spiritali summus, quod tum D. Dionysij Carthusiani, tum multorum aliorum pietate ac eruditione præstātium virorum testimonijs probari potest, qui eum miris, vt par est, vehunt encomijs. Is ergo scribit in hæc verba: Ad perfectam diuinamq; obtinendam charitatem, quæ (iuxta Apostolum) finis est legis, nullā equidem neq; compendiosorem, neq; rectiorem, neq; tutiorem noui viam, atq; veram humilitatem, quam Christus Iesus nos docet, vbi ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et inuenietis requiem animabus vestris. Humilitas autem præclarum thesaurum, donumq; eximium animæ adducit, hunc videlicet, quod cordis dolorem & molestiā atq; afflictionem prorsus expellit, & in vera ac stabili hominē pace constituit. Ad quam sane nunquam alias, nisi per humilitatē, pertingi potest. Nec affirmare dubitem, neminē vnquam dolorem atq; afflictionem ægre pertulisse, nisi qui veræ fuerit expers humilitatis. Siquidem pœna & dolor ex superbia nascuntur. Quod si Lucifer fuisset humilis, nūquam fuisset versus in dæmonem, causa autē cur ceciderit, non nisi illius superbia fuit. Contra vero beatissima Dei genitrix & virgo Maria, quia perfecte humilis erat, nullam vnquam vel tenuissimæ culpæ maculam contraxit. Et reuera si quis perfecta esset humilitate præditus, nec is vllum vnquam peccatum admitteret, & Deus quicquid vellet, in eo citra vllum impedimentum posset exequi. Vnde sanctus Augustinus quodam in loco sic ait: Si quis ex me sciscitaretur, Quisnam omnium sit optimus: responderē. Humilimus. Et si centies quæreret, non nisi idem responderē. Quam obrem nosse profuerit mores ac gestus veri humilis, id est, vt in omnibus sese habeat. Primo quidem à seipso incipiens, propriam indignitatem ac vilitatem, suamque nihilum, id est, quam nihil sit, funditus agnoscit, vt videlicet peccatis suis indignum sese fecerit omni gratia ac beneficijs Dei: cunctisque illis pœnis, pressuris, & afflictionibus dignum atque obnoxium, quæ possint illi à Deo & creaturis om-

Ioannis Rusbrochii commendatio

1. Tim. 1
Humilitas vt sit via ad veram charitatē. Matth. 11

Pœnā q̄nis & dolor ex superbia nascuntur

August.

Optimus oim vt sit verus humilis.

Humilis quō sese habere debeat.

nibus infligi. Indignum plane se fatetur, quem crearet Deus, eidemq; pro refectionis ac conseruationis beneficijs, gratias agere humiliter non omittit. Quicquid charismatum & bonorum, quicquid gratiæ diuinitus adeptus est, nulla ex parte se meruisse confitetur. Itaq; & seipsum & omnia Deo omnipotenti ad illius offert honorē, vtpote quæ pure ex eius benignissima misericordia promanarunt. Nec ex aliquo Dei dono vel gratia animo effertur: siue sit scientia, siue sapientia, fortitudo, pulchritudo, diuitiæ, aut quiduis aliud: sed se omnibus Dei donis credit indignum: eaq; non nisi ex mera Dei bonitate sibi collata existimat. Constāter igitur affirmarim in istiusmodi homine Deum in cunctis suis donis & actionibus nullum pati impedimentum: atque eam ob rem, ad summam vsque perfectionem eum prouehere. Quoties enim Deo visum est in illo operari, semper liberum se præbet & expeditum, Deum patiens, Deo morem gerens & obsequens, & velut instrumentum illius gratiæ cooperans. Adhęc omni loco, quem vel sedendo, vel stando, vel iacēdo occupat, semper indignum se fatetur. Nihil enim omnino sibi tribuit, nisi quod ex seipso habet nempe peccata & multiplices culpas ac defectus suos. Et quamuis multum se abiciat ac humiliet, tamen nihil aut parum sibi fecisse videtur. Siue ergo comedat, siue bibat, siue quiduis aliud faciat, locum vilissimum in domo, nouissimum in mensa, & minimam cibi ac potus portionem capit & amplectitur. Et breuiter, in omnibus quæ ipsi necessaria sunt, minimam abiectionemque portionem sibi optat cedere: quodque vel alijs mansit reliquum, vel ab alijs fastiditur, ipse lætus suscipit, nec ei parum nimis esse videtur: imo vero illo ipso se indignum iudicat, & nec meruisse, nec mereri illud à Deo se posse, sentit ex animo. Denique in omnibus absque querimonia & sine dolore viuit. Nouit enim de manibus Dei suscipere omnia, sicque de nulla creatura queritur, quantumuis ab alijs indigne aut iniuriose tractetur: atque adeo etiam si perturbarent, expellerent, cæderent, confoderent, & ipsa demum morte eum afficerent, nuquam se affectum crederet iniuria, nec quicquā cuiquā vel inde vel de qualibet re alia imputaret, atq; ita etiam mortē ipsam sine

Impedimentum nullū vt Deus patitur in humilitate.

Humilis reuera quō se faciat.

F

dolore exciperet: Cuncta nanque, vt dictum est, de manibus domini accipiat, certus quæcunq; illo permittente ipsi euenerint, ea & optima & vtilissima sibi esse. Nihil enim cuiq; præstat Deus, nisi qd ei optimū sit: qd ita certū est, sicut Deum viuere. Hęc Rusbrochius. Pro hac itaq; pclarissima virtute (vt æquum est) obtinenda extremam nostrā impendamus diligētiam, nec quicquam omittamus, quo possimus ad illius peruenire notitiam, si tamen optamus veri dei Christi ministri & imitatores. Nam ipse Christus suos ministros hortatur, dicens: Qui mihi ministrat me sequatur, hoc est, profundissimæ humilitati, & sumptuosius omnimodę resignationi perpetuam nauet operā, vti exemplū dedit nobis, humilians se vsq; ad mortem, mortem autem crucis, vt hanc nobilissimam suo in corpore sanctificaret virtutem, & per eam suos imitatores in regno sublimaret cælorum. Quicunq; enim se humiliat exaltabitur, in star huius gloriosissimę ac intemeratę semper virginis Marię, quæ per hanc virtutū omnium dominam in regno dilecti ac benedicti filij sui exaltata & sublimata est, & perpetuo cū dilecto suo filio domino nostro Iesu Christo exultabit gaudio. Qui cum patre & spiritu sancto viuunt benedictus in omne æuum, Amen.

Ioan. 12

Philip. 3

Lu. 14. 18

IN FESTO DIVÆ

Catharinæ reginæ, virginis, martyris & sponsæ Christi, Paraphrasin in Epistolam & Exegesisin in Euangelium require in prioriparte de festiuitatibus sanctorum, in festo videlicet diuæ Barbaræ virginis & martyris.

SERMO IN EODEM

Festo. De charitate Sanctæ Catharinæ, & quibus rebus perueniatur ad amorem Dei.



Felicite me floribus, stipate me malis: quæ amore languet. Cantorum primo. Illustrissimæ virginis martyrium insigne diem hunc, vt notis, dilectissimi illustrat: cuius quanta sit in Ecclesia catholica celebritas, quanta meritorum excellentia, quantus honor in cælis si enarrare velimus, ante deficiet nos tēpus & vires q̄q; quam quicq; tanta virgine dignum præstemus. Puto equidem & pie sentio in ignitorum illorum spirituum, quos scriptura Seraphim appellat, miro hanc virginem sacratissimā fulgere lumine, & incōparabili ardere amore, ac pfectissimē iā suo dilecto perfrui, quem mortali etiam dum induta corpore tanto amoris estu ac desiderio cōcupiuit, vt quamuis carne inter homines degere videretur, spū tamen toto versaret in cælis, inhiās spōso suo. Potestis in Canticis Salomōis agnoscere dictū in psona illius: Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore languet. Multos quidem inuenias, licet qui Deum ament, quosdam etiam, licet pauciores, qui præ Dei amore cuncta contemnant. Porro qui Dei amore languent, paucissimos sane reperire est. Talis amor proprie perfectorum est. Olim dū adhuc gentilissimi erroribus virgo Catharina implicita teneretur, frigidum gerebat pectus erga creatoris sui amorē. Ast vbi cœpit nosse Deū ac dñm suū, felicissima mutatione repente alia effecta, sic exarsit purissimo & castissimo in Deum charitatis affectu & ardore, vt præ desiderij vehementia plane langueret, ac deficeret. Inde mox cœpit omnem alienum excrari amorem, omnem à corde suo rerum visibilium speciem excludere, adeo vt iam lux ipsa & formæ quotidianæ fastidio illi essent. Enimvero sancta quadā & laudabili superbia ex ipso, quo flagrabat Dei amore, concepta, nihil iam amare, nihil vel aspicere volebat, præter omnipotentissimum, sapientissimum, opulentissimū, pulcherrimū, suauissimū, optimū Deum spōsum suū. Dicebat q̄tidie animæ suæ: Quid tibi cū his visibilibus cōmercij est? Cur tūdem illis te oblectare velis, quæ sunt hōi cū brutis cōmunia? Esto pulchra sint, delectabilia, sensibus plausibilia sint quæ offert hic

XXVI

A

Cant. 1

Catharina sancta amoris sponsum suū quætas.

B

Catharina sancta cōuersio pfecta ad dñm suū.

hic mundus sublunaris: ecq; tandē habēt simile pulchritudini & amabilitati illius, q est autor & opifex oīm? Si in vestigio, si in umbra, si in nutu qdam & odore tanta vis inest, vt ad sui amorem animos rapiāt tanta importunitate, cum tñ multo plus habeant fellis adiunctum atq; mellis, quid quæso de illo sentiendum est, ex q cuncta tanq ex suo fonte & origine profluxerunt? Cuius nimirum ineffabilis efficacia, dignitas immensa, amor suauissimus, conuictus iucundissimus, p̄sentia optatissima, benignitas liberalissima est. Ille, ille totam me habeat, cuius charitate vulnerata sum, q me sibi ex omni æternitate elegit, cui me semel totam dedidi. Fateor magna est pulchritudo in formis hisce corporeis, quæ nostris quotidie sensibus obijciuntur, ex aptissima membrorū cōpositione & mirifico contextu, ipsoq; coloris & lucis grato decore: in gens itē pulchritudo est in numeris sonoris atq; canoris, pulchritudo in illis quæ tā gendi, quæ gustandi, quæ olfaciendi sensu percipiunt. Sed habent ista tñ certos, eosq; angustos limites suos. Deus autē meus, vnicus spōsus & amator meus, tota spes & gaudium meum, summū & p̄cipuum bonum meū pulchritudinē, dignitatem, honestatem, amabilitatē habet in finitā: cuius cōfixa sum iaculis suauiter ardentibus, & sine dolore vulnerantibus: quæ amare fructus summus est, summa nobilitas, suauitas incomprehensibilis: q ad interioris hoīs mei aures iugiter psonat: Cū mūdo isto p̄sens, absens vt sis volo: Dies noctesq; ames me, me desideres, me somnies, me expectes, de me cogites, me speres, me te oblectes, me cū tota sis, meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus. Ita nimirum dilectissimi totam sibi vendicarat hanc venrandam & admirabilem virginem Christi flagrantissimus amor, qui non sinebat eā aliud cogitare q̄ Christum, qui in ea mundū oēm penitus extinxerat. De q licet possent multa adhuc auditu iucunda referri, tñ quia pleriq; adhuc lōge ab hac perfectione absumus, omissis interim hisce sublimibus, & quæ vitę nostræ mensuram excēdāt, de illis potius loquamur, quæ nos huc tandem perducere queant. Non oīm est perfecti amoris effectus capere: sed tamen omnium est eo niti, vt quandoq; possint perfectum amorem adipisci. Quo sane vt mihi videtur, duo quædā haud mediocriter

Cant. 1

promouēt, eos præsertim, q̄rum adhuc angusta & tenuis est virtutū suppellex, & q se primū Deo dederūt, cupiūtq; relictis vitorū tenebris, veræ luci, quæ Christus est, inherere. Illis ergo vel maxime contulerit primo quidē studere agendæ p̄nitentiæ: deinde diuinorum bñficiorum sedula cōmemoratione ad serenioris cuiusdā & tranquillioris conscientiæ lucem aspirare, donec tādē paulatim ad plenam p̄fectamq; perturbationum oīmum extirpationem, Deo fauente pertingant, & Christi perfectō amore inflammētur. Et vt nouerint eiusmodi quænam sibi proponere debeant, vnde salubri dolore cōpungantur, pauca nos hic recensimus. Itaq; qui peccatis deditus fuit, cupitq; redire in gratiā cū Deo, q̄tidie ea quæ subiungimus sibi ob oculos reducet, de singulis ex animo dolens ac ingemiscens. Primum est, amicitia Dei amissa. O quanta hic occurrit materia acerbissime dolendi. Quid est em̄ Dei amicitiam perdidisse, nisi seipsum vita priuasse? Vita enim animæ Deus est, cuius q̄ se exclusit amicitiam, vitam q̄q; suam exclusit necesse est. Si autem licuit Ethnico illi dicere, solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt, qua à dñs immortalibus nihil melius habemus, nihil iucūdius, qd de violata veri Dei amicitia sentiendum est? Doleat ergo peccator se suam iniquitate Dei amicitiam repulisse. Secundum est, bonitas Dei contempta. Quid benignius, qd ad beneficiendū, ad ignoscendum, ad gratificandū proptius illa clementissima summi creatoris natura? Qui sic amat hoīes, tanq̄ ipius salus ex illoꝝ salute pendet: sic curam gerit oīm & singulorū, quæ si ipsi bene esse non possit, si illis male sit. Et tamen tantam eius bonitatem contemnit peccator vilis & indignus, quando sponte sua consentit in peccatum mortiferum. Tertium est, vita improba & scelerata. O si qs velit attendere, quantam vno quolibet peccato & sibi p̄nam, & Deo iniuriam, & creaturis Dei molestiam pariat, habebit certe vnde totus soluat in luctū acerbum & perpetuum. Vita mala tam est inuisa Deo, tam perniciofa ipsi homini & alijs, qui eius exemplis corrumpi possint, tam creaturis omnibus infesta, vt mirum sit non totum simul mundum insurgere in eum, qui vel semel ausus sit mortifero se scelere commaculare.


Ioan. 12 Amoris Dei studio sis qnam duo in 101 110 necessaria snt.

C Voleri redire cum deo in gratiam quænam sint necessaria.

Amicitia Dei perdidisse quam rō sit diuinum.

Bonitas Dei quam ra sit, q̄q; ea offendatur.

Vita mala q̄ sit Deo omnibusq; creaturis odiosa.



Quartum est, tēporis ac viriū animæ & corporis perditio. Qui em̄ peccat, non solum tempus perdit, q̄ nihil est p̄ciosius, sed etiam animę & corporis sui vires miserandū in modū eneruat. Morsem̄ animę, quę peccati cōsensu incurrit, nō vacat magnis & multis, etiā corporis nocumentis. Imo vero pleriq; peccādo ipsi sibi celeriorē asciscunt mortē, & morbos graues, vt alia multa p̄teream. Quintū est, violatio p̄cepto rū Dei & Ecclesię ac superiorū. Nisi intolerabilis & execrabilis esset iniquitas diuinas p̄uaricari leges, nunq̄ clementissimus Deus, cui propriū est misereri semp̄ & parcere, tā dira cōstituisset supplicia in eos q̄ nō obtēperāt iussis illius. Ipsa igit̄ iniquitatis immanitas intimo p̄ctōrē dolore cōficiat, q̄ ausus fuit Deū immēsę maiestatis, cui oēs creaturę summā debēt obedientiā & reuerentiā, sua improbitate offēdere. Nec putet minus sibi eē dolendū, si Ecclesię & superiorū leges contēpsit q̄n̄ contēptus ille oīs in Deū redūdat. Sextū est, debilitas repugnādi aduersus vitia, itēq; p̄nitēdi ac p̄grediendi in virtutibus. Potest id merito dolorem ingerere p̄ctōri, q̄ culpa sua hanc cōtraxerit vel auxerit infirmitatē. P̄ctm̄ em̄ admodū eneruat vires hoīs, vt iam ante dictū ē, & q̄ crebrius repetitur, eo fit homo imbecillior. Quod vtinā attenderēt, q̄ se dicunt in ætate senili p̄nitere velle, cū in ea ætas ob malam consuetudinem vitę superioris pene inepta sit ad agendam p̄nitentiam.

Septimū est, multiplex & magna laborandi, orandi, meditādi, legendi, sacras cōciones auscultādi, aliāq; pietatis opera exercendi negligentia. Si q̄s bene p̄pendat nullū esse tā breue tēporis punctum, q̄ nō maxima q̄s possit apud Deū lucra sibi cōparare, nonne ingentem habet m̄cerendi occasionem, q̄ nō solū tanta neglexerit salutis suę cōmoda, sed etiam interim male viuendo plurima sibi detrimēta corporis & animę attulerit: Totum hoc vitę nostrę spaciū ad agendam p̄nitentiā & Dei gratiam conciliandā datū est. Quod q̄ ad alios accōdat vsus, negligitq; ea, quibus possit veniam & gratiam cōsequi qualia sunt, oratio, meditatio, operum bonorum sedula executio, atq; id genus alia multa, miserimus est, quia stultissimus. Octauū est, consuetudo & velut habitus quidem & necessitas peccandi. Hac quisq; laborat mala scilicet consuetudine, is reuera miser & mi-

Quam tēpore animę corporis vires perdat

P̄ctm̄ vt Dei, Ecclesię, superiorū videretur p̄ceptum.

D P̄ctm̄ vt eneruetur res hoīs.

P̄ctm̄ q̄n̄ negligent

P̄ctm̄ vt consuetudinē malā incurrat.

serabilis est, ac oīni lachrymarū fonte plangēdus. Doleat ergo acerbe, clamet addm̄, beatissimę semperq; virginis Marię, & omniumq; sanctorū suffragia ambiat, alios quoq; bonos hoīs sibi apud Deū precatores adhibeat, & pugnet acriter aduersus semetipsum, donec mala consuetudo meliori viuendi ratione & assiduitate frangatur. Principijs obsta, ait Poeta, sero medici na paratur, Cum mala per longas cōualuere moras. Reuera morbus pene immedicabilis longa & inueterata peccandi consuetudo. At tamen nemo desperet. Christi pietas vincit oēm humanam malitiam & peruersitatē. Nonū est, ingratitude, quę sæpius recidit in peccata remissa. Vulnera repetita egrius curant. Magna profecto ingratitude, offēdisse Deum, & illius benignitate veniam esse consecutum, & tamen rursus crebro ad eadem perpetranda mala reuerti. Lugeat ergo p̄ctōr, & iniurias optimi & dignissimi creatoris in seipso vliscatur, firmetq; animi propositum aduersus peccati iterationem. Decimū, charitatis extinctio cuiuslibet peccati lethalis p̄p̄tatione. Charitas efficit, vt cætera hoīs bona Deo placeant. Vbi autē charitas abest, nihil esse potest gratum Deo, quantumuis grande sit & eximū. Quid igitur animi habere debet is, q̄ tam p̄clara se virtute priuauit? Perditur em̄ charitas, q̄ties consensus p̄betur p̄ctō mortifero. Amissa autē charitate, morit̄ anima, moritur etiam quicq; ab ea vquam bene gestū est, aut gerit. Lugeat ergo p̄ctōr, & omni mora postposita, studeat amissam recuperare charitatē dolendo, confitendo, satisfaciendo. Vndecimum est, omni timore reiecto, tam impudenter in diuinę maiestatis p̄sentia multis & grauibus se sceleribus obstrinxisse. Pensitet istud mature ac diligenter, & totus horrore ac m̄cerore contrahetur, mirabiturq; non se iam pridem terrę hiatu absorptū esse, vel dēmonū det̄ibus disceptū ob tantam oīpotentis Dei contumeliam. Ista charissimi mente deuota pensiculanda sunt, & ad singula ingemiscendū. Verū, ne q̄s horū cōsideratione fiat pusillanimis & procliuius in desperationē, fiduciam quandam erga infinitam Dei misericordiam cōcipere debet. Ea autē cōparanda est p̄ diuinę misericordię sedulam implorationē, vitę in melius cōmutationem, orandi assiduitatem, dñicę passionis deuotam cōmemorationem

E P̄ctōr vt ingratus sit Deo.

P̄ctm̄ vt charitas extinguitur

P̄ctm̄ q̄ p̄tinet ad maiestas offēdat.

Fiduciam Dei misericordię am quōdā capiatur.

Ezech. 18

Beneficia Dei q̄nam ruminanda sint.

P̄ctm̄ s

Hebr. 1

Philip. 1

Odiū nfi & amor Dei quō in nobis crescant.

nem & pro p̄ctis suis oblationem, p̄nitētię austeritatē, honore, voluptatū, vanitatū contēptionem, sanctorū oīm, maxime B. semper virginis Marię & q̄bus speciali q̄s amore affectus est, inuocationem, temporis vtilē ac prouidam deductionem, proprię voluntatis mortificationem, & diuinę pietatis ac clementię contemplationē, quę non vult mortem peccatoris quantumuis flagitiosi, sed vitam & respicientiam.

Atq; vbi his alijsq; modis non nihil à vitijs purgatū se q̄s senserit, deinde liberiori q̄dam aīo cōferat se ad cōmemoranda & reuoluēda Dei b̄nficia, ne si semp̄ suis velit cogitādis p̄ctis immorari, abiecto maneat & seruilis q̄dam animo, q̄ nihil nisi timere & trepidare, ac Dei seueritatē suspectā habere, non pia erga Deū fiducia erigitorit. Hic vero immensus sese sanctę meditationū cāpus offert, vbi nullus possit exitus inueniri. Quis em̄ sufficiat Dei beneficia numerare, quis ea vel intelligere? Omnino hoc pelagus impenetrabile est. Quot ille nobis & quanta naturę, quanta gratię dona contulit? Ex oīni æternitate summe dilexit nos: cū nō essemus, cōdidit nos ad imaginem & similitudinē suā, nobiles nimis, illustres, eximios, regis æterni filios, dños oīm creaturę (oīa em̄ subiecit sub pedibus nostris) & si perstitissemus in obedientia, auxisset in nobis dona sua. Nec tamen etiam p̄ditos deseruit nos, sed seipm̄ exinaniens, formam serui accepit, vt serui perditis p̄ctas ipse lueret, vt ingritudinē erga se nostrā in seipso vlisceretur. Quid hac benignitate admirabilius? O cor faxum, q̄d ea nō emollit. Sed q̄d ego Dei beneficia hic enarrare molior? Vos ea ipsi charissimi vobiscū attentis cordibus recolite, & sitis grati Deo. Sit hæc vobis in hoc exilio, etiā inter medias temporalium negociorū turbas occupatio, propria lugere p̄ctā, & Dei beneficia grata mente p̄pendere. Ita fiet, vt in vobis sensim crescat odiū vestri, & amor Dei. Nō pōt sese odisse, nisi q̄ sua ex animo p̄ctā oderit: non pōt amare Deū, nisi q̄ acceptis ab illo b̄nficijs gratū se p̄bere cōtendat. Non ita debetis charissimi rei familiari vel tuendę vel augendę esse

dediti, vt non multo maiorem animę vestrę curam geratis. Quicquid erga res terrenas sollicitudinis geritis, momentaneum est, & cū ipsa vita temporaria finē accipit: sed anima immortalis est. Ergo illi potissimum inferuendum est. Potest vos, si at tendere velitis, multum p̄mouere admirabilis & p̄clarissimę virginis Catherinę exemplū, quę licet esset regis filia, & incōparabili corporis pulchritudine, animi sapientia, reę affluentia se p̄ditam nō nesciret, tñ hæc oīa contēpsit p̄ amore sponsi sui Christi Iesu. Nolebat animū suum reę visibiliū amore implicare, vt posset p̄fectius diligere Deum suū. Quotidie multa illi se ingerebāt mundi oblectamēta, quę vel fortissimos possent viroꝝ animos frangere, tñ mansit immota, tanq̄ nihil horū ipsa sentiret: nō ob aliud sane, nisi q̄ p̄sentia tanq̄ iam p̄terita despiceret, futura & semp̄ mansura semp̄ ob oculos haberet. Vnde fiebat, vt semp̄ animo cōpuncta, seipsam & mala sua plangeret, atq; rursus ex Dei & futuroꝝ contemplatione, cœlestis amoris gratia p̄fusa, tota in Deum trāsiret. Nostis quanta egerit crucētus ille carnifex Maxentius, vt eam vel blāditijs falleret, vel cruciatibus superaret. Sed vtrobique perseuerauit fortiter in Christi amore, nec blandis eneruata pollicitationibus, nec terribilibus cōcussa terroribus. Quod vtique totum fecit amor Christi, q̄ eius p̄ctusita sibi vendicarat, vt nulli ad id aditus pateret hostili machinationi. Tanta est vis charitatis, tanta amoris diuini efficacia, vt cor illo p̄ditum velut murus quidam impenetrabilis sit aduersus oēs quorumlibet hostium insidias & machinationes. Hoc igit̄ fortiter infāmata beatissima Catherina, aut p̄ctas corporis oīno nō sensit, aut si sensit, Christi cōtemplatione cōtempfit. Amor Christi oēm in ea priuatam amorē, inordinati timoris parentem, penitus extinxerat. Qd̄ vtinam in nobis idem Christus quoq; permerita & preces huius nobilissimę, cōstantissimę, sanctissimeq; virginis, martyris ac sp̄sæ suę largiri dignetur, qui cum patre in vnitate spiritus sancti viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

G Catherinę S. erga sp̄s suum suum Ch̄m amor q̄nt.

Amoris Dei efficacia quāra.

Sermonum de Festiuitatibus Sanctorum partis Æstiuales, FINIS.